

24

ius

ius

2

5872

Este Tomo dió a esta Libreria el B. Salvador
de Oña el M^o Carrasco año 1758 /

12
—
58

LIBANUS MARIANUS,
UNIVERSAM

FERE NATURÆ SUPPELLECTILEM COMPLECTENS:

NON OMISSIS
SACRIS, ET HUMANIORIBUS HIEROGLYPHICIS,
Symbolis, & Apophtegmatibus:

O P U S

NON INDUSTRIOSE MINUS, QUAM UTILITER DENUO MEDITATUM,
ac facrorum voti oratorum completivum:

AD LAUDEM DEIPARÆ MARIÆ, ABSQUE NOXÆ
originalis debito conceptæ:

A C

PRO EIUSDEM OMNIBUS SOLEMNIJS CONCEPTUUM
Prædicabilium continens absolutissimum
argumentum.

TOMUS PRIMUS.

TRACTANS DE MONTIBUS, ET AQUIS.

DICATUS

R^{MO}. A. P. N. FR. JOSEPHO GARCIA,
LECTORI JUBILATO, PRO IMMACULATA CONCEPTIONE
Deiparæ Regali Theologo, Trium Ordinum S. P. N. Francisci
Ministro Generali, &c.

AUTHORE

ADM. R. P. Fr. FRANCISCO SERA, DERTUSENSI, REGUL.
Observ. S. P. N. Francisci, Provinciæ Gotholonix Filio, Sacræ Theolo-
giæ Lectore bis Iubilato, & de Iure Provinciæ Patre, Hispanicæ Inquisit.
Qualific. ac Iudice Ordinario, Episcopatum Barcinon. Dertusen.
Gerund. ac Cœlson. Examinatore Synodali, & Studiorum
Regente.

EDITIO SECUNDA.

CUM PRIVILEGIO:



MATRITI. Anno Domini MDCCXX.



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

CHICAGO, ILL. 60607

1900

AD LIBRARIUM DEPARTMENT

AD LIBRARIUM DEPARTMENT

AD LIBRARIUM DEPARTMENT

AD LIBRARIUM DEPARTMENT

AD LIBRARIUM DEPARTMENT

AD LIBRARIUM DEPARTMENT

AD LIBRARIUM DEPARTMENT

AD LIBRARIUM DEPARTMENT

AD LIBRARIUM DEPARTMENT


AD LIBRARIUM DEPARTMENT

AD LIBRARIUM DEPARTMENT

AD LIBRARIUM DEPARTMENT

AD LIBRARIUM DEPARTMENT

AD LIBRARIUM DEPARTMENT



RMO A. P. N.

FR. JOSEPHO GARCIA,
LECTORI JUBILATO,
PRO IMMACULATA CONCEPTIONE
Deiparæ Regali Theologo, Trium Ordinum
S. P. N. Francisci Ministro
Generali, &c.



Ad celsitudinem tuam, N. Præsul Reverendissime, velut
ad præaltam, iugiterque palmam virentem festinans
Libanus Marianus accedit. Et verè quo Libanus, nisi
ad palmam, quæ semper viret? Sic oportuit, ut (teste
Cordubensi) ingentem animum augusto in pectore
verset. Seu forte quia caducos expertus flosculos mordacitatis in-
quam veneno infectos, ad triunfans lignum, quod nec hyeme deve-
nustatum, nec ardente Phœbo marcescens, perpetuam suis plantulis
Patronimicam umbram subministret. In re literaria bellaturit ætas
nostra. Nec toti licebit Libano nisi tam valido munitum præsidio
citra discrimen exitum audere. En me lectorum implacabilis auste-
ritas ad belligerandum laceffit: vel opus erit se ponendum; vel po-
nenda castra: tuis eget nostra pusillitas prodire sub auspicijs, qui ve-
rè Minervæ cultoribus præes. Tanti nitus Patroni munimine duel-
lum cum zoylo suscipiam impavidus, memor quod in te relucet in-
ter tot sacras functiones avitum robur, quod cæca suspicit invidia.
Hanc conditionem substinent cuncta manantia, ut sapor, qui concessus
est origini, nesciat rivulis abnegari. Tua nec non palam explorata benig-
nitas iter pronum redidit ut eius umbracula quæreretur Libanus iste.
Nam inter præclaras (lipsij verbis utar) & eximias virtutes tuas, maxime
tamen quasi ex sublimi quadam specula se extendit, & extollit benignitas illa
tua, & innata tua erga literarum studiosos propensio. Quæ quidem est in
causa, ut cum titulis innumeris debitam sollicitamus in te magnitu-
dinem supplices, obvia nobis occurrat humanitas, non ex eo minor
quod ad parvulos inter tot parvulos condescendere dignetur.

Sen. 1. de clem.
cap. 19.

Castod. 2. vari.
epist. 14.

Just. Lips. in
Criti.

*Isid. Pelus. l. 2.
epist. 15.*

*Tert. l. 2. con.
Marc.*

Quin potius nihil æquè tam apud homines amplum, ac præclarum
((Periodum legis Pelusioræ) quam apud Deum splendidum, & laude dig-
num aliquem reddere solet, ut ea quidem quæ velit efficere posse semper autem
benigna, atque humana & velit, & faciat. Gratiſſimam sibi clemen-
tiam tuam testetur tota tua Seraphica Religio tot & tantis Filijs mi-
rans associari gestientem, comparem vniverſis. Nil magis. Scripsit
Tertulianus. Parcè dixi quia nuncupatoriam epistolam ad modestiæ
tuæ regulam, non ad magnitudinis normam scripsi. Neutiquam
obsequij mei tenuitatem pro tua circa me benevolentia gratanter
persolvenda, verbis oprans adaugere; sed professus me nil tibi non
iure tuum dicare valuisse præter ansam benevolæ protectionis exhi-
bendæ huius Mariani Libani germinibus. Solent enim Principes
animi tam occasione beneficentiæ pusillis præstandæ complacere, qua-
si donum acceperint. Ergo ter & amplius Reverendiſſime Pater la-
borem nunc tibi nuper non exosum nunc tueri dignatus contueri.
Sapientiæ tuæ radijs illumina copiosè, fove benigniter augusto vul-
tu. Hæc sua sunt erga parvulos officia superexcelsi cordis nostrum
ſcio præcibus insistere ſuppliciter coram Altissimi, ut incolumen te
pro Familiæ Seraphicæ ſervet ornamento, sic ut anni tibi mortales
pro nostris non emorituris computentur deſiderijs. In hoc Regali
Conventu S. Franciſci Matriti die 20. Aug. anni 1720.

Reverendiſſime P. tuæ

Filius obſequentiſſimus.

Fr. Franciſcus Garcès.

CENSURA Rmi. ET ILLmi. D. D. FR. GUILIELMI GANYAROLS,
Sacr. Theolog. Magistri, ac Prioris Provincialis Provinciae Aragoniae Ordin.
S. P. N. Augustini, nunc in Episcopatum Celsionensem
nuncupati.

Iudicium ferre mihi indicitur ex praescripto Perillustri D. Josephi Romaguera, V. J. ac Publici Canonum Interpretis, & Doct. Barcinonens. Dioec. Vicarij Generalis, super Librum, cui est titulus: *Libanus Marianus*, &c. cuiusque Author est Adm. R. P. Fr. Franciscus Sera Dertutensis, in Sac. Theolog. bis Jubilatus, Provincia de Jure Pater, Causarum fidei Censor, Barcin. Dertus. Gerunda, ac Celsionae Examinator Synodalis, Ord. S. P. N. Francisci. Opus pene ceperam recensere, cum haesitans cogitarem, an aliud meditari posset excessurum, illo Plinij iam illum salutans, *opus pulchrum, validum, aere sublime, varium, elegans, purum, figuratum, spatiosum, & cum magna laude diffusum*. Nil ergo censura dignum, laude totum: siquidem pulchritudinem ambit, non quia solum de prima, excelsissimaque Deipara pulchritudine disputat praecipue; sed quia ex sapientia Authoris *nullum opus exiguum*, nil foedum: Quod enim hic disputat, *arte est nobile, rebus grande, moribus utile, eruditione elegans, stylo insigne, veritate clarum, nec a suo Authore alienum*. In eo quisquis eruditionem ambiat, non mediocrem inveniet, unde possit ad ulteriora sapientiae proficisci, opere an- sam dante in mirabili connexionis artificio, quo *Marianum Libanum* non folijs ornat solum, sed vberimos addit sopiae praestantioris fructus, quibus Libani Pascea ditiescat, & ex quo *Gloriam Libani data sit ei*. Satagebam iamdudum vel fragmenta Rmi. huius videre Patris, mihi addictissimi, ex cuius ingenij vivacitate haud tenuem fateor me spem vberioris concepisse frugis, sed eximiam, quod & nactus sum, alia vi- surus si ei (utinam sit) vita super sit. Igitur non Cenforis, Panegyristae vices coagor obire, in stuporem ex visae rei novitate deductus, Hyperbolica omnia vno ad Alexan- drum Apophtegmate emisso claudens: *Olympias Mater Alexandri*. Quotquot enim Reverendissimum agnoscunt Magistrum, eiusque ingenij foelicitatem, discursus promp- titudinem, ac in Cathedris, & suggestis eruditionem sane fecundam, mirati sunt & dex- teritatem; proculdubio magnitudinem operis ex Authoris magnitudine deducunt. Hic Quintiliani sedatur quastus: *Non tam refert qualis sint, quae intra nos met ipsos compo- suimus, quam quomodo efferantur*. Noster enim Sapientissimus Ecclesiastes, quae subtili- ter (vt Subtilioris Magistri discipulus, & Parentis Augustini Aquilinus Alumnus) altissima comprehensione meditatus est, ea omnia ita perspicue, & adaequate in Ma- riae gloriam refert, vt ad hoc solum nata fuisse suspicemur, eaque sic sine coactione ad eiusdem Virginis laudes effert, vt aqua lance ad nil aliud posse arbitremur pensari. Omnes hunc librum plurimi facturos non ambigo, qui Mariae Primae puritatis maxi- me, (non sine eorum commodo) adscribuntur famulatu, etenim viam omnibus ape- rit laudandi in suis omnibus Mariam attributis, nova quidem, ac eruditissima me- thodo, dum Sacri Textibus codicis Apophtegmata, Hieroglyphica, Historias, ac va- riam totius eruditionis annectit suppellestem, qua cuncti ditentur. Hincque si *Scriptores opera sua, non secus ad filios adamant*; profecto liber hic opifici etiam suo gratus esse debet, sed nobis gratior, quia utilior. De hoc autem solo Erasmi deludi- tur prologium, *vix quidquam tuum in litteris committitur*. In his enim a me pro voluptate sedulo meditatis, nil sanctionibus fidei, Conciliorum, ac Doctrinae Pa- trum repugnans reperi. Imo, hic *qui legere non potest, quantum habet, sat est habere quantum legat*. Quidquid enim leget, tutum est, securum, minime a veritate de- vium: *Probatos enim libros leges, & si quando ad alios diverti libuerit, ad priores redi*. Invenies namque Aristotelis studium, scripturae aulam, Augustini, & Subtilis Doctoris Academiam, Sanctorum Patrum Arcopagum; Totius Sapientiae Athaneum, & diversa, qualia sunt hominum studia. Hoc tibi unicum doloris levamentum est, ex eoque gaudium. De Maria enim scripta disputans, quae sapientiae mater est, cuius ele- cta, & lecta gloria iucunditatem, atque gaudium dabit. Eccl. cap. 1. Idcirco tuto pe- de opus currat orthodoxis per omnia conforme statutis. Sic cenfeo, & subscribo in hoc P. N. Augustini Barcinonae coenobio, die 10. Maij, anno 1700.

Fr. Guilielmus Ganyarols Episcop.
Cel. electus.

Die 11. Augusti 1700. Imprimatur.
 Romaguera Vic. Gen. & Off.

Plin. Epist. 20.

Phil. Hebr. de
 myst. Abrab.

Vellofus in mod

Isai. c. 35. v. 2.

Plutarch. in
 Alex.

Quintil. lib. 11

Vide Illustriss.
 D. D. Fr. Io-
 seph Samanieg.
 in vit. Doct.
 Subt.

Erasmi in Epist.

Idem in Epist.
 apud Eboresc.
 verb. Scriptura.

Senec. Epist. 2.

Idem, ibidem.

Cic. ad Brur.
 Idem 5. de Fi-
 nib.

Plin. Jun. lib 8.
 Eccl. c. 1. v. 18.

APPROBATIO R. P. FRANCISCI LLANES, E SOCIETATE
Iesu, in Barcinonensi Collegio Primarij Theologiæ Antecessoris, nunc Sac. Paginæ
Interpretis, & pro Diocesi Barcin. & Vrgellens.
Examinatoris Synodalis.

Angel. Politian.
lib. 3. Epist.

Iuvenal. lib. 3.
Satyr. 7.

Virgil. lib. 6.
Æneid.

Salvian. Epist.
8.

Cassiodor. lib. 1.
de div. lect. c. 30

Sidon. Apollin.
lib. 4. cap. 3.

D. Ambr.

PRO commissio mihi munere à Perillustri Domino D. Michael de Calderò Regiam Principatus Cathalonix Cancellariam Regente, examusim legi, ac magna animi voluptate evolui opus, cui Inscriptio est: *Libanus Marianus &c.* Authore Rmo. P. Fr. Francisco Sera Dertusensi, Sacræ Theologiæ Lectore bis Jubilato, quem dum à Cathedris, sacrisque à suggestis ad stuporem usque emicantem intueor, ac veneror, videre mihi videor Ambidexterum Illum Aod, de quo sacri codices Judic. cap. 3. meminere, quod utraque manu pro dextera utebatur, & quod fecit sibi gladium ancipitem, & accinctus est eo super sago: cillicino scilicet Franciscanæ prolis. Disputat enim, (& mirum est quo iudicij pondere, quantaque animi alacritate) Theatrali favore, & plausu, cavea perfaltat; grande illud sophos, ac pape! Doctorum subseilia ingeminant, ut cum Politiano loquar; *nec quisquam est cui cedat vel acumine in disputando, vel in explicando, quæ sentiat, copia, facilitate, & gratia.* Ferventissimo item concinandi zelo, quo sacre eloquentiæ per quam frequenter laxat habenas, *tanta dulcedine captat ille animos: ijsque rursus stimulis, atque terrore percellit, ut nescias an regnare in concionibus dicatur, maiorque videri, nec mortale sonans;* aut certè in hoc laudis, & gloriæ culmine primas teneat. Sed non hæc nostrum levat aura Cygnum, qui alias palmas, aliamque longe adorem meditatus est palmam iste gladiator, dum inter adeo diversa studia, & multiplices difficultatum nodos, quibus ad ipsum, seu ad sacram cortinam vndique confluant non pauci Marianum istum ascendit libanum, quasi totus in hoc opere laborasset. Opus est eximium, subtile, & numeris omaibus absolutissimum, & ut verbo dicam, Authore dignum suo, vno vel eius nomine satis, superque commendatum. *Opus arte nobile, rebus grande,* (Salviani verbis utar) *moribus utile, stylo insigne, veritate clarum, nec à suo Authore alienum.* In isto namque præter speciosam, & locupletissimam Sacre Paginæ, ac SS. PP. suppellectilem, qua opulentissime abundant, ita sibi omnia artificiosa harmonia consonant, ut cum Cassiodoro dicere fas sit; *habent hæc distributa præconium, coniuncta miraculum.* Nil non magnum, nil non subtile retroactis sæculis pro Mariana gloria est excogitatum, quod ad huius operis ornamentum operoso studio non advocet, & laconica indagine non præcingat, eo miraculo ut quisque paratam sibi habeat ad concionem copiam, aut potius locupletissimum Thesaurum, in quo pro Palma pari decertant contentione, inveniendi facilitas, & eligendi dexteritas. Stylus dulcis, verba selecta, concinnitas grata, & oratio sic compta, ut nec fordida sit, nec qualiquali syndone culta, nec vnguentata, ac plena fūco, quæ Paginas impleat, & causam casset; sed matura, & nervosa, quæ veritatem doceat, mentem vincat, nulliusque non alliciat animum, atque ipsius discursus amenitate, ac subtili Filo voluntatem erga Deiparam non flectat, ac necat. Opus denique totum defecatis Sanctorum Patrum, ac factorum voluminum medullis, ita plenum est, ut quoquo te vertas, illorum concatenatam feriem deprehendes: Imò sic eius Author, illorum sententias vbertim ebibit, profunde haurit, erudite ornat, fideliter propinat, dilucide explanat, ut ab eorumdem calamo opus istud emanasse videatur: adeo ut cuique cum Sidonio Apollinare hæc loqui liceat: *Iam si ad sacros Sanctos Patres pro comparatione veniatur, instruit ut Hieronymus, destruit ut Lactantius, adstruit ut Augustinus, attollitur ut Hilarius, ut Basilii corrigit, ut Gregorius consolatur, ut Eusebius narrat, ut Paulinus provocat, ut Ambrosius præservat.* Ergo cum in hoc opere nil videam fidei divinæ, aut humanæ obnoxium, morumque sanctitati non congruum, & omnia venerer dignissima, quæ prælo, & luce animentur, ad omniū lucem, luce dignissimum opus censeo, ut sic Author laude ipse se coronet, & scriptis coronetur suis. Barcinone in Collegio Bethleemitico Societatis Iesu, die 9. Aprilis, 1700.

Franciscus Llanès è Societate Iesu.

Die 10. Aprilis 1700. Imprimatur.
Don Michael de Calderò Regens.

IUDI-

IUDICIUM ADM. R. P. FR. IOSEPHI MEDINA, LECTORIS
Jubilati, Tribunalis Fidei Calificatoris, Provinciae Cathalonie Patris; Ac R. P. Fr.
Ignatij Llanès, Lectoris Jubilati, Episcopatum Barcin.
Gerundæ, & Vicenf. Examinat. Synod.

Iussui libentissime parentes N. Rmi. P. Fr. Mathæi à Sancto Stephano, Lectoris Jubilati, ac totius Ord. S. P. N. Francisci Ministri Generalis, quatenus sedulo incumbamus lecturæ libri, cui titulus est, *Libanus Marianus*, compositus ab Adm. R. P. Fr. Francisco Sera, Dertulensi, Sac. Theol. Lectore bis Jubilato, Sanctæ Inquisitionis Censore, Provincia de iure Patre, &c. Huic accomodatu aptius, faciliusque est, quod asseruit Tullius dicens: *Est insita in omnibus, vel potius innata cupiditas scientiæ, natique sumus ad congregationem, & societatem.* Merito ad hæc insultamus hosce legentes opus, quod invifendi grandæva erat nobis aviditas. Dum etenim ex schemmate libri, librum salutarem, ad abstrusiora ex medullis sapientiæ eruenda, insitum nobis votum, & amicitia inservit, & animæ merces. *Duplum enim, quam alij vident, qui literas didicerunt.* Didicimus (sic testamur) plura in sapientiæ abscondita scrinijs, quæ vsque modo latuere, sed industria Authoris communi prodent vilitati, vt plurium compescantur vota, & omnigenæ innotescunt iam sapientiæ iura, non vulgariter dispensata. Dulcia sunt, quæ scribuntur, nec mirum, cum nostra operosa Apis Libani scandens iugum, melleos libaverit succos, suos vt componeret artificiosè favos, alte collectos, ac fideliter distributos: vt de Authore modo prædicare fas sit; *Artifex sapientior est experto.* Quis enim in Scripturis versatus, eo versator commendatur? Quis rerum naturalium perscrutator disertissimus, illo disertior? Quis in Philosophorum, ac SS. PP. legendis studiosissimus, eo studiosior? Sanè ex opere erit deprehendere veritatem. Vnde si circa *difficilia ars sit semper, & virtus*; nulla sublimior hac, tam varia industriosa maritante, vt nec divina humanis admixta lateant; nec humana divinis alienentur fœderata. Verè hic *ars laboravit citra fortune opem*; ad quam nullum artifex præstolatus est suffragium; sed ab Immaculata Virgine, quam post Deum sui arrepti, grandevique operis suffragatricem adscivit, verba, & cor exhibens in obsequium. *Nec tali opprimitur ingenium servitute, imò bonis ingenijs minore periculo consalitur*; quale vnum in hoc libro clarescit, ex quo consulfere est quidquid ad optimos conducit capeffendos sapientiæ fructus, ex quo consulfugiat ingenium vtrique Subtile, & in Subtilitatis Schola enutritum, quæ sub Maria militat, & pro Maria, in gratia, & gloria absque culpæ debito concepta. Hic præcipuus huius libri scopus est, hoc principale obiectum, omni cultu, & reverentia dignum: Nam cum in Maria *omnis gratia viæ, & veritatis*, Eccl. cap. 24. reperitur: Authorem decuit talia de Maria scribere, (vt scribit) vt ei dictum competat Basilij: *Conveniens perfectioni hominis Christiani est, non ad ostentationem magis scribere, quam ad publicam utilitatem.* Etsi autem (vt Franciscanum decet) non inflato incedat cortice liber, innegandum est omnis scientiæ ostentationi publicam facere eruditionem, ac ingerere maximam legentibus vtilitatem. Idcirco non Censorum arripimus munus, sed obedientiæ præscriptum animi iubilo fuscipimus amplectendum, opus cum Authore laudantes, & petentes enixe, hic ne pennam committat otio: Illud supra nostras commendando vires, quatenus pulchrum, suave, eruditissimum, & vt Cedro impingatur intermoritura. Sistimus, ore Authoris proferentes: *Audiant me libere proclamantem, nemo cogitur legere, quod non vult: Ego petentibus scripsi, non fastidiosis; gratis, non invidis; studiosis, non oscitantibus.* Nec verbum in opere est sanæ dissonum doctrinæ, sacris moribus, Concilijs, ac Ordinis Statutis. Ita testatum relinquimus in Regio S. P. N. Francisci Barcinonæ Cœnobio, die 24. Septembris, 1699.

Cic. de Finib.

Euripid. apud Stob.

Arist. l. i. Metaph.

Arist. lib. 2. Ethic.

Arist. lib. de Tort.

Homer. Odys. l. 12. Demosth.

apud Eboresf. verb. Ars.

Eccl. c. 24. v. 25. Lyra, & Alens. ibid.

D. Basil. Epist. 36. ad Diodor.

D. Hieron. l. 2. Apolog. contr. Rufin.

Fr. Iosephus Medina.

Fr. Ignatius Llanès.

ORDINIS FACULTAS.


FR. Mathæus à Sancto Stephano, Sac. Theol. Lector Jubilatus, ac totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus. Dilecto nobis plurimum in Christo, R. P. Fr. Francisco Sera Dertusensi, S. Theol. Lectori bis Jubilato, Sanctæ Inquisitionis Censori, ac Provinciæ Nostræ Cathalonix de iure Patri, & in Cœnobio nostro S. P. N. Francisci Barcinonæ studiorum Regenti, salutem in Domino sempiternam.

Cum nobis retuleris te elaboratum habere opus, cui titulus est, *Libanus Marianus*, & ut typis mandetur, licentiam à nobis postulaveris. Nos pro nostri muneris ratione publicæ consulentes utilitati, prædicti libri examen RR. PP. Jubilatis Fr. Joseph Medina, & Fr. Ignatio Llanès prædictæ nostræ Provinciæ commissimus: Quorum præhabita, & inspecta approbatione, petitam tibi impertimur facultatem, servatis tamen in omnibus Sac. Concilij Trident. forma, Sanctæque Inquisitionis statutis, etiamque onus tibi obedientiæ iniungimus, ut cum merito præfatum librum prælo mandare valeas. Datæ Romæ ex nostro Aracœlitano Conventu, die 23. Augusti, 1699.

*Fr. Mathæus à Sancto Stephano,
Minister Generalis.*


De mandato suæ Rmæ. Pris.
Fr. Nicolaus de Leon, Secret. Gen. Ordinis.

Reg. Tit. Prov:



S U M A D E L A T A S S A.

TAssaron los Señores del Consejo este Libro intitulado: *Libanus Marianus*, à seis maravedis cada pliego, como consta de Certificacion dada por Don Baltasar de San Pedro y Acebedo, Escrivano de Camara del Rey nuestro señor, y de Gobierno del Consejo; su fecha en Madrid, à diez y nueve de Agosto de 1720. Y dicho Libro tiepe noventa y ocho pliegos sin principios, ni tablas, y à dicho respecto importa quinientos y ochenta y ocho maravedis.



F E E D E E R R A T A S.

PAg. 4. col. 1. lin. 8. puras, lege pura. Pag. 5. col. 1. lin. 50. radice, leg. radices. Pag. 9. col. 2. lin. 19. Calep, leg. Caleb. Pag. 16. col. 2. lin. 56. Beata Virgo, leg. Beata Virgo. Pag. 24. col. 2. lin. 44. Benedicis, leg. Benedices. Pag. 49. col. 2. lin. 11. senferit, leg. fenferint. Pag. 80. col. 2. lin. 25. excelsus, leg. ercelfus. Pag. 116. col. 1. lin. 21. adhac, leg. adhuc. Pag. 120. col. 1. lin. 29. nata sunt, leg. nata sum. Pag. 128. col. 1. lin. 55. Rebus, leg. Regibus. Pag. 130. col. 2. lin. 5. Morta, leg. Moria. Pag. 140. col. 1. lin. 28. tuaz, leg. tua. Pag. 168. col. 1. lin. 51. Res, leg. Rex. Pag. 179. col. 2. lin. 39. Conciliaianis, leg. Conciliationis. Pag. 182. col. 1. lin. 20. genuis, leg. genuit.

Este libro intitulado: *Libanus Marianus, Tomus Primus*, su Autor el Padre Fray Francisco Sera, del Orden de N. P. San Francisco, y con estas erratas corresponde al que se sirve de original. Madrid, y Agosto 12. de 1720.

*Lic. D. Benito de Rio,
y Cordido.*

Corrector General por su Mag.

SACRÆ

SACRÆ SACRORUM RITUUM CONGREGATIONIS
 declarativum Decretum , anno Domini 1659. die 27. Septem-
 bris, publici iuris factum anno 1660. die 3. Februarij, & 5. Ponti-
 ficatus Santiss. Domin. Alexandri VII. circa cultum
 immemorabilem Sanctorum antiquorum.

Sacra Congregatio presentibus declaratione, & iussione removere non
 intendit cultum Beatis per communem Ecclesie consensum, vel per
 immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum
 scripta, vel temporis centum annorum metam excedentis, scientiam; aut
 tolerantiam sedis Apostolicæ, aut Ordinariorum hactenus præstitum, aut cer-
 tis modis, & forma ab eo tempore eis exhibitum. Verum si à centum annis
 citra cultum huiusmodi aliqua ex parte constiterit auctus, & extensus, eo ca-
 su sacra eadem Congregatio eundem in pristinum reduci iubet prout quemvis
 cultum extra casus prædictos ad expressa tantum verbaliter in Apostolicis In-
 dultis omnino revocari mandat sub pœnis, &c.

PROTESTATIO AUTHORIS.

Præscriptis Sac. Rit. Congreg. Decretis, libens pareo, & velle parere testor, me,
 meaque omnia dicta, & dicenda fidei sanctionibus, illiusque subiiciens. Idcirco
 si quando in hoc meo primo volumine, alijsque exarandis Personam aliquam elogiave-
 rim titulo Beati &c. aut miraculosa retulerim facta, visiones, revelationes, aut alia hu-
 iusmodi, quæ propria sunt eorum, qui iam in Sanctorum, aut Beatorum cathalogo
 adscripti venerantur; non mei est animi, voluntatisque aliam his fidem debere impendi,
 quam purè humanam, & intrinsece, extrinseceque fallibilem, ne præveniam Ecclesie
 indefectibile iudicium. Vnde in his, & alijs omnibus (Prout Catholicum decet) hu-
 mili obsequio Sanctæ Marris Ecclesie censuræ, ac correctioni me, meaque scripta sub-
 mitto. Vnde si accadat Subtilis Doctoris præcipuè Sanctitatem, revelationes, aut mi-
 racula hoc in opere aliquoties commendari, solum nixus humanæ fidei fallibili id asse-
 rere protestor, maximè cum hæc non ex mea fide, sed gravissimorum desumpserim
 Authorum, ut videre est in Martyrol. Franciscan. die 8. Novembris, §. 3. & in Dieta-
 rio Virginali R. P. Magistri Fr. Petri Martyris Moxeti Dominicani, in quibus (ultra
 alios) titulo *Beati* prædicatur. Imò referente R. P. Fr. Mathæo de Sossâ, in Generali
 Academia Salmanticensi Sac. Theol. Antecessore, & Lectore Jubilato, ab immemo-
 riali tempore in tabella vetustissimi Chori, effigies Doctoris Subtilis radijs coronata
 videbatur, cum inscriptione, *Beatus Scotus*: & quantæ sint commendationis, & autho-
 ritatis scripturæ antiquæ, videantur in Margine adductæ leges. His tamen non obstan-
 tibus, captivo intellectum, & voluntatem in Ecclesie obsequium, nil quam quod ipsa
 coluerit colens, & suo semper declivi animo, & ex corde devinctus iudicio, & obsequio.

Martyr. Fran-
 ciscan. Artur.
 Monaster. die 8
 Novembr. §. 3.
 R. P. Fr. Magi-
 ster Petrus Mar-
 tyr. Moxet. Do-
 minicanus, in
 suo Diet. Virg.
 Barcin. Typis
 dato, apud Iaco-
 bum Mathe-
 vad, pag. mibi
 261. col. 2. &
 impresso anno
 1642. R. P.
 Matheus à So-
 sâ, in Vit. Doct.
 Subr. §. in fine.
 Textus in c. cū
 causa de proba-
 tionibus, & lo-
 quens de script.
 vel in columna
 aut lapide. c. sa-
 ne, 24. q. 2. Ias-
 son, Decius, &
 DD. in l. 1. ff. si
 certum peratur.

CATALOGUS AUTHORUM, QUI IN PRIMO HOC LIBRO LIBANI MARIANI

ET SECUNDO RECEN-

SENTUR.

A

A Bsalon Abbas.
Abbas Panormitanus.
Abbas Thesaurus.
Abraham Bzovius, Dominicanus.
Abdias Babylonius.
Abulensis.
Adrianus Magontius, Soc. Jesu.
Adamus Delphius, Franciscanus.
Adamus Victorinus.
Adricornius Delphus, Historiator.
Ægidius Columna, Augustinianus.
Ægidius Lusitanus, Augustinianus.
Æmilius Historiographus.
Ælianus, Philosophus.
Agelius.
Alcuinus.
Alexander Alensis, Theologus Franciscanus.
Almeriensis, Benedictinus.
Alphonfus Orozcus, Augustinianus.
Alexius à Salo, Capuccinus.
Algerius, Postillator.
Aloysius Novarinus, Cleric. Regul.
Albertus de Marquesijs, Franciscanus.
Alanus de Insulis, Cisterciensis.
Albertus Patavinus, Augustinianus.
Albumassar.
Alexander ab Alexandro.
D. Ambrosius Mediolanensis.
Ambrosius Eremita, sive Gentilis, Augustinianus.
Ambrosius Tarvisinus, Ordinis servorum.
Ambrosius Coranus, Augustinianus.
Ambrosius Catherinus Dominicanus.
B. Amadæus, Franciscanus.
Ambrosius Ansbertus.
Amphilochius Iconiens.
Ambrosius Calepinus.
Amadæus Lausanensis, Cisterciensis.
Anonymi Authores, plurimi.
D. Andræus Apostolus.
D. Antonius de Padua, Franciscanus.
Antonius Brixienfis, Dominicanus.
D. Andræus Cretensis.
D. Andræus Hierosolymitanus.
D. Anselmus Cantuariensis, Benedictinus.
D. Augustinus.
B. Angelus del Pas, Franciscanus.
D. Anastasius Synaita.

Angelus à monte Piloso, Franciscanus.
B. Angela de Fulgino, Ter. Ord. S. Francisci.
Antonius Succherus, Soc. Jesu.
Antonius Ianuensis, Franciscanus.
Antonius Dauraulsius.
Andræus Alciatus, Iurisconsultus, & Poeta.
Andræus Eborensis.
Antonius Andræus, Franciscanus.
Antonius Ianuensis, Franciscanus.
Antonius Rampegolius, Augustinianus.
Antipater Bostrensis.
Antonius Cucarus.
S. Antiochus.
Appolinaris.
Apponius.
Appuleius.
D. Athanasius.
Aristoteles Stagirita, Philosophus.
Aretas Cæsariensis.
Arias Montanus.
Arnoldus Carnotensis, Abbas.
Arnulphus.
Arturus Monasteriensis, Franciscanus.
Archangelus Guianus, Ord. Servorum.
Armamentarium Seraphicum.
Arnobius, Postillator.
Aquila, Glossator.
Author Margaritæ.
Avicena, Philosophus, & Medicus.
Aulus Gellius.

B

D. Basilus Magnus.
D. Basilus Seleuciensis.
Bartholomæus Anglicus, Franciscanus.
Bartholomæus Maltrius, Franciscanus.
D. Bernardus.
Berchorius, Benedictinus.
Beda venerabilis, Benedictinus.
D. Bernardinus Senensis, Franciscanus.
Bernardinus de Buis, Franciscanus.
D. Bernardus.
Berofus Hebræus.
Belarminus, Soc. Jesu, Cardinalis.
Benedictus Gonnonius.
D. Bonaventura, Doctor Ecclesiæ, Franciscanus.
Biblia Maxima.
Biblia Regia.

C A T H A L O G U S

Bibl. Roman.
Bibl. Chald.
Bibl. Complut.
Bibl. Ætiop.
Bibl. Mont.
Bibl. Græc.
Bibl. Persic.
Bibl. Tigur.
Bibl. Syr.
Bibl. Samarit.
Bibl. Venet.
Bibl. Patrum.
Bibliotheca Virginalis;
Boetius.
D. Brigitta, Benedictina.
Brocardus, Historiator.
S. Bruno Cartusienſis, Patriarcha.
Bruteo, Græcus Author.
Buſtamantinus, medicus.

C

Cassaneus, Iuriconsultus, & Historiator.
Cassiodorus.
Canisius, Soc. Jesu.
Cassianus.
Cassius.
Cathena Græca Patrum.
Cedrenus.
Cælius Rhodiginus.
D. Clemens Alexandrinus;
D. Clemens Romanus.
Clem. V.
D. Cæsareus Arelatenſis.
Celsus Mancinus.
D. Cecilius Martyr.
D. Cyrillus Alexandrinus.
Chrysippus Præbyter.
D. Cyrillus Hierosolymitanus.
Cicero.
Columella.
Cornelius à Lapide, Soc. Jesu.
Concilium Trid.
Conc. Florent.
Conc. Nicen.
Conc. Hierosolymit.
Concil. Lateran.
Concil. Basiliense.
Conc. Tolet.
Conc. Ephesin.
Claudius Rota.
Cosmas Hierosolymitanus;
Claudianus.
Constantinus.
Chyroveus.
Cornelius Ianssenius, correctus;
Cassianus Cardinalis.
Cuspidius.

D

Dilustrissim. D. Damianus Cornejo, Franciscanus.
Daniel Agricola, Franciscanus.
Demosthenes, Orator.
Democritus, Philosophus.
Dermicius Thadæus, Franciscanus.
Dion. Halicarnasseus.
Dydimus.
D. Dyonisius Areopagita.
Dyonisius Alexandrinus.
Diodorus Siculus.
Directorium trium ordinum.
Dyonisius Carthusianus.
Diogenes Laertius, Philosophus.
Doctor Subtilis, Joannes Scotus, Franciscanus;
S. P. N. Dominicus.

E

S. Edmundus.
D. Eligius.
Eusebius Emiffenus.
Eusebius Cæsariensis.
Eusebius Gallicanus.
Euthymius.
D. Epiphanius.
Eucherius.
S. Erardus.
Erasmus.
D. Epiphanius.
D. Ephreæm Syrus;
Euripides.
Eugubinus.
Emanuel Rodriguez, Franciscanus;
Eustachius.

F

Fabius Maximus.
Favorinus.
Fernelius, Medicus.
Ferdinandus Quirinus Soc. Jesu;
Fortunatus Pictaviensis.
Fœlix.
D. Fulgentius.
Fulbertus Carnotensis, Abbas.
Flavius Dexter.
Flaminius.
S. P. N. Franciscus.
Franciscus Titelmanus, Franciscanus.
Franciscus à Puteo, Carthusianus.
Franciscus Rueus.
Franciscus Valleſius, Philosophus, & Medicus;
Franciscus Ribera, Soc. Jesu.
Franciscus Suarez, Soc. Jesu.
Franciscus Mayronius, Franciscanus.
Franciscus Hilaretus, Franciscanus.
Franciscus Forerius, Franciscanus.

Franciscus Quarëfminius, Franciscanus.

G

D. Gaudentius.
Galenus.
Gabriel Biel, Theologus Nominalis.
D. Germanus.
Georgius Venetus, Franciscanus.
Genebrardus.
Gerardus Vofsius.
Gerardus Odonis, Patriarcha, Franciscanus.
Georgius Codinus.
Gellius.
Georgius Ritherus.
Gervafius.
Gislerius.
Glossa Juris Civ.
Gorlaus.
D. Gregorius Magnus, Benedictinus.
D. Gregorius Thaumaturgus.
D. Gregorius Nazianzenus.
D. Gregorius Nicomedensis.
D. Gregorius Nicenensis.
D. Gregorius Turonensis.
Gregorius XV.
Guaricus Abbas.
Guilielmus Tyrius.
Guilielmus Parisiensis.
Guilielmus Estius.
Guilielmus Abbas.
Guilielmus Ocham, Franciscanus.
Gualfridus.

H

H Aimo Presbyter.
Hailgrinus.
Helianus.
Heliodorus.
Hermannus Contractus, Benedictinus.
Hermes Ægyptius.
Hefychius.
Herodotus, Historiatur.
Hector Pintus, Hieronimianus.
D. Hieronymus.
D. Hilarius.
Hieronymus Oleaster, Dominicanus.
Hypolitus Maraccius.
D. Hypolitus.
Historia Hispanica.
Historia Saxonum.
Hieronymus Paulus, Historicus.
Honorius.
Horacius Flaccus.
Hugo Victorinus.
Hugo Cavellus, Franciscanus.

I

S. Iacobus maior.
S. Iacobus minor.
Iacobus Monachus.
Iacobus Christopolit. Augustinianus.
Iannensis, Dominicanus.
Iacobus Tirinus, Soc. Iesu.
Iacobus Corenus, Franciscanus.
Idiota.
D. Ignatius Martyr.
Innocentius XI.
D. Ioannes Chrysostomus.
D. Ioannes Damascenus.
Illustrissim. D. Iosephus Samaniego, Franciscanus.
Ioannes la Haye, Franciscanus.
Ioannes Gerson.
Ioannes Lorinus, Soc. Iesu.
Ioannes Menochius, Soc. Iesu.
Ioannes Geometra.
Ioannes Vitalis à Furno, Cardin. Franciscanus.
Ioannes Tamayus.
Ioannes Carthagina, Franciscanus.
Ioannes Baptista Agnensis.
Ioannes Stobæus.
Ioannes Raulinus, Cluniacensis.
Ioannes Marieta, Historiatur.
Ioannes Pineda Soc. Iesu.
Iosephus Hebræus.
Iosephus Antiochenus.
D. Ildephonsus, Benedictinus.
D. Isidorus, Benedictinus.
Isidorus Isolanus.
Isidorus Pelusiotus.
D. Irinæus.
D. Iustinus Martyr.
Iulius Cæsar Bulinus.
Iustus Orgelitanus.
Iuvenalis.
Iustus Lipsius.
Iustinus Michovienfis.

L

D. Laurentius Iustinianus.
Lauretus.
Lactantius Firmianus.
Laurentius Borfatus.
Laurentius Ferrierus, Medicus.
Laurentius Massellius.
S. Leo Maximus, Papa.
Leo Imperator.
Lexic. Hebr.
Levinus Lemnius, correctus.
Libanius.
Lippomanus.
Lyra, Franciscanus.
Liber, Laus Beata Virg. Mariæ.
Liber, de natura rerum.
Livius.

C A T H A L O G U S

Ludovicus Manganellus, Franciscanus.
Lucianus.
Lucas Uvadingus, Franciscanus.
Ludovicus Vives.

M

D. Marcus Evangelista.
S. Maximus.
Venerab. Mater Maria de Agreda, Franciscana.
Marius de Calassio, Franciscanus.
Mathæus Ferchius, Franciscanus.
Marcianus, Historiator.
Macobrius, Historiator.
Marcus Maximus, Historiator.
Marinus.
Mathæus de Sofa, Franciscanus.
Marcus Viguerius, Cardin. Franciscanus.
D. Methodius.
Melito Sardicenfis.
Michael Hoyerus, Augustinianus.
Michael Ayguanus (Alias Incognitus) Carme-
litanus.
Missale Romanum Franciscanum.
Michael Vivienus, Franciscanus.
Michael Mediolanensis, Franciscanus.
Moyſes Barcepha.

N

Nebienſis.
Nicolaus Lyranus, Interpretum Scripturę
Princeps, Franciscanus.
Nicolaus de Niffe, Franciscanus.
Nicolaus Damascenus.
Nicephorus Calixtus.
Novarinus.
Nitela Franciscana.

O

Octavianus Tufus.
Octavianus de Martinis.
Ochamus, Princeps Nominalium, Franci-
canus.
S. Odilon Abbas.
Odo Cameracensis.
Olaus Magnus, Cosmographus.
Oncala.
Origenes Adamancius.
Ovidius.
Odonis, Franciscanus.

P

D. Paschasius.
D. Paulinus.
Paulus Burgenſis.
Paulus Venetus, Augustinianus.
Paulus Barijus.

Pausanias.
Papias.
D. Petrus Damianus.
D. Petrus Chryſologus.
Petrus Galatinus, Franciscanus.
Petrus Comestor, Magister Hist. Schol.
Petrus Apponenſis, Medicus.
Petrus Lombardus, Magister Sent.
Petrus Cellenſis, Abbas.
Petrus Bleſenſis.
Petrus Caniſius.
Petrus Baſſenſis.
Petrus de Natalibus.
Petrus Marcantius, Franciscanus.
Perſius, Poeta.
Pelbartus de Themelvar, Franciscanus.
Physiologus, Historiator.
Plutarchus, Historiographus.
Plinius Senior, Historiographus.
Plinius Junior, Orator.
Plato, Orator.
Platearius, Philosophus.
Philippus Picinellus.
Philippus Abbas.
Philo Hebræus.
S. Philbertus.
Philo Carpathius.
Philibertus Abbas.
Philippus Bergomenſis, Augustinianus.
Pierius Valerianus.
Pythagoras, Orator.
Polyanthæa Seraphica.
Porho Presbyter.
Polydorus Virgilius, Historicus.
Poſſevinus, Soc. Jeſu.
Primasius.
S. Proclus.
D. Proſper Aquitanicus.
Proſper Farinacius, Iuriſconſultus.
Procopius Gazaus.

Q

Quintilianus.
Quintus Curtius.

R

Rabanus Maurus, Benedictinus.
Rabbini plures ſparſim.
Raviſius Textor.
D. Remigius.
Richardus à S. Laur. Canonic. Regul.
Richardus à S. Viſt. Canonic. Regul.
Rodolphus.
Rufinus.
Rupertus Abbas, Benedictinus.
Rutilius Benzonius.

AUTHORUM

S

Salvianus.
 Salmeron, Soc. Iesu.
 Scotus, Doctor Subtilis.
 Sedulius, Poeta.
 Sept. Interpret.
 Seglianus.
 Seneca, Philosophus.
 Servius.
 Severus Sulpitius.
 Severus Alexandrinus.
 Simeon Metaphr.
 Simon de Cassia, Augustinianus.
 Simmachus.
 Simon Maiolus.
 Sylvius Italcus, Poeta.
 Sixtus IV. Franciscanus.
 D. Sophronis.
 Spartianus.
 Socrates, Philosophus.
 Solinus, Historicus.
 Suidas.

T

Tartareus, Sotista.
 Targum Hierosolymitanum.
 Theatrum vite Humanæ.
 Tertulianus.
 Theophrastus.
 Theophilactus.
 Theocritus.
 Theodotion.

Theodoreus.
 Theophilus.
 Theophilus Antiochenus, alter.
 Timon Philosophus.
 Tibullus, Poeta.
 Trithemius, Benedictinus Historiator.
 Titus Boetius.
 D. Thomas Aquinas, Dominicanus.
 D. Thomas à Villanova, Augustinianus.
 Thomas Iorgius, Dominicanus.
 Thomas de Vio Caietanus, Ord. S. Dominici.
 Thomàs Bozius.
 Thomas Francès de Urritigoyti, Franciscanus.

V

Valerius Maximus.
 Varro, Orator.
 Venantius, Poeta.
 D. Vincentius Ferrerius, Dominicanus.
 Vincentius Beluacensis, Dominicanus.
 Virgilius, Poeta.
 Vivius.
 Vlysses Aldrovandus, Medicus.
 Vlpianus, Iurifconsultus.

X

Xenophon, Philosophus.

Z

S. Zeno Veronensis.

FINIS.

PRO-

PROLOGUS OPERIS.

Causa, Titulus, & scribendi Scopus declaratur.



D sacrationis libani niveum verticem mens, ac voluntas nec sine voluntate aguntur. Iampridem enim didici ex Magistro subtili meo, (A) in laudanda Deipara esse laudabilius excedere, quam deficere, & quod excellentius est, ei tribuere. Ipsa autem libanus est omnium spectantissimus, Beatorum omnium, immo, & Angelorum altitudinem gratiarum excedens. Unde Richard. à S. Laur. de ea sic fatur: *Maria in Monte Libano signatur propter virtutum excellentiam.* Oportet igitur, dum in hoc opere Evangelizo Sion, id est Ecclesie latum predicationis nuncium apporto, (vt Menochius habet) super Hunc montem excelsum me ascendere, ac vberes inde ad ornandum Ecclesiam florum colligere manipulos, & vna simul vtilissimos Charitatis discerpere fructus. Causa igitur fuit huiusmodi arripuisse laborem, innatus erga Deiparam affectus, cui totum me à laribus dicavi, ei meum ab incunabulis totum cor addixi, & vt nil superesset votis, me in suam protegentium Scotistarum à culpa originali immunitatem, cœtum adstrinxit, cuius primaviam gratiam (v. Franciscanum decet præcipue) tueor pro aris, & focus. Hoc meam tenuitatem impulit ad scribendum, eius nixus umbraculo, cuius est dare omnibus affluenter, nec improperando. Ipsa siquidem liber est, in quo, (ex quo Dei scientia exarata est) inenarrabili modo perfectior omnium doctrina continetur. Designatur Maria, inquit Richardus, (B) *per portam Templi, quia per eam nobis oritur omnis gratia: cum ipsa sit,* ait Rupertus, *sanctæ Religionis magistra, virtutum operatrix, magistra magistrorum.* Magistra est, vt me doceat, Porta vt me ad suas concinnandum laudes recipiat, quatenus sic ad sublimem huius libani verticem properare quoquo modo possim, nec eius luce perfusus à capto itinere declinem. Joiasdas Sacerdos multitudinem Israel pro concione à se emittenda congregavit. Sed ubi? *Tertia pars vestrum erit ad portam, quæ appellatur fundamenti.* Lib. 2. Paral. cap. 23. Hanc fundamenti portam, typum gessisse Mariæ, Richardus autumat; quæ etiam porta Scutariorum vocatur (C) lib. 4. Reg. c. 11. iuxta Lyranum. Sed cur per portam fundamenti Maria designatur? An quia *fundamenta eius in montibus sanctis*? Sive quia *fundavit eam altissimus*? Psal. 86. sanè textum ita explicat & applicat noster irrefragabilis Doctor Alensis. Sed alia inquiramus. Rabbinus censent ideo fundamenti portam hanc à Spiritu S. appellari, eo vel maxime, (D) quia Hebræorum Pueri ibi prima doctrinæ fundamenta iacerent, vbi destinatis singulorum dierum horis, Magistri eos de primis elementis docturi conveniebant, ac omnia quæ tum ad sacros ritus, tum ad legis observantiam attinebant, instrui sedulo curabant. Jure ergo porta fundamenti illa vocata est, dum per illam eis patefiebat divinarum, humanarumque rerum cognitio, quæ velut sentis contacti adversus fidei, & veritatis hostes possent acius dimicare. Janua Cœli Maria appellatur, per quam ad nos quantumvis infcios, dum tamen humile huic virgini agimus obsequium, guttulæ aquæ sapientiæ salutaris derivantur, ac hominibus largiter impenduntur. Jucunde Seraphicus Doctor: (E) *Oculi omnium nostrum ad manus Mariæ semper debent respicere: per manus enim huius Domine habemus, quidquid boni possidemus.* Jugum igitur hoc marianum scandere modo meum est, non temeritatis supercilio: mihi etenim conscius sum, me de eius immensa virtutum mole, consciam haud esse; sed avidus vt à plenitudine huius cœlestis libani refundat, eius ope fretus, vt mei cordis adimpleam vota, non erubescō mihi iamdudum propositas prosequi vias. O utinam suo lacte meum conspiciam calammum impinguari, cum ad eius propero cultum; scio siquidem quod *Mariam venerari vult, qui totum nos habere per Mariam voluit,* vt docet Bernardus. (F) Hinc illud Isaia cap. 2. arride. *Erit in novissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice Montium.* Supple, Maria in vertice sanctitatis, cui *tota se infudit plenitudo gratiæ:* inquit Hieronimus. Ipsa enim, & mons est, & domus Dei, vbi etiam corporaliter habitavit. Ita sentiunt Alensis meus, Richardus, ac Pintus. (G) *Est namque Maria, domus saltus libani, & domus sapientiæ.* Quid igitur *mons domus Domini*, quæ alias celebratur flos campi? Apte proculdubio, Mons, beneficentiæ Icon depingitur, cavas vndique irrigans rivulis valles, superio-

(A) *Subt. Doct. in 3. d. 3. q. 1. §. Ad quest. Richard. à S. Laur. in Mar. lib. 12. Part. 6. cap. 7.*

Causa præcipua scribendi assignatur.

(B) Richard. à S. Laur. lib. 6. de laud. Virg. Damascen. orat. 2. de Assumpt. Richard. lib. 10. tit. 38.

(C) Rupert. lib. de Spir. S. 8. in Cant. l. 2. Par. cap. 23. v. 5. 4. Reg. 11. v. 6. Lyr. in Gloss. ibi. Richar. loc. cit. Alex. Alens. in Psal. 86. v. 1.

(D) Rabbin. apud Nov. lib. 4. Sac. Elect. umbr. Virg. cap. 9. n. 67.

(E) D. Bon. in spec. Mar. lect. 3.

Per Mariam de omnibus erudimur.

(F) D. Ber. ser. de Nat. Mariæ. Isa. c. 2. v. 2. D. Hier. ser. de Assumpt. Alens. in Gloss. ad cap. 2. Isa. v. 2.

(G) Richard. cit. lib. 1. c. 4. l. 10. tit. 31. Picinell. lib. 2. c. 31.

PROLOGUS OPERIS.

perioribus pluvijs inumbratus; quas haud sola compendiat mole, imò ad ima subiecta sibi munificus derivat; sicque effigiatus cum lemmate: **IRRIGOR UT PROSIM.** Sanè sic huic munera dispensans beneficis accomodatur trutinæ, quod de Theodorico referebat Cassiodorus, (H) optante cunctum diem plenum suis beneficijs excurrere. At, quid hæc cum Mariæ erga nos munificentia? Ipsa est mons Dei, & mons pinguis, situs utique in vertice sanctitatis, (I) Mons domus Domini, à quo omnium gratiarum pluvijs irriguo; humilium corda vbertim impinguantur, teste Bernardo, dum dicit: *Mariæ mediante habemus quidquid gratiæ in nobis est.* Age ergo, excutatur metus, dum animus erga Mariam ipsa favente mulcescit, & dum tentat magnitudinis inaccessum adire collem, in ea animus deponat fidem, spem in ea, quæ spes nostra est. Hoc didici ex veridico Theologorum facile Principe, subtilissimo Doctore meo, viro alias sanctissimo, ac virtutibus omnibus perornato, qui ope Virginis, cui se totum ab ineunte dicarat ætate, tot scripsit volumina, tot Scholastica præ alijs subtilius dubia resolvit, ut de eo vulgare celebraretur elogium; (K) *Ante ruet mundus, quam surgat Scotus secundus.* Illi post adorem ex triumpho pro eius Immaculata Conceptione Parisijs deportatam, nocte quadam in ecstasi actò, Puerulum Jesum, Patris æterni sapientiam, vlnis ut eo frueretur immisit, cum ante Marmorea ipsius Deiparæ imago in Sorbonæ arenam descendenti, ut Marianæ primæ puritatis procaces terret hostes, vires, & sapientiam postulanti, flexo capite annuisset, quæ suffultus ope, eos sternit inglorios, ob quod Sorbona in eius verba de tuenda immunitate Mariæ iuravit. Petijt à Matre sapientiæ deditissimus servus sapientiam, & sapientior cunctis Scholasticis Theologis evasit. Nec mirum, si largiter dispenseret sic sapientiæ Thesaurus, in qua supercœlestis latuere omnes. (L) Audiatur Anselmus: *Christus, in quo sunt omnes Thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi, est in Maria, ergo Dei sapientiæ, & omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ, sunt in Maria.* Audiamus insuper Mariani nominis Hebraicam interpretationem, quæ etiam doctrinam redolet, sapit scientiam: *Mariæ* namque (M) *doctrinx* interpretatur: ab ea edoctus est uterque Ioannes Evangelista, & Theologus: uterque divinam altius alijs perscrutavere naturam; ille Hæbionitas confutando; hic hæreses omnes ad exaltationem fidei confundendo. Vtriusque discipulus cum sim, & fide, & Professione, à qua mutuaverunt integerrimam scientiam, spero suffultus eorum precibus, me aliqualem consequuturum sapientiæ portiunculam, ut de tantæ cœlorum Reginæ elogijs aliquid edisseram, meæ erga ipsam propensionis quietato protinus desiderio. Quapropter ad ipsius umbram subterfugiens, (N) Idiota cum altero canam: *Trabe me ignorantem, ut me reddas scientem.* Quidni? Maria, *Mons est in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes.* Isai. 2. iterum huiusmodi expedit rimari scripturam. Mons est Maria utique, in altum se erigens, imò proximam Deo altitudinem pertingens, in quo sempiternus aquæ sapientiæ salutaris contemplatur effluxus, ac est insuper metalorum omnium gratiæ contentivus, à quo supplici demissione mortales extrahunt ut proficiant. Hinc pingere est Montem à solis luce vndequeque perfusum, spongioso ore hiantem, ac auri copiam, argente diffundentem, cum hac inscriptione: **DISPENSANS DITOR AB ALTO.** Liquefiunt enim aureæ venæ, vel ab igne intra cavernas occluso, vel à solis ardore nimio; vnde mons haud pretiosa quæque retinendo, ut alij ditentur, eviserat quæ latebrosis sinibus natura reclusit. Aurum est sapientia, iuxta Gregorium, quæ large à Mariano monte diffunditur, dum eam ab ea demissus animus præstolatur. (O) Scite Gregorius Thaumaturgus de Maria loquens: *Hinc nobis divinæ cognitionis resplendent thesauri.* Vnde rectè à Bernardo Maria vocatur; *Scientiarum Sanctorum scientia.* Discant alij generosam Mariæ emulari liberalitatem, (P) quæ nos, & gratos constituit, & districtos, *Principum* namque *dona, sunt auctoramenta servitutis.* Inquit Demosthenes. Maria *Princeps cum Deo*, Syriace dicitur, quapropter dum ab ea, & per eam scientiæ Thesaurus desideratur, quasi compedibus eius obsequio totus noster affectus vincitur. Id evidentius ex alijs textus verbis apparet. *Et fluent ad eum omnes gentes.* Isai. 2. Ad Montem Mariæ omnes siquidem confluunt, ut ditentur, ut protegantur. Arabicè verba hæc habentur: *Mons purus in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes.* Sanè puritatis mons, ubi nec vepres culpæ originalis nascitur, nec sentes peccati visuntur, sed utique gratiarum flores variegato stromatè contemplantur. Adde ex Chald. Bibl. *Confluent, ut serviant omnia regna.* Sanè ita fit, sed vcinam ex corde ab omnibus fieret. Est Maria mons puritatis, quia puro Spiritus S. halitu foecundatus: idcirco ut eius primam puritatem, & venerentur, & colant, omnia regna properent festinanter, supersit nullum. Notare superest, pro voce

(H) Cassiod. lib. 1. epist. 11.

(I) D. Ber. ser. in Fest. S. Michael. Ecclesia in Cant. Salve Regina.

(K) Scotus Anthonastice dicitur, Virginis devotus. Ludov. Manganell. in eius vit.

Michael. Oyerus in orat. encom. Hug. Cavell. in vit. Scot. c. 1. Illustris. Samanieg. l. 2. c. 5.

(L) D. Anselm. Hom. in cap. 10 Luc. intravit. Iesus &c.

(M) Aloyf. Novar. in Elect. sac. umbr. l. 4. Exc. 29. n. 3 14 Marius de Calaf. tom. 4. Conc. Hebr.

(N) Idiota de Virg. Maria. c. 21. Anglic. lib. 14. c. 2. Berchor in Red. & direct. passim. Pincinell. loc. cit.

(O) D. Greg. Homil. 10. in Evang. D. Greg. Thaumaturg. ser. 2 de Annunt. D. Bern. in Cant. Salve Reg. ser. 2 Gregor. Venet. de Harm. Mûd. cant. 1. tom. 5. c. 7.

(P) Demost. ex arg. lib. Bibl. Arab. in max. Bibl. Chald. ibi.

fluent,

PROLOGUS OPERIS.

fluent, (Q) legi ex Hebræo verbum *Nabar*, quod *fluere*, & *illuminare* significat: tunc-
que sensus est: *illuminabunt se ad eam omnes gentes*. Et quid novitatis? Maria etiam in-
terpretatur *illuminatrix mea*, quia est, inquit Methodius, *fidelium omnium fax*. Igitur
fluere ad hunc oportet puritatis montem, ut doceat nos vias suas, & sic ambulemus
in semicis eius. O felix gressus, si sic nos homines gradiamur! Habes licet ego, festi-
nus ad hunc accedo montem ut illuminer, & pulsa ignorantie caligine spero posse ve-
lut Apicula cœlestes in hoc monte colligere flores, quibus Maria pro meis votis ma-
neat coronata. Audiendus DD. Maximus (R) sic alloquens virginem: O Maria,
quid nos tantilli, quid actione passilli, quid in tuis laudibus referamus: cum etiam si
omnium nostrum membra verterentur in linguas, te laudare sufficeret nullus? Altior
cœlo es, Abyssus profundior, cui laudes dicere conamur: si cœlum te vocem, altior es, si
matrem gentium, præcedis: si formam Dei te appellem digna existis. Cui insistendo, nil
meis viribus credidi; exiguum enim omne est quod à me potuit desiderari. Sed quia pro-
pmodum tenuissima licet hæc scripta, affectus mei erga Deiparam aliquale sunt ar-
gumentum, ei inscribere haud puduit, malens (cum Richardo à S. Laur. loquor) cum
mihi deessent crocus, & Hyacinthus, & Byssus, & purpura, de pilis caprarum devo-
tus offerre, quam in conspectu virginis vacuus apparere. In hisce sistor votis, huc meum
dirigo calamus, ut illa dirigat, quæ causa movens fui tantillum vel me furripuisse
laborem. Hinc Richardus idem. *Maria est virga Prædicationis, videlicet quæ sola da-
tur Prædicatoribus ad portandum in via*. Ipsa ducat, sedulus enim curram post odo-
rem vnguentorum suorum.

2 Pergamus ad alia. Post datam scribendi causam, explanare est titulum libri, qui
Libanus Marianus inscribitur: nec perperam, sed optimo quidem iure; nam Primo
Maria mons est (S) (ait Gregorius) *quæ omnem electæ creature altitudinem electionis sue
dignitate transcendit*. Libanus insuper prædicatur, quia *Gloria libani data est ei*. Isai.
35. In quo monte Beata virgo signatur propter virtutum eminentiam. Sed cur Gloria,
non fecunditas libani Mariæ à Deo datur? Libanus, iuxta Hebraicam ex interpreta-
tionibus vnam, *Cordis filiatio* dicitur. Maria autem *Filia altissimi Regis* à Seraphico
Parente vocatur: Imò *tota in se formosa est, tota in virtutibus, & actionibus forma,
exemplar æterni exemplaris*; inquit Simon de Cassia. Igitur cum verbum expressa si-
militudo sit primarij exemplaris, vtpote Patris æterni, Maria autem exemplar exem-
plaris dicatur, quodammodo in sua creatione non rigore generationis, sed signatissi-
ma analogia, Filia veluti charissima in delitijs, cordi quod eructavit verbum bonum,
quandam dirigit relationem filiationis, non solum gratiæ, qua plena fuit, sed Gloriæ,
quam, videndo Deum, iam in primo animationis instanti possedit. Audiatur D. Pe-
trus Damianus. (T) *Quid sanctitatis, & perfectionis singulari huic virgini deesse po-
tuit, quæ totius divinæ Gloriæ charismate plena fuit?* Sistamus in verbo *exemplar exem-
plaris*. Maria, Patris æterni filia, ut sit mater Dei prædestinatur à Deo: ex quo ergo
filia, ius habet ad Gloriam, ad Dei fruitionem, à se haud vlllo instanti elongandam.
Odonis Cameracensis Antistitis arridet dictum. *Gratia plena virgo est, & gloriosum
totum gratia plenum*. Gloria igitur libani, seu gloria filiationis ad instar æternæ præ-
statur Mariæ, dum Patris cordia agglutinat in conceptione, intensissima charitate. Id
vidit Amadeus noster, (V) qui sic de virgine fatur: *Facta extra se Virgo, suique obliga-
ta præ gaudio adhæsit cordi latissimo Patris, & conglutinata Deo, in illum tota effe-
rebatur, in cuius amoris immensitate tota refundebatur*. Merito igitur *Marianum Li-
banum* non inficior opus hoc appellari, siquidem Mariæ gratiam primævam, filiatio-
nem vtique gloriosam, præclaris huiusce iugi iconibus rudi licet penicillo effigiatas,
peripicno videre erit. Alia omitto inferius de libano, & literaliter, & allegoricè expla-
nanda. Sed modo rectroactis immoremur. *Libanus Marianus* vocitatur liber, velut
è limine Marianam salutans filiationem, qua potissimum veluti constructa à primor-
dijs monstraretur, ut Nazianzenus etiam sic testatur, inducens virginem sic ad filium
alloquentem.

Simul atque nata sum Patris tui, ut arbitror.

Ex mente summa, me meus nutrit Pater,

Non inter illos, quos colunt homines, Lares,

Sed me sacrata mater adi destinat.

In sublimius elogium rapuit pennam Theologus Nazianzenus, (X) Virginis pro-
culdubio animum, prerogativarumque contemplatus abyssum. Dicam Marianæ pu-
ritatis iuratus vtique propugnator, arctam cum æterno Patre Mariam coniunctionem
habere, & compendiosam paternorum declarationem attributorum, quod, & indicia
sua-

(Q) Olesst. in
c. 2. Isai. v. 2.
Method. orat.
in Hypop.

Maria mons
puritatis om-
nes illuminas.

(R) D. Hier.
apud Andr.
Ebor. in Sent.
part. 1.

Richard. a S.
Laur. de Laud.
Virg. Prol. 2.
Idem lib. 12. de
Laud. Virg.

(S) D. Greg. in
l. 1. Reg. l. 1. c. 1
Richard. l. 12.
Isai. c. 35. v. 2.
Marius de Ca-
lass. t. 4. Conc.
Hebr. S. P. N.
Franciscus t. 1.
opusc. Simon de
Cassia, l. 2. de
B. Mar. c. 1.

(T) D. Petr.
Damian. serm.
3. de Nativ. B.
Virg.
Odo Camerac.
in opusc.

(V) Amadeus
hom. 6. de Laud.
Virg.

Quare liber
præscribitur.
Libanus Ma-
rianus.

(X) D. Greg.
Nazianz. Car-
mel. de Christo
Pat. col. 25.
Venerab. Soror
Maria à Iesu
de Agreda latè,
1. p. Miss. Civ.
Andr. Alciat.
in Embl.

PROLOGUS OPERIS.

(Y) Subt. D.
quodl. 14. art. 2
in 1. d. 3. q. 3.
art. 1. n. 5. 9.
d. 1. q. 2. 9.
passum alibi
Andr. Hieros.
ser. 2. de An-
nunt.
D. Bern. Sen. t.
3 ser. 1. art. 1.
c. 3. Prov. c. 8.
v. 30.

(Z) Lyra in
Glos. ad cap. 8.
sap. v. 3.
Syriac. in Bibl.
Max.

(A) D. Anton.
Pad. ser. Fer. 5.
in Pass.
D. Greg. Thau-
mat. ser. 2. de
Annunt.
(B) Alex. Ale-
xis, in Glos. ad
cap. 8.
Prov. v. 30.
Bibl. Tigr. in
Max. ibidem.

(C) Subt. D. l.
1. d. 1. q. 1. 9.
in 4. d. 49. pas-
sim.

(D) D. Da-
masc. orat. 1.
de Nat. Virg.
D. Clem. Alex.
lib. 6. Stromat.
Bibl. Chald. 9.
Lyr. in Max.
Subt. Doct. l. 1.
d. 27. fuisse.

(E) D. Anselm.
Amadeus, loc.
cit.

(F) D. Ber. bo-
mil. 3. sup. Mis-
sus est.
Rupert. Abb.
in Cant. c. 3.

suadent, testantur oracula, pignora in virgine à Deo deposita fatentur: quod asseren-
dum pijs solummodo est quadam non mediocris proportionis licentia, ac analogica
coniectura. Si namque Prisca Gentilitas Minervam è Jovis adstruit editam cerebro,
quasi Sophiæ totius Numen, in quo mentita est iniquitas sibi; cur sat non erit, ut
Gregorius asserat, Mariam ex mente procreari Dei, qui omnium creaturarum opifi-
cia per sapientiam præparat, (Y) ut Subtilior omnium Scholasticorum Princeps con-
cludit? Audiatur pro his Andreas Hierosolymitanus hæc de virgine pandens: *Virgo*
ipsorum Seraphim vincens naturam, miraculo Dei prima natura est proximè accedens
ad Deum. Insuper Senensis Apostolus meus D. Bernardinus in hæc verba de virgi-
ne prorumpit: *Quippe ipsa Maria est emanatio quædam sincera omnipotentis Dei.*
Hanc divini cordis cum Mariæ animatione coniunctionem liceat ex scriptura amplius
rimari: Prov. siquidem c. 8. ipsa sapientiæ Mater de se ipsa hæc habet: *Cum eo eram*

cuncta componens. Planè lectio alia apud Bibl. Max. favet sic nobis; *cum eo eram ri-*
dens. Perpendas quæso: (Z) *Masculus nascens gemendo profert, A, fœmina verò E,*
quasi conquærentes de primorum Parentum transgressione: Inquit Lyranus. Maria so-
la ut Aurora consurgens, hilaris, & iucunda perfusione gratiarum risit. Quare? Misere-
ri potuit transgressionis Adæ, non timere; ideoque, & concepta, & sola risit, quia in tunc
nec culpa obfuit, nec culpæ debitum obviavit. (A) Scite Thaumaturgus Paduensis
meus D. Antonius. *Beata Virgo fuit de numero eorum, qui fuerunt à debito præser-va-*
ti. Cur planctum emitteret, quæ concepta planctum extinxit, & gaudium in universo
mundo annunciavit? Id profert Luculenter D. Greg. Thaumaturgus; *Ave* (inquit)
gratia plena; nam per te gaudium omni dispensatur creaturæ, genusque humanum an-
tiquam dignitatem recuperat. Cum textu ulterius procedamus, hanc de libano virginali
sacram filiationem explanaturi. (B) Ex Biblijs Tigurinjs legere est: *Fida illi aderam,*
delitijs fruens. In singulis siste verbis. Mater sapientiæ increata Maria est, ut PP. cum
Alensi prædicant. Adæ filij omnes in suo capite moraliter contenti, (dempto Chris-
to, & Beata Virgine) transgressi sunt fœdus cum Deo initum de non edendo vetito
sibi cibo. Sed quid tunc Maria etiam Adæ filia? Audi. *Fida illi aderam.* Ergo cordis
divini non occlusit amorem, gratiæ servavit filiationem, in omnibus amplexa est fi-
delitatem. Quid inde? *Aderam delitijs fruens.* Perbelle siquidem, nam sicut intellec-
tualis creatura (C) (ut docet Marianus Doctor) ultimatè satiatur per intellectum in
primo verò; ita per voluntatis fruitionem in summo bono, in quo præstantius stat
obiectiva beatitudo. Maria igitur quia debiti primæ labis nescia, fida Deo in omni-
bus fuit, in sui esse instanti primo aderat iam delitijs Dei fruens, ut non solum con-
cepta prædicetur in plenitudine gratiæ, sed etiam in possessione gloriæ. (D) Apte Da-
mascenus: *Hæc fœmina summo regi Deo tamquam fimbrijs aureis amictam virtutum*
elegantiam offert, cuius gloria interna est. Obumbret ergo libanus, quam altissimus
obumbravit, sibi prævidens dilectam filiam, cordi (quod sedes amoris est) eam ut
signaculum puritatis inpingens. Aliter ac diximus Chaldaica, & Lyranj lectio legit:
Iuxta eum eram nutrita. Iuxta Verbum, sapientiam siquidem, quæ ex ore altissimi per
dictionis actum prodivit, ut Subtilior propugnat Doctor. Cur virgo prævisa Dei
mater, ad tantam Patris æterni similitudinem evehitur, ut quasi cum Verbo enutrita
dicatur? Dicam. *Æternus Pater unicum filium, de corde suo sibi æqualem genitum,*
quem ut se ipsum diligebat, (E) ex Anselmo, *sic dare decreverat, ut naturaliter esset*
unus, idemque communis Dei Patris, ac Mariæ filius. Etsi enim principia diversa sint,
nempe Deus Pater, & Maria; sicut & generatio æterna vna, temporalis alia: tamen
Deus ipsa gratia coniunxit ut vñrentur in prole, & amoris nexu, mentisque transfu-
sione vterque parens, ex Amadeo cit. agglutinaretur in Spiritu. Ad latus igitur (scu
Verbi, seu Patris) Maria nutritur, ut iam in conceptione proximius ut filia eo frua-
tur; nec inde movetur, nec vagatur post greges sodalium suorum; quia ex quo Eva
à latere declinavit viri, se, suosque impexit tabe mortiferi veneni. Verba Bernardi
audire sit. (F) *Cum Mariæ tanta Deo consensio fuit, ut illius non solum voluntatem,*
sed etiam carnem sibi coniungeret, ac si de sua, virginisque substantia unum Chris-
tum efficeret. Si ergo libani candidioris huius altitudo tanta est, ut ferè ad Deum per-
tingat, & Mariæ sapit cordialem erga Deum filiationem, merito nostrum opus percur-
rit huius libani virtutes, fœcundos monstrat Charitatis Novales, ut sic omnes, devoti
affectus vallis, huius scandant verticem iugi, solo, cœloque gratissimum, gratijs om-
nibus fœcundatum. Vnde, cum libanus Maria sit, & candore, & proceritate virtutum,
ex Ruperto, non casu, sed maturo consilio, eius excellentias tractaturus, describitur
liber hic *Libanus Marianus.*

PROLOGUS OPERIS.

3 Quem tandem spectamus propositus finis, seu scopus operis, Mariæ originæ labis insciæ laudes sunt, ad quas omnium corda deflecti quantum pro meo est curare conabor. Ad quid enim extra Deum acies mentis potuisset inverti, quam ad Mariam, quæ mons est sublimis, ad quem ascendere debet, qui evangelizat Sion, cuius colloquio latens vterque Joannes eruditur, instruitur, & ad Dei eloquia enuncianda paratur? Ipsa cum sit *Agnitio veritatis*, ut docet Ricardus à S. Laur. (G) emphatice scilicet præcipue cognoscens, & effectivè, utpote cognoscere faciens veritatem, me proculdubio suum adsciscet ad montem myrrhæ, & thuris, ubi currens ab ea allectus in odorem vnguentorum suorum, nil quod montem ornare solet, subterfugiat, quod ad eius laudem vel aliquid non afferat, aut divulget; vnde *Laudationem Domine*, (H) (cum eodem Richardo dicam) *loquetur os meum, ut benedicat omnis caro nomen Sanctum eius*. Et utinam tenue hoc sacrificium laudis honorificet me, ducens ad æternam laudem sine fine mansuram. Si quid igitur frugis in opusculo hoc invenire erit, hoc fortietur à laude Mariæ, ad quam omnes excitat, invitat omnes: *Finis enim non solum est rei ultimum, sed, & optimum*, ut cum Arist. meus docet Marianus præceptor. Ideoque quidquid boni mens humana molitur, aptat discursus, hoc quidem à laude Mariæ ut fine optimo derivatur, ac hoc Parthenico monte fluit: qua de causa, cum voluptate voluntas confluit ad Mariam, ut mens ab eius fonte intelligentiam hauriat salutatem. *Maria enim* (canit Richardus) (I) *Puteus est aquarum viventium, quæ fluunt impetu de libano, nam ipsa est armarium scripturarum*. Omnia ergo hic dicenda ad Mariam referantur, Mariam prædicent, commendent Mariam, à qua prodierunt; nam *vnde exeunt flumina revertuntur*. Totum atque adeo libanum percurram, nullamque naturæ suppellectilem in montibus, ac scopulis recondi solitam, meam subterfugere explicationem conabor, omittam nullam, ad folius Mariæ Gloriam, quæ sola præcipuus finis est, circa quem cor sedule invigilat, non solum ut ab eius laude non aberret lingua, sed & ut opus laudabilius reddatur; quod facere *proprium finis est*, (K) Augustino teste. Verum enim verò terreor stupefactus, & in stuporem ducor, audito Salomone dicente Eccl. 15. *Quod non est speciosa laus in ore peccatoris*. Imò, *Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas?* Psal. 49. à proposito deflecter ob metum mihi ab utroque Propheta incussum. At, age: scio, quod Maria Peccatorum humiles non recusat accessus, perpetuus ad eam patet aditus; & ut docet Doct. Seraph. D. Parens Bonaventura; (L) *Ipsa est spes poenitentium, lugentium solamen*. Ad ipsam igitur confugio, laudaturus ipsam; quia *Maria* (ait Richardus) (M) *est mons Selmon, quod interpretatur umbra, & in ipso, & per ipsum dealbantur peccatores nive, id est super nivem*. Vnde ad eius me revocans umbraculum, suam adepturus non despero opem, ad *annunciandū omnes laudationes eius in portis filie Sion*. Nec fari vereor plures de Mariæ encomijs scripsisse plura, & facere, & copiose, & iucunde, laxatis ad calamum pro opportunitate habenis; tamen omnia modica sunt spectata dignitate Mariæ; etenim *Virgo omnium encomiorum legem excedit*: inquit Damascenus. Atque adeo *tanta fuit eius perfectio* (docet D. Bernardinus) (N) *et soli Deo cognoscenda reservetur*. Ab his itaque Mariæ laudibus prædicandis, etsi omnium imperitior, non desistam, metas teram hac Mariana luce non devias, non obliquas, Psalmistæ insistendo verbis, de Maria à Seraphico Doctore explanatis: *Vias tuas Domina demonstra mihi, & semitas tuas edoce me*. Psal. 24. & faxit Deus, quod, & perficiam, ut post meos ad Montem Marianum exaltatos gressus, ad eam, quæ nostra vita est, & dulcedo verba retorquens, dicere valeam: *Notas mihi fecisti vias vite*. Psal. 15. namque *illic iter, quo ostenditur nobis salutare Dei*. Si autem (ut ex Xenophonte disco) (O) *nulla est auditio laude suavior*, profecto meas (haud hæreo anceps) exaudiet virgo, à suis descriptas gratijs, ex eiusque virtutibus depromptas. Id suadet Richardus, & sæpè adductus, & adducendus: *Præparationem cordis eorum (id est humilium) audiuit auris tua, id est Beata Virgo, quia ea mediante pauperes exaudis, sicut homo mediante aure sua*. Huc igitur vota mea tendunt, ad Mariam ultro flectuntur: suæ sunt laudes, scripta mea: ideo exigua hæc, illæ sublimes, quia ex sublimiori perfectionis vertice depromptæ. Sevi tamen laborem, & utinam metam à mortalibus omnigenam Mariæ laudem, cui sacrationi Cereri primævas mei studij fruges in devotamentum animi devinco, & Præludium claudio, cum Ovid. 3. de Ponto: (P)

Excitet auditor studium, laudatæque virtus

Crescit, & immensum Gloria calcar habet.

AUTHOR LECTORI UT CUMQUE BENIGNO.

Accipe primarias mei studij primitias, (Q) si placeant alias tibi. sum in posterum litat-

(G) *Isai. cap. 40. v. 9. Paul. Burg. ibi. S. Petr. Dam. ser. 23*
(H) *Richard. à S. Laur. l. 4. tit. 31. Idem lib. 2. P. 5. c. 1. D. Bon. in Psal. Virg. Arist. l. 2. Physic. Tex. 19. & 31. Doct. Subt. Quodl. 16. in 2. d. 43. q. 1. d. 6. q. 2. in 4. d. 49. q. 10. & passim*
(I) *Richar. cit. de laud. virg. lib. 9. Eccles. l. 7.*

(K) *D. Aug. in Princ. Rethor. & lib. de Mor. Manich. Eccl. c. 15. v. 9. Psal. 49. v. 16.*
(L) *D. Bon. in Psal. virg. Psal. 149. v. 3. Psal. 9. v. 15.*
(M) *Richar. lib. 8. de laud. virg. D. Ioa. Damasc. orat. 2. de Nativ.*

(N) *D. Bern. Sen. tom. 2. ser. 51. art. 3. c. 1. Psal. 24. D. Bon. & Lyra ibi v. 4. Psal. 15. v. 10. Psal. 49. v. 23.*

(O) *Xenoph. apud Plutarch. Rich. de laud. virg. l. 2. Par. 2.*

(P) *Ovid. 3. de Pont.*

(Q) *Sacrificantium mens, non res attenditur.*

PROLOGUS OPERIS.

aitur. Plin. fen.
in Prol. Div.
Laur. Iustin.
Traff. de Caff.
Connub. c. 7.
Petr. Galat. li.
7. c. 8. & om-
nis Schola Sub-
tilis. Sententia
de Immacula-
ta Conceptione
Mariæ dicta,
opinio mino-
rum. Abb. Pa-
norm. conquē-
stus, de Ferijs.
Abul. Parad.
1. c. 21. & alij
(R) Socrat.
apud Stob.
Cic. 2. de orat.
Idem pro Cic.
(S) Hist. Sax.
apud Andr.
Ebor. 1. part.
Sent.
Plin. Iun. lib. 6
(T) Richard.
à S. Laur. lib.
12. p. 4. c. 2. &
lib. 1. c. 4.

(V) Flores mei
fructus hono-
ris. Eccl. c. 24.
v. 23.
Alensis in Gl.
ibi. & Hays.
(X) Rupert.
abb. lib. 5. in
Cant.
Theatr. vit.
Hum. tom. 1.
Richard. à S.
Laur. lib. 2. p.
1. & lib. 4. tit.
21.
(Y) Quintil.
lib. 11. Eras-
m. in epist.
Plin. Iun. epist.
2.

tantis. Hasce vberimas in domini horreis adinveni, inscius an eas aptè congregavi. Oportuit tenellas agelli spicas iuxta exiguitatem mearum colligere virium, aliorum videlicet fragmenta, ne pereant; quod & iamdudum desideravi, meique voti factus compos implevi. Seges est Mariana, quæ in frondibus viret, olet in floribus, latefcit in spicis, nullis vnquam exposita fraudum incurfibus, nullis venenatæ ietibus falcis, vtpote quam spiritus animavit ad vitam, salutarem per illam spaciens iucundius au-ram. Ante hac erat sparsim, seorsimque legere præclara encomia Mariæ, Hieroglyphicis, & Iconibus exarata: modo in vnum redacta visuntur, vt vberior Thesaurus le- gentibus impendatur. Ergo, ne cohibeam votum, quo me totum Mariæ addixi, huius epinicia præcipuè canenda duxi, cecini, ad quod iure iurando vt Franciscanus me addixi. Impendit attamen desiderium aliquale solummodo linguæ tributum, sese à difusione nimis onerosa coercens: Socratis pluris faciens dictum, (R) *Nulla est ora- tio, quæ longa videatur, quando res ordine proferuntur*. Antequam moliretur opus, imò & mandaretur prælo, eius lucubrationes non semel qua potui indagatione revolvi, pensavi, vt tritum ex Paræmijs pro Marianis elogijs iter explanarem; rememorans Tullij dictum: *Et si utile sit, subito sepe dicere, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum paratius, atque accuratius dicere*. Fateor tamen me crassa hæc percurrisse minerva; sed tibi itidem cum eodem Cicerone fateor, *quod verba inventa sum, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem*. Cum ergo paginas hasce meas cerne- bam tot Marianas haud posse capere laudes, ac tot rapi in virtutes, omissi plura, quæ forsan tibi non ingrata forent, (S) memor apopthegmatis; *satis etiam laudat, qui ta- cet*: interdum enim *non minus oratorium est tacere, quam dicere*. Hæc in magnis tacuisse causa fuit, quia *voluisse sat est*. Vnde minuscultas solummodo statui dicare fruges, daturus alias si vita supersit. Gratum (vt fas est) habe hunc *Libanum Marianum*, perfectionis omnibus numeris absolutum, (T) opimum, etsi inaratum, sentibus inf- cium, vaccinijs, Rosis, lilijisque perornatum, quos flores descerpere non pigebit, qui à fluentis gratiarum irrigati, obliterantur numquam, numquam marcescunt, inter- morituri semper. Ex his tibi vnum conciliaui manipulum, absque vllius incommo- do feracem, vt alijs etiam surgat in vberes fructus. (V) Quod, & fiat vtinam. Em- blemmata, Strophas, ac Hieroglyphica pro opportunitate pensata exenterare propo- sui, quæ etsi partim antiqua, plura tamen denuo meditata, & Sacrorum Bibliorum locupletata textibus offeruntur, vt ne gentilico more incedant nuda, sed scripturæ textibus perpolite vestita. Hæc igitur iuxta literalem, anagogicum, allegoricumque sensum explicata patefunt, vt utroque modo profsint tibi, ad laudem Deiparæ. (X) Insignem ergo hanc Mariæ gloriam incorruptibilibus huius *Libani Mariani* cedri- nis corticibus incissam, representandam, & Cælo, & solo expendit amor, & illis trium- phalibus instar arcubus suspenduntur, vt supercœlestis huius Heroinæ dignissimas ex- primant prærogativas. Non ingeniosam tibi transmitto vivacitatem, non rethoricæ eloquentiæ lepores; optima solummodo te voluntate adisco: huic tantum grato animo esto. Nec valuit mea tenuitas cohiberi quominus ad inaccessible huius libani celsitudinem advolare, vt latebrosis ex sinibus Thesauros extraherem avidus reclu- sos, quibus studiosi præcipuè ditarentur. Solum superest (Quislibet sis) Amice Lec- tor, vt æqui bonique consulas affectum, quo Mariæ obsequor, scribo tibi. Scio haud quemquam posse omnibus placere; at me solatur Quintiliani dictum (Y): *Plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudicium scribuntur*. Sed sane, vt Mariæ Glo- ria fufsius compenferetur, floccifacio rigidiorum Zoilorum censuram; nam *vix quid- quam tutum in literis committitur*; & quoquo modo sit, *quatenus mihi denegatur diu vivere, relinquam aliquid, quo me testor vixisse*. Vale.

ORDINATIO OPERIS.

- Liber I. Agit de situ, celsitudine, & amœnitate libani, ac eius collibus.
- Liber II. De Aquis, fluminibus, ac Fontibus Libani.
- Liber III. De mineralibus, ac lapidibus pretiosis Libani.
- Liber IV. De alijs gemmis, ac lapidibus pretiosis Libani.
- Liber V. De aromatibus, ac Floribus Libani.
- Liber VI. De arboribus cultis, & Fructiferis Libani.
- Liber VII. De arboribus incultis, & Sylvestribus Libani.
- Liber VIII. De Avibus Libani.
- Liber IX. De animalibus terrestribus Libani.
- Liber X. De Reptilibus Libani.
- Liber XI. De Cælo Libani.
- Liber XII. De Custodibus Libani.

LIBANUS MARIANUS.

LIBER I. DE MONTIBUS.

C A P. I.

MONS OBUMBRAT MARIAM, OB SUBLIMIS gratie eminentiam.

(A) *Isai. c. 2.
v. 2. Prov. c. 8.
v. 22. ibidem,
a. 24.*



ERT mons domus do-
mini in vertice mon-
tium. *Isai. 2.* (A) sed
audi, *Preparatus* in-
quit; videlicet, ante
alios montes paratus:

Maria vrpote, quam dominus possedit ante-
quam quidquam faceret à principio. *Prov.*
8. nondum indigesta orbis moles caput è
nihilo extulerat, cum iam Maria possessionem
esse Dei gloriabatur; quia nondum
erant *Abyssii* (ipsa fatur) & ego iam concep-
ta eram. Meditare verba: *Nondum erant*
Abyssii, & ego iam concepta eram. Pulchre
quidem. Nam *Abyssus*, idem est ac *sine can-*
dore; & antequam defectus candoris Inno-
centiæ conciperetur in orbe, iam prepara-
ta erat Conceptio Virginis in æterna deita-
tis mente. Adsit nunc Gregorius: *Mons in*
vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ
supra omnes Sanctos effulsit. Mons dici-
tur, & domus, quia in ea, vt in Palatio Deus
habitat, vt in monte aptius spatiatur. Hunc
ergo montem plane Dei, virtutibus om-
nibus pinguem, è limine soluto, quem co-
ronant qui adstant sanctitatis montes in
circuitu eius. *Psal. 124.* nam (vt scribit
Damascenus) (C) *Maria est clarissimus*
Dei mons, qui collem omnem, ac montem,
idest Angelorum, & hominum sublimitate
exuperat: Mons in quo beneplacitum est
Deo habitare in eo. Mons vnde ab emin-
entiâ nuncupatur, vt meus Anglicus cum
Isidoro docet: & tanta est Mariæ, vt crea-
tura cum sit, ferme ad divinam pertingit
naturam, vt ex D. Dyonisio, & Antonio
Paduensi desumo. Sit ergo depingere mon-
tem omnibus pervium, non sinuosis an-
fractibus implicatum, vertice lambentem
cælum, cum lemmate: **EXIMIS AD**
SUMMA SUBIT. Præclara Virginis
Icon, quæ mons ita sublimis est, (ait Gre-
gor.) vt ad Conceptionem Verbi æterni
pertingeret, & meritorum verticem supra
omnes Angelorum choros vsque ad soliam
deitatis erexit. De se loquitur ipsa *Eccl.*

24. *Ego in altissimis habitavi.* Videlicet,
disponendo Cælum *Empyreum*, inquit Ly-
ranus. Per Mariam Cælum ornatur, dis-
ponitur, pulchritudine augetur. Ansel-
mum ad hoc advoco. *Omnia quæ in Cæ-*
lo sunt, per glorificationem tuam inassti-
mabiliter decorantur. Sic Mariæ elloqui-
tur. Vnde Angeli die quo fuit concep-
ta (D) (Vincentio Ferrerio testante) Festum
magnum in Cælo fecerunt. Maria ergo
prævisa habitabat in altissimis, sive in
summis sublimitatibus, vt habet Syriacus.
Antequam supremus opifex extenderet
Cælum sicut pellem, ante orbis vtriusque
molitionem, Prædestinata Dei Parens ha-
bitabat in altissimis, nempe in Deo, qui
solus altissimus est, imò excelsior Cælo,
inquiunt Basilii, & Gregorius. Tantam
sibi Virgo iam ex tunc vendicaverat emi-
nentiam, vt cum adhuc nullus extaret lo-
cus, in Deo locata erat, Deo fruens. Scite
Rupertus Abbas: (E) *Si delicia eius cum*
filij hominum, quanto magis lubens erat,
& deliciabatur cum ista ancilla domini,
miraculo cunctorum filiorum, & filiarum
hominum? Hæc est huius montis virginæ
Cœlestis celsitudo, hæc eminentia, vt ap-
proximetur altissimo, eique intimior om-
ni alia creatura sit; eumque magnificet, à
quo & ipsa Virgo magnificatur. Adest
Richardus hoc indicans. (F) *Maria di-*
citur magnificentia Dei, quia magnifi-
cata est à Deo, & etiam magnificavit
Deum.

2 Pende igitur huius montis sacram
à suo initio vsque ad Deum extollentiam;
quidquid terreum est pede calcat, intra
Triadis folium se immiscet, vbi Deipara
divini Pheumatis spirante aura, fecit pro-
cul tortuosi colubri suffitus. Depingas
montem, in cuius vertice supra solium
elevatum Deus sedet, omnem eius mo-
lem inaccessa luce perlustrans, hæc cum
inscriptione: **ALTIUS IRE NEQUIT.**
Huic accomodantur verba Guarrici: (H)
Veni (inquit) electa mea, & ponam in te

(D) *Lyra in*
Glos. D. Ans.
l. de Excellent.
Virg. c. 8. Bibl.
Syr. in max.

D. Vinc. Ferr.
ser. de Concept.
Iob. c. 11. v. 4.
Basil. in Psal.
7.

Greg. lib. 10.
mor. c. 10.

(E) *Rupert. l.*
2. in Cant.

(F) *Richard. d.*
S. Laur. lib. 4.
de Laud. Virg.

Method. Ho-
mil. de Purific.
(H) *Guarric.*
ser. 3. de As-
sumpt. Mariæ
Ier. c. 17. v. 12
Bibl. Tig. in
max. Lyr. ibi.
Rich. lib. 10.
tit. 2.

thronum meum, in te mihi regni sedem constituam. Aptius tamen hoc à Spiritu Sancto edocetur Jer. 17. *solum Glorie altitudinis à principio, locus sanctificationis nostrae*. Tigurina lectio habet: *O solum Glorie excelsum ab initio*. De Caelo Empyreo, quod altissimum est, & dicitur solum gloriæ, in quo Deus præsidet omni creaturæ, Lyra intelligit. Sed in Maria posuisse Deus solum suum, liquide ex Guarrico, & Richardo patet. Solum hoc in monte virgineo paratur, excelsum ab initio, quia utpote cum Deo semper, nec unquam ab eius devians aspectu: atque adeo dicitur *excelsum ab initio*, (inquit noster Galatinus) (I) ut ostendat matrem Messtæ absque initiali peccato conceptam fuisse. Sed cum gratia culpæ moraliter opponatur, quid est, quod mons iste Marianus, non solum gratiæ, sed gloriæ cum à Deo paratur, appelletur? Gratiæ nos Gloria dignos facit, non possessores: Gloriæ beatitudinem in fruitione summi boni consistere ultimè, inficiatur nemo. Ergo Maria, quæ ab initio plenitudinem habuit gratiæ, carere ab initio fruitione summi boni non debuit; quia in matrem elegit eam Deus, & præelegit eam. Iterato D. Petrum Damianum audiamus: (K) *Quid sanctitatis, quid iustitiæ, quid perfectionis singulari huic virgini deesse potuit, quæ totius divinæ gloriæ charismate plena fuit?* Mons igitur Maria, cuius eminentia post Deum (inquit Galatinus) superior omnibus est, ita ut nec altius adire queat, nec eminentius quid in creaturis valeat suspicari.

3 Tutus hic mons ab omni hostili prorsus incurfu, quia Dominus custodit introitum suum, & exitum suum. (L) Psal. 120. similiter ad hoc montem liceat depingere huius epigraphis notula: NON ACCEDET AD TE MALUM. Congruit hoc Mariæ, cuius nec præsentiam ferre potuit serpens antiquus, qui omnes (ipsa, ac Christo demptis) momordit cum silentio. Perbelle Davit hoc cecinit Psal. 90. dum sic Deum alloquebatur; *Altissimum posuisti refugium tuum*. Refugium hoc, ipse Deus est, vel sua, qua nos protegit miseratione, quæ etsi altissima sit, mensuram tamen non recipit, (M) inquit Chrysostomus. Lipareq; pretiosæ gemmæ misericordia divina comparatur, cuius aspectu animalia omnia alliciuntur, quia inditam virtutem habet delectandi, & ad se aspicientes attrahendi. Sic pro certo Clementia Domini, quæ etsi altissima, & inaccessibilis sit, omnium corda ad se allicit, & à malo eliminari cogit. At Seraphicus Ecclesiæ Doc-

tor, in Mariam misericordiæ matrem, (N) hunc Psalms locum invertit; *Maria (dicens) tutissimum afflictorum omnium refugium*. His assentitur Caldaica lectio sic habens: *In Habitaculo excelso posuisti domum divinitatis tue*. Altissimum quippe posuit Deus huiuscemodi habitaculum suum; *id est à mundanis elevatum, & armis sue potentie munitum*, inquit Jacobus Christopolitanus. Sed cur Maria, quæ & domus, & habitaculum Dei est, iuxta Richardum, vocetur divinitatis, potius quam humanitatis Christi Domus, inquiramus. Quod homo in homine sit, ut correlative effectus in causa, nil stuporis adducit: Quod Deus in assumpta humanitate, homo sit, & vocetur, profecto mira est sui amoris dignatio, qua naturam divinam carni copulavit, ut verè diceretur Deus homo. At post hæc tanti facit Deiparæ Gloriam, ut non solum eam purissimæ humanitatis ab initio adapret sibi domum, sed eam ab æterno vult constitutam iri in habitaculo excelso, in quo divinitatis domus, & præordinaretur, & esset. Apte D. Greg. Thaumaturgus, (O) cum ea loquens fatur: *Ave, quæ in tuæ utero matris, Evæ mortem demersisti. Ave cæli, & terre æquivalens Dei domicilium*. Maria, à puncto, quo in utero Annæ concipiebatur, facta proculdubio est altissimum Dei habitaculum, tota continens totum, dum continere parabatur altissimum; ideoque divinitatis, qua fruebatur domus, hominum refugium, totius Trinitatis spectabile domicilium. Dyon. Alex. claudit propositum: *Deipara Maria erat domus magna Dei, & manifestus mons Dei*. Quid mons iste, quem sibi plasnaverat Deus, timeret à noxijs, cum in eo ipse reliquis stabiliverit, & umbraculum, & refugium? Propterea addidit: *Non accedet ad te malum*. Vtique, nec recessit, quia in Vrginè nec culpæ debitum pro momento fuit, nec peccati lege eam Deus umbrari permisit. Nectantur his verba D. Laur. Iust. de Cast. (P) *Quotquot ex ipsa nati sunt propagine, exceptis dumtaxat mediatores Dei, & hominum Christo Iesu, & eius matre, sub hac peccati lege sunt cõditi*.

4 Spectabilis vndequaque mons Maria, in vertice montium vtiq; à Deo plantatus, (Q) quotquot omnes præcellens eminentia dignitatis. Illa siquidem mons est in quo æterna sapientia edificavit sibi domum, ex quo cum venit plenitudo temporis, *ultra manuum operam exscindi voluit Christus lapis angularis*: inquit Damascenus. Potuit ne ultra Deum procerior altitudo reperiri? Haut potuit.

(N) Doct. Seraph. D. Bon. Opusc. 25. Bibl. Cald. in max. ad Psal. 90. v. 9. Iacob. Christ. 10p. ibidem. Richard. lib. 10. tit. 31.

(I) Galatin. de de Arcan. Cæthol. ver. lib. 7. c. 18. Subr. Doct. 1. 2. Sent. Richard. cit. 1. 4. tit. 6.

(K) D. Petr. Dam. ser. 3. de Nat. Virg. Galat. lib. cit. c. 4.

(O) D. Greg. Thaumaturg. ser. 3. de Annunt. Dyon. Alex. ad. contr. Paul. Samorat. 9. 10. col. 3.

(L) Psal. 120. v. 8. Maria mons tutus vndique.

Psal. 90. v. 9.

(M) Chrysos. Hom. 3. de Patrit. Anglic. lib. 16. c. 61. Vincent. Arist. Berchor. alij.

(P) D. Laur. Iust. tract. de cast. conub. c. 7.

(Q) D. Ambr. in Epist. ad Rom. c. 9. Damasc. cit.

Maria, &
mons & civi-
tas in sua
Conceptione.

Statue tibi lucidam, irriguam floridam-
que rupem, stellatum vique ad globum
pertingentem, supra quam omni ex parte
speciosa civitas inspicitur, cui hæc in-
scriptio. SIC SVPEREMINET OM-
NES. Aptè hoc David nobis Allegorice
de Maria intelligendum proponit, dum sic
Psalm. 86. canit: *Fundamenta eius in mon-
tibus Sanctis: & ipse fundavit eam altissi-
mus.* In sanctitatis montibus hæc civitas
Dei prædicatur fundata, ideoque gloriosa
dicta sunt de illa. Sed quænam in qua
fundatur, sanctitas? Montes (R) vti-
que immaculati; vt legunt plures ex Hebræo.
Sicque cum fundamentum, rei principium
sit, in montibus sanctitatis immaculatæ
Maria fundatur, quia iam à primo instanti
apparuit gloriosa, tota pulchra, & imma-
culata. Scite hoc asserit noster Titeima-
nus: (S) *Gloriosum hoc est, quod in te futu-
rum est, ò civitas Dei, cum Dei filius ex
Virgine immaculatissima carnem assumens
venit in mundum.* Non tantum imma-
culata, sed, & immaculatissima celebratur,
quia in superiori gradu puritatis concepta,
retrofecit cuiuslibet creaturæ puræ purita-
tem. Ad hæc faciunt verba (T) seleucien-
sis Basilij: *Deipara Virgo universos Mar-
tyres, imò, & Sanctos omnes, tantum ex-
cedit, quantum Sol reliqua astra.* Et quid
non excederet, cum in ea *fundamentum
aliud nemo potuerit ponere præter id quod
positum est, Christus Iesus?* 1. ad Cor. 3. ra-
dices egit civitas hæc in illo, in quo inha-
bitat plenitudo divinitatis, vnde penitus
immaculatum, gloriosumque oportuit ha-
bere principium. Ad alia progrediamur.
*Ipse (inquit) fundavit eam altissimus, vt-
pote Virginem Deiparam, docet noster
Alensis, & Lyranus: (V) Ipse homo Chris-
tus, qui est altissimus secundum naturam
divinam, fundavit Virginem Mariam,
eam confirmando in sua gratia.* Sed quo-
modo fundavit, qui vt homo natus est in
ea? Qui enim civitatem fundat, prior est
illa, vt anteitur effectus à causa: qui in vrbe
nascitur, vrbe posterior est. Quomodo er-
go nascitur in ea, qui fundavit eam altis-
simus? Solvit Alensis dubium inquitens:
*Christus homo natus est in ea, Christus
Deus fundavit eam.* Prius videtur ex ea
nasci, quam fundare; quia inseparabilem
vult à divinitatis influxu Mariam, vt ante-
quam eam fundet, iam Deus in ea videat-
ur, iam in ea sit, vt in eius fructione dum
concipitur fundata censeatur. Hoc fatur D.
Bernardin. Sen. (X) *Duas in Rege Iesu re-
perio dignissimas dignitates, videlicet
quod sit æternus Deus genitus ab æterno, &
æternum Deum producat, eo quod Spiritum*

*Sanctum spiret, & in æternitate à Deo Pa-
tre Deus generabatur æternus, & in ead-
em æternitate idem ipse puer in ventre
matris Deum spirabat, & producebat.* Sub-
tilis Bernardini energia. Iam ab æterno
nascebatur in ea ex vi infallibilis decreti,
& tunc fundabat eam in se ipso, vnde ipsa
solita est dicere: (Y) *Ego dilecto meo, & ad
me conversio eius.* Cant. 7. Huc spectant
Amadei verba: *Virgo adhaesit corde lutiissi-
mo Patri spirituum, & conglutina Deo, in
illum tota efferebatur.* Modo alia inquiramus.
Cum nil Propheta de hac cœlesti ci-
vitate (quæ neque Sole eget, neque Luna,
quia lucerna eius est agnus) nil propemo-
dum in Psalmi initio præmiserit, cur de
eius fundamentis disserere incipiat, quam
statim prædicat gloriosam? *Gloriosa dicta
sunt de te, civitas Dei.* Cassiodor. satisf-
facit ingeniose: (Z) *Novus ordo (inquens)
factus est laudis eximie, vt de funda-
mentis civitatis sumere videretur ini-
tium, quatenus magna soliditas totius cal-
minis apparet, cuius prius fundamenta
laudata sunt, non immerito, quia funda-
mentum eius Christus est Dominus.* Rectè
ergo civitas hæc Mariana supra montem
posita, antequam gloriosa prædicetur, à
fundamento laudatur, quod cum Chris-
tus sit, Deus, & homo, in Deitate videtur
iacere fundamenta, vt à fundamento, &
initio animationis appareat gloriosa. Om-
nis enim gloria eius, filie regis ab intus;
sive vt alij legunt, tota *Gloriosa filia regis
interior.* Psalm. 44. (P) adsit pro his Da-
masceus de Maria sic loquens: *Hæc fœ-
mina summo regi Deo tamquam fimbrijs
aureis amictum vitrum elegantiam
offert, spiritusque sancti gratia coronata,
cuius gloria interna est.* Hanc ergo civi-
tatem Dei, super montes erectam purioris
sanctitatis, & gratiæ, fluminis impetus
inaccessibilis divinæ lucis lætificat, itaut
sit *utcumque lucida semper.* Vterius pro-
cedamus. Fundavit (A) (inquit Psalmo-
graphus) *eam altissimus.* Vbi Caldayca
versio habet: *Fundavit eam ad celsitudi-
nem.* Propemodum optimè; nam vt fœ-
liciore potiretur aura, & propinquius sibi
cœlestes apraret influxus, terreni inscia
inquinamenti, fundata est non in iniis, sed
in celsitudinibus præexcellis. Liquido ex
textu deducam. (B) Fundavit Deus Ma-
riam, quando iactis organizationis cor-
poræ fundamentis, animam beatissimam
creavit, & massæ nullatenus infectæ vinci-
vit. Sed quid? Hoc ad omnipotentiam at-
tinet, non ad altitudinem. Igitur potius
apponi debuit, fundavit eam omnipotens,
& non altissimus. Non sic: quia Maria

(Y) Cant. c. 7.
v. 10.
Amad. Hom. 6.
de laud. virg.

(Z) Cassid. in
Psalm. 84. v. 5.
Maria in sua
Conceptione
Beata, iam
fruebatur
Deo.

(P) Psalm. 44.
v. 14. Bibl.
Max.
Damasce. orat.
1. de Natio.
Virg.

(A) Psalm. 91.
v. 5. Bibl.
Chald. in max.

(B) Dion. Car-
thage. lib. 2. de
laud. Virg.
Ioseph. Almer.
Acad. 7. sect. 1.
Idem. in cont. d.
B. Virg. c. 2.

(R) Psalm. 86.
v. 5.
Apoll. in Psalm.
86. v. 5. apud
Bibl. Max.

(S) Titelman.
in Psalm. 85. v.
5.

(T) D. Basil.
Seleuc. Hom. de
Annunt. 1. ad
Cor. c. 3. v. 11.

(V) Alensis su-
per Psalm. 85.
Lyra in sua
Gloss. ibi.
Titelman. &
Alens. ibidem.

(X) D. Bern.
Sen. tom. 1. ser.
61. c. 8.
Maria semper
præfatus Deo,
in omni in-
stanti, eo frue-
batur.

4
fundabatur ad celsitudinem, unde oportuit in primo esse, sive in principio essendi, Deum ostentari altissimum, ut videretur Deiparam ad suam ferè pertingere celsitudinem. Et ita sane, nam ultra Deum nil Maria excelsius, nil ex initio gloriosius, nil lucidius expectatur. Quid mirum si Deo proximior sit, quæ puras omnes puras creaturas celsitudine, & eminentia puritatis excedit. (C) Id auscultatur ex D. Bernardino. *Oportuit Mariam elevari ad quandam equalitatem divinam per quandam quasi infinitatem perfectionum, & gratiarum, quam equalitatem creatura numquam experta est.*

CAP. II.

MONS, OB LUMINOSITATEM Mariam gratijs illuminatam exaliat.

5 **M**ontium natura est, lucidiorum habere molem (D) cæteris terræ partibus: cum enim exorientis Solis lumini montes se apertius repræsentent, nec declinent, luminosi prorsus à candicanti splendore redduntur. Ad sublimem gradum gratiæ elevata Deipara in sua conceptione, vlli in ea patuit aditus caligini, tenebræ eam non comprehenderunt, quam Deus omnino lucidam ab initio formavit. Sic mons altissimus pingitur, à solari spiculo directè petitus, quasi solus eius lumina ebibens, cum inscriptione: AD ME CONVERSIO EIVS. Sanè virgo ex divinitatis Thesauro tot virtutum dona ebibit, ut nil Deus (quod posset) sibi retineret, nec Virgini communicaret. Sic censet Guarricus Abbas: (E) *Dilecta mea communicasti mihi, quod homo sum, communicabo tibi quod Deus sum.* Quidni? Deus est lux vera, & ab eo specialiter Maria dicitur illuminata. Tota Maria in Deum refunditur, ac totus Deus refunditur in Mariam. Totum ex Psalmo 75. deduco: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis, turbati sunt omnes insipientes corde.* Lippis sine dubio oculis, qui montis Mariani lumen primævum aspernantur, insipientes sunt, cæci sunt, non valentes huiusmodi percipere claritatem. Quid mirum! Cæci sunt, & duces cæcorum. *Luminosus in fortis, clarior, & magnificentior de monte tuo potentissimo.* (F) Habent alij cum Syriaco. Mons hic in quo se Deus ostentat fortem, lucidiorem, plusque solito magnificum, inficiari non est, quod Maria sit, ut exponit sic Gregentius: (G) *Mons umbratus Maria dicitur, eo*

quod ut in montem Synai, sic in ipsam descendit Deus, & obumbravit. Mirabile dictu. Deus ut Mariæ frondosum montem illuminet, descendere opus est, quia *illuminavit cælos, & descendit.* Psal. 17. At Maria quando ante omnem creaturam parata à Deo, tota illuminatur, rapitur ad summa, in Abyssum intromittitur divinitatis. Sed sciscitari libeat, quid illuminet Deus de monte isto potentissimo, ex quo fecit potentiam in brachio suo? Montem ipsum proculdubio, ex quo lumen postea reflectitur in univèrsum. Accipe Augustinum: (H) *Primi magni montes suscipiunt lucem tuam, & a luce tua quam suscipiunt montes, vestitur terra.* Prævisa Dei mater ante lapsum Adami, prima post Christum creatura, in Deum agebatur, ne noxius draconis halitus, eius à Deo mutuatam claritatem deturparet. Ideoque totus Deus ad eam conversus, & re, & nomine illuminatam relinquit, cuius luminositate postea gavisi sunt *sedentes in tenebris, & umbra mortis.* In tanti Gloriam iubaris geminetur eruditio. In libæoris Carbunculus pretiosissimus lapis gignitur, (I) cui tantam in imis Deus impedit claritatem, ut fulgor nec nocte vincatur, imò inter densas tenebrarum latebras, allicientes flammulas ad oculos utque vibret. Pulchra virginis effigies, inquit Piæta viensis, cuius primæ gratiæ, & gloriæ splendor, nullis potuit tenebræ suis inquinamenti scdari. (K) Perpende verba Chrysippi: *Ave* (inquit) *font lucis, omnem hominem illuminantis. Ave Solis ortum, qui nullum ferre potest occasum.* At plus miror, quod de carbunculo scribitur. Pereunt cuncta ab ignis virtute; solus lapis hic igni fœderatus, adaptat sibi spectabile lumen, non rigorem. Sic Virgo intemerata, à primo instanti Deo unita, qui *ignis est*, Deut. 4. hausit inaccessæ lucis speciem gloriosam, non consumptionis ruinam. Pulchre ad hæc sapientissimus idiota: *Tota pulchra es virgo gloriosissima, non in parte, sed in toto, & macula peccati, sive mortalis, sive venialis, sive originalis, non est in te, nec unquam fuit.* Quid non lucis haberet ab initio, quæ ut Aurora progrediens, & ut Sol electa, tripliciter exurebat montes, virtute, gratia, & Gloria? Non finè maximo Sacramento, Virginis in Scriptura depingitur Symbolum Oliva. (L) *Quasi oliva speciosa in campis.* Eccl. 24. Biblia Complut. habent: *Pretiosa in campo pulchro.* Statim enim ac egit radices, inundante Spiritus Sancti gratia, ita fronduit pretiosa, ut magni haberetur à Deo, quam paraverat ad fructus

(C) Bernard.
Sen. tom. 1. ser.
61. c. 12.

(D) Anglic. li.
14. c. 2.
Berchor. Red.
lib. 11. num. 3.
D. Petr. Dam.
ser. 2. de Nat.

(E) Guarricus
Abb. ser. 2. de
assumpt.
Mar. de Calaf.
Tom. 4. Conc.
Hebr.

(F) Nebien.
Mouv. Bibl. Syr.
Mour. & alij.
In Bibl. Max.
Psal. 75. v. 5.
(G) Greg. disp.
contr. Herban.
col. 27. Aug. de
Civit. lib. 18.
c. 32.
Psal. 75. v. 10.

(H) D. Aug. in
Psal. 75. v. 5.
Titelman. ibi.
Petr. Galat. de
fid. lib. 7. c. 4.
Subt. Doct. lib.
3. passim, &
omnis sua Scho-
la.

(I) Anglic. lib.
1. c. 26.
Piæta. in Re-
duct. lib. 11. c.
57. num. 3.

(K) Chrysyp.
Presb. ser. de
laud. virg. Pel-
bart. in Ros.
Aur. Idiot. cit.
c. 2.
Maria sem-
per, & tata lu-
cida à Deo il-
luminata.

(L) Eccl. c. 24.
v. 19. Bibl.
Complut. in
max.

(M) Greg. Thau-
mat. serm. 2. de
Anny. Picinel
l. 9. c. 25. num.
324. Buteo.
Hymn. Græc. p.
125.

(N) Eccl. c. 42.
v. 16. vide Ly-
ran. ibi.
Maria in Con-
ceptione Oli-
va, fructus lu-
cis gratiæ por-
tans.

(O) Anglie. lib.
14. cap. 28.
Berch. lib. II. c.
18. num. 1.
Mag. Hist. Schol
in Act. Apost. c. 6

(P) D. Bon. cit.

(Q) Rabb. Haccad-
or, in lib. Re-
vel. Arcan. ad
pet. 3. apud Gal.
l. 7. contr. Iud.

aus vitæ productionem. Ideo ergo Oli-
va pretiosa, quia semper in summo pre-
tio habita, nunquam cultori exosa ita
sentit Thaumaturgus (M): *Hæc in domo
Dei instar fructiferæ Olivæ plantata; cui
Spiritus Sanctus obumbravit.* Oliva vir-
gineis manibus sata, provenit vberior, cu-
ius fructus lumen est, splendor factus,
ita ut sola hæc arbor ad lucis incrementa
radicetur compensanda. Ex Buteonis ca-
lamo ad Mariam deflectentis hæc desu-
mo: *Maria arbor; fructum ferens splendi-
dum, unde fideles aluntur.* Liceat unde in
declivi valle opimam Olivam pingere, cu-
ius folia, spicula velut lucida propinquum
montem illuminant, hanc tenendo epi-
grahen: **FOETUS DAT SOLA NI-
TORIS.** Marianam olivam in campo æter-
nitatis à Virginea Trinitate plantatam, vbe-
riores protulisse fructus, & gratiæ, & gloriæ
ex Eccl. 42. patet, ubi scribitur: (N) *Gloria
Domini plenum est opus eius.* Imò, & be-
nedictus fructus ventris sui, lux vera est,
quæ illuminat omnem hominem venien-
tem in hunc mundum. Sed ut manife-
stius pateat, huius speciosæ Olivæ vbertas,
& lucis gratiæ fecunditas; ex hijs conij-
ce: Nam celebratus ille Oliveti mons iux-
ta Hierusalem in Judæa situs, sic voca-
tur, eo quod clivus per quem ad ipsum
ascenditur, Olivarum copia pinguescit: ar-
que adeo appellatur *Mons trium luminum;*
(O) quia nempe noctu ab igne altaris
templi illuminabatur; oriente sole ab eius
in occidua luce; & demum, quia ex copia
Olivarum fomenta luminis ministrabat.
Maria Oliva est utique, trinam in se com-
pendians lucem in suæ Plantationis ini-
tio, quam in monte excelsso puritatis
hausit à tota Trinitate, ut & diceretur
mons luminis, & Oliva speciosa in cam-
pis: Ideoque *Totius Trinitatis requies* à
Seraphico Doctore nuncupatur. (P) Non
autem Oliva in campo ex spurcitijs Adæ
turgente pinguescit, sed in *campo Pul-
chro*, ut ex Complutensis Biblijs accepi-
mus, & ut videatur esse *speciosam forma
præ filiis hominum.* Nec omitendum est,
quod de Oliva legitur, utpote altiores in-
figere radice si à flatibus quatiatur. Ma-
ria, Oliva speciosa in campis halitu divi-
ni Spiritus recreata, ita celsum possuit ra-
dicale suum principium, ut non solum
omnigenam tunc ebiberet gratiam, sed sibi
& Deo adauxit in Conceptione glo-
riam. Testatur hoc apud Nostrium Gala-
tinum Rabbi Haccados dicens: (Q) *Ma-
ter Messiae, quam Deus construxerat ut
in ea sederet Rex Messias, ad augendam
Maiestatem suam Gloriam est sedes Dei.*

6 Quid luminis gratiæ à primævo
fui esse, potuit Mariæ, quæ unica prævisa
est ab æterno solem iustitiæ conceptura?
Ideo enim Deus mundum creavit, quia
viderat ex Israël excidendam esse Petram
sine manibus; hoc est Virginem beatissi-
mam. Ita censet Rabb. Kakados. (R)
In hanc primariam Petram, ex qua Chri-
stum lapidem angularem oportebat scin-
di, Deus incomprehensibilem infudit
nitorem, ut quasi *mons singularis esset
preparata per prædestinationem ab æterno,
gratia, & meritis transcendens universos.*
Ait Franciscanus Noster Daniel Agricola.
Contulit hic mons suo gremio, quem
cæli capere non poterant iustitiæ solem,
ex quo nostra sanitas in pennis eius. Un-
de mons hic Sanctus Gloria Domini cir-
cunquaque perfusus depingitur, cum in-
scriptione; **TENEBRÆ EUM NON
COMPREHENDERUNT.** Quod clari-
us ex Dei in monte Synai apparitione
innotescit. Ibi enim apparuit Gloria Do-
mini, & erat quasi ignis ardens. Exod.
cap. 24. (S) Designat mons iste, ait citatus
Auctor, Deiparam sine labe conceptam,
quam, ex quo ab æterno Deus se incar-
nandum statuerat, ad sublimem elevave-
rat gloriæ maiestatem. *Sanctior* (inquit
ille) *Synai sublimitas, quam nec fumus,
nec caligo, nec procella, nec terribilis ignis,
sed Spiritus Sancti splendor lucifluus teti-
git.* Et sanè gloria Domini fuit, (cum tot
vndique mortalium cætus tenebræ fumi-
gantis delicti invaderent) hunc apparuisse
montem luce Deitatis perfusum, &
quasi cælum cum serenum est. Hoc quidem
alii ex Hebr. legunt sic: *Erat aspectus
honoris Iehovab.* Quid enim erga ma-
trem, quod potuit facere, non fecisset? Ei
nullatenus divinitatem impendere pote-
rat, non spirativam virtutem: mundum
potuit facere meliorem, non matrem: un-
de suum etiam decebat honorem, eam à
principio param, immaculatam, non de-
bito peccati prædestinavisse obnoxiam. Igi-
tur sic plenum gloria domini hunc virgi-
neum montem apparuisse, *aspectus est ho-
noris Iehovab;* eius elevat gloriam, (T)
honorem sublimat. Audiatur Div. Parens
Bernardinus. *Talem tam nobilitate natu-
ræ, quam perfectione gratiæ condidit ma-
trem, qualem decebat habere suam glorio-
sissimam maiestatem.* Erat ne decens im-
puro sanguine, Deitatem purissimam uni-
ri? Absit. Nec solum hoc, sed in Mariæ
Conceptione tota Gloria Domini, quasi
de tali opere glorians apparuit. Sed per-
pendamus alia. *Gloria Domini erat quasi
ignis ardens.* O mons verè sublimis Ma-
ria,

(R) KaKados
apud Galantin.
lib. 7. cap. 1.
Daniel Agric. in
Coron. B. Virg.
stella 9.

Maria, mons
Gloriæ Do-
mini in Con-
ceptione,

(S) Exod. c. 24.
v. 16. & 17.
Dan. Agric. cit.
Exod. cap. 24.
v. 10.
Alij in Bibl.
max.

(T) Alex. Alenf
1. p. p. 21. m. 3.
art. 6.
D. Bon. d. 4. 4. in
exp. Text. dub.
3. Subt. Doct. l.
3. d. 1. 3. q. 2.
D. Bern. Sen.
Tom. 4. serm. 4.
de Conc. Mar.
art. 1. cap. 1.
Idem tom. 2.
ser. 11. 4. 2. c. 3.
& ser. 22. 2. 2.

ria, qui supercœlesti illuminatus igne, non terrorem, sed amorem incutit, flammæ Deitatis suscitatur, non ardore, allicit claritate, caret rigore. Si enim aliter in suo esse primo esset, non gloria Domini, sed iustitia protinus appareret. Sed quare hæc Gloria in Mariani Montis creatione manifestata in igne effigietur, audi. Ignis Gehennæ destinatus ad cruciatum, non splendet, sed fumat; ardet ad pœnam, non clarescit ad solatium: estque nigerrimus, obscurus, & teter. At divinus ignis, nec urit, nec discernit, sed mulcet visum, affectum allicit, non minatur ruinam, imò potius splendet ad magnificentiam. Apparet ergo Dei Gloria, ut ignis ardens, supra Virgineum Synai, ex quo Deus destinaverat figere in eo solum maiestatis, ut posthac diceretur mons Gloriosæ lucis.

(V) Daniel
Agricola in Bi-
blioth. virg. tom.
2. p. mibi 336.

(X) Anglic. lib.
14. c. 36. Ber-
ebur. in Reduct.
mor. lib. 11. cap.
20.

(V) Modo audiendus Agricola: *Maria est notissimus mons Dei, qui præcellit omni colli, omnique humano cacumini, ac præminentie nature Angelicæ*: In monte hoc Deum specialiter habitasse, credunt Hebræi: (X) vnde mons vocatur à nostro Anglico munditiæ, & puritatis. Nec Sacramento vacat, cum enim Gloria Domini in hunc refundenda esset montem, oportebat sanè à principio omnigenam, redolere sanctitatem; quia domum Dei decet sanctitudo: etenim in Maria præ alijs Deus specialiter habitavit, decorem induit, amictus lumine sicut vestimento, vnde eam omnis gratiæ, & Gloriæ claritate oportuit exornari.

CAP. III.

MONTIS FOECUNDITAS, Mariam in Plenitudine cœlestium do- norum conceptam declarat.

(Y) Anglic. lib.
14. cap. 2. Ego
ex ore altissimi
prodivi, Ecclef.
cap. 24. v. 5.

Maria Con-
cepta, mons
gratiarum fœ-
cundissimus.

7 FOECUNDI utique montes sunt, tum arborum, (Y) tum fructuum varietate, ita ut pinguescentes vndique, alliciant appetitum ad illis vel pro recreatione, vel pro satietate fruendum. Vberiori copia, & fructuum, & aromatum illorum, & clivi, & vertices exuberant sanè, & hoc ob aeris purioris in summitatibus eorum dominantis suffitum. Quod perbelle Mariano monti congruit, cuius ex Virgineo novali fœcundiores fructus provenire cernimus, quibus satiatur spiritualiter homo, ex cibo veluti quod procedit de ore Dei. Nec mirum, si sic mons Mariæ pinguescat, quem purior recreat aura, dum in eam supervenit Spiritus Sanctus, & virtus altissimi obumbravit. Inde sit montem vberissime constitum frutetis, &

aromatibus, irriguumque fontibus depingere, sola Dei manu ipsum protegente cultum, ferentem huiusmodi Epigraphen: *FECIT MANUS ISTA FERACEM*. Et quidem Mariæ præ alijs hoc congruere; indubium est. Quod videntius ut pateat, ex Isaia sic legimus: (Z) *Mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderavit, appendit tribus digitis molem terræ*. Isai. cap. 40. regulæ discrimen attendas. Aqua de suo pura (ut satur Tertullianus) strictius alijs mensuratur, pugillo utique. O tremenda iudicii discussio! Puriores strictè ad examen rigidum adiscuntur, quæstio de eorum puritate fit: ad litem eorum innocentia vocatur. Quidni? Si ita Iudex puriorum corda rimatur, quid de impuris fiet? Ad hæc Div. Parens Bernardinus. (A) *Deus non tantum iudicabit peccata, sed etiam iustitias, id est bona opera Subtili discussione examinet*. Sed alia attendamus. Mensura quæ rei adhibetur pugillo, nihili ferè fit, cum sit omnium mensurarum ferè deterior, quasi minima. At cœli ex aquarum mole compacti ponderantur palmo, extensiori utpote mensura, quia Dei sunt sedes, & cum immensum debeant suo in Palatio possidere, oportuit non tam exiguam fuisse mensuram. Terræ autem globus, quem dedit Deus filiis hominum, tribus appenditur digitis, non tota in eo manus operatur, ut videatur (inquit Lyranus)

(B) *quam faciliter virtute divinitatis Christus hæc omnia fecit*. Triplici igitur hac manus, seu pugilli, Psalmi, ac digiti mensura, ponderantur omnia à divina Omnipotentia. Sed quo pondere montem Maria libaverit, quæ mensura metierit. videamus. *Fecit potentiam in brachio suo*. Luc. cap. 1. cecinit ipsa. Altitudo montis Virginei huius, usque ad Deum pertingit; ideoque cum linpharum purissimam metitur Deus claritatem, cœlorum stellatam pulchritudinem, ac terræ propè immensam floribus, ac gemmis perornatam latitudinem, pugillo, digito, ac palmo factis est; at montis huius supercœlestis vberitas sola brachij extenta virtute comprehenditur, virtus divina hunc montem gratijs oppignorando laxatur, ut ne appareat in Maria manus Domini abbreviata. Hunc montem cœlestibus donis fecit manus ista feracem. B. Angelus del Pax iucunde loquitur sic: (C) *Fecit itaque Deus robur potentia, id est omne opus iustitiæ, & gratia*. In fœcunda Deiparæ anima numquam Deus modicitatem ostendit potentia, minoravit virtutem numquam, potentiam extendit in brachio, id est in filio, cui

(Z) Isai. c. 40.
v. 12. Tertul.
lib. de Baptis-
mo.

(A) Div. Bern.
Sen. Tom. 2. ser.
16. cap. 3.
Mag. Hist. Schol.
cap. 4. in Gen. 1.
Isai. c. 66. v. 1.

(B) Lyra in Glos.
ad c. 40. Isai. v.
12.
Luc. c. 1. v. 50.
Mensura gra-
tiarum Mariæ
omni alia re-
rum creatura-
rum mensura
extensior.

(C) B. Aug. del
Pax, in Cant.
Magnif.
D. Bon. & plu-
res apud B. An-
gel. del Pax.

cui pro producibili ex visceribus fructui, tot largitus est munera, ut monister vtroque vberatus, divinitus appareret in sua ad prædestinationem apparitione, omni cœlestis pignore fecundatus, iustitiæ ferax, nullo orbatus munere gratiarum. (D) Iterum Parens Bernardinus moneatur: *Tanta gratia virgini à Domino data est, quantum vni creaturæ dari possibile esset.* Idem & DD. maximus, & Seraphicus habent.

8 Causam, cur nobis dulciores proveniant fructus ex montibus, quam ex Vallibus, à puriori aquarum Irriguo aspicantur omnes. (E) In campestribus etenim crassiores reperiuntur aquæ, puriores subtilioresque in collibus; unde fructuum maior feracitas, & dulcedo hæc à causa petenda est. Maria mons ille est, ut diximus, de quo Isaias scribit c. 2. *Erit mons domus Domini in vertice montium;* huncque fluminis impetus latificat, procedens ex sede Dei, & agni. Quid igitur si præcunctis pinguescat, fructus ab initio largitus gratiæ opimos? Sic enim sunt *emissiones eius Paradisus malorum puni-*

corum, cum pomorum fructibus. Cant. 4. (F) Exhibe tibi Marianum montem malis puniceis hinc inde feracem, sole illa directo spiculo feriente, cum lemmate ab eruditione iam anteacdato: QUOT GRANA, TOT GRATIÆ. Quod certè competit præ alijs Mariæ, cui ab instanti Conceptionis *tota se insudit plenitudo gratiæ.* In Paradiso igitur Maria malorum puniceorum effugatur: ibique Montanus habet, *Propagines tuæ;* idest surculi qui primo à magna matre emittuntur, quasi plantationis primordium. Hoc in Maria iam sapit coronas, quæ gemmis puniceis ardentissimæ charitatis ornantur, ut à suo primo esse ita à Deo videatur electa, ut idem sit habere esse, & apparere coronata. Audi Gregorium Nicomedensem sic alloquentem cum ea: (G) *O Pulcherrima pulchritudo pulchritudinum, o Dei genitrix pulchrorum omnium summum ornamentum!* Imò non solum sic coronata, sed à D. Germano appellatur *omnis gratiæ, & pulchritudinis diadema.* Vide huius Paradisi animati in monte Virgineo siti, quot sint dotes, quot coronæ, quot diademata. Procedamus adhuc ad alia. *Emissiones tuæ* (inquit facer textus) *Paradisus malorum Punicorum.* Cant. 4. (H) Emissiones, idest fluentes rivuli (ut Lyranus habet) gratiarum, quibus Maria, dum apparet concepta irrigatur, Paradisus sunt, imò & Maria tota Paradisus est, in quo Deus delitatur, quia ibi

flores fructus parturiunt honoris, & gratiæ. Scitæ id S. Proclus asserit: *Hæc est secundum Adam Paradisus.* Sed age, Primæ Mariæ emissiones, Paradisus sunt? Vtique. *Paradisus, idest, Parans Dei visum.* O Conceptus immaculati felicitas! O Gratiarum omnium vbertas! Maria cum primo emititur, Paradisus est, divinam parans visionem; ita ut nunquam Maria sine Deo, sine aliquo divinitatis fulgore; quod cum ea divinum quid non appareat, non appareat Maria opus est, æquum est: in aliorum enim conceptione apparet immunditiæ peccati sceditas, in Mariæ creatione Dei visio, & divinitas. Compello ad hæc egregium Parisiensem Gersonem sic fantem. (I) *Hæc est species, & imago pulcherrima, & conformata, & assimilata divinæ Trinitati, quæ per gratiam est idipsum, quod Deus per naturam.*

9 Paradisus malorum Punicorum à sponso Maria celebratur. Regios arbor hæc cernitur proferre fructus, (K) & incredibili artificio (emisso prius flore seu roseo, seu purpureo) ita eos in cellulis congregat, ut sub vno diademate ordinati, & alliciant alacriter visum, & dulciter mulceant gustum. Vnde Malum granatum interiori, & exteriori pulchritudine vestitum depingitur, addito lemmate prescripto: *NOBILIORA LATENT.* In Maria exterior Pulchritudo sic fane intuentium corda ad honestatem alliciebat, ut motus cohiberet effrenos, meliorem castimoniam frugem producturos. Nobilior autem in eius anima pulchritudo latebat, quam prælecta à deo vbertim hauserat à principio. Licet ad hæc textum aliter exponere. (M) *Emissiones tuæ Paradisus malorum puniceorum.* Cant. 4. Primi ad vitam accessus, hæc emissiones sunt, ut ex à Lapide accipio; in quibus Maria iam Paradisus aderat Christo suo præventus, pulchra Angelorum circiter ibi adstantium varietate suffultus, cui fuit dominus corona Gloriæ, & sertum exultationis. Isai. c. 28. sed quot tunc interius gratiæ in eius anima illuxerint, quot charitatis grana à Thesauro divinitatis excerpta fluxerint ad Mariam, ex Ruperto liceat perferretari. (N) *Quidquid gratiarum, quidquid virtutum, quidquid operationum cœlestium mundus accepit, o Maria, emissiones tuæ sunt.* Venusta & interius, & exterius Maria concepta est, cui Deus coronam ut cœlorum iam tunc prælecta obtulit reginæ, mentem eius ad superiora elevans vberiori copia gratiæ. Interior Mariæ Pulchritudo latebat cognita soli deo, ex cuius plenitudine acceperat; externe autem om-

(I) S. Proclus apud Novarin. vmb. virg. lib. 4. ex c. 52. num. 526. Iannuens. in Cantbol.

(k) Ioan. Gerson. tract. 2. super Magna. Maria, imago clara Dei in Conceptione

(L) Anglic. l. 17. c. 98. Picinell. l. 9. Dyon. Cartbus. in c. 2. cant. v. 2.

(M) Cant. 4. v. 13. Cornel. à Lapid. ibi Titelm. & plures. Maria omnē in creatione gratiam exhibet.

(N) Rupert. abb. in cant. c. 4. v. 13.

(D) D. Bern. Sen. tom. 1. ser. 61. art. 2. c. 10.

(E) D. Hier. ser. de Assump. D. Bon. in spec. cap. 5. Berch. in direct. Isai. c. 2. v. 2. Apoc. cap. 22. v. 1.

(F) Cant. c. 4. v. 13. D. Hier. ser. de Assumpt. Picinell. in mund. Symb. Haye. ad c. 4. Cant. v. 13. Arias Mont. ibi.

(G) Greg. Nicomed. orat. de oblat. D. German. orat. in Nat. Virg.

(H) Lyr. in Gloss. ad c. 4. Cant. v. 13.

(O) D. Ant.
Pad. ser. dom.
1. Quadrag.

nium oculos, omnium ad se pariter castissimos trahebat affectus; unde tota fuit pulchra, nec macula fuit in illa. (O) Cant. 4. idest *pulebra nimis tam in naturalibus, quam in gratiis*. Ait meus D. Antonius Paduensis.

(P) Psal. 67.
v. 16. Daniel
Agric. in cor.
Hilar. in Bibl.
max. ibi.

10 Hanc huius montis candidissimi pinguedinem etiam Psalmista vates celebrare satagebat, (P) dum cecinit: *Selmon, mons dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis*. Psal. 67. *Selmon*, typus est Mariæ, ut Daniel Agricola, alijque testantur. Vbi Hilarius legit: *Mons consecratus*. Et recte quidem: nam quod consecratur Deo sanctum est, immaculatum est, absque macula libatur, ut ex Levitico, & Deuterio passim patet. Maria ergo à sua primordiali erectione mons est Deo consecratus, quia *mons Dei, & mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo*. Gemina pinguedine pollet, propter abundantiam gratie divinæ, ait Lyranus. Sed quare solus mons *Selmon* gratijs, ac donis Spiritus Sancti, (ut accipio ex eodem interpretum Principe) pinguescere celebratur? Mons hic tribui Ephraim, (Q) (qui *Frugifer* interpretatur) adscribitur, cuius interpretatio est *umbra*, quæ ex lumine causatur, & corpore: quod peroptime convenit Mariæ, quam lumen divini Spiritus, dum anima corpori infundebatur, obumbravit: ne tenebrosæ luis noxios pateretur incurfus. (R) Hæc B. Amadeus habet, cum Virgine loquens sic: *Spiritus Sanctus superveniet in te in ubertate, & affluentia, in plenitudine, & in effusione carnis, & animæ: cumque replevit te, fuit adhuc super te; facturus in te quidquam melius, & mirabilius, quam cum ferebatur super aquas à principio*. Mons ergo *Selmon* Maria est, in regione frugifera gratiarum situs, à Spiritus Sancti lumine perspicue obumbratus, iam à primordijs vberimus producus donorum cœlestium fructus.

(S) D. Aug. in
Ps. 67. v. 16.
Lyr. in Gloss.
ad c. 1. Luc. v.
35.

11 Insuper, *virtutis umbraculum* *Selmon* dicitur: Ideoque *beneplacitum est deo habitare in eo*. Sed hoc quare? Quia Virgo nive gratiarum dealbata in *Selmon*, in gratia Spiritus Christi: (ut Meus Parens, & Magister Augustinus docet) (S) inde dictum est *Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi; hoc est umbra, a faciet tibi*. Vberes omnigenæ virtutis fructus à primo animationis puncto late diffudit, meruit, Deum vidit, fruebatur Deo. In umbra igitur Divini Spiritus, in qua per gratiam dealbantur omnes, vberius Maria dealbatur; quia in ea sub umbra carnis, latuit virtus divinitatis. Ait Lyranus. Umbra illius est

similitudo, cuius est; nil autem inter creaturas virginæ Deo similis; unde eam in umbra Dei oportuit dealbari: imo, si Spiritus Sanctus umbra Mariæ est; igitur iam ab æterno prævisæ retinebat lineamenta; hoc enim facit umbra, inquit Hugo Victorinus. (T) Quid ergo mirum, Mariam omnibus super cœlestibus donis gratiæ, & gloriæ à primo instanti fuisse plenam, si sub largitoris donorum umbra requievit? *Virtus vegetans, umbra refrigerans, Spiritus Sanctus eam fecundavit*. (V) Cecinit Richardus à S. Laur. Pergamus ad alia. Hic mons pinguis *Selmon* Mariam obumbrat, *virtutisque vocatur umbraculum*. Umbra possuit altissimus, Maria virtutum feracitatem à Deo mutuata. Mos apud Priscos inolevit umbra diei horas notare. Maria dies est, sol est, fax inextinguibilis est: unde huius intermorituri solis incrementa, ab umbra pensanda sunt, à Spiritus S. eius virtutem obumbrante. (X) Ita Idiota sciens: *Nemo aequalis est tibi; nemo maior te, nisi Deus: Quia Spiritus S. Superveniens in te, & virtus altissimi obumbrans tibi, quæ eras omnium virtutum ornamento prædecorata, pulchritudinem, puritatem, & omnium virtutum gratiam adduxit, & splendorem*. Quid non à Deitatis umbra obumbratus hic mons Virgineus mutaret, quando cum ipso Deo quandam Maria inivit identitatem? Auscultetur ad hoc Damianus: *Habitat Deus in Virgine, habitat cum illa, cum qua unius nature habet identitatem*. Non metaphysice nimis perpendantur verba, quæ in rigore Theologico intelliguntur de unitate specifica. Ulterius attendatur scriptum. *Selmon, mons Dei*: Quasi Dei peculiaris possessio, sub eius tegitur umbra. Hæc nunquam fit sine luminis præsentia; in caliginosis etenim specubus nullæ umbræ fiunt unquam. (Y) Deipara per montem figurata, à Spiritu S. obumbratur, quia operuit montes umbra eius. Psal. 79. Quia autem *quidquid in virgine agitur, noctem nescit*, ut Philippus Abbas scribit, & Maria *illuminatrix* dicatur, recte deducitur, ne Spiritus S. sacram alarum deperderet umbram, illam fuisse semper omnibus numeris plene illuminatam. Pulchre id cecinit Damianus: *Virga Jesse, veri prævia luminis, in illa inaccessibili luce perlucens, sic utrorumque spirituum habet dignitatem, ut in comparatione virginis nec debeant, nec possint apparere*. En ubertatem gratiarum in virgine, ex quo, à Deo in unigeniti matrem prædestinata est.

12 Mons ille, mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis. Psal. 67. Ge-

(T) Hugo Victorinus. lib. de epith. rerum.

(V) Ricard. à S. Laur. l. 12. de laudib. Vir. Persius in Theatr. vit. Hum. Mariam omnia dona gratiæ hausit à Deo in sua Conceptione (X) Idiot. de Virg. Maria, cap. 2. D. Petr. Dam. ser. 1. de Nat. Virg.

(Y) Psal. 79. v. 11. Philipp. Abb. ben. spei. l. 4. in Cant. c. 6. D. Petr. Dam. in Assumpt. Virg. Cant. 6. v. 9.

Gemina hic mons pinguedines decoratur, ob Charismatum, & donorum gratia Spiritus S. abundantiam: ut exponunt Euthimius, ac Genebrardus. (Z) In sua primaria elevatione ad esse, in creatione animæ, ita hic Virgineus Mariæ mons vbertate cœlestium pinguescebat donorum, ut non satis videatur Davidi cecinisse, montem hunc fecere pinguedine sanctitatis, qua maior sub Deo nequit intelligit: sed ut sibi, & alijs videatur copiam gratiæ supercælestis habuisse, iterum ad vbertatis huiusmodi encomium se reflectit. Meus Daniel Agricola id lepide explicat: (A) *Maria bis dicitur mons pinguis, quia & pro se, & pro omnibus nobis, data sunt ei omnia Charismata gratiarum.* Ergo si mons iste solus est in quo beneplacitum est Deo. Quare contenditis montes superbi adversus montem, quem dilexit Deus, ut inhabitaret in eo? Sic alloquitur (B) Augullinus. Sed & huius montis fundamenta strictius contemplemur. *Fundamenta eius* (inquit Psalter) *in montibus Sanctis.* Psal. 86. *In montibus immaculatis.* Legunt alij. Si fundamentum, quod nemo potuit ponere nisi Dominus Iesus, immaculatum est, profecto Maria à fundamento, à radice, à Conceptione, immaculata est. Insuper alios audiamus. *Fundamenta eius in montibus sanctitatis.* Quinam sint hi sanctitatis montes, explicat Christopolitanus Antistes, dicens; quod est *eminentia gratiæ.* In hac iacit fundamenta Mariæ mons, id est ponit principia, ut soliditas totius civitatis notetur: inquit Alensis, & Lyranus. Sed hoc sanctitatis, & gratiæ principium, in quo Maria solidatur non qualemcumque gradum gratiæ, sed & consummatæ, utpote Gloriæ, & exprimere, & ipsam in creatione habuisse ipsa testetur, *In Plenitudine Sanctorum detentio mea.*

(C) Eccl. 24. Quanam est sanctorum plenitudo? Dum viatores agunt, minime sanctitatis plenitudinem habere dicuntur; sanctitas etenim, & gratia consummata stat in possessione Dei. Maria igitur mons sublimis, à suo initio in Deo fundata, ac in sanctitatis Abyso, detentionem habet, seu mansionem per gratiam (ut notat Lyranus) in Plenitudine sanctorum, in gratia consummata, ut sic etiam iure predicetur in gloria concepta, ac in vberiori plenitudine gratiarum creata. Id præmonuit Arnoldus Carnotens. (D) *Est Maria constituta super omnem creaturam, & una est Maria, & Christi caro, unus Spiritus, & Filij Gloriam cum matre non tam communem iudico, quam eandem.* Unde cum Christus ab instanti suæ Conceptionis,

fuerit comprehensor, si individuum cum matre Gloriam habet, & Maria in Conceptione gloriola fuit, fuit Beata, Deum vidit.

GAP. IV.

MONTIS SOLIDITAS, ET
fortitudo Mariam in Conceptione
vallatam gratijs com-
mendat.

13 FORTES, (E) ac solidissimi montes omnium aspectibus obijciuntur, unde & infidiæ, ac hostiles incurfus præaventur, proculque fugantur, ut ex meo Anglico, alijsque addisco. Mariam ante oculos præpone, quæ etsi hostis esse nescierit, cum sciverit vincere; ita tamen à Deo præmunita est, ut mille Clypei gratiæ iam ab initio penderent ex ea, omnis armatura fortium. Ipsa est mons ille à Calep avide appetitus, sanctitatis Metropolis, fortissimæ Tribus Iuda Caput, cui nomen Hebron, in quo inexpugnabile fortalicium aderat, quo nacta illa propago munimen, hostibus terrori inserviret, solatio suis. Calep. interpretatur *cor*, quod ex puriori massa sanguinis coalescit: Hebron autem *visio sempiterna*; ut appareat, quod Marianus mons, qui à sua prima erectione usque ad divinam protenditur visionem, (puris puritatem omnigenam eius profitentibus,) in Tolum defensionis erigitur. Sed prius de huius montis inconcussa soliditate, quam de fortitudine agamus. Solida fuit Mariæ creatio, quia in gratia, cuius confirmationem statim consecuta est, ut ex Dei mantenentia nunquam peccare valeret. Faustam ad hæc adduco Iconem, depingens montem speciosum nimis, pulchrum, omniumque oculos spectantium trahentem ad se, cum Lemmate: ET TRAHIT, ET RECREAT. Aperte sic Marianus mons in sua prima ad gratiæ cumulum erectione, & Dei, & Angelorum trahebat intuitum, dum dicebant (F) *quæ est ista?* Hoc cecinit etiam Psalmo graphus, dum dixit: *Fundatur exultatione universa terræ Mons Syon.* Psal. 47. id est *Maria solide fundata, & bene radicans, seu radices faciens.* Inquunt Chrysostomus, & alij. Interpretatur Syon, *munus fortitudinis*, recte Mariæ congruens, quæ munus Domini est, & divinis onusta muneribus, solidum in Deo stabilivit à radice sua fundamentum. Lyra id habet: *Fundamentum aliud nemo post ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus, & ipse est exultatio terræ universa*

(E) Anglico, & Berch. loc. cit. Cant. 4. v. 4. Daniel. Agricol. loc. sup. & Damasc. apud eundem. Iosue 14. v. 12. Lyra ibi. latè. Marius de Calass. Bed. tom. 3. Maria, solidata est in gratia, ut Concepta.

(F) Psalm. 47. v. 3. D. Chrysost. & alij in Bibl. Max. Arnold. in Psal. 64. Lauret. Cervar. in Allegor. Psal. 47. v. 1. Lyra in Gloss. ibidem moral. Virgo Maria magnitudinē Dei se omnibus commen-

(Z) Euthim. & Genebr. in Psal. 67. v. 16.

(A) Daniel. Agric. coron. 11 stella 9.

(B) Casiodor. in Psal. 67. Aug. in Psal. 67. ad Francisc. à Puteo in Psal. Psal. 86. v. 1. Bibl. Max. ibi. 1. ad Cor. c. 3. Iacob. de Val. Lyra, & Alens. ibi.

(C) Eccl. c. 24. v. 16. Maria à primo animationis instanti fuit Beata, & Deum vidit. Lyra in Gloss. ad c. 24. Eccl. v. 16.

(D) Arnold. Carnot. Tract. de laud. virg.

causaliter. In Christo radices agit Maria: quid non mons iste soliditatis habebit? In hoc monte ostentatur *magnus Dominus, & laudabilis nimis*: quia hic mons gloriosus, (vt Syriacus legit) seu gloria eius plenus. Ideo omnes de hac gloria tripudiant, vniuersa exultat terra, quia solidatur mons iste, & in gloria. Perpendamus singula. *Magnus Dominus in monte Sancto eius.* Vbi libet Magnus, quia per se Magnus, sed quare modo magnitudo comprehenditur in monte Sancto eius? Quia ei tantam Deus indidit proximitatem, vt magnitudinem Dei in se conciliando eleuaret. Seraphicum audire est Doctorem: (G) *Virgo in tantum Deo proxima fuit, tantaque sanctitate resplenduit, & sic in summo omnium bonorum culmen obtinuit, vt creatura aliqua non vnita verbo, nec maioris boni capaxior, nec perfectior sit.* Ob hanc Marię gloriam, Dominus laudabilis nimis, quia pulchre, & mire mira fecit in ea. Certę Damascenus litteraliter id de Maria habet, loquens sic: *Deipara, quia fecit illi magna magnus, & potens, & laudabilis, multo maiores in ea meretur laudes.* Sed quando fecit? Semper fecit, sed in sua creatione vberius fecit, quia fecit omne quod potuit: ideoque dicitur *fundata, idest exultatione vniuersę terre, concepta*, ait Lorinus. Nunc audiamus Hyeronimum: (H) *Mons iste specioso germine, cuius omnis germine, filioque suo Christo species, & pulchritudo existit.* Igitur Marianus iste mons, gaudium vniuersę terrę, in quem satagunt omnes devotionis oculos conijcere, radicatur in Deo solidas ibi radices gratiæ figit, dumque terra omnis mota est ad culpę dretorem, inconcussus mons iste adhæsit Deo, Deus illi; & ob hoc exultatio vniuersę terrę, nam totius affectum, & trahit, & recreat.

14 Pingue montium omnium circula-rem cuneum, eosque omnes vide fragore, agitados, & concussos, aut in tetras voragine scissos, partimque infauste contractos, a suoque omnes fundamento reuulsos. Statue in eorum medio montem vsque ad sydera protensum, dirutum nullibi, solide fundamentum cum inspecta inscriptione: **NULLVS MIHI TERROR ADHÆSIT.** Adde sacram hanc eruditionem ex Regio vate: (I) *Fundamenta montium conturbata sunt.* Psal. 17. *Circumuersa sunt fundamenta.* Legit Eusebius. Sed quare montium fundamenta in perniciosam abire ruinam? *Quoniam Dominus iratus est eis.* Sed vt quid irascitur? Vt quid montium fundamenta concutit? Quia irrepse-

rat peccatum, atque fundamentis primis nempe parentibus protinus circumuersis, serpens antiquus omnium subitum, & superbiorum colla calcavit. Vnde Christopolitanus Præses: *Explicat afflictionem peccati totius generis humani.* (K) Terrea montium fundamenta erant, scilicet, quia primus homo de terrā terrenus, ideo nil mirum, quod montium casus inciperet a fundamentis. Sed Mons Marię quid tunc? Concutiebatur? Nefas sit dicere. Audi. Fundamentum montis huius, (vt antę prædiximus) est Christus Iesus, quia in sua Matre nullus alius fundamentum ponere potest, nec debet: vnde cum iste secundus homo sit de cœlo cœlestis, non in solo, sed in cœlo mons Marianus suum possuit fundamentum; atque adeo abeuntibus alijs in ruinam, hic solus mons subsistit, radices in cœlo agit, ibi figitur, non concutitur; ideoque dicit, *nullus mihi terror adæsit.* Ad alia divertamus. Mons hic Marianus totus cœlestis est, nil terrenum sapit; imò *cœlum est, in quo Sol glorię splendet, & domicilium cœlo præstantius*: cecinit Andręas Ierosolymitanus. (L) Inde nil novitatis est, quod ab initio firmiter stabilietur in cœlo. Prævidit hoc Evangelicus vates, dum de ipsa allegorice sic scripsit: *Fundabo te in Saphiris*, cap. 54. Gemmarum gemma Saphirus vocatur, (M) cœlo simillima sereno, cuius in orbis centro stella micat, a qua mutuatur, & virtutem, & splendorem: at purpurea, vel sanguinea tenui fascia pariter exornatur, quam Prisci Dijs factam plurimi, gratamque tradiderunt. In hac mons Marię fundatur, ibique firmiter stabilietur. Cœlestis Saphirus Christus est, in quo est conspiciere stellam ex Iacob, cuius purpureo sanguine omnes Redempti sumus. Iste lapis angularis est Marię fundamentum. Sed num ab eius sanguineo cruore redempta? Subtilem, Marianumque Doctorem audi. (N) Duplex est Redemptio, & qua quis a culpa levatur, & qua ne in eam incidat quasi manu tenetur: præservativa hæc, sublevativa illa. Maria sublevativa sanguinis Christi Redemptione haut indignit, benę præservativa: vnde in virtute sanguinis huius cœlestis Saphiri fundabatur. Sed quare? Censent DD. (O) humanum sanguinem, (si eo suppositi lapides aspergantur,) fundamentum præstare solidissimo, ita vt cuiusvis vi procella nec vacillet, nec moveatur. Vnde Saphyrus vena sanguinea aspersus hanc gerit epigraphem: **FIRMO MEO SANGVINE CVNCTA.** En athe- reum Marię montē in Incarnati verbī cruore præservativē fundatum: totus cœlo insidet, supre-

(G) D. Bon. ser. 2. de Virg. Maria. Casiod. ibi. Damasc. orat. 2. de dorna. Maria.

(H) Hier. & Sym. mach. ap. Lorinum Psal. 47. v. 1. & 3.

Maria mont firmiter in Deo solidatus.

(I) Psal. 17. v. 8. Euseb. in Bibl. Max. Maria, innoxia semper, semper purissima.

(K) D. Paul. 1. ad Cor. c. 15. 9. cap. 3. vide Lyran. Iacob. de Val. in Psal. 17. v. 8.

Christus plus pro redimenda virginē venit, quam pro alia creatura. D. Ber. ardent. Sen. ser. 51.

(L) Andręas Ierosol. in exp. posit. salut. Angel.

Ipsi. c. 54. v. 11.

(M) Anglic. li. 16. c. 87.

Ruccus de Genm. lib. 2. c. 2. Rupert. ad e. 5. Cant. Berchor. in Reduct.

(N) Subt. Doct. lib. 1. ad 3. q. 1. art. 2.

(O) Hermes Agellius, alijque apud Robert. Holch. in lib. Sap. lect. 136. c. 11.

Maria in Christi sanguine fundata, & ab eo Redempta, sed quomodo?

supremam sibi à fundamento vendicans Maiestatem, Deo per omnia semper gratus, stellam ex Jacob suo continens in vtero, vt dicat, *dilectus meus mihi, & ego illi.* Cant. cap. 2.

16 Insuper, & eiusdem Isaia verba sequentia appendantur. *In iustitia* (inquit) *fundaberis.* cap. 54. Paulo ante Bases, quibus huius montis epistilia nitebantur, Saphirinae erant: modo fundamentum iustitia praebet. Sacramentum hoc perscrutemur. Loquitur Isaia in sensu allegorico de Deipara, quam pauperculam vocat, (P) vt vult Richardus à Sancto Laurentio. Cur igitur iustitia potius bases praeparat, non alia virtus? Quia de prima Virginis ad vitam formatione agit. Quare textum alij sic legunt; *In iustitia formaberis, apparebis, fundaberis.* Iustitia autem haec, Dei iustitia est, quae nil est aliud, (vt docet Theologorum facile Princeps Subtilis Doctor) nisi *rectitudo voluntatis propter se servata, & radix à cuius actus rectitudine, natae sunt omnes iustitiae particulares procedere.* Principium ergo formationis Mariae iustitia est, virtutum omnium praeclarissima, qua nil praestabilius invenitur. In ea Maria radicitur; *In iustitia fundaberis: nam* (ait Menochius) *ipsa tua iustitia te firmabit, tua sanctitas te tutabitur.* O Foelix, o Pulcherrimum Mariae initium, a cumulo omnium procedens virtutum. At, nec sistat devotio, seu calamus adhuc. Etsi iustitia omnes amplectatur virtutes, (Q) tamen (ait Trimegistus) duae sunt omnium principales, nempe pietas, quae est Dei notio; & aequitas, quae tranquillitatem in sensibus praefert. In his Marianus mons fundatur, coalescit ex istis; nullamque sensus contra rationem experta est Maria reluctantiam, sed Deum ita à primo instanti novit, vt suam essentiam viderit. Vnde potius iniustitia à principio apparet firmata, quam in alia quavis: nam in sola illa, omnes virtutes comites habet, deest nulla; ita vt sola dicat, *In me omnis spes vitae, & virtutis.* (R) Id est, (ait Lyranus) *à me procedit vita gratiosa, & notitia luminosa.* Vtpote, tamquam à subiecto in quo; à Deo autem, vt ab efficiente primo. Jaspidem inter gemmas pretiosissimam pingere sit locatam in vrbs aureae fundamento, cum lemmat CUNCTAE VIRTUTES IN VNO. Et sanè perbellum hoc Hyeroglyphicum est Mariae, quae & mons, & Civitas passim in Biblijs effigiatur, praecipueque toto in Apocalypsis 21. cap. vbi sup. montem vrbs haec sacra depingitur, claritatem Dei habens, & eo ornata, vt sponsa viro suo. Inter duodecim autem huius sacrae arcis

fundamenta, jaspidi primus locus caedit. *Fundamentum primum iaspis.* (R) Apoc. cap. 21. Civitatem hanc supra montem Dei locatam, typum esse Mariae, tenent Div. Antonius Paduanus, Div. Bernardus, & Alensis. Modo cur primum Mariani aedificij fundamentum jaspidi vendicatur? Num non pretiosiores caelestis Saphirus, ac Unio ex caelestibus lachrymis Aurorae generata? Mysterium aperiamus. Sibi in formatione fundamentali Mariae primariam jaspis conciliat dignitatem: Nam lapis hic utroque sexu gaudet, & in Mariana formatione Christi virtus, & Mariae puritas, prima constituunt fundamenta. Decoro letatur aspectu; nam coram summa pulchritudine non aliquid nisi pulchrum, & decorum adstare debet. Linea praecingitur alba, etsi cum viriditate plures alios jaspis retineat colores; quia Maria candore iam ab initio donata, omnes sibi copulavit virtutes. Denique cum nullum cuiusvis coloris jaspidi deficiat ornamentum, vt meus docet Anglicus, (S) censere est, à cunctis non nisi ineffabili providentia Deum in prima formatione Mariae jaspidem posuisse, quia cum nullo orbatur colore, ac consequenter nec virtute; omnes perfecciones, ac omnes virtutes coacervatim ad perornandam animam Mariae convenerunt, nec vna remansit extra fundamentum, quia *cunctae virtutes in vno.* Jaspis durissimus est, ad significandam civitatis securitatem. Inquit Menochius.

17 Erectura Trinitas Montem Syon immaculatae Deiparae symbolum, *mittam* (inquit) *in fundamentis Syon lapidem probatum, pretiosum, in fundamento fundamentum.* Isai. c. 28. Hic lapis Christus est, inquit Lyranus. (V) Maria est, docet ex Hebraeis Galatinus; sed Maria fundatur in Christo, ab ipso erigitur, elevatur. Nec aliud, nec firmitus, meliusque potuit Marianum aedificium habere fundamentum. Si iam à fundamentali radice in Deo radicitur, quid non gratiae, quid non gloriae, in eius Conceptione spectaretur? Ideo legit Oleaster: *Eccce ego fundator in Syon lapidis.* Sane Deo tribuitur fundatio lapidis Virginis, vt non appareat opus esse naturae, sed gratiae. (X) Ex Biblijs Arabicis habetur: *Mittam lapidem venerandum in fundamentis.* Ex quo mortiferae labis carie lapides vivi (homines vtpote) in deteriora venerunt, *abominabiles facti sunt, & confusi sunt, quoniam Deus sprexit eos.* Psal. 52. Hic vero lapis in caelesti nixus fundamento, ab initio colitur, veneratur. *Mittam lapidem electum summum:* habet Sept. Quando alij lapides quia impoliti, excludunt.

(R) Apoc. c. 21. v. 2. & seqq. ac v. 19. Div. Ant. Pad. D. Bernard. & Alensis in c. 21. Apoc. Franc. Georg. Venet. de Harm. Cant. 3. Ton. 8. conc. 2. Rucius de Gemm. lib. 2. cap. 1.

(S) Anglic. lib. 16. cap. 53. Menoch. in Bibl. max. ad c. 21. Apoc. v. 18. Thom. Iorg. ad Psal. 13. v. 1 & 2.

(V) Isai. c. 28. v. 16. Galatin. lib. 7. de Arc. cap. 1. Lyranus in Isai. cap. 28. Oleaster. in Bibl. max. Psalm. 52. v.

(X) Sept. Bibl. Arab. in max. Anglic. lib. 16. cap. 77. Maria. in puncto animationis, summo in pretio habitata fuit à Deo.

(P) Isai. c. 54. v. 14. Rich. à S. Laur. l. 4. tit. 20. Bibl. max. in Isai. Subr. Doct. lib. 4. d. 46. q. 1. d. 1. & 2. n. 2. & 10. ad 1. & d. 14. q. 1. & 2. & dist. 1. q. 6. Arist. l. 5. Ethic. Cic. de off. lib. 3. & de leg. 1. Me nob. in Bibl. max.

(Q) Trimegist. apud Vincent. in Spec. Doct. l. 4. cap. 30.

(R) Lyr. in Glos. ad c. 24. Eccl. v. 25. Maria, omnes virtutes ab instanti Conceptionis habuit.

duntur, hic solus eligitur, à Deo in cœlesti fundamento locatur. Sed ad superiora iam revertamur. Lapis hic iam à fundamentis pretiosus est, nam cum res quæ magni æstimatur; pretiosa nuncupetur, Maria iam à fundamento, & radice maximi fiebat à Deo, quia ut preciosissima res adhebat Christo. Saphirum præ alijs gemmis Anglicus commendat, gemmam summe pretiosam apellans, regum digitis aptissimam, gemmarum gemmam, & carbunculi nominat matrem. Hic pretiosissimus lapis putabatur à veteribus, non modicum apud Deum valere. (Y) *Talis per omnia est Beata Virgo, quia vere Cœlo, idest Deo fuit cœteris viventibus similior quantum ad virtutes, & perfectiones.* Ait Pictaviensis Benedictinus. Ita Deo preciosissima Maria fuit, ut præelecta in matrem, fuerit *corona gloriæ in manu Domine.* Isai. c. 62. Fuit gemma gemmarum, quæ Virgo Virginum est, cuius gratiæ eminentia ex correlatione ad filium est pensanda. Eucherius id scripsit. (Z) *Queritis qualis mater; querite prius qualis filius.* Ad gignendum hæc gemma Cœlestem parabatur carbunculum, quia Prædestinata in Dei Matrem, omni procul caruit debito incurrendi delictum. Plurimum apud Deum valet lapis hic, quia præelectus, quia pretiosus, quia totaliter in Deo radicatus: & in eo Deus ut in gloriæ folio requiescit. Audiatur Gregorius Thaumaturgus: *Tu Thronus evasisti cherubicus, ubi glorificatur Pater omnis principij expers, cuius obumbrantem habuisti potentiam.* Maria sic huic lapidi Christo Iesu, & mente, & Corpore est unita, ut velut lapis Angularis, angulari primario lapidi firmiter adhæreat, ut placet Richardo: (A) ita quod nec orbe toto in ruinam abeunte, soliditatem amitteret, qua à principio fruebatur. Sed quid novitatis si reciprocam habet cum Christo soliditatem, cum qua ex Damiano antea adducto diximus Christum habere quandam identitatem naturæ? Ideo arridere mihi videtur illud Div. Pauli 1. ad Cor. c. 8. dicentis: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* Idest, solus Christus est fundamentum. (B) Ait Lyranus. At quare excluduntur Apostoli: nonne sunt fundamenta civitatis Dei? Vtique, docet idem Doctor. Sed *Christus est fundamentum habens stabilitatem, & firmitatem ex se; Apostoli autem adhaerunt primario fundamento.* Docet idem interpretum Princeps. Modo: dum virgo cum Deo homine quandam præfert & amoris, & naturæ creatæ unitatem,

conglutinata sic manet in ipso, ut indissolubile ambo censeantur Ecclesiæ fundamentum; sicque à fundamentis Maria redolet deitatem, divinam quodammodo sapit gloriam. En Richardum: *Gloriam meam, idest filium meum, alteri non dabo, quam Maria, quia soli Maria hoc privilegium debebatur.* Iure optimo Apostoli fundamenta in Christo superædificata prædicantur: at Maria dum fundatur, dum suas agit radices, cum primario fundamento sic strictius vnitur, ut non duo lapides, sed vnus eiusdem gratiæ, & gloriæ (licet diversimode) videantur.

18 Modo Mariani montis libeat fortitudinem spectare. Tuta Maria semper fuit, nec congressum cum hoste antiquo habuit; fortitudinem tamen in animo retinuit, quæ *virtus est* (ex Tullio) *pro equitate pugnans.* (C) Nam etiam in spirituali otio latet laudabilis fortitudo, quæ dum se probandi non habet spatium, occulta est lux tota meritorum, ait Cassiodorus. Aequitatem inconculsi animi semper Maria tenuit, dimisit nunquam; cuius erat suæ æquitatem puritatis, & grata amplecti, & ut à Deo missam venerari. Ad hæc liceat Adamantem depingere, cristallino splendore quo pollet perornatum, cum lemmate: **FORTITUDO, ET DECOR.** Huic enim lapidi inditum nomen ab antiquis reperio, *vis indomita.* Hoc Mariæ specialius congruit, de qua scribitur Proverb. 31. *Fortitudo, & decor indumentum eius.* (D) Coniungitur decori fortiendo Mariæ, ut pateat vallatam omnimode suam esse puritatem, & nil potuisse inquinamenti eam deturpare, quasi à Deo munitam. Ideo hic animæ, seu *mentis fortitudo* Laudatur, exponit Lyranus: *Seu virtutis ornatus*, quo Maria iam apparuit in primo instanti pulchra, commendatur hic, inquit Menochius. Lyranus autem legit: *amicta fortitudine, & decore claritatis.* Claritas, Beatorum corporalis dos est, ait Subtilis Preceptor; (E) ideoque in Maria cum fortitudine nectitur, ut ex quo primo apparuit, innotescat eam dotibus fuisse Beatitudinis ornatam à primo instanti Conceptionis. Quare Anselmus hæc de Maria habet: *Ineffabilis, & stupenda omni seculo est huius gratia, & exaltatio: immensitatem quippe gratiæ, & gloriæ, & felicitatis suæ considerare incipienti, & sensus deficit, & lingua fatiscit.* Non immerito igitur hæc fortitudo, & decor Adamanti comparatur, quandam *representanti arcus cœlestis ambelationem*, ut disserit Rueus: cuique divinas Philosophi tribuere vires. Sic Maria in Cœlesti decore Cœ-

Richard. à S.
Laur. lib. 4. de
Laud. Virg.

(C) Cic. 1. de
offic. Cassiodor.
Epist. 23. An-
glic. lib. 16. c. 9
Berch. in Red.
1. 11. c. 40. n. 1.

(D) Prov. cap.
31. v. 25. Lyr.
in sua Glos. ibi.
Menoch. apud
Bibl. max. ibid.
syr. ibi.

(E) Subl. Doct.
lib. 4. d. 49. q.
15. à 2. §. Ref.
pondeo.
D. Anselm. de
excell. Virg. c.
3. & 8. Ioann.
Geom. Hymn. 2
Rueus lib. 2. de
Genm. c. 15.

(Y) Pictav. in
Red. mor. l. 11.
c. 118. n. 1.
Isai. c. 62. v. 3.

(Z) D. Euth.
Serm. in vigil.
Nativ.
Greg. Thaum.
Serm. 2. de An-
nunt. B. Mariæ

(A) Richard. l.
1. de laud. Virg.
D. Dam. adduc.
supra.

(B) Div. Paul.
Lyr. in Glos.
ad 1. ad Cor. c. 3
Maria Christo
adhæsit firma-
ter à princi-
pio.

(F) *D. Ildeph.*
ser. de Part. &
Purific.

Iestem iridem æmulatur, ut scribit Cœmetra, divinas prope à sua creatione concilians proprietates: gemmarum sibi unitarum trahens virtutes, ut pote sanctorum omnium sibi adaptans perfectiones. (F) Ildephonus id innuit: *Vexilla virtutis in Maria effulserunt, in qua tota Maestas domini versatur.* Maestas domini omnia comprehendit; quia pleni sunt Cœli, & terra Maestatis gloriæ suæ: unde si in Maria versatur, in Maria omnia Deum sapiunt, cuius altitudinis fundamenta, fortitudo, & decor.

CAP. V.

MONS, OB MVNDICIAM
Mariæ mundissimum conceptum
extollit.

(G) *Pictav. in*
Red. & Direc.
Anglic. Loc. sa-
pe adducto.

19 **P**rior montium situs, quam vallium; (G) ibi enim fiat purior aer, puriores scaturiunt aquæ, nitidior florum varietas: imo apes quæ suis pabulantur in herbis purissimæ præ alijs sunt, ut scribunt Philosophi Perge, vide Marianum Montem usque ad Deum gratiæ culmina extollientem, aquis Cœlestium charismatum purissimis irriguum, puriori divini Spiritus flatu vegetatum, aromatis gratiæ undique confutum, & ad Dei delicias preparatum. Sic à Ioanne Gœmetra Maria vocatur: (H) *Clarissimus Dei mons, qui collem omnium, ac montem, idest Angelorum, & hominum sublimitate exuperat.* Huiusce itidem puritatem montis colligere est ex Richardo à S. Victore sic dicente: *O puritas mentis! O summa puritas! Quam Beatus fructus ventris, tam gloriosa puritas mentis.* Si Mariæ puritas à Verbi gloria pensatur; ergo numquam sine gloria puritas Mariæ; quia Verbum sine gloriosa beatitudine nunquam. Hinc in Cantic. c. 7. dicit ipsa: *Ego dilecto meo, & ad me conversio eius.* Pingitur solsequium, five Heliotropium herba, solis sponsa vulgo vocata, (I) cuius folia Solis motibus circumacta voluntur, cum inscriptione: *VNI, SOLI, ET SEMPER.* Quod quidem præ alijs Deiparæ congruit, cuius puritatis splendor ex Solis iustitiæ irradiatione desumenda est, ut Petrus Blesensis sic habet: *Conceptio futura Matris Christi, fuit quasi originalis Conceptio Christi.* Utique unius ad alium conversio: quapropter si Christus in primo Conceptionis instanti comprehensor fuit, ut Theologorum Princeps Subtilis docet, (L) quare Mariæ deneganda est in primo animationis puncto, visio clara Dei, & essentia frui-

(H) *Ioan. Gœ-*
metr. Richard.
à S. Laur. lib.
8. de Laudib.
Virg. Richard.
Vid. in Ps. 71.
Cant. c. 7. v. 10

(I) *Anglic. lib.*
17. c. 54.
Petr. Blesens.
de 5. Pan. c. 21
Maria in Cō-
ceptione Deo
iam fruebatur.

(L) *Sub. Doc.*
in 3. d. 14. q. 2.
& 2. n. 2.

tio, cum mutua sit utriusque conversio? Iam ex tunc fruebatur Deo cui Charitatis nexa unita erat. *Ego dilecto meo, cui per amorem inhæreo.* Exponit Lyranus. Si Christi Conceptio omnium purior sine dubio fuit, Mariæ creatio ad Typum animæ Christi quantum ad infusionem in corpore facta; fuit certe purissima, omni gradu possibili gratiæ, & gloriæ procudubio perpulchra. Ideoque (ait Arnold. Carnotens.) *predicatur gratia plena, ut manifestum sit individuum esse matris, & filij gloriam.* Nil mirum, si semper ad Solem suum conversa omnes eius radios, quantum possibile est ebibat: *uni soli, & semper* ita arcte coniuncta, ut ab invicem nesciant separari. Ideoque iure solsequium Mariæ symbolum est, quæ iuxta solis æterni motum se regulat, eum ab initio Lucis avidè querens, eique in omnibus se conformans. *Maria solsequium dicitur, eo quia solem sequitur, quasi ei se inclinans.* Inquit Richardus. Ecce Deiparæ fere inmensam pulchritudinem, & pulchritudinis munditiem, ex quo cepit mentis aciem in creatione ad suum convertere creatorem, solem iustitiæ eam gloriæ radijs illustrantem.

20 Hinc à sponso gratia Mariæ celebratur encomijs, extollitur epinicijs, dum sic ipse Cant. c. 6. fatur. (M) *Pulchra es amica mea, suavis, & decora sicut Hierusalem.* Et quænam Pulchritudo Hierusalem, ut de ea sic symbolum Marianæ puritatis valeat extorqueri? In siclis mos Hebræorum fuit eudere de Ierosolyma verba hæc. *Hierusalem, civitas Sancta.* (N) Sicque ab Apuleio, & Luciano appellatur. Imo nugantur Hebræi decem è Cœlo descendisse pulchritudinis mensuras, quarum una toti orbi concessa, novem vero Ierosolymæ. Imo serpens vilis intra Hierusalem, veneni tabe quemquam peremisse putabatur. Addam, & scitu dignius pro argumento. Maria, decora est sicut Hierusalem: nam hæc dicitur *visio consumata*; & significat gloriam cœlestem, ait Adamancius. Sic munda, ac pura Maria est, ut non solum à conceptu Sancta sit, pluresque gratiæ gradus, quam & Angeli, & homines cuncti fuerit consequuta; sed eam conceptam aspicere, gloriam sit videre, nam concepta est in perfecta Dei visione. Inspiciamus alios sic legentes: *Pulchra es, sicut Tirsa.* Hæc Regum Samariæ fedes fuit, & interpretatur *complacens.* Maria nunquam à Deo averfa, semper grata. (O) Accipe Galatini dictum: *Per solium gloriæ altitudinis à principio gloriosam virginem intelligi arbitror, quæ est sedes Dei altissimi: dixit autem Isaias cap. 17. à principio*

Arnold. Carnotens. tract. de Virgin.
Richard. à S. Laur. lib. 12. p. 4. c. 8.

(M) *Cantic. c. 6. v. 3. Nova-*
rim. Scediafin.
lib. 4. c. 1. n. 1.

(N) *Apuleius 1. Florid. Lucian. de Dea syr. Idem Novar. ibi. nu. 2. Orig. Hom. 21. in Matth. & in Cant. Hom. 3. & alibi Laurer. Bibl. Max. Haye in exp. liter.*

(O) *Galat. lib. 7. c. 18.*
Maria in Cō-
ceptu, Gloriæ
pulchritudinæ
ebibat.

pio, ut ostendat eam absque initiali peccato conceptam fuisse. D. Ambrosius habet: *Pulchra es amica mea sicut beneplacitum, seu ut bona opinio*. Quamnam hæc opinio bona?

(P) Illustrissim. Saman. in vit. Doct. Subt. li. 3. c. 1. Dermic. in Nitel. Polyanth Seraph. verb. Autoritas, diff. sic. 2. Berchor. in vit. Scoti, ca. 6. n. 23.

Taxo nullam, omnes veneror. (P) Sed num forte bona opinio non est, quæ prædicatur, quæ ab Ecclesia ut pia tenetur, quæ in universitatibus pro Doctoratus gradu adipiscendo amplexanda iuratur? Ita. Hæc Subtilis Doctoris opinio bona est, hæc tenenda, quin aliquis circa punctum hoc eximatur ab eo, quod sit Scotista. Nonne bona opinio hæc, quæ per tot annorum spatia, inviolabilis perseverat, quin Romanorum Pontificum, Conciliorumque tot decreta, tot Inquisitorij Sacri Tribunalis pro expurgandis libris, vel opinionibus statuta, in vno, aut alio, vel minimam Subtilis Doctoris notaverint Sententiam? Nonne bona opinio ista, quam supremum Romanæ Inquisitionis Tribunal, sic in summo pretio habuit, ut stabilierit, quodlibet opus legitimum Subtilis Doctoris, dum suum esse constaret, velut tutum, pium, hæc Catholicum, absque examine vilo, prælo mandari? Si ad nauseam procaces aliqui ex veritate sic prolata provocantur, in suum exitium, & in Subtilis Doctoris gloriam legant Illustrissimum Ambrosium: Catherinum, Dominicanum. (Q) Quid ergo habet bona opinio? Immunitatem ab errore. Ita Virginem censet. Pulchra ergo est ut bona opinio, Maria: idest, (ait Menochius) *omni genere virtutum ornata*. Ita pulchra imago, (addit Geometra) *ut sumi genium contineat artificis*. Dei donum pulchritudo est, ut docet meus Parens, & omnium Magister Augustinus; & commendabilior cæteris, quæ in Deiparæ anima effulsit, statim ac creata est. Zeuxis inter Pictores sui evi egregius ante quam penicillum arriperet Iunonis Imaginem depicturus. Agrigentinis, Pulchriores adstare Virgines Græciæ iussit, ex singulis feligens quod præstantius, ac venustius erat, ut pulchre absolutissimam Iunonis Iconem delinearet. Non aliter Deus, ut effigiare mundissimum hunc decrevit Mariæ montem, ex quo abscissus est Christus, lapis sine manibus, (R) ut ait Damascenus, & Augustinus; perfectiora dona gratiarum Angelorum, & hominum selegit, in ea vna omnia colligens, vnde à Chrysologo vocatur *Sanctitatis Collegium*, & ab Andræa Cretensi salutatur sic: *O Sancta, & Sanctis Sanctior, ac omnis Sanctitatis Thesauri*. Vnde non miror, quod à sponso pulchra, & decora sicut *Hyersalem* appelletur, cum in suo conceptu omnes gratiæ, perfectiones omnes,

imo ipsa consummata Dei visio illuxerit, ac radiaverit.

21 Speculari iterum liceat primigeniam Mariani montis munditiam, à Deo donorum omnium largitore sibi copiosius elargitam: Quam deducere facillimum est ex illo Exodi c. 37. (S) *Fecit Beseleel arcam de lignis sethim, & fecit illi coronam auream per gyrum*. Sane non mysterio vacat Arabica hæc lectio: *Arcam ex ligno Sancto*. Maria siquidem arca est, inquit Ambrosius, & Richardus, quæ à supremo omnium conditore fabrefacta est, ut *Manna Cæli*, Angelorum panem, suo contineret in vtero. Sed antequam in effectu arca esset, iam condita supponebatur *ex ligno Sancto*; quia Hebraice *Sanctus* idem est, ac Deo dicatus; sicque Mariæ ad formationem Sanctitas adiscitur, quia iam ex tunc omnimode Deo dicabatur. Repetere sit D. nostri Bernardini elogium: *Tanta fuit perfectio Virginis, ut soli Deo cognoscenda reservetur*. Inde sit colligere quanta Virgo niteat puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi. Inquiramus & alia *Fecit Beseleel arcam*. Cur huic vnico mandatur *Arcæ formatio*? Nonne & *Ooliab dedit dominus sapientiam, & intellectum ad fabre operari*? Exod. cap. 36. Ita (*) Sed *Ooliab* nude *Splendor* interpretatur, qui cum Sanctitate, & gratia coheret, iuxta plures Psal. 109. legentes: *In splendoribus Sanctitatis genui te*. Non sat est, inquam, Mariæ arcam formari primo in solo Sanctitatis splendore, & munditie. Quid ergo ultra remanet operandum? *Fecit Beseleel arcam*; Qui *umbra Dei* interpretatur Mariæ arce creatio non solum ex prævia Sanctitate est, sed fit ab umbra Dei, ut nunquam sine Deo appareat, semper eo fruatur, eam ad visionem Dei in illo elevans instanti primo. (T) Damianus auscultetur: *Gloria Virginis principium ignorat, nescit finem, de qua nil aliud possum dicere, nisi quia gloriosa dicta sunt de te, gloria Dei*. Maria, gloria Dei est, quia Deus in formatione Virginis gloriatur tam mundam, tam decoram Imaginem efformasse; quia eam creavit, in Spiritu Sancto. Eccl. c. 1. Claudat rem Damascenus: *Maria est imago ad quam (efformandam) Deus inventus est artifex*. Insuper, *Fecit arcam de lignis sethim*. At Syriaca lectio habet: *Arcam de ligno Heboni*. Arbor hæc præstantissima habetur, quæ in nullo est maculata, Regibus olim, ac Imperatoribus ab origine Sacra, quam primo Romæ Magnus Pompeius ostendit: ideoque *Preiosissima arbores* vocabantur. En Immaculatæ Mariæ Typis, nam soli Regi

(S) Exod. cap. 37. v. 1. & 2. Bibl. Arab. in max. Richar. à S. Laur. l. 10 de laud. Virg. tit. 1. Theatr. vit. human. verb. Sanctus. D. Bern. Sen. tom. 2. ser. 5. 1. à 3. c. 1.

(*) Hier. Exod. 36. v. 1. Mar. de Calaf. tom. 4. Conc. Hebr. Bed. tom. 3. de Nom. Hebr. Psal. 109. v. 4.

(T) D. Petrus Dam. ser. 4. Damasc. orat. 1. de Nativit. Virg. Bib. Syr. in max. Plin. lib. 12. & 16. Anglic. lib. 17. c. 52. D. Bern. Sen. tom. 2. ser. 5. 1. c. 3. D. Bonavent. in Psalm. Virg.

(R) Aug. tra. 4. in Ioan. c. 1. D. Petr. Chrysost. ser. 146. Andreas Cretens. orat. 2. de dormit. Virgin. D. Ambros. de Virg.

Regum ab origine sacrata, omnium prætantissima, in nullo unquam maculata, & inter omnes creaturas pretiosissima. Ad hæc faciunt D. Patris Bernardini verba: *Congruebat, ut illa quæ placuit altissimo, ita ut fieret illius sponsa, & mater unigeniti Filij sui, sic esset immaculata mente, sicut fuit immaculata corpore.* Sic Plane arca speciosissima Hebeni est, omnem continens gratiam, ut Seraphicus Doctor docet, nulla perfectione carens, ita ut merito de se dicat, *in me omnis gratia.* Sed ad nostram vulgatam redeamus lectionem: (V) *Fecit Beseleel arcam de lignis Sethim.* Exod. 36. idest Deus Virginem sibi præparavit mundissimam, ut contineret urnam mannae, idest plenitudinem Sanctitatis, & divinitatis, (inquit Lauretus) quia quem totus non capit orbis, in sua se clausit viscera factus homo. *Sethim* igitur materia est Arca, ut denotetur quod cum *totus mundus* in maligno positus, (idest, sub tyrannica potestate, & dominatu diaboli, seu sub malo igne peccati originalis, ut Ambrosius & alij tenent), conflagrabit igne à flatu colubri succenso: Maria, arca mundissima ex lignis Sethim efformabatur, quæ incremabilia sunt, imo incredibilem conferbant levitatem, & pulchritudinem. Quid non hæc conservaret, si à Beseleel, idest *umbra Dei* efformabatur? (X) Audi meum Parentem Bernardinum: *Potentia Patris, Sapientia Filij, & benignitas* (nempe bona igneitas) *Spiritus Sancti conceptum Virginis operabantur.* In umbra Dei num non omnem sibi vendicatura munditiam? Plane ita. Imo arbor hæc, (vel cum Cedro, nec ne reciprocetur, ut ex Hebræis meus iudicat Georgius Venerus) Sacramentaria erat, Deoque omnino Sacra, qua etiam Dei iussu dies festi septimi mensis celebrabantur. Maria, Sethim lignum est prorsus mundissimum, Cedrus est, & Palma, vnde ut sui primi esse celebretur gloria, sibi ipsi sufficit ipsa.

22 Quid non gratiæ, quidve non Gloriæ tribuendum est in suo passivo conceptu (Y) Mariæ? Penitus nihil. Nam natura (dum concipiebatur Virgo) tantisper expectavit, dum gratia fructum suum produxisset. Ait Damascenus. Mundior vlla effigiari potuit, vlla formari. Sole amicta apparuit Virgo: sed ubi? In Cælo. Siquidem gloriosa, & Cælestis fuit iam sua prima apparitio. *Signum magnum apparuit in Cælo, mulier amicta sole.* Apoc. cap. 12. vox illa apparuit, quodammodo conceptionem explicat, iuxta illud Gen. 38. *Apparuerunt gemini in utero.* Sed quare in Cælo, dum concipitur, apparet? Quia

locus speciosissimus, & mundissimus est, ut exponit D. Bernardinus. Vnde non solum illam, sed & mundissimum decebat esse locum, in quo concepta Deipara apparuit, utpote in utero Annæ, quæ gratia interpretatur. Pingitur ergo Maria in Cælo apparens, vestita sole, ferens epigraphem: SOLIS SPLENDORE NITESCO. Singula discutiamus. Apparet Maria primo in gratiarum Cælo, quia in spectabili divinarum charismatum abyssu: (Z) Cælum autem dicitur quasi *Casa Elios*, vel *domus Solis*, quia *Sol sub ipso positus ipsum illustrat*, ait Magister. Cælum itidem Dei sedes, Trinitatis Palatium, ibique Maria obijcitur concipienda, quia non alibi quam in Gloria domus Dei erat efformanda, quæ sancta, & immaculata in conceptu erat, ut fatur idem Bernardinus. In Cælo apparet, quia Cælum uniformi motu circulari movetur, à quo motu circulares coronæ fiunt. Dum igitur apparet Deipara concepta, in Cælo iam videtur, in Gloria sublimiori, coronam Cæli necit, quia tota Cælestis, & iam à principio coronata innotescit. In Cælo apparet, quia cum in se habeat summam puritatem, & uniformitatem, hac de causa Mariano conceptui locus destinatur, ut omni gloriæ puritate appareat quando concipitur, perornata; & omni ad suum creatorem uniformitate devincta. Hæc cecinit Damianus: (A) *Virga Iesse, veri prævia luminis, in illa inaccessibili luce perlucens, sic utrorumque spirituum habet dignitatem, ut in comparatione Virginis nec possint, nec debeant apparere.* Modo inspicimus Virgineum in sui prima apparitione amictum. *Amicta Sole.* Idest Christo: ait Lyra. O signum protinus stupendum! Modo apparet, & iam sole vestitur, ut nulum sit instans, quo Maria sine Deo sit, ab eius fulgenti gloria arceatur. Sic Bernardus: *Novum fecit Dominus in Cælo, ut mulier sole appareret amicta. Denique, & coronavit eum, & vicissim ab eo meruit coronari.* Confirmat id expressius noster D. Bernardinus dicens: *Intra Trinitatis gloriam ipsa sola amplius est evecta, ac plus Beatissima Trinitatis diligit gloriam, capit, sentit, & fruitur, quam omnis alia creatura simul sumpta; de cuius gloria post filium, participant universi.* Vnde merito à D. Damiano (B) celebratur Maria, *Solius solis claritati succumbens.* Atque adeo amicta sole lucescere incipit, ut primæva sua lux à Cælo, non à solo pateat exoriri: ita munda, sic à divino sole in suo primo esse illuminata, ut teste Bernardo, *Mariæ presentia totus illustratur orbis, adeo ut ipsa cælestis patria clarius rutilet* Virgineæ lampadis

(Z) Magister
Hist. Schol. c. 1.
Gen. c. 4. Bern.
Sen. loc. cit.
Angl. lib. 8. c. 2.
Berch. & alij.
Subr. Doct. l. 2.
d. 14. q. 2. &
alibi.

(A) Div. Petr.
Damian. serm.
de Assumpt.
D. Bern. serm.
de verb. Apoc.
Lyr. in Glof. ibi.
Div. Bern. Sen.
tom. 1. ser. 61.
art. 3. c. 3.

(B) Div. Petr.
Dam. serm. de
Assumpt.
D. Bern. ser. 1.
de Assumpt.
Div. Aug. de
Symb. l. 4. c. 1.

(V) D. Ambr.
serm. 80. Laur.
Cervar. tom. 1.
verb. Arca.
Maria, mundissima in Cœceptu, quia in umbra divinitatis cœcepta.
Dydin, apud
D. Ambr. l. adu.
Novatian.
Beda hic &
alij.

(X) D. Bern. Sen
& Rich. à S.
Laur. lib. 4. de
laud. Vir. Georg.
ven. de Harm.
Cant. 1. Ton. 7.
cap. 27.

(Y) Damasc.
orat. 1. de Nat.
virg.
Apoc. c. 12. v. 1.
A Cælo petenda est Mariæ Conceptio.
D. Bern. in comment. ad c. 12.
Apoc. v. 1.

Hier. c. 31. v.

22.

Lyra, & Haye
ibidem.Menoch. in
Bibl. max. ibi.
Sub. Doct. in
3. d. 14. q. 2.
art. 2. m. 2.
D. Hier. ser. de
Assump.

dis irradiata fulgore. Secundo, *amicta sole* apparet. Hęc mulier Marię Virginis typus est, ait Augustinus etiam, quę *circundata est sponso suo, qui est sol iustitię*, exponit. Menochius. Perpende mysterium. Vaticinaverat Hieremias Christi in Marię vtero Conceptionem dicens: *Fœmina circumdavit virum.* c. 31. idest *Virgo Maria, quę Christum ab instanti Incarnationis in vtero suo circumdedit*, ait noster Lyranus. Hęc autem Christi Conceptio non solum purissima, & mundissima fuit; sed, & gloriosa, cum Christus à primo Conceptionis instanti, & viator simul fuerit, & comprehensor. Vt verò Deus hanc Virgini gratiam rependeret, ipsam dum apparuit primo, circumdedit, glorię splendoribus munivit, ac stipavit. *Circumdata Christo sponso suo, qui est sol iustitię.* Ego igitur non mundam solum, ac à gratia gratiosam Virginis fateor Conceptionem, sed & gloria plenam, vtpote à Sole iustitię stirpitus illuminatam. Nil est virtutis, nil splendoris, nil candoris, nil gratiæ, quod non resplendeat in Virgine gloriosa. Scribit Hieronimus. Hanc mutuam Dei, & Virginis correlationem, qua inter se ineffabiliter connectuntur, Bernardus amori assignat, & charitati. (C) Ipsum audiamus. *Fortē miraris amictam sole mulierem. Magna siquidem familiaritas, sed mira omnino vicinitas solis, & mulieris.* Tertiò ad idem flectamur. *Mulier amicta Sole.* Quod Verbum vicem solis gerat, non alterius luminaris, non vacat mysterio: etenim Sol, fons est totius lucis, omnia vivificans, & illustrans, cunctisque rebus vitam, speciem, ac formam administrans. Hic ergo totus Mariam ambit, circumdat, amicit, vt nil sit conspici in ea, quod à Divinitatis radio non præoccupetur. Ambrosius id innuit: *Gāude, quia talem habes sponsum; hic te vestit benedictione, ne qua noceat scissura peccati.* Ad idem hęc Bernardus habet: *Mulier amicta sole, planē amicta lumine tamquam vestimento. Quam familiaris ei facta es Domina! Vestis solem nube, & sole ipsa vestiris.* Hoc certē indicat Divinum quid in Virginis Conceptione radiare, cum tota apparens præoccupetur purissima à iustitię sole. Id ludit grāte D. Methodius scribens: (D) *Tu es impollutum illius indumentum, qui luce sicut vestimento circumfunditur.* En quomodo puritatis amictus ab vno in alterum circumfertur.

23 Nec prætereundum est, hanc cœlestem mulierem, cum primo apparet, signum magnum appellari. *Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole,* Apoc.

c. 12. idest *Virgo Maria, amicta Christo.* Exponit etiam Alensis. Possuerat omnium supremus artifex stellas in cœlo, vt signa essent; non tamen signa magna, quale signum est in hac sacra muliere visa. Fortē magnitudo hęc petenda est à sole, quo vestitur, qui maxime est magnitudinis, cœlique spectabilis pulchritudo, diei iucunditas, ac medius inter Planetarum orbes, qui cœlestem ex motu facit in circulo harmoniam. Omnia speculemur. Maria cum apparet, non minuscule claritate, sed Solis vestitur magnitudine; Sol enim dicitur, quasi *Solus lucens*, quod maxime Christo competit, cui canitur; *Tu solus altissimus*: vnde videre solem in muliere abbreviatum, & in ipsa totum, proculdubio est in Cœlo magnum signum. *Verē magnum, & magnę rei fuit hoc signum.* Exponit Rupertus. Num non magnum, ex quo illa mulier apparuit, sibi Solis diffusam magnitudinem arripuisse, ita vt instar alterius Solis videretur apparere? Hoc asserit Aretas Cæsariensis. sic scribens: *Magis ad consequentiam pertineret, si diceretur, non quod mulier amicta sit sole, sed potius quod solem ipsa amiceret.* In Maria Deitatis splendor iam à principio irradiabat, vt denotat magnitudinem gratiæ, & gloriæ, qua iam à suo initio signum magnum Cœli feligebatur à Deo. *Signum vere magnum*, quia sole vestitur, qui Cœli pulchritudo vocatur. Sed quid Cœlum? Dicat Damascenus: (E) *Quis Virginem, Cœlum nuncupans, à verò aberret?* Ergo pulchritudo Marię Deus est, & ipsa cum apparet, in se ipsa, seu in suæ organico cœlo Symetriæ, mundissima videtur, tota pulchra, & formosa, vtpote à Cœli sole illuminata. Plus miror ab Epiphānio Mariam vocari *cœli, terręque Mysterium.* Sane Sacramentum est, Mysterium est Mariam Cœli, & terrę esse Mysterium; quippe Cœlum purissimam creavit animam; terra, omnigena perornatum gratia protulit corpus: sicque hæc cœlestis Virgo utique vt magnum signum, & Mysterium apparet, dum tantam vbilibet conciliare cernitur puritatem. Audiamus Seraphicum Doct. *Nec caret proprietate cœlesti Virgo; nam cœli puritatem in se habere debuit Maria, de cuius mundissimis particulis, illa purissima caro Verbi cœlestis unibilis, est assumpta.* Vnde est ipsa signum magnum, Cœli, terręque Mysterium. Plaudat, & Alensis noster. *Mulier amicta sole, idest Beatę Virgo, quia fuit sine peccati obscuritate.* Sed hoc mirandum quomodo signum, sole non tegitur, sed manifestatur. Quare? Vide reciprocam Solis

Quare Marię
Cōceptio di-
catur signum
magnum.Aret. Episc. Cæ-
sar. in Apoc. cap.

12.

Rap. in c. 12.
Apoc.(E) Dam. orat.
2. de Assumpt.
D. Epiph. serm.
de laud. virg.
Div. Bon. lib. de
Eccles. Hierarc.
p. 4. c. 7.
Alens. in Apoc.
c. 12. v. 1.(C) D. Bern. de
verb.

Apoc. serm. 1.

Marię Con-

ceptio in

Christi Con-

ceptione re-

lucet.

Anglic. lib. 7.

cap. 28.

D. Ambr. in

luc. lib. 5.

D. Bern. de

verb. Apocal.

(D) D. Me-
thod. serm. de
Hypop.

Apoc. cap. 12.

v. 1.

Alens. ibidem.

Gen. c. 1.

Anglic. l. 8. c.

28.

Marianus, &

Macabr. ibi.

D. Isid. apud

Anglic. loc. cit.

(F) Dion. Cart. de vit. sol. a. 7. Maria omnibus in Conceptione, purissima, & gloriosa. Haym lib. 3. ad cap. 12. Apoc. Isidor. lib. orig. 5. cap. 30. Angl. l. 9. c. 20. D. Bern. in cap. Apoc. 12. v. 1. Petr. Bles.

cum Virgine manifestationem. Decebat etenim & corpore, & mente mundissimam esse matrem Verbi, quod est lumen de lumine. (F) Dionisius sic Carthusianus fatur: *Quanta ei decebat carnis munditia, cuius erat portio superpulchra Deitatis, Hypostaticè unienda? Convenientissimum erat, ut caro mundissima, & mens purissima genitricem Domini singularius consecrarent.* En ergo Cœli, terræque Mysterium. Sed ad alia mens profiliat. *Signum magnum apparuit in Cœlo, mulier amicta sole.* Apoc. 12. *Mulier hæc* (inquit Haymo Episcopus) *Virgo est, circumdata divinitate altissimi.* Optimè quidem. Sed magnum signum est, amicta sole. Quare? Dies nil est aliud, quam præsentia Solis, & à dictione *Dyan*, quod est *claritas* nuncupatur. Ita censet cum alijs Isidorus. Maria autem quæ à Petro Blesensi *Dies imperialis* proclamatur, ut suam primam claritatem ostentaret esse diem Cœli imperturbatum, gloriosum, omnisque caliginis exossum, totum in se solem comprehendit, ut eius divinitatis claritate ab initio apparitionis conceptus, diem constitueret regium, ac imperialem, nullo modo antiquæ servituti addictum. Concinat id D. Bernardus *Candidissimus sanè huius mulieris amictus; cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur, ut nil in ea non dico tenebrosum, sed obscurum saltem, vel minus lucidum liceat suspicari.* Alia dabimus alibi.

CAP. VI.

LIBANUS, MARIAM VARIIS titulis, perornatam gratijs Gloriosè designat.

24 **P**remissimus de montium qualitatibus aliqua, non ingrate Mariæ gloriam concernentia. (G) Modo in fastigiatum divertimur Libanum, qui Deiparæ symbolum expressissimum est, ut docet Rupertus, cum alijs. *Cordis Filiatio* Libanus interpretatur: quod præcipuè adaptatur Virgini, *Quæ filia Patris æterni plus habet in occultis suis, quàm capiat hominum mens.* Inquit Simon Casianus. Hunc Mariæ ad suum supremum opificem filiationis nexum videre est speciali delectu, quo illam in vnigeniti sui matrem molitus est, condidit, & gratiarum eminentia præpolivit. Vndè depingitur Maria ex Patris æterni latere procedens pulcherrima, cum lemmate: **HINC MEA FOELICITAS.** Et quidem magna, omniumque suprema, dum cor illud, quod eru-

avit Verbum bonum, Mariam gloriatur filiam habuisse. Testis est Hieronimus dicens: *Virgo æterni Patris filia est, quia ab eo renata; Sponsa, quia in ipso sociata.* Imò, expressius memoratus antea Naziancenus habet: *Nata sum Patri tui ut arbitror; ex mente summa, me meus nutrit Pater.* His favere conspicitur textus (H) sacer, dum Prov. c. 8. hæc signat. *Cum eo eram cuncta componens.* Almerienis subtiliter locum hunc Mariano applicat conceptui; itidem, & nos cum illo. Animadvertendum autem est, quod alij sic ibi legunt: *Fui reservatio eius fidelis.* Deus enim ex tota Adæ massa, quandam servavit portiunculam, ex qua genitus fuit Seth, (ait Galatinus noster) & ex qua mater *Messia* generanda erat: ideoque non sine causa Gen. 4. habetur: *Possuit mihi Dominus semen aliud; id est virtus quedam ex qua generandus est Messias.* Undè fidelis Dei reservatio Maria fuit, etiam à debito peccati immunis, de qua intelligi oportet verba textus: ut habet idem Galatinus. Ad hæc D. Laurentius Iustinianus habet: *Quotquot ex ipsa (Adæ) nati sunt progenie, exceptis mediatore Dei, & hominum Christo Iesu, & eius matre, sub hac peccati lege sunt conditi.* Perbelle, nam Maria est Dei reservatio fidelis, quam prædestinavit Pater in filiam sibi charissimam, Filius in Matrem, & divinus Amor in immaculatam utique sponsam. Ad alios intuitum ducamus legentes sic: *Ridens cum eo, & delictijs fruens.* (I) Ridet Maria quando concipitur; flent ceteri mortalium, quando nascuntur. Vndè Sap. c. 7. inquit Salomon: *Primam vocem similem omnibus emissi plorans.* Quia (ait iucunde Lyranus) *Masculus nascens gemendo profert A; femina verò E, quasi conquærentes de primorum, Parentum transgressione.* Cum ceteri plorant, Maria ridet, quia plorandi causam non habet. Accinat Gregorius Thaumaturgus: *Per te gaudium omni dispensatur creaturæ, genusque humanum antiquam dignitatem recuperat.* Quid ploraret Cœli gaudium, terræ iucunditas, Poli Aurora, de qua Deus ipse gaudebat, antequam eam crearet, ut sentit Beata Birgitta? Idcirco D. Ildephonsus in hæc verba prorumpit: *Quia tristitijs non subiacuit, & ærumnis, libera ab omni maledictionis nodo fuit.* Nec aridet minus lectio Tygurina: *Cum eo ceant delicijs fruens.* Frui Trinitate Beatitudo est, ut docet communis omnium Magister Augustinus meus, eiusque fidelior Discipulus Subtilis Doctor. Dum ergo Maria in Dei mente prædestinata concipitur, delicijs finis ultimi fruitur, ut etiam

(H) Prov. c. 8. v. 8. Galatin. de Arcan. lib. 7. c. 4. Lyr. ad cap. 4. Gen. v. 25. Galatin. ibi, c. 1. Maria à Deo præservata immunis, quia filia fidelis.

(I) Rodolph. Bibl. Tygur. in max. Lyr. ad c. 7. Sap. v. 3. Div. Gregor. Thaum. Jer. 2. de Annunt. B. Birgitta apud Novar. D. Ildephons. de Virg. Mar. D. Aug. de Trin. l. 1. c. 8. & apud Subt. Dec. l. 4. d. 49. q. 4. n. 1. Odo Camer. in opusc.

(G) Rup. Abb. ad 3. Cant. Ric. Berc. & plures. Martus de Cal. tom. 4. Concil. Hebr. Simon de Casia de B. Virg. l. 2. cap. 1. Div. Hier. in Psalm. 44. D. Greg. Naz. Carm. de Christo pat.

appareat concepta in gloria Maieſtate, dum perfunditur beatifica fruitione. Id decantet Odo Cameracensis. *Glorioſus ſoſus, glorioſum totum, quod totum gratia plenum.*

(K) Lyr. in Bib.
Max. ad cap. 8
Prov. v. 8. Hay.
& plures ibi.
Anglic. l. 5. c. 9.
D. Clem. Alex.
lib. 5. Strom.
Amad. cit. Gerſ.
traſt. 12. in
Cant. Magnif.
Maria, dum
concupitur, &
filia, & Ma-
ter eſt.
Arn. Carnotenſ.
traſt. de laud.
Maria.

25 (K) Vulgatę modo editionis textum explicemus, ex Lyrani, aliorumque verſione ſic legentium: *Iuxta eum eram nutrita.* Seu *ad latus eius*, vt alij ex Caldęo habent. Nutrire dicitur, qui alium alit. In latere ergo, ſeu ad Dei Patris latus Maria nutritur, quia munus lateris eſt amplectendo fovere: Vnde vt filia cordis, ſeu lateris ibi fovetur, quia *Filia à fovendo eſt dicta.* In latere nutritur, quia intra pectoris cavitates cor ſedem habet, quod eſt *centrum amoris, & Charitatis*, vt vult Clemens Alexandrinus. Vt ergo filia cordis dicatur, & ex corde dilecta, ibi nutritur, ibi fovetur, vnde verbum proceſſit, etſi aliter. Id inſinuaſſe patet Amadęum: *Facta extra ſe, præ gaudio adheſit cordiſſimo Patris ſpiritu.* Ex tunc Virgo dicere potuit; *Hinc mea felicitas.* Maior enim eſſe non potuit quam in Patris æterni filiam eligi, & in conceptus felicitate verbo aſſimilari. Id Pariſienſis Cancellarius autumat ſic: *Conceptio prius eſſe facta eſt in ſuperiori cœnaculo cordis, per virtutem gratiæ ſeminalis, quæ virginalem animæ meæ portunculam elevavit Divinitus, vt eſſem mater verbi.* Vna quidem ſi eſt Marię, & verbi caro, vt dixit Arnol- dus Carnotenſis, iam commune aliquid Maria cum Deo habet, quod & gratia, & ſui fruitione ornatur ab ipſo. (L) Quod, & exemplum ſumere ſit ex illo, quod de Pompeio Attico refert Valerius Maximus: ille enim dicere ſolebat; *Numquam cum matre in gratiam redij.* Innuens hac loquendi formula, cum illa ſemper arcto amoris vinculo vixiſſe, vlla data offenſa ex vlla parte. Verbum (vt meus Auguſtinus proponit) teſtatur hæc; *Ego matrem de qua naſcerer feci.* Ergo cum ipſo nutrita, cordique æterni Patris ſociata. Si ergo Libanus, cordis præſertit filiationem, pulchrum Marię Symbolum proponitur, quia *ſpecies eius vt Libani.* Cant. 5. Addamus, & ad hæc illud Eccl. c. 24. *Ego ex ore altiſſimi prodixi.* Quod de Immaculata Virgine interpretatur noſter Doct̃or irrefragabilis Alexander Alenſis. De pura creatura venit ſcriptura hæc intelligenda quoad præſati Doct̃oris expoſitionem; quæ huiusmodi eſt: *Primogenita ante omnem creaturam; ideſt dignior omni creatura pura.* Ex ore altiſſimi Patris Verbum procedit per actum, qui formaliter eſt *dictio*, à memoria fecunda procedens, vt Subti-

(L) Val. Max.
de Piet. in Pa-
rentes.
D. Aug. l. 5. Her
cap. 5.
Cant. c. 5. v. 15.
Alenſ. in Gloſſ.
ad c. 24. Eccleſ.
v. 5.
Subt. Doct̃. l. 1.
d. 27. q. 1. & d.
2. q. 7. & quodl.
1. & in 1. diſt.
32. q. 1.

lior Magiſter docet. Quomodo ergo à fonte, quo procedit filius, mater etiam procedere gloriatur? Quia Virgo (ex præcitato Simone Caſſiano) *divina eſt filia æterni Patris*, (M) *exemplaris æterni* (filij utique) *per maternitatem exemplar*, plus in occultis habens, quam humana mens capiat: Unde Deitatis fons, ruptis oſtijs in illam influere dignabatur. Paludat hoc meus D. Bernardinus Senenſis, ſic loquens: *Maria ipſa, emanatio quedam ſyncera eſt Omnipotentis Dei.* Notare eſt Marię conceptum vocari *emanationem*, quæ actus immanes eſt; vnde ſacrę Origines in divinis, emanationes vocantur. Certe Maria creatura eſt, ſed tanto perſuſa divinitatis ſplendore, vt quaſi ex ore altiſſimi cenſeatur prodixiſſe. Unde ad noſtri textus verba, hæc præhabentur: *Laudabit animam ſuam, & in domino honorabitur.* Ideſt, *animam Beatę Virginis, quæ ſpecialiter ſua fuit, & ei intimus, & unitus copulata.* Addit Alenſis. Filiationem ergo, vt Maria fundet ad æternum quodammodo Patrem, ex ore altiſſimi prodixit: Os enim inter alia hæc habet, aerem attrahit, & verba promittit: Illud, vt cor eſtuans refrigeretur; hoc autem, vt animi conceptus explicentur. Maria igitur ab ore Patris pendet, eius temperans, imò & dulceſcens charitatis ardorem, eiſque ſola verbum manifeſtans cunctis vtero conceptura. Ideo Deipara (N) ab Heſychio vocatur *Trinitatis complementum.* Audiamus, & Athanaſium: *Dei ſermo, quamvis ante ſæcula à Deo Patre natus eſt, non tamen manifeſtabatur hominibus: At quando natus eſt ex caſtiſſima Maria, tunc manifeſtus factus eſt.* Modo, quo Dei filia divinum mulceat amorem perdende ex Seraphico Eccleſiæ doctore: *Qui dubitare poteſt omnino in charitatis affectionem tranſiſſe viſcera Marię, in quibus ipſa, quæ Deus eſt charitas requievit.* Sic virgo ex Altiffimi ore prodijt, ſic glorioſe prorsus concepta; vnde *cordis filiatione* radicitur in ipſa, quæ Dei filia alijs ſpecialius eſt, ideoque in Libano vere effigiata.

26 Ad virginei huius Libani verticem noſtros iterato ſit dirigere grefſus. (O) Interpretatur etiam Libanus *Candidatio*; quia perpetuis nivibus candidatur; quod propiſſimæ adaptari Marię, Richardus autumat. *Erat enim* (aſſerit Hyeronymus) *candidata multis meritorum virtutibus, & dealbata nive candidior Spiritus Sancti muneribus.* Nec mirum, ſi Libanum eius puritas refert, cœleſtem eius Conceptio Immaculata candorẽ. Accipe ſacrę Pagine textum de Maria ſic allegorice loquentem: *Nil in-*

(M) Simon. de
Caſſ. l. 2. de B.
Virg. cap. 1.
D. Bern. Senenſ.
tom. 3. ſerm. 1.
art. 1. cap. 3.
Maria quo-
dammodo ſi-
milis verbo
in conceptu.
Alenſ. cit.
Anglic. l. 5. c. 19.
Bern. in direct.

(N) Heſyc. orat.
2. de laud. Virg.
D. Athan. tom.
2. in Quæſt. q. 4

D. Bon. in ſpec.
cap. 14.

(O) Anglic. lib.
14. cap. 24.
Richard. à S.
Laur. l. 9. tit. 7.
D. Hier. in ſer.
ſap. c. 7. v. 25.
& 26.
Lyr. in Gloſſ. ibi.
Almer. Acad.

1. Sec. 5. n. 31.
Anglic. lib. 16.
cap. 62.
Berchor. in
Red. lib. 11. c.
93. num. 1. &
seqq.
Richard. 1. 8.
de Laud. Virg.
Maria splen-
det divinita-
tis candore,
dum concipi-
tur.

(P) Philipp.
Abb. in Cant.

Pictav. in dic-
tion. tom. 2.
Anglic. lib. 19.
cap. 4.

Maria, ob
plura candor
lucis vocatur

(Q) Cic. l. 2. de
leg. Persius in
Theat. vit. Hu-
man. verb. Al-
bedo. Plin. lib.
19. c. 1.

quinatum in eam ineurrit: candor est enim lucis eterna. Sap. cap. 7. de sapientia increata id explicat Interpretum Princeps Lyra: Sed hinc, quia filius lucis candor est, candorem illum Virgini matri fuisse conciliavit, & Mater (ait Almeriensis) in qua re- nitet illa lux genita, generationem exprimit aeternam, candorque lucis efficitur, dum ab aeterno concepta praedestinetur. Hinc sit depingere margaritam candidam prorsus, rore coelesti guttatim cadente perfusam, cum inscriptione: MEUS EST AB ÆTHERE CANDOR. Et quidem unio Mariae typus, inter gemmas candidas obtinet principatum, & ex coelesti gignitur, rore; ita quod quando rorantis aeris haustus fuerit vberior concipitur margarita, & maior, & pretiosior. Virginem Margarita signat, (inquit Richardus) Quam copiosse Spiritus S. irrigat, ait & idem: Ideoque ab eius inundatione, huius margaritæ conceptus petendus est, qui candidissimus; imo ut maior, ac pretiosior Maria appareat in sua Conceptione, iam ex tunc est candor lucis aeternæ. Omnia clausit Philippus Abbas sic: (P) *Maria, tu es omni claritate solis clarior, omni lapide pretioso incomparabiliter pretiosior: Candor quippe es aeternæ claritatis, & speculum sine macula Divinae Maiestatis.* Vere ita, quia suus est ab æthere Candor, quid divinum redolens, nil inquinatum admitens, Libani prorsus fervans in seipsa candorem. Sed inquiramus & alia. *Candor est lucis eterna.* De solo gloriata candidissimo amictu, gratiorem suum conceptum esse demonstrat. Sed quare alios tacet illa collores? Solum de Mariani Libani candore meminit scriptura. In promptu est ratio. Candor omnium colorum fundamentum est, pulchrior in apparientia, purior in natura. Ita Pictaviensis scribit. Maria ideo candor est, fundamentum scilicet coloris purpurei in martyrio, five in sui dilecti concrucifixione; Pallidi in amissione filij; nigri in trium dierum solitudine, dum de morte sui nati, plorans ploravit in nocte; viridis, ob firmissimam spem Resurrectionis Christi Iesu; Cerulei, ob Coelestem in actibus vitam utique commendabilem. En igitur, quare candor etiam est, quia omnigenæ virtutis centrum, & aeternæ lucis exemplar in omnibus gratiæ charismatibus conspicuum. Color candidus (Q) (ait Tullius) olim decorus maxime Dijs, quia ingenerat puritatem: & forte ideo (Persio teste) homines ab illis aliquid consecuturi, candidam induebant vestem. Qui à Deo aliquid gratiæ adipisci studet, eius induat candorem, eius primam profiteatur puri-

tatem, eius prædicet in Conceptione niveam refulgentiam. Sed proh Dolor! Quid ad hæc dicent, quibus hoc mysterium adhuc exosum est, cum sit tot miraculis roboratum, totque decretis stabilitum, tot argumentis insolubilibus conclusum? Audiant non me, sed Cardin. Vitalem à Furno ingenue fatentem, se vidisse librum Retractionis D. Thomæ, circa id quod contra Immaculatam Deiparæ Conceptionem in 3. lib. Sent. dixerat. In Bibliotheca PP. refertur D. Bernardum, cum iam obiisset, apparuisse cuidam Monacho, magno lumine vestitum, sed maculam in pectore habentem ob illa, quæ contra Virginis Conceptionem dixerat. Hæc profert non ex nostratibus Novarinus. Sed ut ab his, qui foris sunt, his maior adhibeatur fides, auctulari oportet, quid de se, & de Caietano dicat Illustrissimus Ambrosius Catherinus dominicanus, & inter Thomistas nutritus. Hæc sunt ponderanda illius verba. *Ego enim fateor primo anno professionis meæ, cum paulo curiosior in huius rei (scilicet de Conceptione Virginis) Inquisitione essem, incidi in quorundam Tractatus, quos ut legi, fateor seductus sum, & ad eas partes tractus, quam nunc ab omni veritate prorsus destitui existimo. Nam pro illa, quam sustinent opinione, tot ac tanta congresserant, ut eam, quam nunc arbitror veritatem, pæne blasphemiam existimarem. Non enim tunc bene callebam argumenta sophistica, nec deprehenderam citationes falsas, &c. Etenim circa huius questionis tractatum, quid non iure posset obijci in Caietanum? Ipse hac de re scribens, primum Romanæ Ecclesiæ, imo ipsi Spiritui Sancto os præcludere, ac modum statuendi præfigere non veretur. Non enim vult Romanum Pontificem, ac synodum universalem iure posse pro hac sententia determinare, nisi evidentissime fieret verum, ac indubitatum miraculum, expresse ad testificandum hoc esse verum. Quod dictum, quam sit falsum, & derogatorium illius Apostolicæ Sedis, & consequenter Spiritus Sancti, qui illam sedem semper, & vario modo direxit, ut non fuerit necesse tentari Deum, viderint Doctores. Sed quid non est ausus in eo libello vir ille? Universitates, quæ hoc tam olim determinarunt, præsumptuosas vocat, cum tamen sint clarissimæ toto orbe. Quare admiratus sum valde altitudinem cordis viri huius. Sed nec hic finis. Nam & Basiliense Concilium, quod idem quoque determinari, synagogam Sathanae vocat; cum tamen Concilium illud multæ Catholice Ecclesiæ, Ipsa Romana consentiente, suscipiant, & venerentur. Hæc, & alia Pius ille devotus, ac*

Ioann. Vitalis
tract. de Con-
cep. Virg.

Novarin.
Vibr. Virgin.
lib. 4. cap. 11.
excus. 17. n.
207. Aureolus
Card. in 3. d. 3.
à 1.
Ambr. Catber.
Opusc. de Im-
macul. Con-
cept. lib. 1.

Obiurgatur
Caietanus à
Thomista, &
Dominican. ut
blasphemus,
impius, & im-
modestus.

Caietanus te-
merarie autho-
ritatem mi-
nuit Ecclesiæ.

Superbia Cai-
etana à Tho-
mista taxatur.

Caietanus cõ-
tra Basiliense
Concilium in-
vehitur.

verax Dominicanus, absque livoris passione ductus. Videant, qui Caetanum sequuntur, quem sequuntur; interim calamum torqueo ad alia.

27 Ad illam modo levemus oculos, quæ in altissimis Libani candidioris habitatur iugis, nam pulchritudinem eius, si perscrutatur attente, admirabitur oculus. *De ipsa enim prædicari, (R) quod Mater Dei est (docet Anselmus) excedit omnem altitudinem quæ post Deum dicitur, aut excogitari potest.* Allata verba fufius pro Immaculati Deiparæ conceptus gloria explicentur. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Eccl. cap. 43. Non candorem pulchritudinis, sed pulchritudinem candoris rapere in admirationem adstruit. Quare? Donum Dei est pulchritudo, ut testatum cum Augustino reliquimus: unde pulchritudo candori in virgine præponitur, quia obiectum sensus cum sensibile sit, antequam trahat in sui cognitionem, internam in Virgine à Deo collatam supponit pulchritudinem. Vnde in mari tranquillo Conchylum apertis depingitur crustulis, niveam intra, pretiosamque ostentans Margaritam, cum lemmate; VALOR OMNIS AB ALTO, & sanè ita est, nam Margarita, vberiore cum Cœlica natura obtinens cognationem, pro roriconceptus puritate pretiosior, generosiorque concipitur, ut Ruci utar verbis. Pulchrior siquidem gemmarum est candidarum, omnes ei in pretio inæquales, quas superat. Hæc Deiparæ etiam externa corporis pulchritudo est, inquit hisce verbis Damianus: (S) *Caro Virginis, maculas Adæ non admisit, sed singularis puritas in candorem Lucis æternæ conversa est.* Ideo tantam stupet intuitus pulchritudinem videre, quæ in candorem purissimum Cœli conversa est. Sed quid immoramur, si Maria, (Piæta-vientie testante) Margarita est, cuius valor omnis ab alto? Immo interne tota Cœlestis est, facturam à Dei gratijs sortita. Sic Augustinus habet: *Cœlestis est gratia, qua Deus eam fecit.* Factio absolute, simplex esse demonstrat, ac totale Rei; ideoque Maria cum sit simpliciter, dum creatur anima, corpori perfecte organico infundenda, sui Creatoris gratiam, sui esse veneratur factricem. Adsit modo Dyonisius Carthusianus: *Quomodo hanc gratiam non præstitisse credendus est, quam præ cunctis tam ineffabiliter elegit? Adhuc quid mirum, si in hac quoque vita Deus præelectæ Virgini suam essentiam dedit per speciem intelligere?* Hæc igitur Mariæ puritas est, quæ gratia, & gloria compensatur. Modo revertamur ad Scripturam. Pulchritudi-

nem candoris Mariæ admirabitur oculus Eccl. c. 43. Amatorium vocat Cælius oculum, (T) imo & videns solem solaris quodammodo efficitur eius intramittendo pulchritudinem, quæ in creaturis divine imago est, quam ideatam anima servat intus. Vnde pulchritudo, quia supernæ pulchritudinis fert imaginem, amabilis est, ideoque bona, ac boni præstans faciem. Nil inde mirum, si & Deum ad se trahat ob purissimam pulchritudinem primi candoris eius. Iterum sit Carthusianum audire: *In matre igitur Sanctitatis id utique sublimius exstitit, ut videlicet gratiora quedam, divinaque serenitas eam totam perfuderit.* Perfunditur Maria serenissima, divinaque pulchritudine gratiarum, in hominibus eam aspicientibus respectum etiā indens nobilissimæ puritatis. Sic Dei oculos ad se rapit, mulcet aspectum, quia ut Virgilius cecinit.

Gratior est pulchro veniens à corpore virtus. Et quidem ab Anna, quæ gratiosa interpretatur, Maria pulcherrima concipitur, ut dici melius illud poeticum possit: *O Matre pulchra, Filia pulchrior.* Horat. Concinat tandem id Galatinus noster illa Cantic. 1. Verba explicans, *ecce tu pulchra es*, sic loquens: *Duplicat sermonem, ut ostenderet ipsam pulchram, id est puram, & in Conceptione, & in vita.* Immo Maria Pulchritudinis diadema à D. Germano; à Gregorio Nicomediensi, *Pulcherrima pulchritudo pulchritudinum, & pulchrorum omnium summum ornamentum*, appellatur.

CAP. VII.

LIBANUS, OB INSIGNES ALIAS proprietates, Mariam mysticè denunciat.

28 **M**ONS Phœniciæ (V) Libanus celebratur, redolentia aromatum, & Herbarum ad pascua vbertate fecundus, ac arborum varia pulchritudine conspicuus. Mariam virtutibus plenam significare, dubitat nullus, maxime in suo purissimo conceptu, in quo omnium gratiarum fecunditate apparuit ornata, formosa, speciosa, & pulchra. De Ipsa sic Ecclesiasticus Loquitur c. 50. *Quasi vas auri solidum, ornatam omni lapide precioso.* De Maria hunc explicat locum Richardus dicens: *Ipsa est vas ornatum omni lapide pretioso, id est omnimoda virtute.* Vas ergo huiusmodi proponitur ferens epigraphen; NEC PLUS, NEC MELIUS. Vas enim istud capere haud plus potuit, ex quo

(T) Cælius Redig. Ant. Lect. lib. 13. cap. 7. Dyon. Carth. l. cit. art. 40. Alens. 3. p. q. 2. Bernadin. de Bust. Ser. 4. de B. Virg. Virgil. Horat. 1. Petr. Galatin. de Arcan. l. 7. cap. 5. D. German. orat. in Nat. Virg. Greg. Nicom. orat. de oblat

(R) D. Anselm. de Excell. Virg. cap. 2. Eccl. c. 43. v. 20. D. Aug. de Civ. lib. 15. Philipp. Picn. lib. 6. n. 86. Anglic. lib. 16. cap. 62. Franc. Rucus, de Gem. lib. 2. cap. 13. Mariæ pulchritudo, à Cœlo venit.

(S) D. Petr. Damian. Ser. de Assumpt. Picn. in Reduct. D. Aug. de Civ. Dei. l. 20. cap. 17. Dyon. Carth. de dign. Mariæ. l. 2. à 18. Maria, vidit in hac vita divinam essentiam.

(V) Berch. in Red. l. 11. c. 17. Anglic. lib. 14. cap. 24. Eccl. cap. 50. v. 10. Richard. à S. Laur. lib. 10. tit. 42. Maria, vas in honorem, à primo instanti sui esse. Anglic. lib. 16. cap. 4. Berch. passium Raban. Maurus.

quo Deum continuit; cum fons sit totius bonitatis. Modo inquiramus, quare hoc vas formatur aureum, solidum, ornatum? Omnes Adæ Filij vasa sunt, sed luta, ideo serpens antiquus inter ipsos reptans, tamquam figuli opus, confregit eos. Maria, quia aureum vas Deo à primordiis libatum, solidius, firmitusque alijs est metallis, nec in igne consumitur, imo eius augetur splendor, puriorque renitet. Ad hæc Alensis noster: (X) *Fuit aureum per mundiciam.* Siquidem Maria à Deo in Verbi Matrem præelecta, nullam sentit iacturam, imo Deo intimius sociata, qui ignis est, non minuit puritatem, sed retinuit, splendidiorque apparuit. Solidum insuper est, non vacuum, quia continuit summum, nec in ea vnquam locus inventus est gratiarum vacuitati. In Maria enim reperitur soliditas virtualis, quam facit gratia intus exuberans. Consulatur Richardus: *Benedicta est gratia plena, & in tactum plena, ut ex suo redundante totus hauriat mundus.* Vide hoc solidum vas quantum celestium capiat donorum, nam nec plus recipi in vase potuit, ex quo Deum recepit. Etiam faveat Damianus: *Rivus Gratiarum ineffabili modo superuenit in Virginem, quam tota divinitatis plenitudo sine mensura discretionis perfudit, ut totam caperet, qui fecit totum.* Omni lapide pretioso Maria, vas animatum ornatur: nec ab vno, aut altero pretioso lapide tantummodo mutuatur valorem, sed eorum dum in se omnes conciliat, accrescit. Vas siquidem hoc virginis celestis Margaritæ candor perlustrat; Iaspidis inconcussa firmitudo; Saphiri purissimus color, gemmæ digitis regum apertissimæ; Carbunculi delectabilis flamma, plus interius, quam exterius, splendescens; (Y) Topazij gemmarum maximæ, qua in thesauris regijs ob perspicuitatem nil reperitur pretiosius, indita virtus ad in se recipiendam obiectarum claritatem gemmarum; & ne plusquam decet protendar, omnis virtus lapidum ad Marianum vas gratiæ ornandum properat, ut ornatur: Ita Lyræ docet. At non prætereamus Ambrosius sic fantem: *Sola gratia, & virtutibus plena dicitur, quæ sola gratiam consecuta est, ut gratiæ repletur auctore.* En vas purissimum Mariæ, quod nec plus nec, melius capere potest, omni virtute repletum, omni divina protectione solidatum. En adest ante oculos Marianus Libanus omni pulchritudine & à Deo, & ab hominibus spectandus.

29 Nulla gratiarum species Mariæ defuit, nulla Celestis pulchritudo, ex quo

omnipotentis manus eam formare decrevit. (Z) Meus Parens D. Bernardinus in hæc prorumpit: *De te o Virgo, quasi de quodam divinitatis oceano rivi, & flumina emanabant omnium gratiarum.* Quod liceat corroborare ex illo Eccl. c. 43. *Altitudinis firmamentum pulchritudo eius est.* Hypallage est, nam legere oportet, *altitudo firmamenti.* Mariam (ut tenet Richardus) Firmamenti claritas repræsentat: unde depingitur Firmamentum vndique sideribus concinnum, ac perpolitum, cum lem-mate: DECOR OMNIS IN ISTO. Primum, (A) altiusque Cælorum Firmamentum est, quod quasi firmum dicitur, quia nulla vnquam procella turbatur, & in eo stellarum corpora visuntur. Sed age, cur Mariæ Puritas, ac gratiæ vberissima pulchritudo, in firmamento potius, quam in alio effigitur Cælo? Quia in hoc solo orbe (quod Aplanum vocitatur) Stellæ hærentes, idest non errantes complectuntur. Stellarum varia est à Supremo opifice indita virtus ad diversa: aliæ siquidem pulchritudinem; honorem alia; hæ perfectionem insunt, illæ vitam. Hæc omnia Marianum continet firmamentum, cuius tanta est altitudo, ut fere societur Deo, domicilium in eo ponat, tabernaculum in illo, & ille in eo. Festive id tangit Bernardus: (B) *Omnia firmamenti firmitus firmamentum, tu domina, quæ eum, quem Cæli Cælorum capere non poterant, cepisti.* Insuper quis hæreat anceps, quod in hoc altissimo Firmamento, ex quo à Deo conditum est, fixe omnia virtutum Lumina, ut in proprio deguisse centro? D. Petrus Damianus id testatur, *Quid sanctitatis, quid iustitiæ, quid perfectionis, singulari huic Virgini deesse potuit, quæ totius diviniæ gratiæ Charismate plena fuit. Quæ ad instar Cæli plenitudinis totius divinitatis meruit esse Sacrum?* En ergo decor omnis in isto puritatis altissimo Cælo, quo capacius haud aliud invenitur. Sed exactius huius Cæli altissimam pulchritudinem meditemur, quæ tanta est, ut dicat Scriptura: (B) *Species Cæli in visione Gloriæ.* Eccl. 43. Sept. Sic legunt: *Gloriatio altitudinis Firmamentum puritatis.* Idest, *pulchritudo artificis mirifice elucet.* Ait Tirinus. Sed quænam hæc Firmamenti puritas, quæ Cæli species, ac ornatus est, & in qua gloria Dei relucet? Firmamentum (ex Anastasio Synaita) à Deo est ex aquarum congerie coagulatum, quod humanæ à Verbo assumptæ naturæ typum gerit: *Aqua autem materia semper perfecta,* (inquit Tertulianus) *simplex, de suo pura, quæ Deo dignum vestraculum subijciebat.* Ideo igitur

(Z) D. Bern.
Sen. Ser. 61.
Fer. 4. post.
Pasch. à 1. c. 8.
Eccl. c. 43. v. 1.

(A) Angl. li.
8. cap. 2. Pict.
lib. 5. c. 2. per
totum, & à c.
23. ad subsequen-
tiam.
Maria, firma-
mentum purissi-
mum.

(B) D. Bern.
Ser. 3. sup. Sal-
ve Reg.
D. Petr. Dam.
Ser. 3. de Na-
tiv. Virg.
Eccl. c. 43. v. 1.
Sept. apud Bib.
Max.
Tirin. ibidem.
D. Anast. Sy-
naita Anago-
gic. Contempl.
Hexamb. lib. 2.
Tertul. lib. de
Bapt. 3.
Lyræ in Gloss.
ad c. 18. Jer. v.
14.

(X) Alens. in
Gloss. ad c. 50.
Eccl. v. 10.
Berch. in direc.
Richard. Cit.
lib. 1. c. 4.
D. Petr. Dam.
Ser. 2. in Na-
tivit. S. Ioan.
Bapt.
Angl. lib. 16.
à c. 4. usque ad
finem.

(Y) Berchor. in
Reduct. lib. 11.
per tot.
Rueus de Gem.
lib. 1. 2. c. 3.
Lyr. ad c. 50.
Eccl. v. 24.
D. Ambr. in
Luc.

tur quia in hoc Mariæ firmamento tanta elucet puritas, dum creatur, species Cœli est, & in eius creatione visio gloriæ apparet. Hæc pulchritudo tantam exornat altitudinem, puritatis Cœlo indens latissimam vbertatem. *Dei signum, & altitudo pulchritudinis eius.* Ait Alensis.

30 Perpetuis nivibus Libanus candidatur; Vnde ex earum resolutionis copia descendens rivulus continuabatur ad agros petrosos irrigandum, Ex niveo Libani Mariani candore, quid non opis ad suorum corda fervorum irriganda derivatur? Omnes gratiæ à fonte hoc gratiarum vbertim diffunduntur, (C) quin (instar Salentini Lacus) manuat. De hoc prope modum infinita revocari exemplaria possent, sed sat vnum sit: Cum etenim Theologorum omnium facile Princeps, noster Subtilis Doctor, (quem Deus destinat ad immunitatem à culpa Virginis protegendam, teste Sixto IV. Vel ut scutum inexpugnabile Mariani honoris, ex Sixto V.) Sub quadam procera oraret arbore, enixe à Deo petens ut sibi abdita Theologiæ revelaret arcana, Virgo ei perpulchra apparuit, cum Filio annuens, eumque suæ immunitatis arcem constituens inconcussam, aqua Sapientiæ salutaris potavit illum. Hæc enim Virginea aqua à candore derivata Mariæ Dodonei fontis mutuatur qualitatem, cuius tactu faces extinctæ accenduntur. Quia (ut ait Dyonisius Carthusianus) (D) *Sicut nullus valet guttas maris dinumerare, sic gratiæ excellentiam, gloriamque Mariæ nullus vallet exprimere.* Quanta huius abundantia sit primo inspiciamus. Post Cœli, terræque molitionem Deus congregationes aquarum appellavit Maria. Gen. c. 1. Maria Virgo Mare est, propter gratiarum plenitudinem, Inquiunt D. Antonius Paduanus, Bernardinus, & Richardus. Mare aquarum scaturigo est, fluviorum hospitium, laborantium lucrum, ac itineris compendium. Et salvas, & dulces suo in amplo sinu recolligit aquas, cœlique refert Imaginem, ideoque in creatione mundi, non passum est maledictionis dispendium, ex quo procedere erat remedium contra originale delictum. Ideo pingitur ferens epigraphem: COELO, ET TERRÆ GRATUM. Lunari etenim orbi ita Mare devincitur, (E) ut eius sequatur motus, imo cœruleum superioris spheræ colorem præferat, quasi Cœli in se copians Yconem. Terræ etiam prodesse experimur, dum per obstrusos eiusdem meatus tam fontibus, quam fluminibus materiam sui fluxus continue subministrat. Huiusmodi est Mariæ Typus, de cuius

plenitudine accipimus omnes: Cuius præsentia (ait Bernardus) totus illustratur orbis, imo Cœlestis patria clarius rutilat. In ea enim, quæ domus Dei est, hospitantur omnes, nullusque à sua destituitur ope, nec sua misericordia fraudatur. Dulces, & amaras recipit aquas; quia omnibus Maria dominatur serois, amicis, filiis, & inimicis. Inquit Senensis Salomon. Vnde quid novitatis erit, eam nullatenus maledictionem subiisse, in qua remedium continetur contra originale peccatum? Exclamet modo Seleuciensis Basilus: (F) *O alveum Sanctam, deique receptricem, in qua dirutum est peccati chirographum!* Idem fere Epiphanius asserit. Ergo mare purissimum est, omnes à se spurcicias longe faciens, nesciens maledictum, Cœlo, & terræ gratum. Amplius perscrutemur Scripturam. Congregationes aquarum appellavit Maria. Gen. c. 1. Mare est Virgo gloriosa; nam sicut flumina intrant in mare, & mare non redundat, sic omnium Sanctorum charismata intrant in Mariam. Ait Ambrosius Tarnisinus. Sed opere præteritum duxi advertisse ex Haye nostro, Congregationes aquarum fuisse appellatas Maria, in ordine ad Virginem, qua vocatur Maria. Discrimen attendatur, etenim mare in plurali numero secundam accusativi Syllabam, brevem habet à vocali ante vocalem, ut Grammatici fantur: At nomen Virginis Maria, gaudet secunda Syllaba profusa utique, & longa: & hoc (inquit D. Bernardinus) ut pateat Mariæ etsi large diffundantur, etsi amplissima sint, respectivè ad gratiam Mariæ nimis stricta, & angusta videri. Id Richardus dicat: *Huius nominis Maria, media longa est, ut in eius nominatione diutius immeremur.* Lib. 12. de Laud. Virg. Vnde penitus Maria, cui Pelagus subditur, hac subscriptione notatum: OMINA FECIT AQUIS. addat hoc ex suo acumine Bernardus: *Sicut congregationes aquarum Deus appellavit maria, ita congregationes gratiarum appellavit Mariam.* Idem habet meus Parens D. Bonaventura. Mari extensior est in Maria congeries Cœlestium Charismatum, sic ut ad paternæ immensitatis fere metas se excusserrit Virgo; adsit Damascenus dicens:

*O Virgo, radix cui pius Iesù fuit,
Excedis omnes terminos mortalium.*

Quin, compleat totum (G) Richardus à Sanct. Victor. Hæc scribens: *Maria supra homines est, in eo quod numquam peccatum commissit; supra Angelos est, quia eos puritate supergreditur.* Vides huius maris immensam capacitatem, quod utique fortunata omina fecit aquis; nam tanta illa est,

Idem Jer. 3. à
3. de Virg.
D. Bernard. Sen.
adduct.

(F) D. Basil.
Seleuc. orat. 29
D. Epiphanius de
Laud. B. Virg.
Ambrosius Tarni-
sinus in Rib.
Virgin. tom. 1.
Ioan. de la Ha-
ye, in Arb. vit.
ad c. 1. Gen. v.
10. n. 369.
D. Bernardus Sen.
in Mar. ser.
D. Bernardus apud
la Haye cit.
D. Bonaventura in
Specul. Virg. 6.
c. 7.
Damascenus apud
Almer. Acad.
19. sect. 1. n. 12

(G) Richardus
à S. Victor. c. 39.
in Cant.
Almar. cit. 9.
Bibl. Virg. 1. 1.
Lyra. ad cap. 4.
Cant. Marius de
Cala. tom. 4.
Cont. Hebr.
Anglic. lib. 14.
cap. 24.

(C) Berch. lib.
14. c. 65. n. 1.
Vide Fvad.
ding. Illustris.
Samaniego,
Cavellum, &
Innumeros in
Scotti.
Berch. loc. cit.
num. 3.

(D) Dyonis.
Carthus. li. 3.
de Laud. Vir.
Gen. c. 1. v. 10.
D. Ant. Pad.
Serm. Fer. 5.
Dom. Pass.
Richard. à S.
Laur. l. 1. c. 3.
D. Bernard.
Sen. to. 4. Ser.
2. à 3. c. 4.

(E) Anglic. l.
13. c. 21.
Maria, mare
est omnium
gratiarum.
D. Ber. apud
D. Bernard.
cit.

est, ut summus mons, missus ab arce Patris æterni, in hoc mare se immerferit, quem Cæli capere non poterant. Si igitur hoc mare vere magnum, & spaciosum ita pluvijs gratiarum abundat, certe non medio-crem cum Libano conciliabit virtutem, ad mortales omnes suis diffusse gratijs irrigandum.

31 Libanus etiam fontium origo est, duorum præcipue, qui à sua radice scaturiunt, unus quorum *Ior*, alter *Dan* appellatur, à quibus *Iordanis* eximix dulcedinis fluvius derivatur, & regiones per quam amœnas præterlabitur irrigans. A Niveo hoc Libani monte fontes vivi profiliunt, qui Peccatores ad bona opera fructificare compellunt. Ideo (H) *Puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano*, Cant. 4. Salutatur Maria. Puteus hic Tyrum ducit; qui non propie puteus, sed quatuor vna simul muro circumdati fontes sunt, è quibus varij aquarum rivi deducuntur, quibus totam Tyriorum planitiem, Hortosque irrigant Hilariter, & fecundant. Hæc Adrichomius, & alij. Hisce immoremur: Maria iuxta Epiphanium, & Chrysostomum, *Puteus est semper viventis aquæ*: nec mirum, quod ad peccatores beneficijs afficiendos, eius pietatis aquæ cum impetu fluant, etenim non sustinet moras opem ferendi, opitulandi, eosque ab invijs coarcenti. Hæc habet Bernardus: *Ipsa (Virgo scilicet) est, quæ omnibus exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium quoque necessitatibus amplissimo quodam miseratur affectu*. Id confirmat Historialis certitudo. Puteus hic Marianus è Libano descendens Tyrum præcipue irrigat, ei miram inducens cum amœnitate hilaritatem: Tyrus autem *Angustia* interpretatur; ut omnibus pateat Mariam nostris non solum adferre hilaritatem angustijs, sed ab ipsis nos penitus suo consolationis impetu revocare. Sic sentit Rupertus, (I) dum dicit: *O Maria, Inundatio gaudij, vis amoris; Torrens voluptatis*. Ad- damus ex Iosepho, quod fluvius ab hoc aquarum viventium puteo profiliens, *sabbaticus* dicitur; eo quia præ alijs sabbati die, copiose fluat, arescat & cæteris, iuxta Pliniam: sed profecto fallitur, addit enim Iosephus, cui maior adhibenda est fides: *Sabbaticus fluvius, quando fluit, plurimus, neque meatu segnis: tamen interpositis sex diebus, à fontibus deficiens, siccum exhibet locum*. Deinde, *quasi nulla mutatione facta, septimo die similis exoritur*. Vnde in fervorum Deiparæ gratiam, eorum præcipue, qui vel coronam Virginis, ut solet in toto Franciscano Ordine recitari,

vel ipsius Rosarium, ut moris est in Dominicanorum familia, aliqua inferere decrevi, nec lectoribus, nec Sacris Ecclesiasticis ingrata. Puteo Mariano irrigantur mortalium corda, ut in eius agantur obsequium, eique sublimem præstent sabbaticæ devotionis famulatum. *Eris corona Gloriæ in manu Domini*, Isai. 62. *Corona*; & *Diadema pulchritudinis*, Maria à D. Germano vocatur: sed cum coronæ caput sedes sit, hæc corona cur manum Domini exornat? Manus bina decem ornatur digitis, ut vnicuique singularis Mariæ salutatio respondeat. Manus ergo coronatur, quia cum denarius numerus Marianum revocet in memoriam cultum, ibi corona de iure stabilitur, quia salutationibus Virgineis etiam Deus coronatur. Quid mirum, cum annulus, qui digito instar coronæ est, & dilectionis signum, (K) olim à Syris Angelica salutatione obsignaretur, ut pateret hanc *dicentis* esse coronam. Corona ergo Gloriæ est coronæ Mariæ; Quia Deus incapax est gratiæ, nequitiam accidentalis gloriæ: & cum ad numerum decem digitorum vtriusque manus pervenit corona Mariæ, ipsum Deum afficit gaudio accidentalis gloriæ. Nec hoc in admirationem ducere aliquem debet, nam præter, id quod de læva, vel dextera manu nil habetur peculiare in textu, mos antiquis erat manus se iungere invicem salutando. Vnde vtramque manum Virginalis corona ambit, quousque numerum salutationis Angelicæ decimum pertingat. De Elephantibus scribitur, inter animalia omnia maxime esse probitatis, lunaque nova exoriente, postquam se in amne abluerint, novo fidere supino capite se inclinant, lunamque salutant. Maria pulchra ut luna est, semper gratia plena, quam Elephantum more Catholicos omnes oportet post in flumine poenitentiae ablationem avide, & incessanter salutare. Sic assuefactus Imperator Leo inter alia Virginem salutando dicebat: *dicamus ei, Ave mons pinguis, cuius pinguedinem videns naturæ cultor, & sator ex te omnium bonorum abundantiam nobis produxit*.

32 Sed non nuda hæc corona Deo Virginea offeratur, sed Deiparæ immunitatem ab originali labe profitendo. Textum adduco. (L) *Eris corona Gloriæ*. (Idest coronata gloriose, exponit Lyranus) & *diadema Regni in manu Dei tui*, Isai. c. 62. Vna manu coronam stringit, diademate alteram. Num non satis erat coronam cingere, quin & diadema etiam annecteretur coronæ? Nullatenus. Corona (ut præmonuimus) cultus Virgineus est, septuaginta duarum salutationum Angelicarum lau-

Isai. c. 62. v. 3.
D. Germ. orat.
de Nat. Virg.

(K) Lyr. ad c.
22. Ier. Sever.
Patriarch.
Alex. apud No-
varin. umbr.
Virg. lib. 4. c.
39. nu. 1336.
Varr. serv. in 1.
Æneid. Virg.
Anglic. lib. 18.
cap. 41.
Maria quo-
modo salutanda à fidelibus est.

Leo Imperat.
Homil. 6. in
Deipar.

(L) Lyr. in
Gloss. ad c. 62.
Isai. v. 3.
Cherub. late.

Alanus de In-
sulis in Biblio-
th. Virg.
Novarin. &
alij passim.

(H) Cant. cap.
4. v. 15.
Adrichom. pag.
6. n. mibi 67.
Qui elin. Tyr.
lib. 7. belli sac.
c. 22. & li. 13.
c. 3.
D. Epiph. &
Chrysos. apud
à Lapid.
D. Bernard. de
verb. Apoc.
Mariæ, puteus
est omnium
gratiarum
fluente distri-
buens.

(I) Rup. Abb.
lib. 1. in Cant.
Ioseph. de Bel.
jud. l. 7. ca. 24.
contra Plin. l.
31. Hist. nat.
cap. 2.

Coronæ, ac Ro-
sarij Deiparæ
Laudes.

de constans, vt mos est laudabilis sic in Religione Seraphica salutare Virginem, quæ corona à Summis plurimis Pontificibus, specialissime est gratijs, & indultis Locupletata. Vel est Rosarium virgineum, cuius Roseis floribus sæpe visa est Maria, suusque Filius coronari. Nam *hæc corona coronavit eum* (ait Alanus de Insulis) *Mater sua Virgo Maria; quia non deturpavit macula originalis culpæ.* At non satis est de Mariæ corona agere, (M) nisi hæc annecteretur cum diademate. Nam Sabbathum vocabatur corona, imo & sic ab Hebræis salutabatur: *Ave corona Domini.* Adnectere ergo sit diadema, quod sic dicitur, (inquit Richardus) *quasi duo demens, idest principium, scilicet originali peccatum, quod est principium omnis mali; & finem, idest pœnam æternam, quæ est finis, ad quem tendit omne mortale peccatum.* Vnde salutatio Mariæ Angelica haud satis plena iudicabitur, nisi cum ea annectatur diadema, idest demptio culpæ originalis, quod in primam, imo in excellentissimam Mariæ laudem cedit, quæ omnium aliarum prima, ac præcipua est. *Impetra* (Scribit sapiens Idiota) *vt te laudem, te glorificem, te benedicam; tuam deificam vitam predicem, vt habeam in laudibus tuas vitam æternam; imo in vita æterna laudes tuas.* Imo noster celeberrimus Bernardinus de Bullis, Marianæ primæ puritatis hostibus exosus, de quadam avicula refert, quæ à primordijs didicerat hæc verba proferre, (N) *Ave Maria; idest Ave, in qua excluditur ira primæ sententiæ: Ave, idest sine vâ peccati originalis.* Ita refert Adamus Brouverus. Hanc ergo volucrum, cum rapax in eam Miluus insultaret; & prope ab eo occidenda foret, clamare cæpit *Ave Maria*, moxque infestus hostis intactam & reliquit, & ipse expiravit. O Portentum! Etiam & irrationabilia, qua dum possunt Virginem voce salutant, à necis periculo liberantur; eo, vel quia est Virgo Beata Puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano; Impetu igitur fluunt, de summo vertice, & origine gratiarum, Christo: exponit Alensis. Ab hoc puteo oritur sabbaticus fluvius, qui per miraculum die sabbathi, copiose fluit, & hic dies Mariæ sacer est, ex speciali Ecclesiastico cultu ob rationes à Cornelio datas: ergo die, quo plus dediti Mariano cultui, & obsequio, fluentia gratiarum nobis copiosius refunduntur. *Ave gratia plena*, (canit Epiphanius) *quæ sitientes perennis satias dulcedine fontis.* Quin & Augustini Vvichmanni verba proferamus: (O) *Quis vetet, nisi decors aliquis Anti-Marianus huic fon-*

ti sabbatico, Deiparam comparare? Numerus autem sabbaticus, septimus est, laudum Virginis completibus, ad cuius honorem corona Virginea septem decadam in Franciscana Religione ortum habuit, quæ novissimè à Ss. P. nostro Innocentio XI. Confirmata, ac Indultis Apostolicis roborata est, vt ex eius decreto constat, quod sic incipit: *Venerabilis Frater, &c.* datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 15. Maij, Pontificatus sui anno duodecimo: vbi memorat plurium Summorum Pontificum, nempe Pauli V. Bullam, quæ incipit, Nuper: Gregorij XV. Bullam, Alias: & alteram quæ incipit, Pias Christi: Sixti etiam V. & Alexandri VII. Bullas in quibus Privilegia, & Indulgentiæ confirmantur, cum comminatione pœnarum decretis huiusmodi temerarie contradicentibus. Quomodo ergo non confunduntur, & reverentur, qui in his volunt nobis mala? Quomodo tam impie, & adaucter contradicunt decretis Pontificibus? Num tacebo improbitatem, quam ipsi publice notam faciunt? Lacessitus referam. Quidam Rosarij Prior Conventus Dominicarum Barcinonæ, dum Rosaria à plurimis benedicenda afferrentur, videns aliquos Virginis gestare ex septem decadibus coronam, renuit benedicere. O malevolentia! O inciscia! Quid ad nos? Forte corona quæ à summis Pontificibus approbatur, & Indulgentijs stabilitur, nil proficiet, nisi à Dominicano benedicatur? Sed de hoc satis, nam quia lingua sua concinnabat dolos, & dolose agebat, illum iudicabit Deus. Modo parui pendentes temerarium huiusmodi audaciam, Marianam nostrum sit argumentum celebrare coronam. Puteus igitur ille Marianus, septimo die annem aquis vberiore product; quia septies ducta decade, Mariæ corona plectitur, & salutationibus Angelicis perornatur. (P) *Benedicis coronæ anni benignitatis tuæ.* David canebat Psal. 64. Ad sabbaticum Mariæ flumen textus videtur extorqueri si Christopolitano assentiamur argute dicenti: *Ex isto flumine benedicis, idest benedictionem abundantiam, & fertilitatis gratiæ largieris coronæ.* Flumen enim illud à puteo viventium aquarum derivatum, reuoluto septenario coronæ numero copiosius currit, quia Deus illud benedicit. Quot gratiæ, quot benedictionis hanc coronam recitantibus non infunduntur? Annuit Filius, quia laus sua, (E) laus Matris est, inquit Richardus, ac Basilus Seleucienfis. At B. Amadeum sit audire: *Virgo coronatur coronis omnium populorum, & exultatione cuncto-*

Innocent. XI. in lib. Tenuj ordin. nuper typis dato Casar. augustæ. Vide director. Trium ordin.

Corona Virginis à Plurimis Summis Pontificibus approbata, & gratijs donata.

(M) Rabb. ap. eundem Scediasm. lib. 8. c. 3. num. 10.

Richard. lib. 3. p. 2. Prærog. 12

Idiot. de Virg. Maria, cap. 1.

Bern. de Bust. p. 12. Ser. 1.

(N) Adamus Brouver. in Sablut. Angel. apud Bibli Virg. D. Fulg. apud ipsum. Alens. in Gloss. ad c. 4. Cant. v. 15. Cornel. à Lap. in Cant. cap. 4. v. 15. D. Epiph. apud eundem Cornel.

(O) Augustin. Vvichman. in Sabb. Mariam apud Bibli. Virg.

(P) Psal. 5. v. 11. dolose agebant. idest diuisionem parabant. a verb. Chaleb. Hæc in Bibli. max. Gisl. ad c. 4. Cant. v. 15. Psal. 64. v. 12. Iacob. de Val. in Psal. 64. v. 12. Richard. à S. Law. lib. 2. part. 1. (E) D. Basilus Seluc. orat. 19.

Angellius super
Cant. Magnif.
Adamus Brou-
verus in Salut.
Aug. c. 1. q. 44.

(R) Oſavian.
de Martinis
erat, ad Sixt. V.
Petr. Canif. l. 3.
de Deipar. c. 3.
Anton. Dau-
raulcius, in Ca-
thec. Hiſtor. c. 2
tit. 34. §. 5.

(S) Ioſ. c. 6. v.
4.
Ioan. de la Ha-
ye in Bibl. Max
Concil. lit. ibi.
Lauret. in Al-
leg. levit. c. 22.
verſ. 14.
D. Baſil. Seleu.
Hom. de Ann.
Macobr. lib. 1.
cap. 6.

Plutarch. de
metr. Phalar.
Parnut. alijsque
aud. Thea.
Ioan. la Haye
in cap. 11.
Matth. v. 11.

rum promovetur. Mariana laudes in Vir-
ginea corona ſepties decies repetita cele-
brantur, vt puteus ille gratiarum copioſius
ſe Fidelibus diffundat, Deusque abundan-
tiam gratia largiatur. Quo laudum gra-
tioſiori flore, quam ſalutationis Angelicae,
ei plectemus coronam? Maria omnium
Generationum laus debetur. ait Angellius.
Ab illo Mariano fonte quidquid virtutis,
quidquid incomparabilis ſapientia, quid-
quid gratia Franciſcana Religio potitur,
derivatur. Huic ſiquidem ſacraſſimo Or-
dini debitor aliquo modo Maria eſt, non
eo præciſe quia vt ſuam primam purita-
tem defenderet, tot eluſit hoſtium iacula,
tot in eorum perniciem retorſit; ſed &
etiam quia ille ter magnus Cardinalis,
Episcopuſ, (R) ac Eccleſia Doctör, D. Pa-
rens Bonaventura, annuente Romano
Pontifice, Monachos, vniverſumque Or-
bis fidelem populam allexit, ac induxit vt
ad ſonitum campanæ, adveſperacente
die, aut illuſcente, (quæ putatur horâ
Gabrielem Archangelum Mariam Virgi-
nem ſalutaſſe) ſalutarent ter Virginem An-
gelica laude: qui mos vſque hodie laudabi-
liter perfeverat. Hinc anſam ſit ſumpſiſſe,
vt tota Minorum laudabilis Religio, ad-
dictiſſimè emancipetur Virginis obſe-
quio.

33 Palmarum Civitas Jericho à Joſue
capta eſt, murique eiſdem vrbis ad tubæ
clangorem arcam fœderis ſociantis, illico
corruerunt, terra eos abſorbente, vt noſter
Haye cum alijs docet. Sed audiamus tex-
tum: (S) *Septimo die Sacerdotes tollant ſep-
tem buccinas, quarum vſus eſt in Jubileo,
& præcedant arcam fœderis.* Buccinæ ſep-
tem ſociantes fœderis arcam, aptè Mariam
(teſte Adriano Mangotio, alijsque) repræ-
ſentat, ſicut, & ſeptenarius numerus, ſep-
tem Mariæ laudum decades. Tubarum
etiam ſolemnitas ſeptimo fiebat menſe,
quo Maria nata eſt, & cui vt Cœlorum re-
ginæ nata eſt corona. Numerus ergo ſep-
tenarius, cum perfectionis ſit, Mariam ple-
nè obumbrat, de qua cogitare par eſt, (do-
cet Baſiliuſ) *quod Sanctos omnes tantum
excedit, quantum Sol reliqua Aſtra.* Sed
quare arcam ſociantes ſeptem tubis clan-
gere cogantur, myſterio haud carere non
dubito: nam mos Antiquis inolevit ſeptem
vocalium modulata enuntiatione laudare
Deum; quas vocales Muſicæ totidem vo-
cibus Plutarchuſ accomodat. Vnde nume-
ruſ præ cæteris venerandus, & myſticuſ
eſt. Qua propter, vt Civitas palmarum,
ſeu triumpho, vtpote Gloria, vim patia-
tur, & violenti rapiant illam, ſeptemplici
ſono iaculanda eſt, vtpote Mariana ſep-

templici decadam ſalutatione, & ſic erit
firmamentum in terra, & impetu quodam
(exponit Haye) in illud perrumpitur, pro
eo quod expetitur multorum ferventi ſtu-
dio. Sed cur non alia, quam tubæ jubilei
vox reſonare perhibetur? Ratio à Meno-
chio datur; (T) quia nempe bellum hoc
nil triſtitia attulit Iſraelitis, imo gaudi-
complementum, quia in Jubilæo omnes re-
dibant ad poſſeſſionem ſuam. Vox exulta-
tionis, & latitia eſt illa, qua ſepties ducta
decade, Maria ſalutatur; qua veri Iſraeli-
tæ gaudia Mariana recenſent, bellum in-
ferno indicante, Jubilæo pleniffimè gau-
dent, & ad Civitatem futuram, quæ vera
patria eſt, appropinquant. *Septies in die
laudem dixi tibi*, ait Pſalmiſta vates Pſal.
118. Ideſt, ſeptem vicibus, vt mos eſt Re-
ligioſis; inquit Caſſiodoruſ. Laus hæc &
Matri, & Filio communis eſſe perhibetur
ab Amadæo noſtro dicente: *Dum benedic-
tam in mulieribus prædicare cupimus, fruc-
tum ventris eiſ benedictum attollimus.* En
ſalutationis Angelicæ laus Filium, & Ma-
trem amplectens. Sed cur ſepties Deus, &
Mater laudibus attolluntur? Plura afferam.
Septenarius numeruſ (ex Macobrio) Vir-
gineuſ eſt, quia ſolus infra decadem non
generat, vt etiam Philo teſtatur; hocque
iure potiſſimum illi, quæ Virgo Virginum
eſt, earumque vmbraculum, ſane compe-
tit: ergo per ſeptem decades ducta Mariæ
laudes cœleſtem proferunt armoniam,
hymnorumque dulciſonam celebritatem.
(V) Modo claudat Ayguanuſ: *Septies in
die laudem dixi tibi, ideſt perfecte oravi,
perfecte te laudavi.* Vel *ſepties* (ait Ambro-
ſiuſ) *quia ex iſto numero ſtudium ſanctæ
devotionis exprimitur.* Septies igitur ducta
decade Virgini Virginum laudis corona
texatur à devotiſſima Franciſcanorum fa-
milia, nec vnus ad vno prætereat dies,
quin in hiſce laudibus immoretur. In tali-
bus Hymnis Deum, eiſque Genitricem ve-
re ſemper, & iuſte laudemus ea, quæ de di-
vinis canimus laudibus conſtitentes. Non ſit
anceps, & dubia ſententia, non diſcolor
mentis intentio, non ſæcularibus negocijs
occupata, ſed Deo, & Virgini addicta, vt
iuſtificetur ſemper iuſtitia Dei tranquillo
animo, non otio feriato. Alibi fuſius
alia de Corona Virginis, eiſque
ſacraſſimo Roſario
dicam.

(T) Menoch. in
Ioſ. loc. cit. v. 4.
Biblioth. Viria-
tiſſime.

Pſalm. 118. v.
164. Caſſiod.
ibidem.
B. Amadæuſ de
laud. Chriſti pa-
re, Hom. 2.
Macob. Phil.
Hebr. de mund.
Opif. & lib. 3.
de vita Moſis.

(V) Ayguanuſ,
& apud eum
Ambr. in Pſal.
118. v. 164.
Numeruſ ſep-
tenarius Vir-
gineuſ eſt, &
Coronæ Vir-
ginis congruſ.

CAP. VIII.

LIBANUS, MARIAM RE-
presentat, quia mortales feliciter
dirigit.

34 **P**Hœnicia montes omnes su-
pereminet Libanus; Tyru-
que per maris vndas navigantium oculis
fese, & obtutibus à longe offert, Phari in-
star eis caput niveum demonstrans, ad quod
indefessa aspicientes cura, portus adeunt
vtcumque securos. Candidissima vt Liba-
nus Maria est, (X) & lucerna, quæ non ex-
tinguitur in nocte, nosque ad portum se-
curitatis perducens. *Non extinguetur in
nocte lucerna eius.* Prov. c. 3. dicebat Sa-
lomon loquens de forti illa muliere, quæ
Mariæ typus est, iuxta Cyrillum, (Y) si-
cut nox sæculum repræsentat, ex Ambro-
sio. Pingitur vnde prope maris vndas Arx
supereminet, ibique lucerna vt dirigens
per tenebrosum pelagus ad Portum naves
inscriptione: DIRIGIT, ET LVCET. Tene-
bræ enim Mariam non compræhende-
runt, ideoque instar facis inextinctæ etiam
inter densas laborum caligines nos luce
sua solatur, & portum monstrat. Ex
Asbesto igneo lapide, qui in minutissimas
seccatur fibras, factam lucernam referunt,
(Z) positamque in Veneris templo, cuius
flamma nullo protinus nimbo, vento, aut
tempestate poterat extinguì, inuoluta per-
manens semper. Ad hæc Amadæus sic:
*Mortales omnes asperrimis scopulis nau-
fragaturi offenderent, nisi stella maris Vir-
go Maria ope validissima obstitisset, & Cœ-
lesti ducatu ad portum æternæ pacis appli-
candos eueheret.* Maria, quæ mater pulchræ
dilectionis est, & *animatum Dei Templum*,
opem suam vt lucernam nobis parat inext-
inguibilem, iter planans per offusas noc-
tium tenebras ærumnarum. (A) Qua-
dam in Gothici maris Insula, refert Olaus,
lambens litus exurgit mons præexcellens,
quem vulgus nauticum, *Montem Virgi-
nem* appellat, quem vitandi, & scopulos,
& maris procellas colunt, & venerantur
nautæ, eique munera vt reddant placabi-
lem, eisque vt præstet secundum in suo
portu locum, offerunt, atque litant. Hoc
certe fatuitatem redolet, sapit figmentum:
At si rem ad Nostram Virginem flectamus,
impietatem exuet; siquidem ipsa *Mons
est, in quo beneplacitum est Deo habitare in
eo;* lucerna itidem est nos ad portum quasi
manuducens, cuius ope Portus illufciscit,
pervenitur ad litus. Lepide Seraphicus
Doctor, & Parens Bonaventura: *Venite*

(ait) *ad Virginem (B) qui laboratis, & tri-
bulati estis, & dabit refrigerium vobis.* Sic
dirigit, sic saluat, sic ducit nos ab innu-
meris pene eripiens procellis, & securum
iter ad patriam monstrans, cunctis faul-
tissimum vmbraculum, quo protegantur
administrans. Hac de causa Platano ma-
net comparata Maria: *Quasi Platanus
exalta sum iuxta aquas.* Eccl. cap. 24. Sci-
te Richardus Mariam huic comparat ar-
bori, cuius foliorum latitudo offert cunc-
tis, & solatium, & refrigerium. (C) Vnde
Patula hæc arbor iuxta fluentia radices fi-
gens cum lemmate statuitur; *ÆSTATE,
ET FRIGORE PRORSVM.* Et quidem
sic: etenim orta tempestate ad huius arbo-
ris vmbram homines decurrebant, sub qua
nimborum procella lædebat neminem, quia
Platani vmbra virtutem innatam habet ar-
cendi luctam elementorum nocivam. Ideo-
que forte natura providit folia Platani in
modum Parmæ efformari, quibus tecti se
tutos fore homines sperarent. Addamus,
& alia. Vinciuntur huiusce arboris folia sic
nexu implicato, vt sole signum Leonis igneum
intrante, viride quasi tectum componant,
quo flosculi sub eius enascente
vmbraculo, nullum caloris experiantur
detrimentum, tanto vmbraculo protecti.
At cum Sol à nostro longius separatur He-
mispherio, & bruma frigidior nostrum oc-
cupat orbem, Platanus foliorum nexus
distinguit, vt solis benigna flores fruuntur
influentia; sicque *ÆSTATE, ET FRIGO-
RE PRODEST.* Omni tempore grata
est, proficua semper. Sic iure Maria Pla-
tano iuxta aquas comparatur, vt cunctos
à tempestate arceat, liberet, ac sub sua
protegat vmbra. Hoc expendit cum vir-
gine loquens (D) meus D. Bonaventura:
*In vmbra alarum tuarum, domina requies-
cam, quia delectabile est mihi refrigerium
tuum.* Alij alia simillima meditantur. In
hac vita mortalium quislibet, *tamquam
flos agri sic efflorescit*, & vndique seculi
quassatus ingratis obviacionibus, aut mar-
cescit delusus, aut petit pœnalitatibus ir-
retitus: At, si se verterit ad Mariam, eius-
que aspiraverit ad vmbram, & si lassus,
languidusque, suaviter reficietur. Accipe
Guilielmum Parisiensem sic fantem: *Vt
in Virgine plene ostendatur refrigerium,
dicitur Platanus iuxta aquas: Quia latis
folijs vmbram faciens refrigerat interius,
& exterius.* Quis ergo non suos ad Vir-
ginem dirigit obtutus, vt dirigatur? Quis
non in hoc mari magno, & spaciofo, Scyl-
lis, & Charibdis pleno, ad eam non suspi-
ria mittet, cum Psalmista clamans: *Ad te le-
uavi oculos meos, vnde veniet auxilium mi-
hi.*

(B) D. Bon. in
Psalt. D. Bern.
D. Ant. Pad.
Eccl. cap. 24.
v. 19.

(C) Richard. d.
S. Laur. lib. 12.
Plutarch. in
Apophteg. Cœl.
lib. 25. lect. An-
tiq. cap. 1.
Maria, Plata-
nus est, &
quare?
Anglic. lib. 17.
cap. 118.
Vallesius, ac
levin. Lemn.
Herbar. Bibliot
cap. 49.

(D) D. Bon. in
Psalt. Virg.
S. Ignat. Epist.
1. Petr. Dam.
ser. 40. Psalm.
102. vers. 7.
Guilielm. Pa-
ris. quæst. 19.
Postil. ad cap.
24. Eccl.
Psalm. 120. v. 1.

(X) Anglic. lib.
14. c. 24. Bibl.
Virg. tom. 1.
Anton. Ramin
Figur. Biblioth.
de B. Virg.
(Y) D. Cyril.
Alex. Hom. 6.
contra Nestor.
Bernardin. de
Bust. P. 9. ser. 4
D. Ambr. lib. 2.
in cap. 2. Luc.

(Z) D. Isid.
Orig. lib. 16.
Anglic. lib. 16.
c. 12. B. Amad.
Homil. 8. de
Laud. Virg.
Greg. Thaumast
serm. 3. de An-
nunt.
Mira. de mon-
te quodam.

(A) Olaus lib.
2. cap. 23.
Maria lux
nos dirigens
in laborum
procellis.

bi. Psal. 120. *Lux oculorum latificat animam.* Prov. c. 15. inquit Salomon. Quod & pater (ait Menochius) cum post tenebras redditur lux; & fugata caligine oculi intendentes in rem speciosissimam (E) voluptatem ad cor transmittunt. Vnde procone bini proponuntur oculi, spectabilissima in alterutro prominente pupilla, habentes epigraphen: EX HIS PRÆSTANTIA VITÆ. Et ita profecto est, teste etenim Celio, sunt oculi humani corporis pars pretiosissima, qui lucis usu vitam à morte distinguunt. Vocantur oculi hebraice *Ain*, idest lux, vel splendor, quasi quia cum luce, & vita nil iucundius, oculis etiam nil præstantius. Horum ergo lux latificat animam, auget & vitam. In summo hominis, iure locantur, (docet Ambrosius.) Vt de quadam superiore scena, univèrsa prospectent, quorum deficiente specula, deficit & vita. Sed amplius audi. (F) In oculorum orbe punctus medius reperitur, in quo vis videndi sita est, iuxta illud, parvæque imagines, quæ pupillæ vocantur, idest puræ, ibi apparent: quæ si deficiant agris, indefectibile ante triduum, signum est mortis. Ad rem ergo. Lux est Maria, ad quam nostros flectimus oculos: quod si ab ea, quæ perspicacissima facula est, avertantur, nulli dubium, infallibile esse mortis argumentum; quia sola lux oculorum animam latificat, vitam prolongat, cum in hoc sistat *præstantia vita*. Hoc mire cecinit Ambrosius Coranus dicens: *Tu sola Maria, Patrona humani generis, desolatorum mater, & refrigerium, omnibus navigantibus salus, desperatorum lux, & sustentaculum.* Quid amplius? Nil nobis accedit solatij, nil voluptatis, commodique, nisi ad Lucem Marianam nos dirigentem, oculos elevemus: quia sola ipsa est (ait Damascenus) *unicum molestiarum levamen*. Idem, Seraphicus Doctor docet.

35 Securitatis portum omnibus ad eam confugientibus Maria offert. Herinaceis Petram refugium esse, David testatur. *Petra refugium Herinacis.* Psal. 103. (G) Primariam Petram esse Mariam, gratiarum, & gaudiorum aquas largiter propinantem, cum Galatino nostro docuimus: *Quæ* (teste August.) *ubique est refugium nostrum, sive in montibus, sive in mari.* Herinacius etiam oculatum animal, nos mortales refert, eodem teste, & cum ipso alij: Quod & *Hericius* ab Alensi vocatur, assuetus ut vitet pericula habitare in Petra. *Echinos* alij hos vocant, ut tenet Tirinus; & fas sit modo hanc sequi opinionem. Hic ergo Piscis in mari agita-

to depingatur procellis, calculum ore ferens, ad cavernosum properans scopulum, cum lemmate: SECURUS PONDERE SISTOR. Talis enim natura, ac (H) virtutis *Echinus* est, ut futuras præsentiat tempestates, ideoque tunc arripit calculum ne à fragore maris nimio circumferatur, illo quasi anchora se firmans, & ad oras festinans sedulos, Petra se firmius vincit, quovisque abeat procella in tranquillitatem. Corde ferat fidelis quis in tam laborioso mari vitæ, salutarem Petram, Mariam videlicet, & instar *Echini* ludet ovans inter tumentes fluctus, auspicatur sibi securitatis portum. Dicat noster Amadæus: *Maria per mare præsentis sæculi navigantes, seque plena fide invocantes ab impetu procellæ, & ventorum rabie eruit, eosque secum ovantes ad litus felicissime patriæ perducit.* Sic securus tam suavi pondere sistetur, nec se sentiet sæculi obrui periculis. Vox Psalmographi est, quæ cunctos à malo coeret, in Deo misericordia speraturos. Sic auditur: *Domine, in Cælo misericordia tua.* Psal. 35. Quod exponens Lyranus inquit: *In Cælo, tanquam in loco superiori: quia scilicet extenditur à supremis Cælis usque ad hæc inferiora.* (I) Sed quomodo tam stabilem habet Misericordia locum, cum ibi non sit neque luctus, neque clamor, neque dolor ullus, & illud Deitatis attributum (ut docet Subtilior Theologorum) miserie sublevativum est ideoque *Misericors* idem est, ac *Miserum cor habens*: Vnde non videtur apta collocari in Patria, ubi miseria nulla est. Ac, Theologorum Princeps id planè explicat: Misericordia, ut passio cordis est, in Deo non est, quia Deus incapax est passionum; attamen, ut est operatio nolendi alienam miseriam; formaliter in Deo reperitur. Age tamen, cur altissimam Cæli sibi vendicat Misericordia sedem, si à terra expetitur, & etiam in Gehenna exercetur? Dicam: Turbatum tibi cogites mare, navibus hinc inde à ventorum impetu convulsis, & à Cælis ad illas usque niveam derivari chordam à Virginis manu sustentatam, cum inscriptione: MISEROS HÆC TOLLIT AB VNDIS. Si enim Misericordiæ æthimologia meditetur, hæc ex nostro Petro Boveni est: *Misericordia, idest miserorum chorda.* In Cælo ergo sit Misericordia Dei, chorda nempe qua vinciantur afflicti, & ad placidam attollantur felicitatis quietem: Misericordia enim Dei quasi ab æterno in thesauris ipsius incommunicata manebat: at Virgo Deipara ex ipsa quasi latissimum à Cælo usque ad terras funem pendentem fecit, quem ho-

(E) Prov. cap. 15. v. 30. Menoch.

Hæc in cōcord. Maria, lux vitæ vivificans dum spectator.

Celsus. Rhodig. l. 11. Antiq. lib. 8. c. 19.

Theatr. vit. Hum. verb. oculi.

D. Ambr. l. Heram. 6. c. 9.

(F) D. Isid.

Orig. l. 11. c. 1.

Sub. Doct. l. 2.

d. 3. q. 9. ad 3.

in 4. d. 10. q. 9.

Ambr. Coranus

ser. de Assump.

Ambr. Spiera

l. 2. ser. 3. 2.

Damas. ser. de

Dormit. Virg.

D. Bon. Opusc.

25. Ps. 103. v.

18.

(G) Galat. de

Arcan. l. 7. c. 1.

D. Aug. in Ps.

103.

Alens. ibidem.

Tirinus in Bibl.

max.

Maria, lapis

gratiæ, & re-

fugij.

(H) Piclav. in

Red. l. 9. c. 32.

n. 2. Valesius,

Vlises Aldrov.

& alij.

B. Amad. Hom.

8. de Laud.

Virg.

(I) Ps. 35. v. 5.

Lyr. in Gloss.

ibid.

Subt. Doct. l.

4. d. 46. q. 2. n.

1.

Alex. Alens. 4.

p. q. 113. m. 1.

D. Bernardin.

Sen. t. 1. ser. 7.

art. 1. vid. Subt.

Doct. latè loc.

cit.

Maria, mater

misericordiæ,

quo iure?

Petr. Boven.

ser. Dom. adu.

mines vt à devijs periculis salvarentur , arriperent. Misericordia Dei (ait Irrefragabilis Doctor) à *Virgine inchoata fuit*. Scilicet , quia vberius se per illam nobis affuisse conspicimus. (K) Dyonisium Carthusianum audiamus : *Virgo est Pietatis Regina, cui Deus regnum misericordiae dicitur commississe*. Sed Concilium Basiliense aptius ad nostrum utique scopum habet: *Maria quanto altior existit, tanto humilior ad nos respicit, omnes ad se trahere cupiens*. Idem & Gregorius Nyssenus cecinit , ac Seraphicus Doctor. Progrediamur ultra. (L) *Quasi oliva speciosa in campis*, dicitur Eccl. 24. Perfectionissimum hoc Mariæ Symbolum est , inquit Alanus Varenfis: *Per quam tamquam per vivificantem Domini Matrem, misericordia Domini super omnes Cœlorum cardines exaltata est*. Oliva æquidem luci pabulum , esurientibus refectionem , languidisque præstat medicamentum: Ideo iuxta Remigium pacis , & reconciliativæ misericordiae est arbor. Ideo in Maris medio speciosa depingitur , ramos ad vsque vndas inclinans , & paccatas reddens , cum inscriptione: **SEDAT SIC JURGIA PONTI**. Oleum enim , aut olearum frondes pelagus temperant , & placatum reddunt , quia de natura olei est omnibus supernatare liquoribus , & cum lene sit , ubi infunditur lenitudinem inducit. Sic Maria (M) exaltatur , inquit Alensis , *per Misericordiam , & pietatem*, quam ingredientibus huius sæculi mare , affluenter impendit. Auscultare sit devotissimum Abbatem Absalonem sic dicentem: *Ecce arbor frutifera Virgo Maria, quæ tria beneficia nobis contulit, de quibus velut ramis quibusdam dependent fructus totius spiritualis exercitationis. Primum beneficium est, quod iugum antiquæ captivitatis, a nobis abstulit: secundum, quod iram divinæ indignationis remisit: Tertium, quod notam humanæ iniquitatis delevit*. Sed quare hæc misericordiae olea in campis , non in hortis speciosa videtur? Ne fiat ab ea speciale, & individuum pietatis beneficium: Siquidem viridarij olea soli Hero parat fructus, utilitatem dispensat; Mariæ vero misratio est omnibus communis, ideoque stabilitur in campis, vt nullus ad eius umbram , ad eius protectionem accedere vereatur: *Benè oliva speciosa* (narrat Ricardus *id est omnimoda specie spirituali repleta per misericordiam, quæ est virtutum suarum gloria*. Fere idem Bernardus , & Bonaventura. Oliva igitur spectabilissima est, quæ sedat sic iurgia Ponti, (cum Daniele agricola loquor) *pro se, & omnibus data sunt ei charismata gratiarum*.

Ne igitur ab istius nivei Mariani montis obtuitu arceamur , eum semper præ oculis habentes simus , aut securius superi portus felicissimam assequamur tranquillitatem.

CAP. IX.

LIBANVS, OB CANDOREM, AC
fœcunditatem, obumbrat Mariam
Regij Ordinis de Mercede
fundatricem.

36 **D**E candore ad candorem deveniamus. Virgineus color

est , perincundus , omnium oculis summe gratus , (N) ac Innocentiæ , Puritatis , & æternæ lucis candorem repræsentans , vt noster asserit Amadeus. Ex clara luce , & multa , generatur albedo , quam ex nostro Mariano Libano (qui *candor* dicitur) mutuatam , ad omnibus gratissimam Parentis Nolasci Religionem (vtinam laudabiliter) transferam. Huiusce etenim sacratissimæ Familiæ Filij , Candidati Mariani ; tantæque Parentis cordis filij merito appellandi sunt: quippe hoc Libanus prædicat , dum *cordis filiationem* declarat. Hunc Virgo ordinem suo ad Barchinonem fundavit splendidissimo descensu , candido decoravit amictu , Redemptorum cœtum indixit , Nolasco Patri revelavit , Iacobo Regi , ac divo Raymundo Canonico se fundatricem esse monstravit. Quid candidissima Virgo in terris stabiliaret , nisi purissima candoris ordinem , animatum sanctitatis Cœlum , virtutis indelebile simulachrum ? Accipe totum hoc præmonstrantem Sacrorum Bibliorum textum. De ipsa enim (quæ (O) sapientiæ vera domus est , vt docet magister communis , meus Parens Augustinus) habetur Prov. c. 3. *Purissimi sunt fructus eius, & via eius via pulchra*. Vbi legit Syriacus: *Auro purissimo præstantiores sunt fructus eius*. Et certe quidem , nam aurum inter metalla omnia præstantius est , cuncta excedens pretio , & estimatione : sic matris sapientiæ fructus , alios omnes antecedere perhibentur , vt primam æstimationem præferant , & nemini sublequantur. Nec mirum est; hij etenim sunt *fructus honoris, & gratiæ*. Eccl. 24. *Quia latè fussi*, ait Menochius. Ita hi fructus Virginei quos Deipara protulit fœcundissima Virga Iessè , sic latè diffunduntur , vt ex eius , & Nolasci præscripto , etiam disperfos ex Israel in horrea domini congregent , *victos in mendicitate, & ferro*. Psal. 106. Purissimi igitur nominentur hi fructus ex Mariano germine prodeuntes , quia candidi facti sunt nazarei eius , maximeque Cœlum , quia purissimo candido colore delectatur ,

(N) B. Amadeus de Laud. Christipara, Hom.

Berch. l. 12. c. 2.

Marius de Calass. tom. 4. Conc. Hebr. Eccl. in Offic. de Descens. Virg. de Mercede, die 24. Septembr. in Brev. Rom.

(O) D. P. August. de Virg. Mar. tract. 8. tom. 1. l. 10. in Bibl. Virg. l. 3. Prov. cap. 3. v. 17. Eccl. 24. v. 23. Menoch. ibid. Ps. 10. v. 10. Vbi ponitur liberatio à secundo periculo, scilicet captivationis ab hostibus, aquo multi liberati sunt divinitus. Lyra ibi.

(K) Dyonis. Carthus. in enarrat. de Concept. Virg. Mariæ. Gregor. Nyss. in Nativ. Dom. D. Bonav. in spec. cap. 14.

(L) Eccl. c. 24. v. 19. Alanus Varenf. de Deip. ser. 1. Remig. apud Anglic. lib. 17. cap. 110. Berch. lib. 12. c. 108. Lev. Lemn. Heb. Bibl.

(M) Alens. in Gloss. Absalon Abb. serm. 3. & in ord. 45. de B. Virg. Maria, oliva comparata, cur? Richard. à S. Laur. lib. 4. de Laud. Virg. D. Ber. de B. Vir. Ser. 7. D. Bonav. in Psalt. Virg.

Daniel. Agr. Coron. 11. Stel. 9.

Lxx. in Bibl.
max. Doc. Sub.
num. 35.

Virgo Maria
de Mercede,
speciatim no-
minatur ma-
ter misericor-
dix.

(P) *Maffrias*
de Meteor. d.
2. q. 2. art. 3.
num. 79.

Philipp. Picin.
mund. Symb. l.
1. cap. 13.

Claud. de 3. Co-
ful. Hon.

Anglic. 1. 3. c. 6.
Berch. lib.

Berch. in Red.
lib. 5. c. 8.

D. Bern. Hom.
2. super missus
est.

Piclav. loc. cit.

qui Innocentiam prædicat, indicat purita-
tem. Inquiramus alia. Viæ quas aperit sa-
pientiæ mater pulchræ sunt: *Et pulchræ*
viæ eius. Vbi Lxx. habent: *Misericor-*
diam in lingua portat; viæ eius viæ bonæ.
Quid viæ pulchræ, cum misericordia? affe-
ram. Misericordia, sublevatio est alienæ mi-
seriæ, ut antea dixi ex Subtil Doctore. Hæc autem Mariana Cœlestis Religio, mi-
sericordiæ à suo radicali innititur princi-
pio: siquidem celebratur ordo sacratissi-
mæ Virginis *de mercede*, sive *de misericor-*
dia, quam non solum in manibus portant,
ut manus (si oportuerit pro liberatione
captivi imminenti à fide deviare) etiam
manicis inferendas offerant vltro: imo in
lingua eam portant plane verborum blan-
ditie solando compeditos, ipsosque Maho-
metanos adhuc ad quemdam miseratio-
nis gradum religiosa lenitate allicientes.
Pulchræ sic sunt matris sapientiæ viæ. (P)
At, et si omnes Virginis viæ commend-
entur, quia laudabiles, quia incontaminatæ,
tamen qua cum Parente Nolasco, ac Filijs
eius processit ad Ecclesiæ miram funditus
exaltationem, evasit pulchrior, nunquam
emerfit. Pinget ad hæc Cœlum fascia illa
(quæ græce Galaxia dicitur) perornatum,
cui adde subscriptionem: BINUS HIS
EMICAT ORBIS. Viæ enim illa pulchra,
quæ lactea dicitur, ex innumerarum conge-
rie stellarum, ac candidissimis earum radijs
mutuo collisis exurgit, quæ *viæ Cœli* dici-
tur, *viæ Heroum*, per quam hij (ut mytho-
logici speculantur) ad Cœli delicias per-
ducuntur; vnde & *semita laudis* vocatur.
Hæc lactea viæ nautis monstrat iter, ducens
ad salvationis portum: sicque Cœlum or-
nat, salum dirigit, solum illustrat. En pul-
chra viæ Mariæ, en Pietatis iter, quo ex in-
numeris Heroibus, ac veluti stellis candi-
dissimis amicitur Marianum Cœlum, ut
illud impleat, captivos per mare redigat,
Ecclesiæ fecundet. En *viæ eius pulchræ.*
Bernardum modo audi. *Ipsam sequens non*
devias, ipsam rogans non erras: ipsa prote-
gente non metuis; ipsa duce non fatigaris,
ipsa propitia ad portum pervenis. Quidni
ultra dicam? Circulus ille candidior stellis
notabilioribus est illustratus. Inquit Ber-
chorius, Et hanc Cœlestem familiam, can-
doris Mariani Libanum, sine vllius præiudi-
cio videre est notabilioribus sic Ecclesiæ
Heroibus condecorari, tum sciētia, tum vir-
tutibus, tum dignitatum gradu eminentis-
simis. Claudat Lyranus: *Viæ eius viæ pul-*
chræ, quia nullam turpitudinem admittit,
& ad decorem virtutum inducit.

37 Ex his, specialissimam huius candidæ
familix matrem, Mariam & esse, & vocari,

haud inficior. Ipsa enim (Q) Eccl. cap. 24.
Ait: *Ego mater pulchræ dilectionis, agnitio-*
nis, & sanctæ spei. Ubi fructificatio ponitur
in vita contemplativa; inquit Lyranus: &
hæc præcipuum est sacrarum Religionum
fundamentum. Sed ad rem modo. Quare
hæc pulchrior maternitas delectionem cum
agnitione, & spe sanctitatis annectit? Di-
lectio, *duorum ligatio est*: Agnitio au-
tem sapientiam rerum affert altissima-
rum; spes vero est, qua desideramus nobis
præcipue bonum infinitum, secundum or-
dinem divinæ sapientiæ: sicque cum de
ea loquitur Salomon, Virgo sit Deipara,
(R) dum ad titulum agitur maternitatis
honorabilem, *dilectionis, scientiæ*, ac spei
munera vbertim conciliat, quibus suos
prædilectos valeat natos locupletare.
Hinc sit pingere Virginem candido vela-
tam amictu, gremioque geminos comple-
ctentem niveos agnos, alterum vni, alteri
alium ex vberibus pendentem, cum lem-
mate; BINOS ALIT VBERE FOETUS.
Sane hoc præ cunctis niveæ congruit Divi
Nolasco Parentis Religioni, quod ex Tigu-
rina lectione fas sit deducere, cum sic ha-
beat: *Ego mater pulchræ charitatis, & Reli-*
gionis. Religionem charitati adnectit, quia
sacer ordo hic, vocabulo insignitur chari-
tatis, & misericordiæ, quam exercent seduli
huius Religionis alumni circa captivos, eis
spem offerentes evadendi è trucibus mau-
rorum compedibus: ideoque & Virgo
illos gremio sustinet in amoris signum, in-
fundens cum lacte eximiam agnitionem
doctrinæ. Sic illa mater est pulchræ dilec-
tionis; sic mater est Religionis misericor-
diæ; sic ut pulchra mater Agnum niveum
Nolasco, Agna candidissima Maria Re-
ligiosa charitate primo nascentis sui ordi-
nis ævo nutrijt, educavit, ut recte dicatur,
binos alit vberes foetus. Adsit noster Da-
niel Agricola: *Cum Maria misericordiam*
genuerit, quid aliud est eius uterus, quam
ipse misericordiarum thesaurus? Deipara
igitur huius Regij ordinis principale est
fundamentum, quod & in eius gloriam ma-
xime cedit: Ipsa siquidem huius Religionis
natos sub niveo pallio protegere visa est;
(S) imo & nocte quadam ad Barcinonensis
Cœnobij chorum, Angelorum agmine sti-
pata descendit, qui niveis stolis amicti,
matutinali cum Religiosis officium cele-
brarunt. O vere Cœlum, ubi descendere
dignata est Regina Cœlorum; ut Redemp-
tores charos sibi filios solaretur!

38 Age, Agnum respice Christum, ab
agnoscendo, quia matrem præ alijs agnos-
cit balatu, (T) niveam sequentem agnam,
quem comitantur nivei hinc inde agni, &

(Q) Eccl. cap.
24. v. 24. Lyr.
in Gloss. ibi.

Theatr. vit.
Hum. Verb. Re-
ligio.

Div. Ant. Pad.
Subl. Doct. in
3. d. 26. q. vnic.
§. ad. quest.

(R) Ioan. la
Haye in Con-
cord. lit.

Virgo, Quia
mater miseri-
cordiæ, ordi-
nem præclarū
misericordiæ
cum Parente
Nolasco fun-
davit.

Bibl. Tig. in
max. ad c. 24.
Eccl. v. 24.

Daniel Agri-
cola, Cerona
IX. Stella. 4.
Hist. ord. Virg.
de Mercede.

Hypolit. Mar-
rac. in fundat.
Marian. c. 20.

(S) Hist. Mer-
cedis lib. 2. c. 1.
Tamayus late.
in Martyrol.
Hispan. tom. 1.
die 29. Ian.

(T) Anglic. lib.
18. cap. 3.
Div. Aug. Ser.
76. de Temp.

Maria, Christo, fibique similes generat Filios Redemptores.
Eccles. in Proff. Pasch.

tesseram adiunge: PARENTI SIMILLIMA PROLES, & quidem, nam ut Augustinus habet, *similitudinem Patris ætus indicant sobolis, similitudo operis, similitudinem indicet generis*. Agna Cœlestis Maria misericordiæ captivis impendendæ ordinem Mercedis fundavit, Nolasci sacro id exequens instrumento. Agnus Iesus itidem oves ut redimeret, tradidit semetipsum, quod expræsse Ecclesia canit, dum dicit, *Agnus redemit oves*. Hoc similiter emulantur præpositi Mercedis agni tradentes si oportuerit (V) semetipsos, pro captivorum liberatione. Vide ergo utrique parenti simillimam prolem. Adde modo illud Apoc. cap. 14. ubi amictorum stolis albis innumerabilis numerus, habentium nomen agni, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis, ipsum comitabantur, unde sic ibi scribitur: *Hi sequuntur agnum, quocumque ierit*. Agnus in throno sedens contemplatur, quia cum thronus eius Maria sit, sine Maria videtur numquam, aut infidet semper in ea, (X) aut ab ea non patitur elongari. Id prædicat Alanus Varensis dicens: *Maria thronus, & sedes Dei, & misericordiæ, in quo peccatores misericordiam consequantur, & veniam*, Stolis vero amictuntur albis, quia (ut ait D. Bernardinus) *dealbati sunt lavacro, reparati pretio, decorati premio*. In candore innocentia, in pretio misericordia, in premio distributiva consideratur iustitia: quod omne facili negotio in his corredemptoribus Nolasci filijs est reperire; ex quibus plurimi candidati inter Cœlites emicare videmus; avidos omnes adamusim pro educendis captivis pretiâ, & propiâ, & aliena perquirentes, a Deo ob id in utraque Ecclesia foeliciter exaltatos. *Hi sequuntur agnum*. Sed vbinam eum sequantur, adverte. *Quocumque ierit*. Quorsum autem tendat agnus, quorsum sequantur, accipe ex Ruperto lepide dicente: (Y) *Quocumque ierit agnum sequuntur, videlicet emptorem, sive redemptorem, cuius sanguine sunt redempti*. Agnus corredemptricem matrem sequitur redempturus, & cuius in sanguine hij dealbaverunt stolas suas, non procul ab eo fiunt, sequuntur etenim Redemptorem, ut fas sit de ipsis dicere: (Z) *Parenti simillima proles*. Quod & perbelle confirmat meus Alensis, *Sequuntur agnum, ad Redemptionem*.

39 At modo, cur nomen agni, ac patris scriptum afferant in frontibus suis, perquiramus. Irrefragabilis Doctor id factum esse putat, ut tale nomen ad impetum aquarum, id est tribulationum minime valeat deleri. Quod sane Virgineo Merce-

dis Ordini congruere aptius alijs prædicabo. Quot enim ipsis parantur à Mauris insidiæ, quot cædes minantur? Quot maris experiuntur procellas, ventorum agitationes? Quot inter Saracenos conflictus? Et cum non tinctum, sed scriptum nomen habeant redemptoris, ad omnes impavidi obijciuntur incurfus, ut ex hostibus Christiani nominis subtrahant catenatos. Sed adhuc sciscitari sit, cur non solius agni Redemptoris, sed & patris nomen scriptum in frontibus portent, non autem Spiritus Sancti? Indelebilem candidatorum memoriam, hoc nomen scriptum significare, (A) testatur Div. Parens Bernardinus Senensis: At Lyranus sentit ideo nomen Spiritus Sancti hic reticeri, quia cum nexus Patris, & Filij sit, in ipsis præinteligitur. Sed suo salvo sublimiori dictamine, factum iudico, quia appropriate Patri misericordia tribuitur, iuxta illud, Luc. c. 6. *Estote misericordes, sicut Pater vester misericors est*. Cum ergo amicti stolis albis sequuti agnum fuerint ut Redemptorem: Patrem ut misericordem sequuntur, & imitantur, ex quo misericordiæ ordini fortunate adscripti sunt. Hoc enim stemmate, hoc titulo altius honorantur. B. Angelum del Pax audiamus (B) *Audistis titulum præcellentem: Misericordis enim proprium est, ut consoletur in tempore tribulationis, protectorque sit in omnibus*. Sane ordinem exaltant misericordiæ hij, qui misericordiæ operibus navant, dum redimunt, *Parenti simillima proles*, candido velata amictu, qui proprie olim in Ægypto sacerdotum erat, de quibus (C) illud Lactantij scribere duxi:

Candidus egreditur niveis exercitus undis. Maria igitur elevata ut thronus Dei, agnum amplexata Cœlestem, Nolasci natos ipsum amictos stolis albis sequentes, ducit, refovet, ac media nocte solatur, dum sacras servant excubias, dumque speculationi rerum divinarum attentius occupantur. O terque, quaterque beati! O proculdubio alijs foeliciores! Quia habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis, talem sequuntur agnum, quocumque ierit. Alia meditemur. Sponsæ Cantorum niveus caprarum grex pulchritudinem accrescebat, dum dicitur Cant. c. 4. *Capilli tui sicut grex caprarum*, (D) *qua ascenderunt de monte Galaad*. Id est: *qua splendida & candida apparuerunt in eo*. Inquit noster la Haye. Galaad autem monticulus est in summitate Libani existens, (E) & ad modum capitis (inquit Lyranus) se habens. De hoc niveo vertice ascendunt capræ quas niveum perornat vellus,

(A) D. Bern.
Sen. in cap. 14.
Apoc.
Lyra in Gloss.
ibi Luc. c. 6. v.
36.

(B) B. Angel.
del Pax, lib. 7.
c. 36. in c. 6. d.
Luc.
D. Asban. in
vit. D. Anton.

(C) Lactantius, seu (ut alijs placet) Fortunatus, in Theatr. vit. Hum.

(D) Cant. c. 4.
v. 1.
Ioan. la Haye
in Bibl. max.
ibidem.
(E) Lyra ad
c. 22. Jerem. v.
6. Idem Cant.
4. v. 1.

(V) Apoc. 7. v.
9. & c. 14. v. 4.

(X) Alan. Varen.
in Prol. ad
Ser. 1. de Dei-
para.
D. Bern. Sen. ad
c. 7. v. 9. Apoc.
Berch. late in
direct.
Andr. Ebor.

(Y) Rup. Abb.
lib. 8. in c. 14.
Apoc.

(Z) Philip. Pincel, mund.
symbol. 1. 5. c. 1.
Alens. Comment.
in c. 14.
Apoc. v. 4.
Idem, ibidem
Histor. Ord.
Mar. late, &
imago cit.

CAP. X.

COLLIS OB PLVRIMA MARIA-
nam prædicat puritatem, &
Mariam figurat.

vellus, vt & ornatum sponſæ componant, & diſponant. Sed quid capreæ, vbinam aſcendant, quid ve Galaad ſit modo perſcrutemur. Caprea Virgultis tenuioribus paſta, ad ſummaque aſcendens ſemper,

(F) Religioſos, ac contemplativos deſignat, qui ad Cœleſtia penitus intenti, à terrenis abdicantur, vt anima Cœleſtibus gaudijs potiatur. Aſcendunt autem; ſed ubi? Cum Galaad excelleſiorem occupet Libani altitudinem? Ad Sponſam vtique, ſub cuius velamine obumbrantur, in quo dum ſedulo ipſam ornant, charius protegun-
tur. Præminet enim libanica altitudini Mariæ candor, ad quem capreæ niveis per ornata amictibus, (ſanè Mariani corre-
demptores) grefſus dirigunt, nec ceſſant quovſque eius ſub vmbra elevati quieſcere videantur. Audiatur Ambroſius: *Vides (G) quod in altis grex iſte paſcitur, audiſti in montem: ibi capris nullum periculum, ibi gregis butus alimentum, ibi cibus dulcior, fructus electior.* Aſcendunt ergo de Galaad, qui *acervus teſtimonij* interpretatur,

(H) iuxta Marium. Hoc ſacro comitata grege Maria apparet pulchrior, nitidior ſplendet, nam *per hanc ſimilitudinem (I) inſignis ſponſæ deſignatur ornatus.* In teſtimonium cuius accerſere ſit acervum Sanctorum; quia aſcendentes de monte Mariano Religionis ad Mariam, cui data eſt gloria Libani, eius caput candida inſtar redimiculæ perornant, à qua pariter gratijs perornantur. Spectetur in Primis vexillifer Parens noſter Noiaſcus, ita Virgineo addiſtus obſequio, vt ſub Mariano Deiparæ & omine, & nomine, ſigno olivæ ab ea monſtrato, (K) quæ eſt *quæſi oliva ſpecioſa in campis*, ordinis miſericordiæ iecerit fundamenta. Virginis protectione munitus, pedeſter, ſolus, ſed Deo nixus, è Valentina vrbe trecentos Aragonici Regni captivos reduxit, innumeros poſtomodum, opitulantiſſimis Deo, & Deipara reducturus. Imo virginea ope irruentia mundi, & demonis tentamina victor eluſit. Hic vt teſtimonium ſui daret effectus, ad Virginem aſcendit de Galaad. Nec ſunt ſilentio prætereundi, qui ex hoc ſanctitatis acervo ad ornandum montem ſanctitatis Dei aſſumpti ſunt, vt prædicent primum Marianæ Conceptionis candorem, primumque gratiæ ornatum; de quo fuſius infra.

(F) D. Greg. 32. Mor. c. 2. apud Lauret. Giſter. latiffimè, ibi. Maria cado-rem à candore virtutis Religioſorū ad auget.

(G) D. Ambr. Ser. 16. in Pſal. 118. v. 3.

(H) Marius de Caloſſ. t. 4. Conc. Heb. (I) Giſter. in Cant. c. 4. ex. poſ. 1.

(K) Hiſt. Hiſp. in vit. Iacob. Reg. Hipol. Marrax. c. in fundas. Marin. c. 20. P. Ant. Beligenem in Kalēd. Marian. die 31. Iulij. Eccl. c. 24. v. 24.

40 A Ntequam in ſpeciali de iugis Libani agamus, noſtro ſeſe obijcit obtutui de colle tractare: Qui à colendo (L) ſic dicitur, nam minore labore coluntur colles, quam montes, imo incoluntur, & inhabitantur, etenim puriſſimus eorum ſitus eſt; aerque ſubtilior. Illuſtratiorem eſſe collem, fecundioſioremque Piſtaviensis autumat, & Mariam ſolum reſpectu filij (qui mons eſt, & altior ea) eſſe collem, prædicat Richardus, (M) dicto Anſelmi adhærens; *nil æquale Mariæ nil niſi Deus maius Maria.* Hanc Deus incolendo divinis ſic chariſmatibus colit, vt & homines, Angeli, imo & ipſe Deus in admirationem agantur. (N) Hoc deduco ex illo Cant. c. 3. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & Thuris?* Hic ſponſæ Mariæ commendatio ponitur, ait Lyranus, & Rupertus. Aura ſuſcitum elevat, ſic ſacer Spiritus Mariæ animam in creatione ad ſolium evexit Triadis, vt ibi gratiarum dulciſſimum monſtraret ſuavitatis odorem. Ad hæc (O) Alanus de Inſulis habet. *Adventu Spiritus Sancti dedit odorē ſuum propoſita in miraculum.* Aſcendit itaque tanquam mirabile commendationis obiectum; quia cum moralium cateri omnes ex labe peccati iam in creatione ſcœtant, Maria ſuavem gratiarum ſpirans elevatur odorem, vt ſacraſtiſſimam recreet Trinitatem. Sic collis eſt, quem Deus & colit, & incolit, in ea habitans, quia puriſſimus eius ſitus eſt, ſuavior, ac fecundior. Audiatur Alexius à Salo. (P) *Quid purius concipi poteſt illa ipſa, quam puritas ipſiſſima omnibus prætulit?* Ideo Deus eam ſic ceteris puriorem feciſſe miratur. *Quæ eſt iſta?* Num ignorantis vox iſta cenſenda eſt? nequaquam, ſed comendantis. Alenſem noſtrum perpendas. *Quæ eſt iſta? Quanta, qualis, quam admirabilis!* Quanta, quia Dei dempta, omnem aliam magnitudinem excedit. Accipe Ambroſium Servitanum de Maria ſic lepide alloquentem: *Salva reverentiam Dei, nec maius, nec excellentius, quam fecerit in Virgine, facere poteſt, aut numquam fecit Deus.* Qualis, quia omnium donorum ſupercœleſtium ſplendore à ſuo principio decorata fuit, vt nulla gratiæ qualitas ei deficeret. Ad id Seraphicus Doct̃or ait: (Q) *Ideo in Plenitudine Sanc-*

(L) Angliæ lib. 14. c. 45. Berchor. in Reduc. lib. 10. c. 25. in direct.

(M) Richard. à S. Laur. lib. 8. tit. 6. Anſelm. ibid.

(N) Cant. c. 3. verſ. 6. Lyr. in Gloſſ. Rupert. ad c. 3. Cant.

(O) Alanus de Inſulis de B. Virg. in Cant. Varia Mariæ adducuntur elogia, & de eius gratijs, & virtutibus varia.

(P) Alexius à Salo, in Arſt. Pic. amandi, & colendi Deiparam. Ambr. Spier. ſerv. Serm. de Virg. concl. 2.

(Q) D. Bon. Epuſc. de Laudiv. B. Virg. D. Anſelm. de Concep. Virg.

Sanc-

(R) *Amadeus laus de Laud. Christipara, Hom. 2.*

Richard. à S. Laur. l. 12. p. 4. cap. 1. D. Anselm. Opusc. de B. Virg. Maria, cap. 12.

Maria, quia Angelos humilitate vicit, gloria præcelsit.

(S) *Mariae humilitas.*

B. Angel. del Pax, super missus est. ex Ber. Serm. in Apoc.

(T) *Gisler. ad c. 3. Cant. v. 4. expof. 4.*

Rupert. Abb. & D. Hier. Epist. 10. ad Paul. & Euseb.

Maria, desertum fecit deliciarum Hortum.

(V) *Anglic. l. 14. c. 5. Dan. Agric. in cor. 5. stella 1. D. Ambr. lib. 1. de Virg.*

(X) *Cant. 3. v. 6. Bibl. Tigur. & alij apud Bibl. max.*

Sanctorum detentio Mariae fuit; quia in mirifica perfectione sua, plenitudo perfectionis omnium Sanctorum illi non defuit.

Admirabilis, quia (R) res insolita est, in stuporem ducens, Virginis animam adeo in primo creationis momento perfectam fuisse, ut opificis sapientia eam inspiciens quasi maneret stupefacta. Amadeus noster id habet. *Mirantur Deus, & Angeli matrem Domini, Caelique Reginam mox futuram, & in his erumpunt vocibus admirationis, & laudis: Quae est ista?*

41 *Ascendit per desertum*, insuper. Nec mirum, quam collis figurat, (qui seu minimus terræ tumulus est) ad summa promoveatur à Deo: Quia ex quo vocata in Dei matrem, in Angelorum Reginam, humilem se esse domini fatebatur ancillam, ne (S) in tam humili statu maneret; eam ferme ad Deum usque iussit Deus avolare. Præter Anselmum cit. Libeat B. Angeli del Pax, hæc audire ex Bernardo: *Magna facta est novissima prima, quæ cum prima esset, omnium se novissimam faciebat; merito facta est omnium domina, quæ se omnium exhibebat ancillam.* Ascendit etiam dum incedere incipit, quia à primo suæ creationis gressu, semper apparet altior, declinans numquam, magis, magisque proficiens semper. Nondum ad montis altitudinem puellula sacra pervenerat, nondum ut mons creverat (et si præparatus ad esse in vertice montium) & iam collis eminentiam attingebat, vnde ascendere videbatur. Gislerius hæc profert. *Maria semper profecit, quoad meritum, & quoad gratiam; (T) novis iugiter in sublime crescens gratiarum accessionibus.* Ascendit Deipara per desertum: quia cum sit sicut lilium inter spinans, ut plantatio Rosæ, quasi Palma, & Oliva speciosa, desertum, (quod quia non feritur, (V) dicitur) ab Adam incuria sterile, fecit floribus, & gratiæ Virgultis, cum incederet, abundare. Meus Daniel Agricola hoc advertit sic cum D. Ambrosio. *Hortus domini dicitur, quod constitum est omni arborum genere, id est omnimoda virtute.* Per eam steriles filij Adam vberes gratiarum congregant in Ecclesia fructus; quia mundi desertum, dū per illud ascenderet, Paradisum fecit deliciarū.

42 Quomodo autem ascendet superest videre. *Sicut Virgula fumi.* Cantic. 3. Vbi legunt plures, (X) *sicut Palma, vel columna fumi.* In palma victoriam, in columna advertere est firmitatem. Sic Maria à creatione ascendit, pede calcans colubri audaciam, vnde triumphat; & ad eius manens impavida affatus, ut columna se erexit in altum, attingens usque ad Deum.

Alanum Varensem (Y) audiamus. *Virgo Deigenitrix contra omnes hostiles impetus invictissima, habens omnium virtutum admiranda præfilia, caput diaboli contrivit.* Hæc etiam D. Hieronimus habet. *Ascendebat Dei genitrix de deserto huius sæculi. Virga de radice Iesè olim exorta; sed mirabantur electorum animæ præ gaudio quænam esset, quæ etiam meritum virtutibus Angelorum vinceret dignitatem.* Ascendit igitur triumphalibus insignijs exornata, dracone devicto, & Deo proximior facta additit Regina à dextris suis in vestitu (gratiæ) deaurato. Sed cur ascendit (cum animatur) ad Deum ut palma simul, & columna? Vel satis erat ut columna, vel satis ut palma. Sed age, utrumque iure annectit: olim enim (Z) in Victoriæ argumentum vel aureus, vel arboreus palmæ ramusculus porrigebatur; in columnis vero appendebantur victorum exuviz: ut ergo pateant cunctis Deiparæ in primo creationis ascensu trophea, adstet ubi appendantur altera ex parte columna. Accinit Daniel Agricola sic. *Beata Virgo sua charitate in certamine Diabolum acertime devicit.* Non vna tantum, sed septemplex columna Virginis prima exarantur trophea, ut semper Mariæ virtutes, & gratiæ amplius (A) innotescant. D. Antonius Paduanus sic his arridet. *Beata Virgo fuit suffulta septem columnis, id est septiformis gratiæ donis.* Vnde depingere sit columnæ palmæ ramusculo coronatam, cum inscriptione: **ROBORE PER ALTA TRIUMPHAT:** Nam elevata à principio suæ creationis Maria ad Deum, tota pulchra (verbis vtor Amadei.) *Tota immaculata, ac perfecta erat, Deum tunc iam mentali attingens cognitione.* Tunc ut columna vertice Deum attingens, contrivit pede versuti serpentis caput, & virtutis suavem spirans halitum, in Dei Palatium se victricem immerfit.

43 Scrutemur & alia. Sicut virgula ad Deum in creatione erigitur, ex aromatibus Myrrhæ, Maria siquidem (B) Myrrha maris dicitur; ideoque emergente in occasu sole depingitur arbuscula hæc suas vberum guttas, seu lachrimas emitens, ferens epigraphen: **LACHRIMOR MEO SOLE SEPULTO.** Et quidem Maria est quasi Myrrha electa. Eccl. 24. (C) Quia elegit eam Deus, & prælegit eam. Sed cur eligitur ut Myrrha: vel cur in Myrrha Maria effigiat? Eam libeat contemplari in triduo mortis Christi: tunc enim sole iustitiæ densis terram nubibus obvolvente, eoque ad occasum abeunte, pariter & Maria solo dolori vivens, cum nato flens conspeliabatur; ideoque in Myrrha iure exprimitur;

(Y) *Alanus Varësser. 3. de Laud. Mariæ. D. Hier. Epist. 10. ad Paul. & Euseb.* Maria in primo instanti ut palma triumphat, ut columna subsistit.

(Z) *Lyr. in l. 1. Mach. c. 13. m. 3. 1. Ioan. 12. v. 3. 1. Dan. Agr. in Coron. Virg. stella 11.*

(A) *D. Anton. Pad. in Conc. Festiv. B. Mar. B. Amad. in Rapt. de B. Vir. Rapt. 4. Alphons. ab orosc. Encom. ex Cant. Maria, Myrrha est in solitudine, in doloribus.*

(B) *Marius de Calais. 4. Conc. Hebreæ. Richard. à S. Laur. lib. 12. Par. 6. c. 10.*

(C) *Eccles. c. 24. v. 20. Alise in Gloss. ibi.*

(D) Richard.
loc. cit. Anglic.
lib. 17. c. 101.

(E) D. Bonav.
in spec. Virg. c.
1. B. Amadeus
de laud. Virg.
hom. 5.

(F) Bibliothec.
Virgin. tom. 2.
Pag. mibi 712.
Anglic. loc. cit.

Tota, Maria
dolore in Pas-
sione filij affi-
ciebatur.

(G) Richard.
à S. Laur. loc.
iam cit.

(H) D. Anselm.
& alij antea ci-
tati.
Anglic. lib. 14.
cap. 45.

(I) Andræas
Cret. serm. de
dormit Virginis

tur: Arbor enim hæc (D) in Arabia gignitur, (*Quæ occasus* interpretatur,) & lachrymas sudat amarissimas. Ita Deipara stans iuxta crucem in occasu solis æterni, anxietatem cordis haud fere exprimere valens, inconsolabilem ducens vt Myrrha fletum, dicere porerat: *Lachrymor meo sole sepulto*. Sic habet divus Parens Bonaventura, & Amadeus. *Maria amara fuit* (E) *Filio compatiendo: & pro nati morte, dolore pectus urebatur, & extremas spirabat inter angustias, & hausit poculum amaritatis ipsa morte*. Adde, quod hæc inestimabilis odoris virga, ascendit ex aromatibus, seu suffutibus Myrrhæ: sicque Myrrham omni ex parte vulneratam videre fit, lachrymasque fundentem, cum lemmate: **TOTAM MEA VULNERA CINGUNT**. Hæc etenim pretiosa myrrha Maria, illa velut Arabiæ, transfixa gladio doloris ad animam vsque, tota vndique torquebatur: nam quintuplici sagita confusa fuit. (F) Primo, in amissione filij: secundo, in Simeonis vaticinio: Tertio, cum captum, & ligatum filium esse scivit: Quarto, cum cum cruce pendente vidit: Quinto, cum cum de cruce depositum brachijs lachrymans amplexata est. Remanet in hac Myrrha electa aliquis vulnere locus? Nequaquam: audi. Myrrha ultra quam ad quinque cubitorum altitudinem (iuxta meum Anglicum) non se extendit. Quasi Myrrha electa Maria est, & vt totam totus præoccupet dolor, quinque vicibus pertransit animam ipsius, ille doloris gladius, vt nil in ea remaneat patiendum, nec alteri supersit vulnere locus, vnde dicit ipsa: *Totam mea vulnera cingunt*. Sed satis modo de his, audito Richardo in hæc prorumpente: (G) *Maria fuit Arbor Myrrhæ in vespera Passionis filij; propter multas amaritudines, quas sustinuit in filio*. His igitur opere pretium dictis, ad alia pergamus.

44 Ad collem ibidem speculandum properemus, qui Mariæ symbolum est. Monte inferior est collis, terra altior. Maria, omni quod Deus non est, (H) maior est, ex adducto Anselmo, alijsque. Imò pinguescunt magis in collibus truteta, fructusque & matutiores, & sapidiores evadunt, ob imbris, rorisque Cœlestis copiosiore abundantiam. Mariam collis præfiguratur, sic Andræa Cretensi (I) testante: *O collem umbrosam, electam Dei plebem, gentem sanctam tuis maternis vlnis inumbrantem*. Profecto hic collis virgineus, quem virtus altissimi obumbravit, omnes obumbrat, protegit vniversos, ideoque post Deum, ad Mariam confugiunt vniversi. Collis hic, cum erigitur, cum creatur, to-

tus Deo flagrat, charitatis accensus ardore. Pinget collem Thuriferis consutum arboribus, flamma tenui circumdatum, erigentibus se conglobatim erga Cœlum fumis, cum scripto: **COELO SUA MUNERA REDDIT**. Sane Maria (K) in primo sua purissime animationis instanti, Charitatis iaculo vulnerata, gratias Deo optimo egit, eique grata amorem protinus mancipavit, videns se ab omni peccato immunem. Reddidit à quo acceperat purissimum, Creatori purissimum affectum. Sic Thurifer collis Marianus ardebat, Cœlo impendens, quod impenderat Cœlum. Hinc ad hunc collem inhiabant affectus, & vota sponsi, dum dixit (L) Cant. 4. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem Thuris*. Ubi alij habent: *Ibo mibi*. Et sane sibi ibat, quia sponsæ amorem sibi funditus ambebat, vnde dixit ipsa: *Ego dilecto meo, & ad me conversio eius*. Quare celebratissimus Cornelius (M) à Lapide, sic exponit: *Sibi vadit; quia singularis amor participem secreti non recipit*. Sola Maria cum primo erigitur, ad divinum amorem agitur, in quo quid divinum proculdubio relucet, à Verbo divino Mariæ mutuatum. Ideo Mariæ amor cum sponsi compaginatus amore, nullam passus est in divisionem, quia à Deo exivit, & ad Deum vadit. Sed cur Maria, collis est Thurifer, monti Myrrhæ (videlicet Christo passo, illamque præservative, non sublevative redimenti) cunctis proximior? dicam. Thuris arbuscula lauro similis (N) esse perhibetur, & spuma ab ea candidior descerpta, efficacior iudicatur, & à Theos, quod est Deus, quia soli ipsi hæc arbuscula, imò & gummi decimata libantur dicitur. Thuris collem accipe Mariam, Deo à suis exordijs dicatam, cui triumphalis laurus non similitudinarie, sed revera reportanda congruebat: nam vt quasi soli Deo à suo principio sacrata, terrenum non experta est diaboli dominium. Ita sentit Guilielmus Parisiensis (O) dicens: *Arbor thuris, de qua procedit Thus, quod crematur in sacrificio in suavitate odoris, Beata Virgo est*. Collis Thurifer Mariam representat, cuius odor est sicut odor Thuris, (P) quod Dei honori est dedicatum. Ideo currunt animæ in odorem suum, & ipsa igne divini Spiritus ex quo creata est, ardens, ad Deum suos transmittit virtutum odores, à quo ei impensum sunt, vt merito de ea dicatur, *Cœlo sua munera reddit*. Hinc fit audire Parisiensem Cancellarium in hæc prorumpentem: *Virtutes formaverunt corpus, & animam Mariæ*. (Q) Quod & fusiùs noster Daniel Agricola prosequitur,

(K) V. Mater
Maria de Agre-
da, 1. p. Mystic.
Civ. Alphorsus
Oroscus, de
virgin. ad 30.
Cant.

(L) Cant. c. 4.
v. 6. alij ibi in
Bibl. max.
Maria, Deum
in primo in-
stanti cognovit,
& amavit.
(M) Cornel. à
Lap. in Cant.
c. 4. v. 6. Gisse-
rius ibi.

(N) Anglic. lib.
17. c. 172.
Levin. Lemn-
de Herb. Bibl.
cap. 21.

(O) Guilielm.
Parisienf. in
Test. Assumpt.
ad c. 24. Eccl.
in Postil.

(P) Greg. Niss.
Hom. 9. in Cant

(Q) Ioan. Gers.
Paris. serm. de
Concept. Virg.
Daniel Agri-
cola in Corona
Virg. 11. stel-
la 9.

(R) *Anglic. se-
pe cit. Berch. in
direct. tom. 1.*

(S) *Gen. c. 49.
v. 26. Ioan. la
Haye, in Bibl.
max. ibi.
Maria, deside-
rium omniū
sanctorū fuit.
(T) *Rup. Abb.
lib. 9. in Gen. c.
37. Alensis, &
Lyranus in Glos**

(V) *Alensis in
Psal. 44. v. 13.
Lorinus ibidem
cum alijs.*

(X) *Gen. c. 3. v.
8. Arias Mont.
Sept. Sixt. Ca-
ten. Græca, D.
Hier. & Basil.
Lyra ibidem.*

45 Colles insuper solatioſa ſunt loca, habitantibus læta, (R) ubi avium cantus frequentius audiuntur. Maria deliciarum gratiæ collis, in quo Deus ut maternis frueretur delitijs habitavit, cuique cæteri excelsi virtutum colles incurvantur, etiam Angelici. Statue umbroſum, fœcundum, delicioſumque collem, quem plures alij in modum coronæ circumdant, cui ſoli veris periucundi è Cœlo cadentis copia roris, cum lemmate: MISSUS EST AB ARCE PATRIS. Insuper intuitum ſit fleſtere ad Benedictionem Joſeph, à Jacob impenſam, dum dicitur: *Benedictiones Patris tui (S) confortate ſunt, donec veniat deſiderium collium æternorum.* Gen. cap. 49. ubi colles æterni ſignant Patriarchas præcedentes, qui ſanctitate eminuerunt: inquit noſter Haye. Horum autem collium deſiderium erat deſideratus ille cunctis gentibus, (T) nempe Chriſtus. Ita ſentiunt omnes, præcipue Rupertus, Alenſis, & Lyranus. At, etiam Chriſto montis, ac collis ſpectat ſymbolum æmulari, ut Piſtavienſis docet. Quid igitur? Num etiam in Divino Verbo deſiderium ponere licet? Deus eſt omne bonum, ubi nil boni ultra deſiderabile, omnia bona eminentiſſime continens, ſua qua fruitur bonitate contentus. Non ergo in ipſum, deſiderium cadere poſteſt. Cadit tamen allegorice loquendo: vnde Alenſis (V) hæc habet: *Beata virgo audi, & vide Prophetarum ſcripturam, & confer, quia in te completur, & Rex Chriſtus concupiſcit decorem tuum.* Vbi late patet (addit Lorinus) immenſitas quædam gratiæ Virginis, quam Deus ab æterno concupivit, ut plantaretur in monte ſanctificationis ſuæ, in Colle ſolatioſo Mariæ, ad quem deſcendit ſicut Ros Hermon; & ex quo ibi *miſſus eſt ab arce Patris*, incurvati ſunt colles, id eſt humiliati, ut coronam utrique impenderent honoris Chriſto, & Mariæ, quia ambo eorum iucundiſſimum deſiderium ſiſtebantur.

46 Collis Mariam refert, in qua Deus ſuas evigilavit delitias, ut per eam poſſet dulcius eſſe cum filijs hominum, nec aliud in terra dignius reperire fuerat habitaculum. Hinc ſupra collem depinge Paradifum, Florum, ac arborum iucundiſſima vbertate exornatum, in quo Deus ſpaciatur, & adde: UNI SOLI. Appone deinde illud Gen. c. 3. *Plantaverat dominus Deus Paradifum voluptatis à principio.* (X) *Plantaverat in Heden.* Legunt plures: & *deſcribitur locus habitationis hominis pro ſtatu innocentie*: ait interpretum Princeps Lyranus. Plane & expediens fuit, ut ſoli

præberet aditum Innocentiæ, locus quem ſibi pro delitijs Deus ante paraverat. Sed in quo principio Deus hunc plantaverat Paradifum, non eſt vnanimis DD. conſenſus: (Y) Nam Lyranus (cuius præfertur in his iudicium) illud exponit à parte loci, nempe *ab orientali parte terre, quæ nobilior eſt*, & diei principium. Alij tertia die plantatum volunt, cum plantæ à Deo fuerunt productæ. Utraque opinio placet, & (circa quem tendimus) noſtro arridet ſcopo: etenim Maria (Z) *Paradiſus eſt*, (ait Ambroſius Catherinus Dominicanus, & noſter Episcopus Lauſanenſis Amadeus) *plantatus à Deo ab initio ad orientem, ubi plantatum eſt lignum vite; nam Virgo ante omnem creaturam præparata à Deo, plantata eſt ad orientem Chriſtum, qui neſciit occaſum.* Quoquo autem modo ſit materialis illa plantatio, ſpiritualis tamen Mariani Paradifi, qui locus eſt deliciarum domini, à principio ſuæ creationis, ſeu orientis primi ſumenda eſt, cum ex tunc ſoli Deo cognita Maria, ad eius avidius inhiaret amplexus, quærens in ea delicias, in qua omnis gratiæ divitias infuderat, ut eſſet *ſoli Deo*, deliciarum amœniſſimus utique Paradifus. Apte hæc Pfallebat Richardus à S. Laur. *Virtutes Mariæ delitiæ ſunt, quia non ſolum homines, & Angelos, (A) ſed etiam divinos provocabant aſpectus.* Idem & Andreas Cretenſis teſtatur, dum dicit: *Sola enim ſola præter naturam fuit electa, ſola ſervavit opifici univerſæ naturæ.* In colle igitur puriſſimo Mariæ, Paradifum ſuis delitijs aptum à principio plantaverat Deus, in quo ſola innocentia, & gratia reperit habitaculum, ipſa ſuo dicente creatori, *uni ſoli*. Poſſeſſio enim chariſſima Dei eſt, quia ipſa ſic teſtatur: *Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio.* Id eſt, (B) *apud ſe habuit.* Inquit Menochius. Quod de Maria PP. communiter accipiunt.

47 Collem denique hunc Marianum Cœli aves incolunt, celebrant, ac omnis gratiæ pleniſſimum ab erectionis principio, laudibus extollunt. Quid amplius? (C) *In eius inenarrabilibus laudibus* (inquit Alanus Varenus) *totus exurgit ſponſus, atque in univerſum illa ſuper benedicta Trinitas, & tota proinde curia cœleſtis.* Pinget Auroram primo diluculo exurgentem, cui avium obviat canora multitudo, lemmate addito Picinelli: TE VENIENTE CANUNT. Modo pro Maria appone textum Canticorum, in quo Sponſus exurgens ſponſæ in admirationem ducitur, ſic de ea loquens: *Quæ eſt ita, quæ progreditur.*

(Y) *Lyra cit.
Mag. Hiſt. Scol.
c. 13. ad Gen. c.
3. Menoch. 9.
Tirin. ſed præ
alijs.
Subt. Doſt. lib.
2. d. 17 q. 2. n.
2. 9. 4.
(Z) *Ambroſ.
Catherin. de Im
maculata Con-
cept. Virg. opus
Perſuaſ. 14.
Amadeus Lau-
ſanenſ. de laud.
Chriſtiparæ,
Hom. 7.**

(A) *Richard. à
S. Laurentio in
Marial. lib. 12.
p. 1. c. 11.
Andr. Cretenſ.
Hom. 2. de dor-
mit. Mariæ.
Maria, Para-
diſus gratiæ,
ac deliciarum
domini.*

(B) *Prov. c. 8.
v. 22. Menoch.
apud Bibl. max.*

(C) *Alanus
Varenus in ſer-
de laud. Mariæ
ſer. 1. Picinell.
lib. 4. c. 1. n. 21.
Maria, in ſua
Conceptione,
Aurora.*

(D) Cant. 6.
v. 9. *Alan. loc.*
cit. ser. 1. *Bibl.*
venet. in max.

(E) Menoch. in
Cant. 6. apud
Bibl. Max.
Alexius à Sa-
lo, ex D. Vinc.
Ferrer. in Arte
pie amandi
Mariam, Stel-
la 11.

(F) Anglie. lib.
9. cap. 21.
Richard. à S.
Laurent. lib. 7.
tit. 8.

(G) Anglie. li.
8. cap. 26.
Bercher. in Re-
duct. lib. 5. cap.
26.

(H) Amadeus
Lauf. de lau-
dib. Christi pa-
re, Homil. 1.
Richard. loc.
cit. & lib. 2.
part. 1.

(I) Marius de
Galass. tom. 4.
Conc. Hebr.
Div. Hier.

ditur quasi aurora consurgens? Cant. 6. Procudubio sic incepit progredi in lucem Maria, (D) *in qua* (cum Alano loquor) *nulla unquam sibi locum vendicavit macula.* Ideoque lectio Veneta habet, *Immaculata.* Vt eam in primo esse prominare immaculatam respiciunt, *ad eius laudes* (E) *verba chori sodalium sponsi, & sponsæ se convertunt:* ait Menochius. Atque adeo cum incipit Maria animari, (addit Alexius à Salo, ex D. Vincentio Ferrerio) *& in instanti quo concepta fuit Virgo, eodem Hierarchias cœlestes omnes vehementer in cœlo, ut festis maximis solet, iubilasse.* Hinc pervium erit scire cur Aurora celebratur Maria in sua prima apparitione: etenim (vt noster Anglicus habet) Aurora dicitur, (F) *quasi aura rorans;* eo quia roris cœlestis ministra est: sic Maria creatur vt genitrix sit illius, de quo dicitur Isai. 45. *Rorate cœli desuper.* Vel dicitur Aurora, quasi *Avium Hora,* quia tunc suavius, & dulcius incipiunt modulari, addit Richardus. En ergo, quapropter Maria apparere incipit vt Aurora, vt omnes ad tanti nitoris, tantæque puritatis laudes excitet, & vt vniversi in admirationem etiam ducti, ei laudando dicant, *Te veniente canunt.* Addere iure sit, quod stella illa, (G) quæ Aurora dicitur, & Mariæ symbolum purissimum est, à solis lumine absorbetur, ipsumque perpetuo comitatur; vt speculari liceat indivisam esse vtriusque laudem, & solem iustitiæ Christum, Matri divinum quemdam splendorem, communicantem, vna simul cum illa velle laudari, & ab omnibus celebratum iri. Ita censet noster Lausanensis Episcopus Amadeus, dicens: *Dum* (H) *Benedictam in mulieribus celebrare cupimus, fractum ventris eius benedictum attollimus.* Imò & hæc addit Richardus: *Cum filium honoramus, à matris gloria non recedimus.* Pergant igitur ad hunc virgineum collem vniversi, Virginem sine originea labe conceptam, velut aves incessanter laudaturi.

CAP. XI.

GALAAD, VERTEX LIBANI,
Mariæ laudem innumeris
testimonijs af-
fert.

48 **M**onticulus Galaad est, Libano copulatus, (I) & idem est Hebraice, ac *Acervus testimonij.* Nec immerito. Cum enim Libani candidissimi (Mariæ scilicet semper purissi-

mæ, immaculatæ semper) extollere gratiam debuisset, testimoniorum acervum congregare oportuit, vt circa misterium hoc confundantur, qui nos persequuntur, & testibus innumeris roboratam agnoscant delusi veritatem. Vnde opere prærium duxi acervare testimonia tum scripturæ, Tum SS. PP. Conciliorum, ac statuum, quæ laudabiliter Virginis Deiparæ à peccato, & peccati debito immunitatem Profitentur. Advocat igitur Galaad primo Sacrorum Bibliorum contexturam ex Psal. 59. vbi possessio Dei specialiter nominatur sic: *Meus est Galaad.* Hilarius hoc putat dictum esse Dei, (*) Alensis autem viri iusti. *Galaad* (inquit) *aceruus est testimonij: & significat Sanctam Ecclesiam vallatam multis testibus: & hoc est viri iusti.* Perhibet Galaad testimonium de candore Libani Mariani, & qui Ecclesiam adiscit pro testimonio sibi, iustus est, quia iustitiam Deiparæ cum Ecclesia confitetur; ipsam exaltat, eamque prædicat nulla vnquam iniustitia maculatam. At, vllatenus ab Hilarij sensu recedamus. Galaad, Dei est possessio: collis enim est ad modum coronæ Libani innixus vertici, eius & adorans altitudinem, & redimens candorem; cumque tot signis, vocibus, ac nutibus Mariani Libani prædicet puritatem, suam Deus Galaad signavit possessionem. Dei ergo specialissimè erunt, qui de hoc, testimonium dant in terra.

49 Addamus, & Augustini discursus de hac re ingeniosissimum. *Meus est Galaad*, Psalm. 59. *Nomen istud lectum est in litteris Dei;* quia Dei est Galaad; vbi (K) *fuertunt viri bellicosi* (inquit Lyranus) *de quibus descenderunt homines fortes.* Sed libeat advertere cum communi Magistro Augustino, Galaad Ecclesiam significans, tunc factus est acervus testimonij, quando nondum erat honor, sed crimen erat tunc. O Perbelle! In Monticulo Minoriticæ familiæ, in Galaad Seraphico, vt de immunitate ab originea culpa (L) Deo de Virgine darent testimonium, à suo iam initio strenui Heroes prodijisse visi sunt, Theologorum facile Principe Subtili Doctore aciem ducente, armis Augustini, & Anselmi præcipue circummunito; ita vt *minorum opinio*, Scotistarum circa hanc materiam (M) vocaretur, Nonne autem cum tot tunc innumeri Franciscani Doctores, in Galaad eminentiori sapientiæ positi, de puritate prima Mariæ testimonia victores darent, in nefas irruisse iudicati sunt, in opprobrium aliquorum hominum, & abiectionem plebis, ita vt cri-

Bed. Isidor.
Lyr. Hay.

(*) Psal. 59.
v. 9. Hilar. &
Augustin. in
Psal. 59.
Alens. in Gloss.
ibi.
Sacra Scripturæ Testi-
monij Mariæ immuni-
tas à peccato commen-
datur.

(K) Augustin.
loc. cit. Lyr
in Gloss. ad
Psal. 59. v. 9.

(L) Illustrif.
Samaniego in
vit. Scot. lib. 1.
c. 8. & passim.

(M) Panorm.
in cap. con-
questus, de Fe-
rrijs, Abulen-
Paradox. 1. c.
21. Samanieg.
loc. late.

men,

Hoyerus in vit.
Doct. Subt.

(N) Zach. c.
10. v. 1.

Lyr. in Gloss.
ibidem Marius
de Calaf. tom.
4. Conc. Hebr.

(O) Origin. in
Gen. hom. 17.
alique plures
apud Lau. Cera

(P) Rupert.
Abb. in Gloss.
ord. ad c. 10.
Zachar. v. 10.
Francisc. Ri-
ber. in Zach. c.
10. v. 10.

(Q) Alexius à
Salo, in Arte
pie amandi
Deiparam, Pri-
vil. 2. in Bibl.
Virg. p. 1.

(R) Levit. c.
28. n. 7. & 8.

men, hoc testari iudicaretur? Ita sane. Sed satis nobis sit, dicere Deum, & Mariam, *Meus est Galaad*. Nostrium est, & erit de Libani Virginalis candore pro aris, & focus testimonium perhibere. Adhuc & nobiscum ad hæc alij plures status Ordinum Religiosissimi, fidem de Mariana Originea puritate præstantes. Tribum Juda, & Ioseph memorat Zacharias à Deo ex Assyrijs avocatum, unde sic scribit: *Reducam eos (N) de terra Egypti, & de Assyrijs congregabo eos, & ad terram Galaad, & Libani adducam eos.* Zach. c. 10. Per has duas tribus designat magnam multitudinem venientium, ait Interpretum Princeps Lyranus. Juda, cuius interpretatio est *Confessio*, sive *Laus*, (O) Clericalem, ac Religiosum statum, assidue Deo Laudes edifferentem designat, cuius iam iureiurando est publicè testari, ac confiteri Mariam sine labe originali fuisse conceptam. Hos omnes ex Ægypto Deus avocatur, nempe à caliginoso dictamine, quo antea Mariam tabe Adamitica infectam temere fatebantur. Id sic fatetur (P) Rupertus Abbas. *His, candidæ confessionis sanctos significari perspicuum est.* Non ita tamen adheferunt oppositæ opinioni, ut vitro determinationi Ecclesiæ non annuerint, testimonium de hoc emittentes, & in Cathedris, & in Concionibus. Quid mirum, si Deus eos per viam veritatis vocat, vocat & Maria? Sic versatissima in scripturis calamus Jesuitica, hæc proferens. *A nemine tenebuntur, nemo eis ob stare poterit, quin veniant ad me.* Ad Mariam, ut prædicent immaculatam omnes ferme status Ecclesiæ veniunt, properant ultroque, & hilares, iam eius primam gratiam pro voto confidentes. Sed ubinam accedant attendamus. *Ad terram Galaad, & Libani adducam eos.* Zach. c. 10. In Galaad arma sumunt, ut fortiores ad dimicandum evadant; quia cum sacrationem inspecturi sint Mariæ Libanum, gratijs decoratum, nive candidiorem, iam assuefiunt ut fidem præstent subtiliori sententiæ, Opinioni Piæ, determinationi Ecclesiæ. Sic vera acervantur testimonia, sic fulius Deus laudatur in Maria, dum ab omnibus celebratur immaculata. (Q)

50 Ab univ. Filijs Israel Paschatis diem celebrari Deus præcepit, in memoriam beneficijs illius, quo educti sunt ex Ægypto. *Dies primus (R) erit vobis celeberrimus, sanctusque.* Levit. c. 23. usque ad septem dies hæc celebratio extendebatur; & licet dies septimus celebrior, & sanctior ibi vocetur, tamen hic excessus

non ad diem primum, sed ad alios intermedios dicit ordinem, ut exponit magistraliter Lyranus: imo primus, & septimus erant æquè celebres. Accipe ergo, quod numerus septimus, (S) *sacratissimus est numerus, propter septiformem gratiam*, (inquit Absalon Abbas) & refertur ad *Virgines, & ad Virgineum Virginum*: Per quam univ. filij Israel (idest Ecclesiæ) ad Domini gratiam reducuntur, & à nigredine ægyptiaca peccatorum liberantur. Anselmum audiamus sic fantem: *Concepta est Stella Cæli, per quam restaurantur perditæ agmina Angelorum, & per quam Infernus reddidit illos, quos tenebat crudeli carcere clausos.* Relatio inde primi ad septimum, & septimi ad primum, novissimum, primumque (T) denotat Mariæ diem, Conceptionis videlicet, & Gloriæ consummationem. Uterque enim dies celebris: at dies primus, iuxta Caldaicam lectionem dicitur, *Vocatio sancta*; & meritò, cum enim ordinem ad diem, quo Mariæ anima creatur, præferat, ultimo diei suæ vitæ dicit respectum propter gloriam, & est vocatio sancta propter gratiam. Omnia complectitur celebratissimus Jesuita (V) Adrianus Mangotius dicens: *Deiparam Virginem Mariam per totam Ecclesiam celebramus, non contenti illo die, quo confecta huius vitæ peregrinatione migravit ad Cælos, sed & eius initia, Conceptionem dico.* En ergo quomodò hic dies primus celeberrimus est, & æquè sanctior ac ille, in quo celebratur consummata gratia Mariæ. Veri etiam Israelitæ, (X) Mariæ cultores, cunctusque Christianus populus, Mariæ ob innumera per eam sibi collata beneficia devinctus, diem suæ animationis (qui primus est) ut diem sanctitatis, & gratiæ, sanctum vocant, colunt, venerantur. Anselmus ad hæc lepidè scribit: *Quemadmodum Dei filius est beatitudo iustorum, sic O tu Virgo es reconciliatio peccatorum. Non enim est reconciliatio, nisi quam tu casta concepisti.*

51 Aliud sacræ Paginæ promunt in Mariani Libani laudem, irrefragabile iudicium. Montem Oreb tibi objice, Ruboo inter flammæ roseis floribus circum amictus, cum lemmate: *NEC SPINÆ, NEC FLAMMA NOCENT.* Et quidem ita, nam Virgineus iste Rubus ardebat, nec comburebatur. Imo, fuisse Rosaceam Plantam, Rabbi Salomon testatur, quæ Mariæ typus est, cui Peccati sentes nocere numquam, (Y) cum in innocentia iecerit radices, & ante peccatum (teste Ambrosio) floribus immixta, terrenis sine spinis Rosa surgebat; ut Ma-

Lyr. in Gloss.
ibi. Hæc in
Concl. liter.

(S) Absalon.
Abbas. de B.
Virg. serm. 3.
& ordin. 16.
D. Anselm. de
B. Virg. ser. pro
die Conceptionis.

(T) Biblioth.
Virgin. tom. 1.
pag. mibi 427.
& tom. 2. pag.
465.

Mariæ pri-
mus dies gra-
tiæ, corres-
pondet diei
gloriæ.

(V) Adrianus
Mangotius,
Monita Ma-
rianæ, Monit.
4.

(X) Origen. in
Iudic. Hom. 5.
Arnob. in Psa.
144.
August. contr.
Mend. 10.
D. Ansel. Opus.
de B. Virgin.

(Y) Rabb. Sa-
lom. Ambr. in
Hexam. lib. 3.
c. 11.

Alanus Vares.
de Land. Ma-
rie, ser. 1.

(Z) D. Ide-
phon. in Coron.
Virg. c. 13.

Exod. c. 3. v. 2.
Bibl. Arab. in
Max.

(A) Phil. Hebr.
1. de vit. Moysis
Maria, Ru-
bus floridus,
& illumina-
tus, nō vltus.

(B) Adam.
Victor. in Pross.
de Assumpt.
Virg.
D. German.
Constantinop.
D. Basil. Seieus.
erat. 9.
Euseb. apud
Lippeman.

(C) Exod. c. 3.
v. 1. & 5.
Genes. c. 3. v.
17.
Bibl. Chald. in
Max. Lyr. in
Gloss. ibi.

(D) Arias Mör.
in Bibl. Max.
Lyr. in Gloss. ad
c. 3. Exod.

ria semper purissima indelebile. simula-
chrom. (Z) Modo ad Moysis visionem
divertamur: ait enim sacer Textus sic: *Ap-
paruit Dominus in flamma ignis de me-
dio Rubi: & videbat quod Rubus arderet,
& non combureretur.* Exod. c. 3. A lec-
tione Arabica vocatur (A) *spectaculum
mirabile.* Sed unde hoc? Quia flamma, in-
quit Philo Hebræus, scaturiebat in mo-
dum Fontis, & Rubus alebatur ab igne:
Qui etsi alijs sit furculis noxius, huic ta-
men valde erat proficiuus; nam *de medio*
(addit ille) *promicabat forma quedam pul-
cherrima, nulli visibili similis, divinum si-
mulachrum, luce fulgens clarissima; ut sus-
picari posset Dei esse imaginem.* Attende:
Spectaculi admiratio est, quod cum aliæ
rationales plantæ in radice Adami sitæ, ab
igne peccati devorante comederentur, so-
la hæc Mariæ typus icu flammæ non ici-
tur, quæ cum Deum repræsentet, qui ignis
est, non vrit, sed illuminat, non per-
dit, sed in modum fontis plantationem
Dei, in cuius corde quiescit, irrigat, vt
gratijs, virtutumque floribus impingue-
tur. Hunc igitur Cœlestem Rubum: *Nec
spina nec flamma nocent*, quia à Deo præ-
servatur, ab eius custodia præmunitur.
Accipe (& plures alios) præcipue Ada-
mum Victorinum (B) sic alloquentem:
*Nos spinetum, nos peccati spina sumus,
cruentati: Sed tu spinæ nescia, flos spinetti
gloria.*

52 Haut in hoc sistamus adhuc testi-
monio. Vbi, quæso, facta est huiusmodi
mirabilis apparitio? Cum Moyses venit
ad Montem Dei Horeb. Exod. cap. 3. In-
noxius in terra innoxia plantatur Rubus.
Locus enim (ait Deus Moysi) *in quo stas,
terra sancta est*, v. 5. Ex quo Primus hu-
mani generis Parens (C) peccati noxam
per totum disseminaverat orbem, totus or-
bis tali infectus tæbe, Dei incurerat ma-
ledictum: *Maledicta terra in opere tuo.*
Gen. cap. 3. sive (vt Chalæus habet) *Ma-
ledicta terra causa tui.* In quo (ait Lyr-
anus) notatur terræ sterilitas. At montis
Horeb, vbi Maria radices agit sancta est
causa Dei, non enim terra hæc inculta, sed
cultā à Deo, vberes gratiarum flosculos
eructat, quos irrigat fons ille perennis à
Patris mente ineffabiliter emanans: *Hæc
sanctitatis terra est*, inquit Montanus; (D)
quia sanctitatis totius radix ibi habitans,
eam sua præsentia omnigena impleverat
sanctitate: *Terra Sancta est propter divi-
nam apparitionem*, inquit Lyranus nos-
ter. Sed age, alia perscrutemur. Vbi Ru-
bus innoxius, Marianæ puritatis typus ap-
paret, terra sanctitatis totius est, & mon-

tis Dei Horeb, in quo Deum specialiter
habitasse (E) censent Hebræi, vt meus
omniscius docet Anglicus. Ad Mariam
res cito advolet. Alijs in rebus communi
providentiæ titulo se Deus communicat,
hominibus in assumpta carne vt Redemp-
tor eos à culpa solvens, & lapsum repa-
rans: at in terra sanctitatis in qua planta-
tur Maria specialius habitat, nempe non
vt Redemptor reparans, sed præservans,
non vt sanans, sed ne sanctitati noxa cul-
pæ admisceatur invigilans. Subtilior Ma-
gister, Marianus Doctor, (F) ac Theolo-
gorum omnium facile Princeps, hæc do-
cens audiatur: *Sicut alij indiguerunt Chri-
sto, vt per eius meritum remitteretur eis
peccatum iam contractum:* Ita illa (scilicet
Virgo Deipara) *Magis indiguit mediato-
re præveniente, peccatum ne esset ab ipsa
aliquando contrahendum, & ne ipsa con-
traheret.* Nil subtilius, aptius nihil dici
pro hac re potest.

53 Aliud aferamus ex sacris litteris
testimonium, illud præcipue afferendo
(G) Idiota sapientissimi hæc profertentis:
*Tua Virgo Maria gloriose anime nil um-
quam affuit turpitudinis aut peccati: & nil
defuit spiritualis pulchritudinis, gratiæ, &
virtutis.* Si à primo animationis puncto
plena gratia fuit, quid non nisi fere divi-
nam anima illa imaginem repræsentaret,
in qua Deus vt in puritatis speculo relu-
ceret? Imo Anselmus, meusque Parens
D. Bernardinus plenam, & superplenam
gratijs eam prædicant, (H) de cuius ple-
nitudinis redundantia resperfa reviviscit
omnis creatura. Hinc Testamenti arca in
Gloriæ Templo magnifice exaltata pro-
ponitur, cum dicto: *AMBIT VENE-
RATA DECOREM.* Mariam Arca
illa figurat, (I) vt Abbas Abfalon testa-
tur, quæ cœleste manna vtero purissimo
clausit, vt mortales famelicos reficeret, ex
quo puritatis Mater iure ab omnibus de-
clamatur. Addam ad hæc illud Apoc. cap.
11. *Apertum est Templum Dei in Cælo, &
visa est Arca Testamenti.* Hæc prima ap-
paritio est Arce Testamenti in lege gra-
tiæ: idest, *Virginis Mariæ.* Vt exponit
idem Bernardinus. (K) & certæ Mariæ ap-
paritio prima fuit, dum creata à Deo eius
purissima anima, donis cœlestibus vber-
rime fuit præventa, & ne noxam incurre-
ret, præservata. Sed sanè miror primam
arce apparitionem non in spacioſo quo-
libet cœli loco, sed in Templo dumtaxat
factam esse, cum vbique loci magnam
cœlestium incolarum adseisceret com-
mendationem. Sed hoc mysterium obte-
gere sanè magnum, clarius nihil: nam

(E) Anglie. lib.
14. c. 36.

Berchor. lib. 11.
c. 20. n. 1.

Iosep. de Bell.
Iud.

Maria, terra
omnino sanc-
ta, & in sanc-
titatis terra
plantata.

(F) Subt. Doct.
1. 3. d. 3. q. 1. n.
14.

(G) Idiota
apud Bibl. PP.
1. 5. l. de Virg.
Maria, c. 2.

(H) D. Ans.
1. orat.

D. Bern. Sen.
ser. 61.

Ter. 4. post Pas-
ch. art. 1. c. 8.

(I) Absal. Abb.
ser. 43. de Virg.
Maria.

Apoc. c. 11. v.
19.

(K) D. Bern. in
Apoc. ibi.

templum apertum est ad devotionis augmentum: Inquit interpretum Antesignanus

(L) *Lyra in Gloss. ad c. 11. d. Bern. 1. Sen. ibid. laem ibi.*

(L) *Lyra noster. Vel apertum est, iuxta D. Bernardinum, quia veritate detecta, recessit umbra, sicut evanescunt tenebrae, aurora accedente.* Apparet ergo primo Aurora illa, quæ simul est, & Arca, & statim aperitur templum Ecclesiæ ut omnes huiusmodi primæ Mariæ purissimæ apparitioni, exhibeant cultum, quia *Manifestum est iam mysterium latens prius in Scriptura Sacratio: ducente, & docente Veridico Theologorum Principe, subtilissimo Magistro, ob id ab intemerata Virgine, & Filio eius innumeris favoribus, & apparitionibus ditato:* (M) *Sic ambit venerata decorem, sic cœlestem allicit curiam ad eius primum creationis celebrandum instans purissimum. Sit mihi pro teste ex Dominicanis vnus, inter eos & natus, & notus, (N) D. Vincentius Ferrerius iam adductus, hæc scribens: Non credatis, quod fuerit sicut de nobis, qui in peccatis concipimur, & nascimur. Imo sit festum de eius Conceptione, & statim Angeli in Cœlo fecerunt festum Conceptionis.* En ex Dominicano validum Conceptionis purissimæ testimonium, quod ex ipsis nullus puto deinceps audebit impingere. Visa est ergo arca primò in Cœlo, quia primò Cœlestem, quàm corpoream induit imaginem: primò divina, quàm humana specie apparuit Maria, quam lethale nulum obsedit in animatione inquinamentum.

(M) *Arma- mētar. Seraph. Hoyer. Augustinian. Samaniego in vit. Doct. Subt. late.*

(N) *D. Vincet. Ferrarius, ser. 2. de Nativ. Virg. Maria, primo apparuit Cœlestis, quam conciperetur ut humana creatura.*

54 At, ex lectione nostra dubium non vulgare oritur: *Quia apertum est* (inquit sacer textus) *Templum Dei in Cœlo, & visa est arca testamenti.* Apoc. 11. Sane habetur ex c. 21. (O) quod Ioannes Aquilino præditus obtutu, nullum in ea supercœlesti civitate, erectum viderit Templum, nam dicit: *Et templum non vidi in ea*, modo igitur quomodo Arca purissima, in qua Deus ipse recondendus est, in Templo visitur, colitur, veneratur? Quia etsi Templo illa civitas in qua primo arca apparet, carere videatur: *Tamen Dominus Deus Omnipotens Templum illius est:* v. 22. Ideoque Mariana Arca, in prima sua apparitione, velut intine Deo coniuncta, qui Templum eius est, videtur: ita ut Deo ipsa fruatur iam in Conceptionis instanti primo, in quo dum aliæ puræ creaturæ commiscetur peccato, sola Maria visa est beatificare vnita Deus; vnde dicit: *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Prov. c. 8. ad hæc Alanus Varenfis canit. *Pari-forme, aut consimili consetur gloria, quantum quidem fieri potest, (P) cum Filio.*

(P) *Alanus.*

Ideo sic videtur cum primo apparet, ut eius incompræhensio Gloriæ abyssu compræhensa, colatur etiam ab Angelis concepta in gratia, & in Gloria.

Varenf. 5. de Laud. Mariæ.

CAP. XII.

GALAAD ACERVAT SCRIPTURÆ testimonia, Mariam semper purissimam consuetudine.

55 **A** Cervum Testimonij interpretari Galaad, ex Mario de Calasio, (Q) alijsque deduximus. Modò ergo, etsi iam intexerimus plura Bibliorum loca, gratissima pijs, licet nasum aliquibus extorquere videantur; opere pretium duxi singula quæque testimonia immunitatem Virginis à peccato in lege gratiæ, (non omisis testibus legis naturæ, & scriptæ) ad arenam adducere, ut inde qui nos propter hoc persequuntur, impleantur ignominia. Adducam primo Christum Dominum Mariæ primam gratiam fusius extollentem: & tibi obijce eum ex cruce pendentem, Christiparam commendantem Ioanni cum dicto: **SIC SOCIATA MANET.** Et quidem toto orbe tunc peccati gravidine nutante, à quo erectus est gratia Redemptoris, sola Maria stabat iuxta crucem, quia sublevativum à noxa nullatenus agnovit Redemptorem, sed dumtaxat ex gratia præservativum. Ideo non erecta est, cum non ceciderit, lapsumque protinus ignoraverit. Vide Filium eius hæc testantem, dum Matrem Joanni commendat, Joannem Matri. *Mulier ecce Filius tuus.* Joan. c. 19. In curam Joannis, non Petri Maria committitur. Quare? (R) Exprimere voluit Christus, quod ex quo carnem ab ea susceperat, illi fuerit factus in obsequium; moriente vero Joannes signatur loco sui. Perpende; in duorum curam, & diligentiam Maria fuit: ante Passionem in Filij diligentiam, post in Joannis curam: Quia divinum verbum, plenum erat gratia, Joann. c. 1. ideoque Maria, & prædestinata, & concepta, & nata, semper fuit sub Dei gratiæ tutela. Moriente autem Christo, ne peccato obnoxia videretur, Joanni qui gratia interpretatur, (S) committitur; ut sic semper immorari in gratia videatur. Audiatur Ambrosius sic lepide loquens: *Acceptam discipulus in suam: neque enim mater Domini migraret, nisi ad possessionem gratiæ.* Surgant qui dormiunt in possessione mortis culpe: Maria nō surgit, sed stans, à tutela gratiæ in gratiæ migrat tutelam

(Q) *Marius de Calasio, t. 4. Conc. Hebraic. Christus, Mariam purissimam in passiva Conceptione testatur.*

(R) *Joan. c. 19 v. 26. Ioan. la Haye in Concor. litter. Lyr. in Gloss. ad c. 19. D. Ioan.*

(S) *D. Ambrosius in exort. ad Virg. D. Bern. Sen. 1. 1. ser. 61. art. 2. c. 10.*

Maria, à gratia destituta est numquā: semper cum ea incessit, Deo semper grata.

vbi semper *Sic fotiata manet*. Sic etiam meus Parens D. Bernardinus: *Excepto Christo tanta gratia à Domino Virgini data est, quantam uni purae creaturae dari possibile esset*. En maioris exceptionis Christum testem puritatis.

(T) *Psal. 17. vers. 17. Lyr. in Gloss. ibi. Matth. cap. 13. vers. 45.*

56 Adde his; obviam tibi è Caelo pendentem manum, & vnionem inter plures vnicam, eligentem: Cui adscribe epigraphen *Psal. 17. MISSIT DE SVMMO, ET ACCEPIT ME*. Quod ad divinam gratiam, (T) & virtutem refertur, vt noster Lyranus testatur. Hisce annectamur, & illud Christi dictum *Matth. cap. 13. Simile est Regnum Caelorum homini querenti bonas Margaritas*. Si Caelum est querere, quid rogo erit invenire? Accipe non iniucundam ex literali sensu doctrinam. Bonae a summo omnium bono Margaritae desiderantur, sed vna solummodo est electa, non bona, sed pretiosa, quia alias praebat in pretio, in valore, in aestimatione. Haec inter omnes Adae Maria est, inquit Adamus Brouverus sic ei ave dicens: *Ave pretiosissima Margarita, & humane naturae gemma singularis*. (V) Plures religendae, & quidem pulchrae, supremo gemmae obijciebantur mercatori, querenti bonas Margaritas: at non sistit in bonarum inventionem, quia vel ex genere, vel ex conceptu eis nitidior gratia sperabatur: sed inventa vna pretiosa emit eam praeservativa Redemptione: *Haec autem unio, quia unica*, (X) ait Pictaviensis, *est per omnia Beata Virgo, vere candida per puritatem, & ideo dicitur Virgo singularis*. Nil extra Deum Maria nitidius, nil suis oculis gratius: Ideo amoris specialissimo fido emit eam, sibi que vt incomparabilis pretij, ac valoris gemmam, ceteris à conceptu pulchriorem sui cordis recondidit in Thesauro. *Tantum enim signum dignitatis*, (inquit Ambrosius Tarvisinus) *ostendit Deus in Virgine, vt salva reverentia Dei, nec maius, nec excellentius quam fecerit in ea, facere potest, aut numquam fecit*. (Y) Ad hoc, Maria dicere potest, *Deus misit de summo, & accepit me*: Id est, de Caelo manum misit, vt cum in utero Annae conciperer gemma, vt in Concha margaritifera, nulla aliena manus caelestem meam denigraret puritatem, sed à manus divinae contactu splendidissimum mutuarem candorem.

(Y) *Ambros. Tarvisi. Serm. de Virg. Conclus. 2.*

(Z) *Eccl. cap. 24. vers. 5.*

57 Etiam ipsa de seipsa loquatur, suam primam attestans puritatem: *Ex ore altissimi prodixi primogenita ante omnem creaturam*. *Eccl. c. 24. id est, ex ore Dei Patris*: inquit Lyranus. (Z) *Dignior omni creatura*: exponit Alensis, textum explanans

de Virgine Immaculata. Sed libeat sciscitari, cur prima Mariae editio ex ore Altissimi procedit, etsi in digniorem eligatur creaturam? si dilectionis signa erga Mariam tentat monstrare, cur non dicitur procedere à corde? sane, altissimum est Sacramentum; etenim quod ab ore procedit, à ratione prius meditatur: & cum divinus nequeat fallere, nec falli intellectus, quidquid ab ipso procedit purissimum est, omnigena labe caret, & Deo veluti puritate commisceetur. Ideo sicut Dei excellentiae, ac perfectiones sunt infinitae, & omni capta superiores; (vt docet Bernardus) sic caelestes gratiae, sanctaeque virtutes, quae in Deiparam convenerunt, (A) acumen cuiuscunque intellectus, praeter Christi, & Deiparae ipsas, transcendunt. Ipse Altissimus hanc confirmet rationem. Dum Christus etenim niveo splendore perlustratus, se in monte Thabor transfigureret, vox Patris usque ad discipulorum aures se ingressit, sicque audita est: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. *Matth. cap. 17. Testificatio est divina de Filio, in quo divinum beneplacitum completur*: ait Lyranus. (B) Sed cur hanc testificationem non exprimit cum Filius è Cruce pendens, omnes à morte in Golgotha liberavit, & suo sacro cruore redemit. Sane poterat, at non ita decebat. Adamus etenim originalis delicti Pater hoc in monte (C) sepultus est, ideoque dilectio non exprimitur in monte vbi culpa radicatur: at Thabor supernae fit dilectionis Theatrum, quia electionem designat & puritatem: & vbi puritas montis eligitur, ibi dilectio Dei fufius declaratur. Plaudit hoc Paduensis Thaumaturgus Antonius noster sic: *Duxit illos in montem excelsissimae montis* (D) *fuit Beata Virgo, superius luminosa, puritate*. Inferantur alia. *Stabat iuxta Crucem Iesu mater eius*. *Joan. cap. 19*. Quando stabat cum Adamus, omnesque nati eius dormientes in tenebris, & umbra mortis, sub Cruce vt à culpa elevarentur, succumbebant. Tunc Maria stabat, vt innotesceret non oportere ipsam erigi, sed solum in Christo gloriosius radicari. Stabat ergo, cum Filius nos à peccato originali redempturus (E) in Cruce penderet; quia Christus hanc divinam operationem suam inchoabat à matre, per quam salus omnibus parabatur: Inquit D. Ambrosius. Non ergo cecidit, à qua redemptio inchoavit.

58 Procedamus ultra aliud adducen-tes de puritate Deiparae testimonium, quod ex Sap. cap. 7. desumitur. Vocatur enim ibi Maria: *Speculum sine macula Dei maiest-*

Lyr. & Alens. in Gloss. ibi.

(A) *D. Bern. apud Alexium à Salo, in Arte pie colendi Mariam, Stella 6.*

(B) *Matth. cap. 17. vers. 5. Lyr. in sua Gloss. ibidem. Maria, Purissima electa est à Deo.*
(C) *Tirinus ad cap. 5. Isai. v. 1. & est sent. communis SS. PP.*

(D) *D. Ant. Pad. in Concord. Fragm. Dom. 2. Quad. serm. 1. Maria corredeptrix cul- pae originalis.*

(E) *D. Ambros. in Milleloquio, lib. de bono virginit. p. 4.*

tatis. Filius divinus matrem respicit, & suo lumine clarissimam facit, ideo uterque speculum sine macula: Inquit Alanus Varenensis. Vnde speculum pingit nitidissimum, in quo Maria, & Christus vna simul vi-

(F) Sap. c. 7. v. 26. Alanus Varenf. ser. 1. de laud. Virg. D. Petr. Dam. Bibl. Arab. sept. & Haye in Bibl. Max.

suntur, cum lemme; AB VTROQUE PROCEdit. siquidem (F) indivisa actio est in vtraque imagine, nec moto speculo discriminantur. Modo in Maria Christum, & in Christo Mariam ita amoris nodus intexuit, ut vnus per alterum censendus sit: inquit Damianus. Nunc speculationem ad literam reflectamus, maxime ad lectiones Arabicam, ac 70. sic habentes: *Speculum operationis Dei, in quo nulle sunt sordes*. Quomodo sordidum valeret hoc speculum apparere, in quo divina operatio immaculatum depinxit verbum, in carne passibili homines redempturum? nefas esset & cogitare. Sed quam hanc Dei operatio, quæ in Mariano relucet speculo?

Operatio salutis (G) mors est Christi, per quam liberati sumus, quam operatus est in medio terræ: inquit Incognitus. Huius ergo operationis modus in nitidissimo speculo Mariano refulget; nam Mater, & Filius (ait Arnoldus Carnotensis) muniunt redemptionis humana negotium, & condunt in se reconciliationis nostræ inviolabile testamentum. Maria, Christo se spiritu immolat, & pro mundi salute obsecrat. (H) Si nostræ cooperatur salutis, quæ salus omnium est, & fons salutis, ad quid ipsam redimi sublevative oportebat? Christus à peccato liber extitit à natura, per gratiam Maria, (I) inquit Subtilis Doctor: Cumque manifestum sit (addit Arnoldus) individuum esse matris, & filij gloriam, in speculo vtriusque Gloria activæ Redemptionis mire refulget, & illa ab utroque procedit. O faustissimum ad vitam ingressum, omnium perfectionum numeris absolutum, ut iam ex tunc ad corredemptricis gloriam adfisceretur Maria, Redemptrix (K) à Cassiano vocata. Iterum ipsa de seipsa loquatur. Dominus possedit me in initio viarum suarum. Prov. c. 8. Binam tibi planitiem statue, alteram Rosis, lilij, ac immensis floribus; veluti deliciarum Dei Paradisum, depictam: Alteram sentibus, ac spinis onustam; in illa Deus, ut Dominus ambulat; hanc habet exosam, & appone epigramm. ECCE COLO NITIDIS GEMMANTEM FLORIBVS HORTVM. Virgineum novale Dominus ab initio possedit, quia sibi in ipso complacuit. Initium hoc denotat operum suorum initium: inquit Princeps interpretum. (L) Antequam Deus aliquid moliretur opus, Mariam pos-

(H) Arnold. Carnotens. de laud. Mariæ, Tract. 1.

(I) Subtilis Doct. in 3. d. 3. q. 1. art. 3. n. 17 Arnold. Carnotens. loc. cit.

(K) Cassian. apud Alexium à Salo, in Arte pie amandi Mariam, Privileg. 4. Prov. c. 8. v. 22 Nicolaus Nomesseus in Paraph. Bicipiti. verb. Flos.

(L) Nicol. Lyran. ad cap.

fedit, idest, apud se habuit, teste Menochio: quia eam ita gratuitis nitidam creaverat donis, ut tamquam sibi charissimam, à sua frutione non est passus ipse divelli. Sed cur cum creatur, (ut habet Caldaica lectio) à Deo Maria possidetur? Optimo iure: nam iuxta Jurisperitos, (M) inter varias possessionum species, omnium præstantissima est, quæ continua vocatur, etiam momentaneam alieni Heri possessionem excludens: Hac possessione, (ex quo creatur) Maria à Deo possidetur, Deo fruitur, & Deus in eius possessione delitiatur, tamquam in terra benedicta, quæ florem, fructumque benedictionis produxit; factis ab ea procul peccatorum vepribus, culpæ spinis, sentibus maledictionis: vnde iure Deus eam possidens dicit: *Ecce colo nitidis gemmantem floribus Hortum*. Accinat & hoc Noster Daniel Agricola dicens: *Maria, Hortus domini dicitur, quia confitus est manu sapientie omni arborum genere*, (N) idest omnimoda virtute.

Prov. 8. v. 22. Menoch. Bibl. Caldaic. apud Max.

(M) Iurisperit. ult. l. servitus, ff. de servit.

(N) Daniel Agricola in Coron. Virg. 5. stela 1. Cant. c. 4. v. 15.

(O) Bibl. Max. Gisleirius, alijsq;

59 Sit Sponsus, filiusque Mariæ adhuc eius puritatis pro teste, dum eam in Sacris epithalamijs & vocat, & laudat amoris epinicia fundens. Ipsa ab ipso appellatur: *Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano*. Cant. cap. 4. Vbi (O) alios legere perspicuum est: *Puteus aquarum vitæ*. Hinc vel puteum, vel fontem tibi obijce, in quo serpens, (cuius specie in orbem se disseminavit peccatum originale) candidus tamen apparet, cum inscriptione; HÆC PEPVLIT V N D A VENENV M. Sane sic accidit; serpens etenim squamarum nifibus ac tortuosis anfractibus reptans, venenum quod eijcit, (P) iterato resumit. At mirum est valde in serpentis natura, quod qui glareis, & cespitibus terræ se immiscet, quidquid aut comedit, aut lingit, in venena convertit; vnde terreus serpens omnino nocivus est. Serpens vero colens aquas, ab aquarum limpidine depuratur, ita ut nec noceat, nec venena nutriet nociva. Fontem gratiæ, ac Puteum viventis aquæ, (Q) Mariam vocant S. Ephrem, & Chrysostomus: utpote in qua non solum limpitudo, & puritas omnimoda reperitur, sed serpens inductivus peccati originalis à veneno depuratur, quia in Maria remedium contra talem tabem vulnificam reperitur: ideoque ipse serpens devictus clamat: *Hæc pepulit vnda venenum*. Audire sit Nostrum Consumatum Doctorem Antonium Januensem, sic fantem: *In Maria est* (R) *universorum remedium, & omnium profectus*. Hucusque testimonia Matris, ac Filij de matris omnigena puritate.

(P) Anglic. lib. 18. cap. 93. Berchor. lib. 10 cap. 89.

(Q) S. Ephrem Syr. orat. de Deipara. D. Chrysost. apud Cernel. à Lap. in cap. 4. Cant. v. 15.

(R) Anton. Januensis. de Mystica Arca Testamenti. art. 12.

Pro-

60 Procedamus ad alia. In Prima primi diei creatura fere omnes PP. Mariam figurari concludunt: (S) & aptius eius, non solum dicere audeo creationem in gratia, sed & in fruitione gloriæ, qua intime in illa vnita est cum divina essentia. *Fiat lux.* Inquit facer Textus Gen. cap. 1. *Distinctionis opus hic incipit*, & à luce grata Deo, pulcherrima visu incipit; ait noster Lyranus. Lux, causa communis est, vt corpora cœlestia, cum inferioribus communicentur, & à qua alia Cœli luminaria illustrantur. Distinctio ergo operum creationis, à luce sumit initium, quia hæc nec terreis est fordibus inquinata, nec in splendore diminuta, nec in aliquo imperfecta. Sic Marianæ lucis creatio, ab aliorum creatione discernitur, quia purissima, sine labe, sine delicti forde processit: imò cum Maria creatur vt lux, Peccati tenebras luit, eliminat. (T) Adam ex Magistro Hiftor. Schol. quod lux illa Mariæ symbolum, in sui creatione, (cum Cœli portio esset) (V) non se plene incomposito solo comunicabat, sed solummodo per superiores Cœli partes diffusa splendebat: vt hinc pateat Mariam iam à sui esse instanti primo Cœli potitam gaudijs, illic recreari, ac Deo frui. Vnde luci adaptare sit epigraphen; COELO DAT ISTA NITO-

(S) Chrysipp. Præbitt. serm. de laud. virg. Bernard. serm. 7. Richard. de S. Laur. lib. 7. Absalon Abbas serm. 28. D. Bonav. in spec. B. Amadeus Hom. 8. & alij. Gen. cap. 1. v. 3. Lyr. ibi.

(T) Mag. Hift. Schol. c. 3. ad 1. Gen.

(V) Estius ex Div. Dion. de diu. Nom. p. 1.

(X) Ambr. Cather. de consummata Gloria Christi, & Mariæ. D. Anselmus l. de Excell. Virg. cap. 8.

(Y) Dionis. Carth. l. 1. de dignitat. Virg. art. 8. apud Lorin. in Psal. 45.

(Z) D. Isid. lib. orig. D. Hier. in serm.

REM. Quod & potius congruere Mariæ Anselmus testatur sic: (X) *Omnia, que in Cœlo sunt, per glorificationem tuam inestimabiliter decorantur.* Hæc autem Mariæ Gloria consummata fuit, quia concepta sine peccato originali, & ab eo immunis: inquit Ambrosius Catherinus Dominicanus. Hinc etiam his consonat illud Psalmi 45. cui inscriptio præfigitur, *Ad Victoriam*, vbi habentur hæc: *Fluminis impetus lætificat Civitatem Dei, Deus in medio eius non commovebitur; adiuvabit eam Deus mane diluculo.* Quæ omnia mystice de Maria intelliguntur, (Y) vt profert Carthusianus apud Lorinum dicens: *Impetus fluminis gratia lætificat Civitatem Dei, quæ est Maria, ita vt ab ea fugaret originale peccatum.* Sed singula perscrutemur. Hæc Mariana civitas, cum à fundamentis à Deo erigitur, iam eius fluminis impetus lætificatur. Statue ergo amœnissimo sitam solo civitatem, alveo eius pomaria placido irrigante decursu, cum lemmate: VITAT ET EXORNAT. Maria, quæ civitas Dei est, gratiarum fluvio vberius pura qualibet alia creatura irrigatur; vnde à continue fluendo fluvius dicitur, (Z) *Quia ceteris per partes datur, Maria autem tota se infudit plenitudo gratiæ.* Inquit Hieronymus. Fluminis etiam est ex ama-

ro mare oriri, sed dulcedinem retinere: vnde nil amarum, nec immundum in Civitate Dei reperire est, etsi eius irrigatio stirpis amaritudinem supponat. In Thurijs, teste Theopastro, (A) Fluvius Crathinus nascitur, cuius aqua quidquid tetigerit niveum, candidumque refert, ac miro modo oculis delectabile. Maria civitas est Dei, quia possedit eam Deus, & continue possidet; à quo (B) *super cœlestis luminis illustratione perfunditur, & obumbratione letatur, vt ubique claritas, ubique splendor, ubique candor designatur.* Ait noster Amadeus Lausanensis. Sic igitur fluminis impetus lætificat Civitatem Dei, gratijs ditat, & exornat. Accipe lepidum. Adami Brouveri dictum; *Maria, gratia plena est, quia nullius peccati macula, nec originalis, infecta fuit: Imò habuit virtutes omnes, donaque Spiritus Sancti in altissimo gradu.*

61 Nec prætereundum est, quod sequitur, id nempe: *Deus in medio eius non commovebitur: adiuvabit eam Deus mane diluculo.* O Felicissimam proculdubio civitatem! Deus non in vno, aut altero civitatis angulo residet, sed in medio, vnde præcaventur melius omnia: & vt sola gratia ad eam haberet accessum, non peccatum, in medio ponitur, vt à civitate munita ipse Rex sedens in folio gloriæ possideatur. Sic vertens literam (C) habet Hieronymus: *Auxiliabitur ei Deus.* Inferantur hic etiam Alani Varenis huiusmodi verba: *Maria est civitas Dei, quam præcipue illustraverat Sol iustitiæ.* Dum fundaretur, iam luce perfundebatur, cuius lucerna est agnus, quo purius, & intimius alijs fruitur. Accipe aliorum ad hæc literæ versionem: *In prospectu Auroræ, Deus ab intimo eius non amovebitur.* Sive *In primordijs matutini non amovebitur.* (D) Irradiante Aurora gratiæ Maria, in intimo eius Sol prospicitur ab ea nasciturus, nec divelli ab ea feret, quæ mater luminis est, ideoque in medio eius non commovebitur, vt non solum in lumine gratiæ fateamur conceptam, sed in amplexu, & fruitione sui æterni solis fuisse creatam. Hæc præcæcinit noster Daniel Agricola habens: *Maria Aurora comparatur, quæ Alba ab albedine dicitur, hoc est à splendore, quia tota fulgida interius, & exterius.* Vnde hic dici potest illud Isaïæ cap. 19. *Civitas solis vocabitur una:* Quia nempe, (exponit Estius) *Deus tanquam in medio civitatis suæ existens custodit, fovet, protegit, conservat eam.* Inferamus alia. Civitas, *civium unitas est*; quod in Mariana civitate aptius quam in alijs est

(A) Theophr. apud Pictav. in Red. lib. 8. c. 3. n. 27.

(B) Amadeus Lausanens. lib. de Laud. Chrysiparæ, Hom. 2. Adam. Brouv. in salut. Anglic. q. 13. Maria, civitas Dei gratijs munita.

(C) D. Hier. in Bibl. Max.

(D) Felix, & alij in Bibl. Max. ad Psal. 45. v. 5. & 6. Div. Isid. apud Daniel. Agric. in Corona Virg. 9. stella 12.

(E) Isaï. c. 19. v. 18. Estius in Bibl. Max.

GALAAD, AC ERVAT APOSTOLORUM plures, Primæ Marianæ Puritatis testes.

(F) Greg. Neocæsar. orat. 3. de Annuntiat. Num. cap. 39. Isai. cap. 26. Ezech. c. 48. v. 35.

(G) 70. Bibl. Cald. Tyrinus ibi. Apuleius 1. Florid. Novarin. Scediafmat lib. 4. c. 1. n. 1. idem, fac. elebor. 3. c. 18.

(H) Ioan. cap. 1. & 6. v. 37. Alij apud la Haye in Bibl. Max.

(I) Alanus Varenf. loc. Alex. Alensis, super Missus est, & Magnificat.

(K) Estius in Bibl. Max. ad c. Ezech. 48. v. 35. Lyra ibid.

spectandum. Quapropter tota Trinitas elegit, & sanctificavit locum istum, vt Pater potentia, sapientia Filius, gratia Spiritus S. vnanimiter habitarent. Hæc siquidem est civitas refugij, (F) & vrbis fortitudinis, de qua Gregorius Neocæsariensis scripsit: *Civitas est animata, de qua dicebat Propheta: Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei.* Mentem modo ad Ezechielis textum invertamus, ex cap. 48. vbi hæc habentur: *Nomen civitatis ex illa die, dominus ibidem.* Sive (vt habent 70.) *ex qua die facta fuerit.* Vel *à die qua habitare fecerit dominus maiestatem suam ibi:* Sicut ex Caldeo legitur. Hæc civitas Ierofolyma est, (G) vt habet Tyrinus: & observare est Hierusalem antonomastice *Civitatem Sanctam* vocari; tamque inditum eius esse suis colonis amorem, vt ne eius paterentur aliquandiu oblivisci, nomen in annulis signatorijs gestarent, teste Novarino. Aeterni Patris signaculum Spiritus divinus est, cuius gratia signantur qui à Deo eliguntur; signanter verbum, *plenum gratie, & veritatis:* de quo ait Ioan. cap. 6. *Hunc Pater signavit Deus:* idest, (H) *sigillavit,* vt alij legunt. Quapropter civitatem trino perfusam lucis radio depingere sit, cum inscriptione: **HIS TRIBUS MUNITA MANET.** Ab immenso enim illo lucis æternæ pelago, tres in Mariam radij diffunduntur, quibus præventa nullam sensit peccati caliginem, ex quo, miro modo in eius anima à creationis instanti primo, inhabitantem adoraverat Trinitatem. Vnde civitas Hæc (I) *vere tota pulchra, in cuius laudes exurgit illa superbenedicta Trinitas.* Ait Alanus Varenf. Concinat simul irrefragabilis Doctor noster Alensis sic: *Maria, tu totius Trinitatis Triclinium: Quippe Pater tecum, qui te sibi associavit, & prælegit; Filius, qui te desponsavit; & Spiritus S. qui te consecravit.* Iure inde optimo Maria, quæ Civitas est Dei, ex Deo Magis agnoscitur, quia nomen eius Dominus ibidem: nam propiissime, atque adeo soli Deo perpetuo competit. Ait Estius. Quod est intelligere, non solum ab erectione huius Marianæ civitatis dominum per essentiam, præsentiam, & potentiam ibi esse; sed etiam per specialem (K) suorum beneficiorum influentiam: vt recte explicat Lyranus. Sicque Maria tribus divinis suppositis eam inhabitantibus munita manet, nullum pavens adversa tabis occursum.



62 **N**on me latet eruditissimum pater, ac mihi venerandum Illustrissimæ Societatis Iesu Patrem, ac Theologum Ferdinandum Quirinum Salazarium, nil de hoc omisisse; imò vbertim vt eius satisfaceret & zelo, & studio, tanta & valde erudita, & scitu digna congestis, vt nobis solummodo (etsi pingues) maneat studium spicas colligendi. Primo itaque veritatem Piæ sententiæ tradit ab Apostolis esse Hyerofolymis definitam, (L) sancitam, ac decretam: quod manifestum esse asserit ex libris Thesiphontis nuper in monte Sancto Granatensi inventis, in quibus singulare quoddam afferunt de immunitate Deiparæ à peccato originali decretum his verbis: *Illam virginem, illam Mariam, illam Sanctam, præservata fuit à peccato originali in primo instanti suæ Conceptionis.* Si Apostoli à Spiritu S. & edocti, & Sapientia Cœlesti imbuti, sanctam, & à peccato præservatam testantur Mariam; quomodo impudenter Caetanus, (M) à Dominicano Ambrosio Catherino acriter, ac iuste obiurgatus, audeat vocare Concilium Basiliense (eo quod Virginis immunitatem à culpa originali stabilierit) Synagogam Sathanæ? Vnde miror valde altitudinem cordis viri huius, cuius contra Immaculatam Conceptionem libellus, non sine piarum aurium offensione, & scandalo legi, aut teneri potest, ob convicia in Ecclesiam, in Concilia, in Vniversitates, à maledico latas. Nil vsque modo fere meum est; ore enim Catherini Dominicanus loquor, qui & alia congerit, quæ pro beneficio pacis omitto. Redeamus ad scopum nostrum, ne ex depravati censura calamus inficietur. Sancta ab Apostolica Synodo Maria vocatur; & merito; nam ita superabundavit in ipsa, (N) vt per eius sanctitatem peccata purgentur, Anselmo teste; cui consonat meus Parens, ac Paduensis Thaumaturgus hæc proferens: *Maria, quia vallis, ideo fuit plena, & de eius plenitudine omnes nos accepimus.* Modo excissum in montis vertice perpulchrum tibi statue antrum, floridum, comptumque, ac nulla inquinatum fœce, cuius ad limen Vnicornis veluti ingressurus conspicitur, ibique Gnomon: **FOEDUM NON INCOLIT ANTRUM.** Modo attendantur verba illa Psalmi, vbi Deus allegorice Rhinoceronti com-

Concilium Apostolicum Hyerofolymitanum definit Virginem à peccato esse immunem.

(L) Thesiphont. adductus à Ferdinando Quirino, de Concept. c. 42. seculo 1.

(M) Lege de his Ambrosium Catherinum Dominicanum, alia late differentem, Opuscul. de Immaculata Concept. Tom. 2. Bibl. virg.

(N) Div. Anselm. Opuscul. de Virg. Deip. D. Anton. Pad. serm. Dom. 4. Advent.

comparatur: ait enim David Psal. 77. *edificavit sicut Vnicornium, sanctificium suum in terra.* Dei sanctificium Mariam esse, Seraficus Doctor D. Parens Bonaventura testatur: (O) nam sanctificium istud, Templum est, cuius ingressum omni alienigenæ prohibuit Deus: & Templum Maria est in sua creatione; *quia tunc facta est Templum Dei, quando fuit plena gratia:* addit Servus Mariæ Ambrosius Tarvisinus. Sed cur Deus domum sanctitatis suæ colit ut Vnicornis? Auscultari est huiusce naturam animalis, quod ita foeditatis est inimicum, ut si spæum, aut caveam in qua degit aliqua viderit spurcicia contaminatum tunc ab ea procul fiat, nec ingrediatur: Vnde nullum animal venenosum, suum patitur habitare spæum; quod mundissimum querit, incolit, frequentat. (P) Beda venerabilis, Lyra, alijque id asserunt. Nunc Cyprianum audiamus Virgini sic alloquentem: *O Virgo iusta, & omni iustitia plenissima, cuius conceptio, & divina incrementa singularia sunt; domus in qua divinitas, & domini humanitas concluderentur. Domus domini, non sine magnifico, & ingenti mysterio consurgens.* En igitur quo iure ab Apostolorum Concilio Maria Sancta, & immaculata vocatur, nā cum divinus ille Rhinoceros, Christus nempe, in ea posuerit habitaculum suum, eam prælegit mundissimam, purissimam, & ab omnis debito fordis alienam: vnde de Verbo matrem immaculatam prælegente dicitur: *Fœdum non incolit antrum.* Subscribat hic noster Daniel Agricola sic Maria omnibus *Thesauris gratiæ decoratur, omnibus sacris charismatibus nobilitatur.* (Q) Concludit Alanus Varenensis per hæc: *Detrahuntur à Ierusalem ornamenta innumerabilia, quibus unice Mariam, & cœlestem Hierusalem insigniant.* Num mundior cœlesti desideras domum Rhinoceronti? Ipsum de Maria sic fantem audi: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Cant. 4. seu (ut alij contendunt) *omne tuum pulchrum.*

63 Nec in his sistunt adhuc animus, & devotio. Quare divinus ille vnicornis habitaculum purissimum selecturus, non sanctuarium ponit, sed sanctificium? *Sicut Vnicornium sanctificium suum in Terra.* Psal. 77. Ideo Sanctificium dicitur Dei Templum, quia non solum in se Sanctum erat, (R) eo quia *divino nomini* (ait Lyra) *dedicatur:* Sed (addit Carthusianus) *quia in eo homines sanctificabantur.* Et certe, etenim sanctificium activam etiam continet sanctificationem, idem enim est ac *sanctum facere.* Dicitur

ergo Maria cum creatur ad habitandum Deus in ea, *Sanctificium*, non sanctuarium: Quia non tantum spectanda est in se continere omnem sanctitatis plenitudinem, quantum puræ creaturæ possibile est continere, imo ex cœlesti illa affluentia Maria sanctificium est, potens peccatores sanctos facere. Lepidius pluribus id habet noster Daniel Agricola: *Id Virginitis duplex notatur munditia carnis, (ait) & Spiritus, quo insinuatur quod quantumcumque quolibet morbo peccati maculatus fuerit, in Beata Virgine potest lavacrum invenire, & feces peccatorum abluere.* Est Maria iam à creatione, *Fons Hortorum*, Cant. 4. cuius aquæ à Libano derivantur, idest (S) à gratiarum candore, *qui purior est inter colores reliquos.* Fons autem non solum in se purus est, sed purificativus ffordium; qualis Maria à nobis celebratur, cuius aquarum gratiæ rivulis irrigatur homo, qui tanquam flos agri sic efflorescit. Job. 13. & Psalm. 102. Ita hæc meditabatur Alanus Varenensis dicens: *Maria fons hortorum est, quo universi rigantur flores Ecclesiæ, & per universum dispersæ congregationes.* In Epyro limpidissimus fons emanat, cuius extinctæ facies lymphis immersæ purissimis statim accenduntur: *Ipsa autem est generale Baptisma peccatorum* (T) *quantum ad veniam, iustorum quantum ad gratiam, & evolantium quantum ad Gloriam.* Igitur haud Spiritui Sancto, vel Apostolis ab eo edoc-tis resistentes, fateamur Mariam, & Sanctam, & immaculatam, totiusque gratiæ fontem, in omnes se fufius derivatam. Mihi enim ex eo visum, cervicem omnes ad hoc flectere teneri Apostolicum decretum. Quod satis constabit ex illo Exodi c. 35. Vbi Deus Filijs Israël hæc verba promulgat: *Septimus dies erit vobis sanctus, Sabbathum, & requies domini.* Ex quo sumebat ille dies initium, sanctus erat, imo & *sanctitatis omnis:* ut Montanus legit. (V) Plura hic in laudem immaculæ Deiparæ obviant discutienda. Alij etiam habent, *erit vobis sanctificatio.* Ita sanctitati annexus dies ille erat, ut ex quo inceperit, semper fuerit sanctum, & sanctificationis initium; ita ut à primo instanti sui esse, *dies Domini* vocaretur, & esset, quem sibi Dominus in requiem adaptaverat. Hic dies Mariæ facer, Mariam denotat, *quia ianua est ad diem dominicum,* (X) utpote per quam Dominus, missus ab arce Patris, mundum ingressus est; ideoque à suis primordijs dies est sanctus, dies immaculatus, in quo Deus placide requiescit. Noster eruditissimus Carthage-

Psal. 77.
Daniel Agricola in
Coron. Virg. 7.
stella 6.

Maria non
solum in se
pura est, sed
alijs puritatē
communicat.

(S) Cant. c. 4.
Berc. in direct.
Alanus Varen.
ser. 1. de Laud.
Deip. 1.

(T) Bibliot.
Virginal. t. 1.
pag. mihi 155.
Exod. c. 35. v.
2.

(V) Arias Mont.
in Bibl. Max.
Maria, dies
est sanctita-
tis, & sancti-
ficationis.

(X) August.
Voichmanus
in Sabbatism.
Marian. c. 3.

(O) Psal. 77.
v. 69. D. Bon.
apud Ferdin.
Quirin. de Con-
cept. c. 26. rat.
3. n. 13. Ambr.
Tarvisin. serm.
Sabbatib. Con-
sider. 2. cœcl. 2.

(P) Venerab.
Beda in Psal.
77. v. 69. D.
Cyprian. apud
Alanum Va-
rensis. ser. 3. de
Laud. Virg.

(Q) Daniel.
Agric. in Coron.
Virg.
Alanus Var.
ser. 4. de Laud.
Virg.
Cant. c. 4. v. 7.

(R) Psal. 77.
cit. Lyr. in Glos.
ibidem.
Bercbor. latē in
direct.
Carthus.

Cartagen. lib.
18. Hom. 10.
Marianæ Cō-
ceptionis dies
à primo pūc-
to purus, &
colendus.

na hoc sic discurrit: *Deus complevit die septimo opus suum, quod fecerat, & requievit die septimo, ac benedixit: sic etiam perfectissimam, & absolutam condidit Virginem; ac proinde si puras creaturas spectemus, cum nil sit ea præstantius, dici potest in ea Deum requievisse, & complevisse opus suum.* Si Deus ab initio Marianæ lucis, in ea habitavit, qui lucem habitat inaccessibilem, non solum sanctam, immaculatam, ac puram asserere cum Apostolico cætu debemus, sed sanctificationis fontem, per quam quidquid nobis gratiæ refunditur, communicatur. Sed cur dicitur ibi Exod. 35. *Erit vobis sanctus: seu erit vobis sanctificatio.* Attende: Inscij Israelitæ an Sabbatum cum alijs in veneratione commiseretur diebus, Domini non perceperant decretum de Sabbatica sibi electione: *sit vobis (Deus inquit) sanctus*, quia à me iam est sanctitatis, & sanctificationis dies antecederet electus. Adductus Author hæc adiicit: *In cultu Mariani Sabbati, est perpetua quies, gratiæ, & Gloriæ innovatio.* (Y) Palam fiat cunctis, quod Deus ex quo diem creavit Marianum, luce suæ sanctitatis perfuderit, in eo moras egerit,

(Y) Author su-
præcit. loc. cit.

*Hæc, est que primos casus, primique parentis
Absterfit maculas, vincens virtute reatum,
Diruta restituens, redens ablata, rependens
Perdita, restaurans amissa, fugata repensans;
Post vespertinos gemitus nova gaudia donans,
Post mortis tenebras vitæ novitate relucens,
Cuius ad adventum redit ætas aurea mundo:
Post facinus pietas, post culpam gratia, virtus
Post vitium, pax post odium, post triste iocosum;
Vt Rosa Spineti compensat flore rigorem;
Vt dulcore suo fructum radicis amara
Ramus adoptivus redimit, sic crimina Matris
Ista luit, matremque facit sua nata renasci;
Vt sic munda ream, corruptam Virgo, pudica
Effrontem, miseram felix, humilisque superba
Abluat, & vitæ pariat sua Filia Matrem.*

Nil lepidius, ingeniosius nihil, quod in laudem. Immaculatæ Deiparæ dici queat, mihi his carminibus dici potest. Ex quibus deducam, si Maria primi parentis absterfit maculas; sic crimina matris ista luit, quomodo serpentis venenati inquinamenta sentiret? Absit & pensitare. Hinc lunam tibi visu exiguam appone, his litteris decoratâ; **EXIGUAM MACULÆ FUGIUNT.** Luna enim recens ab omni macula immunis est, nec nisi candidam, & subtilissimam lucis formam præferret, teste Picinello, (C) & alijs. Quod & Deiparæ in sua creatione congruere patet satis ex illo Cantic. c. 6. *Quæ est ista, quæ progreditur pulchra ut Luna.* Certe pulchritudo Lunæ mutatur à Sole: quanto enim ipsi propinquior est,

& habitaverit. Ideo non solum à primo instanti sanctus, sed quia sanctus est à vobis colendus. Adde, quod in Sabbati honorem (Z) pedes, manusque abluebant Israelitæ; imò & cultis induebantur vestibus, ut dici sancto etiam exterior obviaret ornatus. In Virgine Maria, in qua vera requies (vt ait Antonius Rampegolius) *idest, Dei filius requievit*, vere sanctitatis totius Sacramentum à suo primo esse relucet: Quia propter etiam puro corporis, & animæ ornatum, eius Conceptionis sanctissimæ cultui omnes oportet interesse: (A) *Quando cumque etenim Virginem honoramus, Deum in ipsa honoramus:* ait Alexius à Salo. *Et virgo ipsa.* (concludat Damascenus) *pura, & purorum amans est, quo circa si corporis, & animi castitatem colamus, ipsius gratiam adipiscemur.*

64 Quid cunctamur? Immaculatam si Deiparam prædicant Apostoli, quis tam toruo spiritu eam maculatam apprehendet? Immo maculas Maria primæ labis fugando deterfit. Audiendus est Bernardi discipulus, (B) vniversalis Doctor, Alanus de insulis, in hæc metricè prorumpens, ac de Virgine loquens:

(Z) Novar. lib.
8.
Scediasmat. c.
2. n. 6.

(A) Anton.
Rampegolius in
Figur.
Bibl. de Virg.
Alexius Salo, c.
7. in Arte pie
laud. Mariani
Damasc. orat.
2. de Dormit.
Virg.

(B) Alanus de
insulis, in Cāt.
Cantic. de Bea-
ta Virg. in Epi-
tētis.

Maria, Ma-
culas Adæ de-
terfit.
Maria, mor-
tiferæ labis
amaritudinē,
in dulcorem
mutavit.
Maria Evæ
crimina splē-
dore suæ pri-
mæ gratiæ
luit.

(D) Idem An-
glic. ibidem.
Maria, Luna
sine macula
originalis cul-
pæ.

(D) *tanto maiorem habet ex parte Cæli luminis claritatem, superiorique ex parte illuminatur.* Aptè omnia hæc Mariæ in sua adaptantur Conceptione, in qua exiguior hæc cœlestis apparuit Luna, quantum ad corporis organizationem: *At sicut Luna, sua diaphaneitate recipit splendorem, sic vere Beata Virgo, quæ in sua Conceptione fuit Luna crescens, recepit primo divinitatem quia est trbonus divinitatis receptivus. Immo omnium luminarium Cæli id est omnium sanctorum est principior (E) ac soli, id est Christo similior quantum ad perfectionem.* Hæc Venerabilis Albertus de Marquesijs. Maria igitur, dum spectatur in Conceptione vt Luna, corpore exigua, cœleste divinitatis lumen in suæ recipit

(G) Philipp. Pi-
cinell. in mūd.
Symbol. lib. 1.
c. 8. n. 227.
Anglicus l. 8. c.
22.

(E) Albertus
de Marquesijs
in Cœliloq. Mo-
ral. c. 74. Al-
fii.

fr in Gloss.
Idiota, in Con-
templ. B. Virg.
c. 2.

(F) Ambros.
Tarvisin. ser.
in Sabbatb.
Marian. concl.
2.

(G) Anglic.
lib. 18. cap. 4. 1.
Berchor. lib. 10
c. 37. n. 2.

(H) Bernard.
de Bust. ser. 8.
de Concept. p.
2. Paulus Ve-
net. de Pura
Concept. Vva-
ding. in vit.
Doct. Subt. c.
7. nu. 25. Six-
tus IV. in Bull.
Libenter ad
ea.

(I) Anglic. lib.
16. cap. 96.
Berchor. in Re-
duct. lib. 11. c.
127. n. 2.

recipit gratiæ claritate, & immersa eius anima interminabili deitatis abyssio, eique omnibus puris similibus creaturis visionis beatificæ lumine repletur, & Deo iam ex tunc immaculata sociatur. His assentitur Mariæ servus, Ambrosius Tarvisinus hæc proferens: *In Maria, in qua tota se infudit plenitudo gratiæ, debuit dari ultra omnes gloriæ plenitudo.* (F) Ergo hanc in Conceptione Lunam corpore *Exiguam macule fugiunt.* Quod clarius ex lectione Veneta sic habente patet: *Progreditur immaculata, ut Luna.* Quid inde restet modo accipias. Elephantibus Lunam noviter exurgentem flexis adorant poplitis, (G) idque Elephantulos instruunt, ut faciant. Sic & nos omnes hoc Virgini impendere obsequium in Conceptione ut novum sydus progredienti studeamus, alij studeant sine macula eam fateri, dum Apostolicis decretis de iure positivo obedire tenentur.

65 Cui autem præ alijs primo congruit Immaculatam prædicare Deiparam, celebrare; aliosque de veritate hac edocere? Certè Franciscanis, quorum Univerſalem Magistrum, subtilissimum videlicet doctorem, Mariæ cordialiter dilectum, Clemens V. titulum Doctoris Subtilis, ob victoriam pro tuendo hoc Myſterio sæpius reportatam decoravit, & Sixtus IV. à Deo eundem Marianum Præceptorem ostendit esse electum, ac missum, ut Fidelium (fere omnium) hæc veritas, ipso docente, & ducente, cordibus, amoris erga Virginem vinculo (H) radicatus adfringeretur. De his oportet aliquid in sensu accommodatitio dicere cum scripturis, supponendo depictam ut ante, Lunam, in qua Mariæ relucet imago, inferius vero lapis *Topazius* nimie relucens ponatur, hac addita inscriptione. SEMPER SERVO FIDEM. Et ita est, etenim Lapis hic, (I) in Theſauris regum præciosior est, nihilque præciosius eo, motumque sequitur Lunæ; tanta ei fides inest erga hoc mirabile sydus. Aspicientes etiam summe lapis iste delectat; imaginem vero semper repræsentat (cum sit hæc gemma naturæ specularis) inversam. Ex his deveniamus ad id, quod Sacer Textus de Ioseph, qui frater erat minor, (Benjamin namque minimus fuit) eum commendando dicit Gen. cap. 49. *Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula Brachiorum, & manuum illius, per manus potentis Iacob.* Vtique celeberrimum Ioseph encomium, qui *crescens*, sive *fructificans* interpretatur; nam notabiliter præ cæteris *fratribus* (inquit Lyranus noster) *crevit in*

bonis spiritualibus. (K) Plures legisse conperio; *deaurata sunt brachia eius.* Sive, *Topazion super brachia illius.* Topazius etenim aurei coloris esse perhibetur; imò ob ambiguitatem vocis Hebraicæ Paz, aurum, & Topazius confunduntur. Minores ergo fratres minor Ioseph præfiguratur: *Qui etiam gratus alienis gentibus, tamen fratres sui dure tractaverunt eum ex invidia.* Inquit Lyranus. Cum Topazium in manu Ioseph habet, *sedit in forti arcus eius, idest in Deo Omnipotenti*, (L) ut explicat Interpretum facile Princeps: *Vel sedit in forti arcus eius, idest in Christo spes pugnandi, & vincendi*, ut docet Alensis. Sed cur in manibus, non in pectore Ioseph, qui frater est minor, Topazius reperitur? Ex aliquibus rationem do; utpote, quia vox Græca (M) Topazio correspondens, *ala*, sive *penna* interpretatur: cumque sola manus ut scribat pennam arripiat, Minori id competit, fratri, qui Topazium ferens intuendo Cœli lunam, utpote Mariam, sua vox sonet, *semper servo fidem*, sive scribendo, sive exaltando primæ gratiæ eius encomia; indeque quot scribit circa hoc myſterium litteras, tot reportat adoras, tot triumphos. *Sedit in forti arcus eius, idest spes pugnandi, & vincendi.* At quomodo Lunam hanc supercelestem, haud in instanti aliquo diminutam, repræsentat Ioseph, minor frater, ut in gloriam Mariæ cadat? Audi. Penna adstringitur manui, vox ori, illique Topazius, qui specularis naturæ Imaginem oculis dat inversam. Videt Ioseph Fratres suos invidere illi tenentes iacula, quia Lunæ purissimæ semper servat fidem: Cumque illi arbitrentur impuram, fateantur maculatam, Ioseph minor ne fidei deficiat Lunæ, è contra repræsentat, prædicat, suadet, stabilit Purissimam, non habentem maculam, neque rugam, semper immaculatam, huicque primo ad gratiam motui se conformat, votum etiam in professione emittens talem servandi fidem. Ideo Topazion super brachia illius, cui Regina Cœli quod dicat, non pigebit; *Non deficiet fides tua.*

66 Accedat modo (vocatus in huius veritatis testem) D. Andreas Apostolus, qui (ut refert Abdias Babylonicus) Aegæ Præsidi inter alia hæc protulit de Christo verba: *Sicut primus Adam* (N) *formatus fuit ex terra, antequam esset maledicta: ita secundus Adam formatus fuit ex terra virginea numquam maledicta.* Attende verba (inquit Pijssimus, & verax propugnator Marianæ immunitatis à culpa, Catherinus Dominicanus) *dum Adæ dicitur spinas, & tribulos germinabit tibi,* hoc

(K) Gen. cap.
49. num. 24.
Lyra in sua
Gloss. OnKala
in Gen. Hæc
in Bibl. Max.
in Concord. lit.
Oleas. in Pen-
tath. Ordò Mi-
norum Maria-
næ primæ pu-
ritatis fides
propugnator.
(L) Lyra ibi
ru. 24.
Alensis ibid.

(M) Francis-
cus Rueus, de
Gemmis, lib. 7.
c. 9.

Franciscani,
in Professio-
ne votum
emittunt de-
fendendi Vir-
ginem in pri-
mo instanti
sine peccato
Conceptam:
Imo & Mo-
niales, ac Ter-
tarij Ordini-
nis Francis-
cani.

(N) Abdias
Babylonio, His-
tor. lib. 4.
& Diaconi Acha-
ie.
Ambros. Ca-
therin. Opusc.
de Immacul.
Concept.

Perfusus 9.

Maria, terra
à Deo sem-
per benedic-
ta.

Psal. 85. v. 1.

(O) Lyra, &
Incognitus, ibi-
dem.

(P) Bibl. Syr.
& alij apud la
Haye, in Bibl.
Max.
Iacob. de Val.
in Psalm. 84.
v. 1.
Vlpian. Instit.
lib. 2. de rer.
div. §. 30. Si
Ticius.

(Q) Casiodo-
rus in Psalm. 84.
v. 1.
Arnold. Carno-
tens. Tract. de
laud. Mariae.

(R) Ambros.
Catherin. loc.
sup. cit.

Hoc est filios peccato, & errori obnoxios: sed vide hoc privilegium mirifice patefactum; maledicta terra in opere tuo, nimirum in opere viri: At hac terra nostra (supple Maria) quae dedit fructum suum, numquid opera viri exulta est? absit Nam reddit fructum non ex opera viri, sed ex opera Dei. Globulus terrae ergo à Deitatis manu benedictus, ferax floribus, ac spinis carens pingitur, ferens epigraphen; ME SVSCEPIT DEXTERA TVA.

Et quidem Maria, ut florem Nazarenum suo portaret in alvo, à Deo est praelecta, ideoque numquam maledicto subiaccens. Hoc David praevidit canens Psal. 84. sic: *Benedixisti Domine terram tuam.* Psalmus iste ad victoriam pro filiis Corè, (O) titulum habet, idest *filiis Crucifixi*: quod revera Franciscanis prae alijs congruere, haesitat nullus. Corè autem idem est ac *vocans*, vel *legens*: quia sive in Cathedralis legendo, sive populos ad conciones vocando, semper extitere victores, dum Mariae primam celebrant gratiam, & à culpa immunitatem. Nunc ad aliorum lectiones divertamur; (P) Quidam etenim habent, *dilexisti Domine terram tuam*: alij, *oblectasti te*. In quo autem quis oblectatur, non maledicitur, imò propensius amatur: unde terra hac delictarum Dei est, divini charissimum amoris obiectum: *Et sicut Christus* (ait Christopolitanus Antistes) *figuratus fuit per lignum vitae, ita Maria fuit figurata per illam terram benedictam, quae germinavit illud lignum, & fructum vitae.* Nunc advertere est ex Iuriconsulto peritissimo Vlpiano, quod *planta quae solo coalescunt, solo cadunt.* Si ergo Christus in hac terra virginea plantatur, arbor est, & fructus vitae, cadere oportet solo in quo plantatur, ut *Pater qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*, non mortem, sed vitam, non maledictionem, sed gratiam. (Q) *Benedictam ergo pronunciat terram*, idest, *carnem quam dignatus est assumere*: ait Casiodorus. *At, cum una sit* (ait Arnoldus) *Mariae, & Christi caro, unus spiritus, una charitas, inseparabiliter perseverat promissum, & donum.* Unde ergo terra illa, quae portio Domini est, incurreret maledictum? Promissit Deus benedictionem infundere, non maledictionem infigere; ipsa ad Deum dicente: *Me suscepit dextera tua.* Aliam procul fecit, me autem dilexit, benedixit, ac in me oblectatus fuit, & in illo, cum producerer ego. Praeadductus Pius Dominicanus his hac addit: *Numquid hac spinas, (R) & tribulos germinavit, quae dedit Nazarenum speciosissimum flo-*

rem, & solum odoriferum ad nares aeterni Patris? Scrutare, & agnosce terram benedictam, utpote servatam divina operationi. Ad ea, quae in Psalmo statim sequuntur, sit proficisci. Culpa plebi remittitur, supposita terrae benedictione. Ait enim: *Benedixisti domine terram tuam, Remisisti iniquitatem plebis tuae.* Psalm. 44. Quenam iniquitas, haec plebi condonata? (S) *Peccatum originale, à quo cetera peccata proficiscuntur*; (inquit Parisiensis la Haye) *propter quod fuerat captivata*: addit Lyra. Singula perscrutemur. Terra virginea benedicitur, antequam culpa remittatur, & plebs à diaboli captivitate revocetur: quia ante peccati praevisionem, (T) ex solo suae bonitatis in homines refundenda motivo, Deus decreverat absolute decreto incarnari: unde praelectam habuit Deiparam, ut instar benedictionis terra, benedictionis fructum esset in tempore productura. *Per hoc enim* (inquit Lyranus noster) *quod conciperet Dei filium, contraxerat quodammodo infinitatem bonitatis, in quantum mater filij bonitatis infinita.* Clamet ergo exultans hac Mariana benedicta terra; *Me suscepit dextera tua.*

67 Hispaniarum Apostolus, Magister, & Tutor, Divus Jacobus Maior, (V) etiam Deiparae Purissimam Conceptionem, Hesperijs praedicavit oris: unde in eius antiquissima liturgia, sive Missa, haec leguntur: *Ave Maria, gratia plena. Dignum est, ut te vere Beatam dicamus Deiparam, & omnibus modis irreprehensam.* Ecce hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, quod nescivit occasum. *Lux Maria est, nubila pellens, & vere beata, idest bene aucta splendore mirifico deitatis, ad quem nobis impendendum praelecta fuit.* Irreprehensa à Jacobo praedicatur Maria, insuper & Beata. Beati enim fruantes Deo in Patria irreprehensibiles sunt, quia ibi nil intrat inquinatum, nil quod oculos offendat creatoris. Maria unde, nunquam reprehensa, quia inquinata numquam, ideoque beata. Alexander Alensis noster, Doctorum doctor, ac Divi Thomae Magister, audiat hac habens: *Tres linguae praecipue, Hebraeorum, Graecorum, & Latinorum, ex quibus collecta est Ecclesia, (X) Mariam beatificant.* Nullus eam beatificare subterfugiat, quam Deus creando eius animam, Beatam fecit. Nunc, Mulierem illam amictam Sole, (quae Virginis Mariae Typus est) prae oculis habe in orientis Haemispherio paulatim prodeuntem, ad quam *Alandae* plures per aëra ad illam

Christus, flos
benedictionis
terra benedi-
cta.

(S) Ioann. la
Haye in Conc.
lit. ad Psalm.
84. Lyra. ibi.
Casiodorus, &
Alensis. cum
Augustino.
(T) Subr. Doc-
tor. in 3. d. 7. q.
3. ar. 1. & pas-
sim.
Lyra ad c. 1.
Luc. v. 42.

(V) D. Iacobus
Maior, Apost.
in liturg. apud
Adamum Brou-
verum in sa-
lut. Angel. co-
ron. c. 2. §. 1.
Flavius Dex-
ter. lib. de om-
nimod. Histor.
Marc. Max. in
Hym. Casio-
dorus. D. Isid.
in Missal. re-
form.

(X) Alex. Al-
sis in Gloss. su-
per missus est,
& Magnif.

illam conversæ, epigraphen habere cernuntur: TE VENIENTE CANENT. Aves enim tunc in dulciores cantus ora distendunt, unde illa, Avium hora dicitur; quia plenius earum modulamina audiuntur, quasi de adventu solis congratulantes, eique valedicentes. Præcipue vero *Alauda* (quæ à laudando dicitur) gratiores ex gutture eximit cantus; volucris namque est (Y) summæ lætitiæ, & pacati nuncia temporis, quod modulo alacriori designat, diemque prodit in Aurora venientem. Adjice his, quæ de sponsa sponsus cecinit Cant. 6. *Vna est columba mea, electa genitrici sue: viderunt eam filiae, & beatissimam prædicaverunt, ubi legit Montanus, (Z) Munda ipsa genitrici sue. Sive ut alij habent, Immaculata. Cui consonat Guilielmi expositio: Vna est columba mea, & perfecta mea, cui nihil deest ad gratiam, & ad gloriam, singulariter electa ad ministerium Redemptionis. Sed cur Regina, cum ob propriam pulchritudinem nanciscantur laudem, ac mereantur, aguntur ad eius celebrandum encomia? (A) Venerandus mihi, ac celeberrimus Cornelius à Lapide satisfacit dicens: Quia stant pulchritudinem longe maiorem admirantes. Hæc est virgo singularis, (B) quæ vna est, ad unum solum creata, & prædicant beatissimam propter sponsi amplexus. Inquit Alensis. Sicque Sponsa æterni Patris Maria ob copiosiores animæ gratiam, & pulchritudinem, à pulcherrimis prædicatur beatissima; Quia tota pulchra in opere, & sine macula in corde; (C) non enim convenienter tota pulchra, & sine macula appellaretur, nisi sine macula appareret. Hæc noster Daniel Agricola. Laudant igitur Regina; quam vident fugando tenebras apparere, ac sole iustitiæ vestiri, ac velut *Alauda* ei occurrunt prædicantes beatissimam: Quia virgo Maria vere signum magnum, quia amicta sole, dicitur Sol, quantum ad Beatos: ipsa enim sanctis est causa divinæ visionis. Si ergo ex quo in matrem est præelecta à Deo, est Beatæ causæ Beatitudinis, æquum est, ut ipsa Beatior, imò in apparitione creationis Beatissima prædicetur, ut dici queat; TE VENIENTE CANENT. Finem his (D) Anonymus quidam imponat hæc scribens: Gloriosæ Virginis Imperatoriam maiestatem margaritis omnium charismatum adornatam, laudare hortantur creaturæ, peneque omnis scientiæ Theologicæ, sacræ pagine.*

68 Nec silentio debet abundi aliud D. Jacobi encomium, quo Mariam omnibus modis prædicat irreprehensam. In

nulla pura omnium creatura, quid non reprehensibile à divina iustitia reperitur, iuxta illud Hier.c.2. *arguet te malitia tua.* Sola Maria ex quo creatur inoffenso pede currit, quia in ea *omnis gratia*: Eccl.c.24. *Beata Virgo* (E) *fuit in gratia confirmata, quia eam habuit ab omni contrario repugnante, & retardante, alienam: nam omni peccato originali caruit.* Inquit Adamus Brouverus. Hinc sit *Paradiseam* depingere avem, (Quam vulgo *Manocadiatam*, five *Apud indicam*, vocant) quæ ex Paradiso, five ex vicinis Paradiso plagis creditur devenire; estque inter omnes pulcherrima, nullusque ei colorum decor deficit, assiduoque volatu semper Cælum perambulans, semperque ex eo suspensa vivere perhibetur, & lemma adhibeatur: VITAM COMPENSAT IN ASTRIS. In avibus (scribit Novarinus) *in corruptæ Conceptionis imaginem videmus.* (F) Ad quod mire facit id, quod de Deipara æterni Patris sponsa habetur, Cant. cap. 7. *Quam pulchra es, & quam decora Charissima in delicijs?* Age, Paradisus deliciarum Dei locus est, unde pulchritudo, gratia, & decor huius Cœlestis aviculæ processit. Sed cur quantus iste decor sit, non exprimitur? Audi Andræam Cretensem sic fantem: *eius* (nempe Mariæ) *animi quidem decor, usque adeo immensum provexit, ut Christus ipse immensus ille decor, in eius decoris desiderium* (G) *actus sit.* Nil mirum ergo, si quanta sit non exprimitur Mariæ pulchritudo. Hoc etiam afferre videtur lectio Arabica habens: *Quam pulcher est nitor tuus?* Si divinum rapit amorem, si supernum ad se trahit obtutum, perperam est perfectionis decorem exprimere conari. Ex Cœlo hæc gratia prodijt, è Paradiso deliciarum Maria quasi avis avolavit, ideo optime alij apud eruditissimum Cornelium legunt. (H) *Filia deliciarum.* Sed modo ad Sept. deveniamus lectionem: *Quam Pulchra es, & quam decora Caritas in delicijs.* Num sat non erat Mariam Charitate Deo adstringi, quæ forma est (I) Deo gratificans naturam beatificabilem, ut Subtilior omnium Doctor docet? Plane sponsus ad altiora revocat Mariam; quia *eius summitas* (inquit D. Antonius Paduanus) *fuit Caritas, ob cuius meritum in æterna beatitudine post Deum summum tenet locum.* Perge, *Deus caritas est, & Mariam dignatur vocare Charitatem, non solum* (ait Anselmus) *quia omnino Deifera, ex qua & beatitudinis felicitas, & redemptio nobis venit* (K) *sed quia Dea velut* (inquit Alanus Varenensis) *omni mundo maior, nullus eam potest*

(E) Hier. c. 2. Eccl. c. 24. Cel. sus Mancinus l. de summ. apud Picinell. l. 4. c. 44. n. 48. & c. Maria, Avis Paradisi, tota pulchra, & in toto.

(F) Novarin. in umbr. Virg. l. 4. c. 10. Exc. 2. n. 83.

(G) Andr. eas Cret. orat. 2. de Nativ. Mariæ. Bibl. Arab. in Max.

(H) Sept. Interp. in Bibl. Max.

(I) Subt. Doct. in 1. d. 17. q. 2. art. 3. §. ad solutionem. D. Ant. Pad. in Fragm. de Fest. Mariæ.

(K) Div. Anselm. opusc. de

(Y) Berchor. in Reduct. lib. 7. c. 5. n. 1. Vincent. Belvac. in spec. Nativ. l. 16. c. 24.

(Z) Cant. c. 6. vers. 8. Arias Mont. & Bibl. Venet. in Max. Guilielm in Cant.

(A) Cornel. à Lapide in cap. 6. Cant. v. 8.

(B) Alens. in c. 6. Cant. v. 8.

(C) Daniel Agric. in Corona stella 7. Idem de sign. magn. c. 1. & de nomine Mariæ.

(D) Anonymus in Biblioth. Virgin. Tom. 2. Pag. mibi 362. in Prolog.

B. Virgin.

Alanus Varenf.
de laud. Maria
serm. 5.

(L) D. Ambr.
in milleloq.
Subr. Doct. l. 2.
d. 6. q. 2. art. 1.
& l. 4. d. 49. in
in 1. d. 17 q. 2.
Novar. in un-
br. Virg. lib. 4.
Exc. 28. c. 11.
n. 303.

(M) D. Bern.
serm. 1. & 2. de
Assumpt.
Gregor. Nico-
med. orat. de
oblat.

(N) Plat. de
Pulchritud.

(O) D. Iacob.
min. in Lyturg.

(P) Anglic. l. 6.
cap. 62.
Rueus de Gem-
mis lib. 1. c. 13.
Maria, in san-
ctitate funda-
ta fuit.

(Q) Ambros.

test cognoscere nisi Spiritus Dei. Insuper Maria ita Deo vincitur, ut Deus ex genere meo interpretetur. (L) Id D. Ambrosio testante. Sibi ergo sponfus vult reciprocam, quam veluti charitatem, fecerat sine labe peccati irreprehensibilem. Sed quænam est huius charitatis pulchritudo? Eam præ alijs explanat Subtilissimus Præceptor, ac Marianæ Puritatis Venerabilis Propugnator. Charitas (Docet) facit nos amare Deum amore amicitiae, & amantem facit in amatum converti, ita ut intentionali illapsu amans fiat vnus amato. Ad hæc Novarinus: *Tota in Charitatem immigrasse visa est virgo, ut nil aliud videretur esse nisi Charitas.* In hoc adhuc haud ficitur huius Paradiseæ avis pulchritudo, & decor: etenim perfectio gratiæ consummata, sive Beatitudinis in Maria, perfectioni gratiæ respondet initiatiua, & cum Maria quantum gratiæ in terris adeptæ est præ cæteris, tantum obtinuit in Cælo gloriæ singularis; Id Bernardo testante; (M) deduci oportet ipsam, quia Charitas est, à suo exordio Paradisum habuisse pro nido, Cælum pro campo, Gloriam pro domicilio, quia vitam compensat in astris. Omnia claudat Gregorius Nicomediensis, sic Virgini Valedicens: *O Pulcherrima Pulchritudo pulchritudinum! O Dei Genitrix pulchrorum omnium summum ornatum!* Iure igitur Maria à Div. Jacobo omnibus modis prædicatur irreprehensibilis, quia tota Cælestis, & Pulchritudo sola (N) maxime omnium amabilis.

69 Subsequitur Maiori D. Iacobus minor, (O) qui in sua lyturgia nostram confirmat Thesim dicens: *Commemorantes sanctissimam, immaculatam, & gloriosam dominam nostram, Matrem Dei.* Sanctitas cum immunitate à culpa hic conneditur, subsequitur gloria: siquidem Maria in sanctitate quando creatur, radices figit, peccatum arcet, gloriam possidet in visione Dei. Margarita depingitur, quæ paulatim ex rore intra conchile contentum coagulatur, cum inscriptione: **EX CANDIDO CANDIDA PROLES.** Ut enim meus testatur Anglicus, (P) Margarita omnium gemmarum candidior, ex rore matutino concipitur in conculis marinis: Illique Cœlestem quasi adesse naturam, DD. plurimi arbitrantur. Ambrosius Coranus, egregius mei Parentis Augustini Filius, Mariæ in sua Conceptione accomodat antedicta sic: *Hæc est illa gemma Gloriosa Paradisi cunctis gratiosior cunctis beator, de qua cum de peccatis agitur, (Q) nullam prorsus volo habere*

questionem. Hoc totum mihi complere videtur, illud quod de Maria in Eccl. dicitur, cap. 24. *Radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.* Perpulchra siquidem concatenatio; radicavit enim, id est dona sua firmius stabilivit, (R) ubi & hereditatem habuit, & detentionem fecit. Sacramentum adverte. Radicem, & principium Maria non ubicumque ponit, sed in populo honorificato, id est in parte Dei, (S) quia (ut habet lectio Arabica) crevit in parte domini, ibique suam stabilivit tunc hereditatem: *quæ est vita Beata*, (ait Lyranus noster) eique in ius cedit. Vnde Maria ubi radicem, & principium creationis habet, Beatitudinis hereditate potitur, & in sanctitate, ac gratia radicitus detinetur. Inde ab honorificato populo procedit honorata, quia in radice sui esse quadam beatitudine fruitur, in plenitudine sanctitatis stabilitur. Præadductus Augustini alumnus sic scribit: *Talem Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus elegit, (T) & prælegit ante mundi constitutionem; ut plena omni gratia, nemo sit, qui se abscondat à calore sanctitatis eius.* Subscribat eius, ac mens Parens, & communis Magister Augustinus sic: *Tu Maria in Cælestibus regnis, & Regis cubiculo Beatitudinem gemmis, ac margaritis ornans, asistis.* Imò, omnes sanctorum virtutes tam novi, quam veteris testamenti, (addit Ambrosius Tarvisinus) à Virgine plenitudinem susceperunt. Quid ergo mirum, si omni sanctitati plenitudinem impendit, quod in Gratia radiceretur, & veluti sanctitatis fructus à sanctitate candorem mutuaretur: sic enim est ex candido candida proles. (V) Ideo enim candida hæc margarita est, propter innocentiam, puritatem, & lucis æternæ candorem. Amadeus noster fatetur.

70 Itidem in sua etiam Lyturgia, Hæc D. Marcus Evangelista possuit; (X) *In primis sanctissima, intemerata, & benedicta domina, & semper Virginis Maria.* Quæ semper benedicta fuit, instans ali-quod, quo maledictionem incurreret, certe non habuit. Si sanctissima ab initio creationis fuit, quomodo culpa, aut quando subdita siteretur? *Concepta est virgo, per quam diluitur omnis culpa:* dixit Andreas Cretensis. Si ipsa concepta, culpa diluitur, sine dubio summum sanctitatis adipisci in Conceptione celebratur. Thronus in Cælo depingitur innumeris ornatus stellis, in quo Deus sedet, cui lemma hoc: **PURIS, ET IN PURO.** Maria enim Thronus Dei est purissimus, sibi ab

Coranus, ex
Dio. Parente
August. serm.
de Assumpt.
Virg.

(R) Eccl. c. 24.
v. 16. Lyra in
Gloss. ibi.

(S) Bibl. Arab.
in Max.
Lyra ibidem.

(T) Ambr. Co-
ran. ex D. Aug.
loc. cit.
D. Aug. opusc.
de B. Virg. Hom.
3. qui est serm.
35. de sanct.

(V) Ambros.
Tarvisin. serm.
in Sabbath. Ma-
rie, conclus. 2.
Amadeus Lau-
san. de laud.
Deip. Hom. 2.
(X) D. Mar-
cus in Lyturgia,
ex Abdia Ba-
bil. l. 4.

CAP. XIV.

G A L A A D , S A N C T O R U M
*Patrum, ac Doctorum acervat testimo-
 nia de Immunitate Mariæ
 à culpa.*

71 **P**remiisi plura Scripturæ, ac Apostolorum de Mariæ à culpæ originalis immunitate testimonia, Sacræ Paginæ non incongruis rationibus roborata. Modo sparsim videre erit, quid SS. PP. ac DD. senserit circa Deiparæ purissimam Conceptionem, ut magis nostræ sententiæ veritas pateat. Missum in primis facio id, quod Ecclesia credit in illa de Purissima Conceptione Virginis oratione: *Deus, qui Gloriosæ Virginis Mariæ corpus, & animam, ut dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu S. cooperante præparasti, &c.* Hic idem est sensus, ac in illo textu adducto Italcæ cap. 2. *Erit præparatus mons domus Domini* (B) *in vertice montium.* Vbi Rabbi Salomon à Lyra adductus exponit: *Præparatus, non per loci mutationem, sed per operationem signorum.* Mons autem ille, sicut præmissimus cum Damasceno Mariam significat, cuius *fundamenta in Montibus sanctis.* Ex Psalm. 86. Vnde si Maria mons, cuius fundamenta, idest Conceptio, quæ fundamentum est subsequentis esse naturæ, fuit in vertice montium, sive in montibus sanctis, proculdubio in ea fomes peccati fuit omnino impeditus, & extinctus, quatenus Conceptio illa fuit à Deo ordinata sub plenitudine sanctitatis, & Innocentiæ pro exigentia maternitatis Dei potius, quam naturalis filiationis Adæ, etiam respectivè ad suæ Innocentiæ statum. Quapropter eius Conceptio dicitur in vertice montium, nempe quia super omnes ordines naturæ, gratiæ, & Gloriæ elevata. Præparavit Deus hoc ordine Mariam. Primo, præparando corpus ab omni motu concupiscentiæ ex parte Parentum. Secundo animam sub plenitudine gratiæ, & Innocentiæ. Tertio, elevando totum eius liberum arbitrium in instanti suæ Conceptionis (C) ad meritum consummatum. Et cum in vno instanti temporis, iuxta Subtilem Magistrum, plura naturæ instantia valeant fundamentari, sine dubio est, omnia dicta naturaliter habuisse locum in Maria, in primo instanti suæ Conceptionis, finisque à Deo intentus fuit, ut dignum filij Dei fieret habitaculum. David hoc præcinit Psalm. 67. *Nive dealbabuntur in selmon, mons in quo bene-*

(B) *Miss. Rom. Ord. Min. & decret. Pij V. Clem. VIII. Urban. VIII. Innocenc. XII. & Concil. Trid. Isai. c. 2. v. 2. Rabb. Sal. in Gloss. Lyræ. Damasc. orat. 2. de Nativ. Mariæ, quomodo à Deo præparata ut Dei fieret habitaculum.*

(C) *Venerab. Master Mariæ de Agred. tom. 1. Mystic. Civ. Sub. Doct. in 3. d. 19. Angel. à Monte Piloso, tom. 3. p. 4.*

(Y) *Andr. Cret. opuscul. de B. Virg. ex D. Anselmo.*

(Z) *Albert. de Marquesijs in Cæloq. moral. de Beat. Virg.*

(A) *Daniel. Agric. in Coron. stella 8. Pictaviens. in direct. verb.*

Thronus Maria, thronus Dei, & Sanctitatis.

æterno ordinatus, nil habens quod possit oculos avertere creatoris, ex quo Dominus in Cælo paravit sedem suam. Psalm. 102. *Thronus est Beata Virgo, in qua Christus sedit, (Y) & quem in Conceptione ipsius Virginis fabricavit.* Ait Albertus de Marquesijs. Ad hæc etiam arident verba D. Pauli ad Hebræos scribentis cap. 4. dum inquit: *Adeamus cum fiducia ad Thronum gratiæ.* In Throno potius maiestas, & Gloria Regis apparet, quam gratia; cum Thronus superioritatem Principis ostendet, & mensuret eminentiam. Sed optime à D. Paulo Thronus Dei, dicitur Thronus gratiæ, etenim hoc principaliter (Z) convenit Mariæ: *Ipsa enim dicitur Thronus Dei grandis, & eburneus: quia ebur est os elephantis durum, & ipsa fuit impenetrabilis omnibus iaculis inimici:* scribit Daniel Agricola. At, cum Misericordia, & gratia aquæ reperiuntur in Maria, quæ mater est gratiæ, & misericordiæ; cur non potius Thronus vocatur misericordiæ, quam Gratia? Hic Thronus (exponit Lyra) ab initio erectionis, quando Dominus possedit eum in initio viarum suarum, in *cælesti requie* erat situs, sic à Deo præelectus: Quare, Thronus gratiæ nuncupari oportet, & non misericordiæ; nam gratia (A) vel est quid extrinsecum, nempe gratuita voluntas Dei, qua per solam extrinsecam denominationem in ratione voliti, ex sola sua bonitate vult nobis finem, nempe Gloriam: vel est quid intrinsece iustificans, (ut docet Subtilis Præceptor) & decor spiritualis faciei animæ, utpote voluntatis, reddens animam pulchram, decoram, deiformem, & ab eo specialiter dilectam: Quoquo modo Maria est Thronus gratiæ, etenim ex quo à Deo feligitur ut in ea habitet, in sua creatione, quasi summe dilecta, & summe volita, sedes gratiæ elevatur, quia in decore totius sanctitatis erigitur. Audiatur Paduensis Antonius: *Thronus dicitur Beata Maria, & de ebone, quia fuit candida per innocentiam.* Fundetur igitur Thronus iste virgineus in gratia, & Innocencia, in loco ab omni impuritate segregato, ut fundari videatur Purus, & in Puro: Sanctus in Sancto, de quo David canebat:

*Tu autem in Sancto
 habitas.*



placitum est Deo habitare in eo. Id est, super nivem desolabantur: explicat Lyranus. (D) Tanta huius montis candidatio est, ut sibi, & alijs purissimum candorem infundat. Iste mons *selmon* (ait Augustinus) *Maria est, in quo omnes gratia edificabuntur: Ideo Montes illum montem portando gloriosi sunt; in quo ipse Dominus inhabitabit, in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis.* Idem adstruit meus Daniel Agricola sic: *Maria, iste mons dicitur ab eminentia; nam ut ait Anselmus, nil aequale Mariae, nil nisi Deus maius Maria.* In hoc monte, qui umbra interpretatur, habitat divina virtus illum obumbrans, vel plenitudo gratiae, quod est Verbum aeterni Patris plenum gratiae. (E) Sed cur in *Selmon* Virginis typo potius, quam alio in monte, & virtus Patris, Plenitudo divinitatis filij, ac superabundans gratia Spiritus S. dicitur habitaculum praeparasse? audi. *Selmon* etiam imago eius interpretatur, (F) cuius proprium est representare rem aliquam; unde eius exemplar est, & representatio. Maria sine dubio Dei praedicatur exemplar, forma, & imago, ut deducitur ex communi Magistro, & Parente meo Augustino (G) sic dicente: *O Felix Maria, & omni laude dignissima; si formam Dei te appellem, digna existis.* Ad hoc Maria in sua Conceptione, ut mons *Selmon* fundatur in montibus sanctitatis; ut fiat filio Dei habitaculum Deo dignum. Hinc Subtilis discipulus Augustini, qui eius aemulatur charismata meliora, (H) docet Primum Dei decretum efficax circa Virginem Mariam sibi ab aeterno propositam obiectivè, sub scientia intelligentiae simplicis, cum omnibus alijs rebus possibilibus, fuit eam efficaciter eligere, ac praedestinare ad maternitatem Christi, in genere substantiae, & in genere moris ad supremum gradum gratiae, & Gloriam.

Mariae pedibus coeli subsum.

72 Huic doctrinae facile assensum Mariani praestabunt alumni, quae & potest textibus comprobari. Statuamus ergo Virginis intemeratae imaginem, super Thronum saphiri insidentem, cum lemmate: **PEDIBVS SIC AETHERA SVB-SVNT.** Cum enim pedes Mariae, qui fundamentum sunt totius corporis pulcherrimos, ac speciosos producant in gratia divina gressus, ideo est quod coelum gloriatur praestantiori subiacuissè cothurno. In hoc sensu, (I) de Mariae Conceptione Spiritus S. loquebatur Exod. cap. 24. *Sub pedibus eius, quasi opus lapidis Saphirini.* Videbatur ibi Deus, non in essentia sua, sed in similitudine representante ipsum: docet

Lyranus. Quid autem Deipara similis, & correlatione, & perfectione Deo? Nil sanè inquit Alanus Varenfis scite sic: *Hac supra omnia superexaltata mater, & virgo (K) quae post Dominum Iesum splendor quidam est gloriae divinae, & similitudo utcumque proxima supersanctae Trinitatis, pro dignitate cognosci potestas non est.* Nunc textum cum alijs legamus: *Sicut aspectus coeli in puritate. (L) & congruit literae, etenim Saphirus lapis coelo sereno, non turbulento simillimus est, in cuius ventre saepe Carbunculum reperire est, illeque lapis Phoebo, seu soli olim sacratu perhibetur.* Rem ad Conceptionem Mariae immaculatam invertamus, quae cum similitudo sit, & imago Dei, in pedibus, sive in fundamento, radice, aut principio suae naturalis consistentiae, coelo fruitur, gloria potitur, non Adamiticam turbulentiam patitur, imò fundamenta sua soli iustitiae, quem paritura est, sacrat, & ignitum Carbunculum, nempe Deum, qui ignis est, iam tunc alvo praedestinatur, & seligitur portatura. Unde eius *Pedibus sic aethera subsunt.* Id concinet Anselmus: *Omnia, quae in coelo sunt per glorificationem tuam, o Virgo (M) inestimabiliter decorantur.* Addathis hac Andreas Cretensis: *Latentur coeli, quia hodie concepta est Virgo, perquam restaurantur perdita agmina Angelorum.* Quid miremur, si Mariae splendor coeli pedibus subsit, dum ex ea natus ille, qui est splendor gloriae, erat utique subditus illi. Nil igitur non coeleste in Conceptione Mariae: omnia redolent gratiam, gloriam sapiunt. Devotus ille Dominicanus Catherinus audiatur: *Soli Christo, & in eius gratiam matri suae hoc damus, quod consummati sunt in Gloria; quia illis, & hoc solum tribuimus, (N) quod ab originali peccato fuerunt immunes; Christus iure suo, mater ex privilegio.* Nil praestantius dici potest.

73 Sed iam rumpere moras omnes, opus est, & ad arenam testes pro Immaculata Conceptione advocare, & eos qui contradicunt arguere. In primis, (ut confundatur Caietani temeritas à Pio Dominicano Catherino iuste, & acriter obiurgati, cum DD. plurimis) dicimus (O) Posse Ecclesiam de fide definire veritatem hanc, utpote Deiparam esse sine peccato originali conceptam. Congruentiae ratio est, quia haec veritas supernaturalis spectat ad Ecclesiae utilitatem, ad Mariae Gloriam, ad Dei honorem, & ad aedificationem, ac devotionem fidelium. Ultra hoc, firmissimum est argumentum, & ad hominem

Maria Dei perfecta, & proximior similitudo.

(K) Alanus Varenf. ser. 5. de laud. Mariae.

(L) Angl. lib. 16. cap. 87. Rucius de Gem. lib. 2. cap. 2. Berc. in Red. lib. 11. c. 118. n. 1. 5. 6.

(M) D. Ansel. opus. de B. Virg. cap. 8. Andreas Cret. ex D. Ansel. ser. de Concept. Mariae.

(N) Ambr. Catherin. Domin. de Consum. Gloria Christi, & Mariae.

(O) Ambr. Catherin. Domin. de Immacul. Concept. 1. 1. c. 2. latissime. Iacobus Guaredus, Opusc. de Immac. Concept. d. 3. c. 32. Suarius 3. p. tom. 2. d. 3. sect. 6. Novatus c. 3. q. 4.

(D) Psalm. 67 v. 17. D. Aug. ibidem. Dan. Agricol. in Cor. 10 stella 11.

(E) Casiod. & Michael Ayguan. in Ps. 67.

(F) Marius de Calass. tom. 4. Conc. Lauret. Cervar. Theat. vit. Ham.

(G) D. Aug. in opus. Hom. 3. quae est ser. 35. de sanctis.

(H) Subt. Doct. lib. 1. d. 41. explicans illud. D. Pauli ad Rom. c. 9. cum non dum nati fuissent.

(I) Angel. à monte Piloso loc. cit. art. 9. p. 12.

(P) B. Tho. 3.
p. d. 27. art. 2.

contra impingentes tutiorem sententiam: nam. B. Thomas tenet, quod ab Ecclesia non celebratur nisi quod sanctum est, (P) etenim non celebratur festum, nisi propter sanctitatem alicuius, ideoque (ait) Ecclesia Nativitatem Virginis celebrat. Si hoc valet, etiam & istud valebit: Ecclesia celebrat festum Immaculatæ Conceptionis, inde ergo optime deducitur Conceptionem Virginis fuisse sanctam, & immaculatam, Vnde Martyr Cecilius, Episcopus Eliberitanus, Apostolorum discipulus, in quodam Concilio testatur ab Apostolis fuisse sancitam nostram sententiam, his verbis: *Ille Virgo, Maria illa sancta, illa electa, à primo, originarioque peccato preservata fuit, & ab omni culpa libera. Atque hac veritas Apostolorum Concilium est, quam qui negaverit maledictus, & excommunicatus erit, & salutem non consequetur, sed in æternum damnabitur.* Hæc supraposita authoritati à Theophylonte adducta, germana est, etsi prolixior. Maderanus tamen, (Q) in dubium asserit ire hunc D. Cecilij librum, ut refert Ægidius Lusitanus: sed certum est, illum ab Apostolis Petro, & Paulo Romæ actum in Episcopum, utque prædicaret missum ad Hispanias, ut ex Baronio, eodemque probatur Ægidio. Imò nobis satis foret, oppositam opinionem numquam ab Ecclesia in verum trahi, nec esse receptam, quæ D. Thomæ est, & suorum; nostram vero sententiam iudicari ab Ecclesia magis piam, & Marianæ gloriæ conformiorem. Quid inde? Concil. Basiliense sess. 36. quasi definitam hanc veritatem ponit iuxta rectæ rationis, & Bibliorum fundamenta. Itidem, Concil. Trid. sess. 5. in decret. de origin. peccato, habet: *Declarat tamen hac ipsa S. Synodus, non esse sua intentionis comprehendere, in hac doctrina, ubi de peccato originali agitur, Beatam, & Immaculatam Dei genitricem, Virginem Mariam, sed observandas esse Constitutiones sel. record. Sixti Papæ IV. Hinc Paulus V. & Gregorius XV. ex certa scientia informati in populo Christiano iurgia, ac scandala (R) ex opposita assertionem oriri, huiusmodi suppresserunt opinionem, perpetuum imponendo silentium; imò sub nomine sanctificationis hanc verant celebrari Purissimæ Virginis festivitatem; & præcipiunt omnibus Ecclesijs sub nomine Conceptionis. Ad idem facit, quod Theophylont D. Jacobi maioris discipulus in altero ex suis libris hæc habet: *Nequaquam Angelus Virgini diceret, Ave gratia plena; si in peccato originali fuisset concepta.* S. Ignatius Martyr ait: *Sicut nobis à fide-**

dignis narratur, in Maria matre Iesu (S) humane nature, natura sanctitatis angelice sociatur. Igitur Maria in Angelica puritate est creata. D. Dyonisius Areopagita Apostolorum discipulus, in Epist. ad D. Paulum hæc scribit: *Perspexi, atque proprijs oculis intuitus sum Deiformem, atque super omnes cælicos Spiritus, Sanctissimam Matrem Christi Iesu Nomini nostri.* Et Paulo infra: *Testor, qui aderat in Virgine, Deum, si tua divina concepta mente non me docuissent, hanc ego verum Deum esse credidissem: quoniam nulla maior videri esse posset gloria Beatorum, quam felicitas illa, &c.* Vbi Deipara & vocatur, (sicut postea à Hieronymo, & Augustino,) pulcherrima Deiforma & dicitur, Sanctissima super omnes cælicos Spiritus; nempe quia in primo vitæ exordio longe maiore effulsit gratia, & puritate; & Deiformis est etiam, quia expressissima ratione clarissima est Deitatis imago. Si autem denigrata labe aliqua foret, quomodo Deus repræsentaretur in illa? Concilium etiam 11. Toletanum in Processione Fidei hæc ponit. *Solam Filij Personam pro liberatione humani Generis hominem verum sine peccato de Sancta, & Immaculata Maria Virgine credimus assumpsisse.* (T) Itidem sexta Synodus Constantinopolit. Actione VIII. ait: *Confitemur Iesum Christum incarnatum esse de Spiritu S. & Sanctas immaculatæque domina nostra, Dei genitrice, semperque Virgine Maria.* Et Actione 18. *Sanctam, ac Immaculatam vocat carnem Mariæ.* Nicæna Synodus 11. Actione 6. hæc habet. *Igitur cum timore Dei omnia agamus, postulantes intercessionem incontaminatæ Deiparæ, &c.* Hæc passim Concilia, ac Patres tradunt. Ad Alios etiam modo deveniamus, ut Bandelli, & Caietani, (quos caute in hac præcipuè materia legere oportet) commentitiæ explicationes enerventur.

74 Post Apostolorum tempora Justinus Martyr hæc scripsit: *Beatior dici debet Virgo, & perspicuum est Christi Matrem debuisse hac maternitate Beatam prædicari: nam Dei sermonem audire, & exequi virtutis est, animeque puræ, quæ tota ad Deum spectat. Si Deipara tota ad Deum spectat, quis temere eam accusabit ut peccati mancipium.* S. Hypolitus scribit: *Dominus Iesus secundum Carnem advenit ex Sancta, & Immaculata Virgine.* Quod & pluries repetit. (V) Origenes etiam Adamantius legi oportet Homil. 1. in cap. 1. Matthæi, sic: *Huius itaque unigeniti filij Dei dicitur hæc mater Virgo Maria, digna digni, immaculata sancti,*

(S) D. Ignatius Martyr in epist. 1. ad D. Ioannem.
D. Dyonis. epist. ad Paul.

Maria Angelos excedit puritate, quia purissima dei tatis est imago.

(T) VI. Synod. Constantinopol. Act. 8. & 18. Synod. Nic. II. Act. 6. & alia cum Patribus.

(V) D. Iustin. Martyr in q. ad Orthodoxos, q. 136. & in exposit. Fidei de Trinitat. S. Hypol. de Consummat. mund. in orat. Origen. Hom. 1. in c. 1. Mat. & Hom. 3. in cap. 2. D. Greg. Neocæsar. ser. 1. de Annunciat. passim. Gerardus Vossius, ibi, in schol.

(Q) D. Cecilius Martyr in suo lib. apud Ægidium Lusitanum. de Præservat. Virg. à peccato orig. l. 3. q. 3. art. unic. sess. 4. Concilia approbant Immunitatem Deiparæ à culpa originali.

(R) Basiliens. Conc. sess. 36. Trid. sess. 5. in decret. de orig. peccat. Paulus V. & Gregor. XV. in decret.

& immaculati, una unius, unica unici. Idem habet Hom. 3. in cap. 2. Matth. D. Greg. Neocesar. Commenda Virginem, quam solam gratia elegit. Vbi suus Scholastes Gerardus Vossius addit hæc: Apperte magnus hic author ostendit, quod ut fuerunt Adam, & Eva omnis macula expertes creati, ita Sancta hæc Virgo ab omni peccato libera concepta. (X) D. Gregor. Thaumaturgo (S. Basilij testimonio) Immaculatam Deiparæ Conceptionem pronunciat S. Antiochius, nulli obnoxiam vitio. S. Proculus, ex qua nulla macula contracta processit, quam Deus citra omnem labem formaverat. Damascenus vocat Mariam, Paradisum, ad quem serpens aditum non habuit, & peccato originali caruisse autumat. S. Idiota, Deiparam laudat gloriosissimam, & pulchram non in parte, sed in toto, sine macula peccati originalis, B. Philbertus electam, & immaculatam ab exordio creationis. S. Bruno promittit eam ab originali macula immunem. Richardus de S. Victore, terribilem fuisse (ait) Principibus tenebrarum. D. Cyprianus docet, quod Deiparæ plenitudo gratiæ debeatur. Vnde non est audiendus Bandellus, qui sententiam hanc mutilat, deturpat, & de suo captu confingit, cuius viri audacia, temeritatis, & incisiæ nota à peritis taxatur Dyonisius Alexandrinus, Virginem vocat Tabernaculum non manibus hominum, sed à Spiritu Sancto fabricatum. His adijcere fas sit pro ferto certum cuiusdam prisce Poetæ testimonium sequenti disticho inclusum.

*Unam nec maculam natura reliquit in ista:
ad caput à planta transvolat iste decor.*

At, ut Caietani livor in Puritatis Marianæ vindices, fufius detegatur, qui in opuscul. (seu potius contra) de Conceptione Virginis, cap. 5. v. *Quod autem*, pro sua opinione quindecim ex SS. PP. asserere promittit, asserentes Virginem fuisse originali culpa maculatam; sed eos sigillatim advoco ad arenam, Caietani dictum de mendacio convincentes. Primus sit suus D. Thomàs, in cuius verba (asserunt) iurat Religio Dominicana: sed utrum tota, circa hoc punctum, dicant Patres Dominicani totius Galliarum Regni, quia ad mentem D. Thomæ Mariam tenent à peccato originali fuisse alienam; Itali vero, & Hispani, è contra ad mentem D. Thomæ sentiunt. (Y) Testem adhibeo ex Dominicanis Ambrosium Catherinum, virum utique sapientissimum, ac pijsimum, nulla livoris tabe corruptum, qui sic loquitur: *Ordo noster, secum minime constat, cum Transalpini fratres nostri sapientissime*

concedant, & morem universalis Ecclesiæ sequantur sub nomine Conceptionis celebrantes: Itali vero eiusdem D. Thomæ doctrina ducti, Deiparam originali noxia detentam tradunt. Hæc ille. Sciscitor modo, quinam ex his aptius D. Thomam sequitur? Cuius partis est D. Thomàs, asserentis, aut negantis? Dicant sui. Modo dicam ergo pro Caietano, & in eius gratiam. D. Thomas Psal. 14. ad illa verba v. 2. *Qui ingreditur sine macula;* ibi ait. *Sine macula scilicet mortali, quia peccatum veniale non habet maculam propriè: sed in Christo, & Maria, nulla omnino macula fuit.* Locus satis apertus est, nec in alium sensum valet retorqueri; nam dicit, peccatum veniale esse maculam improprie, mortale vero propriè: vnde vult originale maiorem esse maculam, quam veniale: & ratio est, quam dat 3. p. q. 87. & 89. art. 2. ad ultimum, quod ad tollendum peccatum mortale, quod inducit in anima privationem decoris gratiæ, quoad tollendam eius maculam gratiæ infusio requiritur: Ad tollendum vero veniale, (quod induit inordinatam inclinationem affectus ad aliquod temporale) sat est actus procedens ex gratia, per quem removetur talis adhesio ad temporalia. Modo ad hæc, quæ Caietanus obijcit breviter promam aliqua. Peccatum originale gratiæ privat, & per Baptismum reparatur ex suo D. Thomas p. 2. q. 81. in corp. quæst. & q. 113. art. 3. ad 1. & q. 81. art. 3. ad 2. si privatio decoris gratiæ est macula, & maior macula veniali, ut habet q. 89. ad ult. quæ propriè ex ipso D. Thom. macula non est; & si ut tollatur originale, & eius macula gratiæ infusio requiritur; ad veniale autem non gratia, sed actus fluens ab ipsa; dicente D. Thomæ, quod in Christo, & Maria, nulla omnino est macula: Percontor, an hos solum eximat à mortalibus peccatis, an non? Si sic; ergo solus Christus, & Deipara fuere sine peccato mortali; non vero Hieremias, nec Joannes Baptista: quod est contra fidem; & contra seipsum 3. p. q. 27. si à veniali eos excipit; cum dicat non esse maculam propriè, cum non auferat decorem gratiæ; multo magis ab originali eos exemptos dabit, cum originale propriè macula sit, gratiæ decorem auferens. Insuper, 3. p. q. 27. dicit, quod si Maria venialiter peccasset, non esset conveniens mater Christi. Sed veniale est minor macula, quam peccati originalis, cum illa ut tollatur, non requirat infusionem gratiæ; huius vero infusionem gratiæ requirat; ergo velit, nolit Caietanus, D. Thomas sibi contradicit, aut cum nobis

Vide l. de Tho.
opinione erga
Concept. Virg.

Ferdinand.
Salazarius de
Concept. Mar.
lectè, & crudè.

Nota D. Tho.
sibi met opposi-
tum, & con-
tradictorium.

Caietani obie-
ctio ex D. Tho.
nil sibi suffra-
gatur.

Maria, si ve-
nialiter pec-
casset, non es-
set cõveniens
mater Chris-
ti, ex D. Tho-
ma.

D. Thom. im-
munitatē Vir-
ginis à culpa
originali vide-
tur arguitur
concedere, &
deductivè.

(X) D. Greg.
Thaumaturgus.
1. de Nat. S.
Anthiocus,
Hom. 21. Pan-
dect. S. Procu-
lus, Hom. ad
Conc. Ephesi. 6.
cap. 7.
Damasc. orat.
1. de Assumpt.
Idiota, l. de cõ-
templ. Virg. c.
2. B. Philbert.
in salut. Angel.
S. Bruno in Ps.
101. Richard.
de S. Viñ. ad
illa verba cõt.
tota pulchra,
&c. D. Cypria.
orat. de Christ.
Nat. in Dyen.
Alexandrin.
apud Biblioth.
vet.
PP. Thom. 2.
Austarij.

(Y) Ambros.
Cather. in
Opusc. de Im-
maculat. Con-
cept. Maria.

bis puritatem Virginis, & immunitatem à culpa originali profitentibus, est.

Beata Virgo
nullam obscū-
ritatem pec-
cati habuit.

Ex principiis
D. Thom. con-
cluditur virgi-
nem non potuis-
se venialiter,
nec originaliter
peccare.

Nota, & adver-
te Caietani res-
ponsum, viro
indignum eru-
dito.

Canisius, Ber-
nard. de Buss. in
Mar. ser. de Con-
cept. Antonius
Cuccarus, Mi-
chael Mediola-
nensis, & alij.

75 Siftatur propinquius Dominus Caietanus, & audiat D. Thomam explanantem illud Psalmi 18.v.6. *In sole possuit tabernaculum suum.* (Christus scilicet) possuit corpus suum, in sole, idest in Beata Virgine, quæ nullam habuit obscuritatem peccati. Peccatum autem originale lucis carentia est, nempe originalis iustitiæ: Vnde D. Thomas è medio à Maria tollit obscuritatem peccati originalis. Ad dam, quod ipse explicans illud Psalm. 45. vers. 5. *sanctificavit tabernaculum suum altissimus*, adiecit. *Est & alia sanctificatio B. Virginis, & aliorum sanctorum, quia alij sic sanctificati fuerunt, quod numquam mortaliter peccaverunt, tamen venialiter. Beata vero virgo, sic sanctificata fuit, quod venialiter non peccavit.* Nunc sic: D. Thomas part. 2. quæst. 109. art. 8. docet, hominem in statu naturæ integræ, peccata mortalia, & venialia vitare potuisse, non autem à venialibus abstinere potest in statu naturæ lapsæ: Vnde, cum Virgo Maria iuxta D. Thomam venialiter non peccaverit, fit ut numquam subiacuerit statui naturæ lapsæ, in quo solo caput fuit culpa originalis.

76 Reverendus Caietanus vi rationum pressus, dictum D. Thomæ in specie, non in genere, nos ei demonstrare oportere contendit. Geramus huic viro morem, & quam benè se exercuerit in Thomæ legendo doctrinam, ostendamus. Siquidem ipse D. Thom. opusc. 7. habet. *Nullus hominum (præter Christum, & Beatam Virginem) fuit immunis à peccato originali.* Quæ verba à priscis auctoribus referuntur, etsi modo ablata sint, ut Canisius, Michael Mediolanensis, Antonius Cuccarus, & Bernardinus de Bussis, ac alij antiqui DD. ea referant, ut ab antiquis Thomistis innegata. Deinde 1. 2. q. 81. art. 5. ad 3. ait: *Dicendum, quod illa purgatio præveniens in B. Virgine, non requiritur ad auferendum transfusionem originalis peccati, sed quia oportebat, ut mater Dei maxima puritate niteret.* Non enim est aliquid digni receptaculum Dei nisi sit mundum, secundum illud Psalm. 93. *Domum tuam Domine decet sanctitudo.* In isto, si purgatio præveniens in Virgine non requirebatur ad auferendum ad ea transfusionem originalis peccati: Ergo in eam non fuit transfusum; imò purgatio illa præveniens non fuit sublevativa, sed præservativa, ut Subtilis Doctor, & omnis eius Schola docet. Quid ad hæc dicit Caietanus? Dicat ad hæc alia. D. Thomas

dicit 3. p. q. 27. art. 1. & in 3. d. 3. q. 1. a. *Maria fuit sanctificata priusquam nata ex utero, in quo sanctificari, conveniens fuit.* Et 3. p. q. 27. a. 6. oppositum videtur dicere. Cui ex his dictis adhibenda est (ò Caietane) fides? Ulterius, 3. p. q. 7. art. 10. ad 1. & q. 27. art. 1. & opusc. 8. & ad Rom. 8. lect. 5. *Maria super omnes post Christum habuit plenitudinem gratiæ.* Ergo plusquam Angeli: sed isti numquam aliqua culpa fuerunt impuri; ergo Maria fuit purior illis, & consequenter sine culpa originali. Clarius opusc. 8. omnem culpam originalem, venialem, & mortalem à Virgine procul esse, defendit; etsi verba sint ab aliquibus, nobis in typis deleta, à citatis tamen auctoribus relata. Domine Caietane, quid dicis ad hæc? Certe ex te ipso iugulum tuo gladio paras. Dehinc, ipse D. Thomas opusc. 8. de B. Virgine agens, dicit: *Excedit Angelos in plenitudine gratiæ, & in familiaritate Divina.* Percontor, quomodo in gratia, & in eius plenitudine, imò in familiaritate circa Deum, excedit Angelos: cum istis à creatione gratia, & familiaritas cum Deo, ab ipso data sit; Maria verò (iuxta D. Thomam ibi) creata sit in peccato originali, & pro tunc Deo exosa, & non familiaris? Hæc siquidem repugnare videntur. Deinde, in eodem opusc. circa med. adducit auctoritatem Augustini, canentis Virginem sine peccato conceptam. Ad quid hoc faceret, si eam maculatam originali peccato vellet. Vnde August. lib. de nat. & gratia, cap. 36. arguit Pelagium, dicentem non dari peccatum originale: contra quem Bibliorum textibus, ac rationibus dari probat, & concludit sic. *Excepta sola Virgine, de qua propter honorem Domini, cum de peccatis agitur, nolo habere questionem, si omnes sancti viverent, & interrogarentur, an sine peccato fuissent, omnes una voce dixissent, si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, &c.* Et ex August. textu, liquido patet loqui præcipuè contra Pelagium de peccato originali, & si forte de alijs, accessorie. Patet hoc, nam dicit, quod plus ei gratiæ donatum fuit ad vincendum ex omni parte peccatum. Ego vicit originale, mortale, & veniale: etenim, si originale non vicisset, non vicisset ex omni parte, sed solum ex aliqua. Dicit Caietanus: Vicit? Ergo habuit: quia quod non habetur, non vincitur. In isto, etiam vicit mortale, & veniale: ergo habuit? Pessima illatio. Vnde dicitur, vicit: quia gratia præservativa, (non sublevativa) de peccatis omnibus triumphavit. Ad hæc faciunt Jurisperitorum

Maria, etiam
à D. Thoma
mundissima
ab omni cul-
pa prædica-
tur.

D. Thomas se-
bimes repug-
nare videtur.

D. Thom. opusc.
8. asserti dicti
August. & no-
bis, non illi sus-
fragari eviden-
ter concluditur.
D. August. lib.
de nat. & gra-
tia, cap. 36.

(L) *L. Beneficium*, ff. de *Constit. Princ.* & extr. de *don. C. cum dilectis*, §. pen. in fin. l. in *testamentis*, ff. de *re iudic.* & l. *Turiossi*. C. de *nupt.* & l. *Verbum legis*, ff. de *verb. sig.* Francisc. Maiorinus.

(A) C. odia de *reg. iur.* lib. 6.

Opera D. Thomæ à qui buldam sunt mutilata, vt ex Parisiens. impressione constat anno 1592.

Videatur D. Thomas lib. 1. d. 44. art. 3. ad 3. & passim.

regulæ: nam in gratijs (Z) plenissima facienda est interpretatio. Quapropter, cum dicit Augustinus Mariæ gratiam fuisse datam ad vincendum ex omni parte peccatum, plenissima fieri debet interpretatio, vtpote quod etiam de originali loquatur. Vnde Doct. illuminatus Maiorinus aduersariorum interpretationem impiam esse dicit; nam Virginis privilegia non arctari, sed ampliari debent, eo magis, quando privilegium in favorem eius vergit, (A) cui facta est concessio. Adde, quod in operibus D. Thomæ Parisijs anno 1592. impressis, super Epist. ad Gal. cap. 3. lect. 6. ad verba illa, *virum de mille, unum reperi*, ait, Christum sine peccato, de mulieribus nullam, quæ à peccato originali ad minus, fuisset immunis. Excipitur (inquit ibi) purissima, & omni laude dignissima Virgo Maria. Quid clarius? Voluant eius opera Parisijs eo anno typis data. Etiam in 1. d. 17. q. 2. a. 4. ad 4. inquit, quod Virgo Maria pervenit ad summum puritatis. Si ergo summum puritatis habuit, omni prorsus caruit inquinamento. Item, lib. 1. d. 44. a. 3. ad 3. hæc profert verba: *Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquid creatum inveniri, quo nil purius in rebus creatis esse possit, sine ulla contagione peccati; & talis fuit puritas Beate Virginis, quæ à peccato originali, & actuali immunis fuit.* Quid ad hæc Caietanus? Dicit, quod D. Thomas in 3. d. 3. se retractavit. O bone Deus! Ergo D. Thomæ non placuit opinio D. Thomæ. Omitto brevitatis gratia, alios D. Thomæ textus, (velit, nolit Caietanus) nostræ Sententiæ adherentes.

77 Doctor Seraphicus D. Parens Bonaventura adducitur pro se à Caietano, dum ille in 3. d. 3. p. 1. a. 1. q. 1. resolvit Virginem conceptam fuisse in peccato originali. Revera id D. Bonav. sentit, attamen tom. 3. serm. 2. de B. Virgine, ser. de sanctis in comm. sententiam mutavit dicens §. dico: *Solus filius Virginis fuit à culpa originali immunis, & ipsa mater eius Virgo.* (B) Plena enim fuit gratia præveniente in sua Conceptione; gratia scilicet præservativa contra seditatem originalis culpæ. Ipse Seraphicus Præceptor in Breviloq. lib. 3. cap. 4. in calce, ait: *Virgini data fuit gratia singularis, qua extincta fuit in ea omnis concupiscentia ad concipiendum Dei filium, absque omni peccati labe, & corruptela.* Quid autem est gratia singularis, nisi gratia præservationis, non sanctificationis in vtero matris: nam hanc Joannes Baptista, & Hiere-

mias habuere, & sic non foret singularis gratia in Virgine. Idem, in lib. *Laus B. Virginis Mariæ* sic canit. *Rosa decens, Rosa munda, Rosa recens sine spina.* (Scilicet culpæ originalis) Idem, in 2. Quinquag. ait. *Ave Virgo recti cordis, nec unius umquam sordis inquinata seditate.*

Etiam in 5. Quinquag. habet. *Ave plena gratiarum, Dei manu fabricata, nec ab eo violata.* Et in 1. ait, *Ave Virgo ruga carens, &c.* Et tom. 2. opusc. contemplationis, vers. ad nonam, inquit. *Mariæ mirabilem Conceptionem absque inquinatio- ne.* Imò, etiam si D. Bonav. & D. Thomas essent prorsus pro opposita opinione, nil Caietano faverent: nam (vt ait D. Thomas) magis consuetudini Ecclesiæ standum est, quam authoritati Augustini, Hieronymi, Ambrosij, & quorumcumque sanctorum. Nil ergo censura Caietani facit ad intentum. D. Bernardus (ait Caietanus) in Epist. ad Canonicos Lugdunenses tenet, quod Virgo post Conceptionem in vtero sanctificata fuit; vnde sanctam fecit Deus suam nativitatem, non Conceptionem. Fallitur Caietanus, nec in dicta Epistola D. Bernardus Mariam vult in peccato conceptam; sed solum Canonicos obiurgat, eo quod sine Ecclesiæ Romanæ autoritate Conceptionis festum celebrarent. Et interim advertere debuit Caietanus, D. Bernardum ibi dicere; *Creditur.* Quod nihil probat, nam testes per verbum *Creditur*, attestantes, nil valent, nec fidem habent in iudicio, (C) vt DD. communiter habent. Patet, quia D. Bernardus ibi addit hæc: *Quæ autem dixi, absque dictis sint sanius sentientis, Romana præsertim Ecclesia; cuius authoritati, & examini totum hoc, sicut & cætera huiusmodi reservo, & ipsius si quid aliter sapio paratus sum iudicio emendare.* Sed Ecclesia modo Conceptionis festum celebrat purissimæ: eam igitur & fatetur cum Ecclesia Bernardus. Quod autem stet pro nostra sent. patet ex ser. 4. in cantic. *Salve Regina*, circa medium, scribens, *Turris es Libani. Libanus mons, qui dicitur de albatio albam significat innocentiam tuam: innocens fuisti ab originalibus, & actualibus peccatis.* Ser. 13. in Cœn. Dom. ait. *Non est in Filijs hominum magnus, vel parvus, qui in peccatis non fuerit conceptus, præter matrem immaculati agni.* Epist. 174. habet. *Quod vel paucis mortaliū fuisse concessum fas certe non est suspicari Beate Virgini fuisse negatum.* Vnde cum primi parentes in gratia creati sint, hoc virgini non est negandum. Ser-

mone de B. Maria promittit hæc: *Licet Ma-*

Lib. laus B. Mariæ Virg. v. 6. In 2. 5. & 1. Quinquages. tom. 2. opusc. contemplat. ad nonam.

Adverte D. Thomæ verba, utique sanctissima, & laudis digna.

D. Bern. in Epist. ad Canonic. Lugd.

Non recte adducitur à Caietano, ad probandum.

(C) Vivius in Cœpend. Opin. 96. n. 1. Prosp. Farin. de opp. contra Testes, p. 69. n. 25. & q. 68. n. 62. Alex. Conf. 74. num. 8. D. Bern. ser. 4. in Cant. Salve Regine. ser. 13. in Cœn. Domini. Epist. 174. ser. de B. Maria.

Mariæ encomia plura ex D. Bernardo, pro illius à culpa immunitate.

ria

(B) D. Bonav. in 3. d. 3. p. 1. art. 1. q. 1. In Breviloq. lib. 3. c. 7. in fine.

ria de Patrum natura per peccatum vitia-
ta ducat originem; tamen per Spiritum
Sanctum praelecta, & praeſervata ad pu-
rum, Deum nobis obtulit hominem. Nota
ly praelecta, & praeſervata ad purum. Alia
D. Bernardi loca poſſent adduci.

78 Eusebius Emissenus (ait Caieta-
nus) inquit. *A peccati originalis noxa
nullus immunis extitit, etiam ipsa Dei
genitrix Virgo.* At Caietanus non ſtat hic
in promiſſis, dum ſpondet non ſolum
Patres, & DD. Sed & loca adducere pro
ſua opinione. Verba formalia Eusebij
ſunt hæc: *A peccati originalis noxa nul-
lus immunis fuit, per ſe namque, nec Bea-
ta Dei genitrix Virgo.* Caietanus præter-
miſit, *per ſe namque*, nam ſic referendo
ſe gladio iugulare videbat. Sic nos dici-
mus, quod Virgo Maria fuit ſine peccato
concepta, ſed non per ſe, ſed per gratiam.
Inſtat ille: D. Antonius Paduanus ſer. de
Nativit. B. Virginis docet, eam fuiſſe in
vtero ſanctificatam, & natam ſine pecca-
to. Fallitur Caietanus, quia in operibus
D. Antonij nec talis ſermo, nec verba
talia reperiuntur. (D) bene vero iſta: *Bea-
ta Virgo à delicto peccati praeſervata fuit.*
Citat etiam ille S. Maximus, dicentem.
*Beata Virgo fuit in vtero matris ſanctifi-
cata ab omni contagione culpæ originalis
antequam nasceretur, & per Spiritum San-
ctum mundata.* Hæc D. Maximi verba,
cum nec ponant ſanctificationem in pri-
mo inſtanti, an poſt, nec dicant ſubleva-
tive, an præſervative, obſtant nihil. Imo
ex ipſius verbis citatis à Bernardino de
Buſtis, nobis S. Maximus ſuffragatur, ſic
ſcribens: *Hæc, quæ fuit admirabilis Dei
Thalamus, Cœleſte Templum, tabernacu-
lum Gloriæ, de qua ſpecioſus prodijt ſpon-
ſus; lux gentium, ſpes fidelium, condecen-
ter, & congrue nulla macula originali con-
taminata eſt.* Adducit præterea Thomas
de Vio S. Erardum Episcopum, & Marty-
rem ſer. de Nativit. Virginis dicentem:
*O Fœlix puella, quæ concepta in peccato,
purificatur ab omni peccato.* Sed Domine
Caietane, aditum per avia quæris: Nam
nec opera, nec ſermo ullus S. Erardi huius
prodire uſque modo; ſi autem ſic, dic
vbi. Affert inſuper S. Remigium in Pſal.
21. dicentem, *B. Virgo Maria fuit ab
omni macula peccati mundata.* Sed revera
fallitur, nam nec umbra horum reperitur
verborum in D. Remigio. Bedam ponit
Hom. 5. ſuper miſſus eſt, aſſerentem, (vt
in Gloſſ. ord. habetur) *Spiritus Sanctus
mentem Virginis ab omni vitiorum ſorde
juſtificavit.* Sed Gloſſa male Bedam ad-
ducit, quia nec talia verba ponit, nec ſom-

niavit. S. Ambroſium pro ſe eſſe prædicat,
quia ſuper Pſal. 118. dicit: *Venit Domi-
nus Ieſus in carne, quæ in matre fuit pec-
cato obnoxia.* Non fideliter (vt ſponpon-
derat) verba à Caietano citantur, nam hæc
ſunt formalia D. Ambroſij. *Venit Domi-
nus Ieſu, & in carne peccato obnoxia mi-
litiæ virtutis exercuit.* At maxime diffe-
runt, *quæ in matre fuerat peccato obnoxia,*
& in carne peccato obnoxia. Nam in pri-
mo matrem argueret de peccato; ſed non
fuit; cum in ſecundo ſenſu ſonet totam
naturam ex communi lege fuiſſe obno-
xiam peccato, quam tamen ſuſcepit Inno-
centem. Item, Ambr. loc. cit. contra Cai-
etanum eſt, nam ſic habet: *ſuſcipe me, non
ex Sarra, ſed ex Maria, quæ virgo eſt per
gratiam integra ab omni labe peccati.* Po-
nit etiam in hac ſerie S. Vincentium Fer-
rarium ſui ordinis teſtamentum, quod virgo
Maria fuit in originali peccato concepta.
At pace ſua, hæc non ſunt D. Vincentij
verba; ſed contrarium ponit ex antea
dictis, & ſer. 2. de Nativ. Virg. *Poſt-
quam (ait) fuit corpus creatum, & anima
creata, ſtatim tunc fuit ſanctificata.* Ad-
dam, quod idem ſanctus ibi ait: *non cre-
datis, quod ſit ſicut in nobis, qui in pecca-
tis concipimur.* Ac ſi dicat, non ſic ipſa vir-
go, quia ſine peccato concepta eſt. Vnde
Caietanus hic oleum, operamque perdidit.
Corroborare nititur ſuum intentum au-
thoritate D. Bernardini dicentis, quod in
Virgine fuit ſanctificatio removens cul-
pam originalem. Non legit omnia Cai-
etanus, nam ſolum ponit diſcrimen ſancti-
ficationis Mariæ, & Joannis, ac Hiere-
miæ: Vnde ſubdit ſanctus: *Beata Virgo
Maria poſtquam auſerebat à nobis oppro-
bium, congruum erat, quod ſuperaret,
& vinceret etiam diabolus, ita quod nec
ei ſuccumberet etiam ad momentum.* Et ſer.
49. ait, *magis pium eſt credere, quod vir-
go non fuerit in peccato concepta, quam
credere quod ſit.* Et addit, *Non eſt creden-
dum, quod ipſe filius Dei voluerit naſci ex
Virgine, & ſumere eius carnem, quæ eſſet
maculata ex aliquo peccato originali.*
Affert D. Anſelmum dicentem: *Licet
ipſa Chriſti Conceptio munda ſit, Virgo
tamen ipſa, unde aſſumptus eſt Chriſtus,
concepta eſt in peccato.* Hæc verba non
ſunt D. Anſelmi, ſed Boſij: hæc autem
ſunt D. Anſelmi (E) ſuper illa verba ad
Cor. 5. *ergo omnes mortui ſunt*, vbi ait:
*Mortui ſunt, ſcilicet in peccatis, nemine
prorſus excepto, dempta Matre Dei, ſive
originalibus, ſive voluntate addictis.* De-
nique D. Ioannem Chriſoſtom. in Matth.
refert Caietanus dixiſſe: *Quamvis Chriſ-
tus*

S. Ambroſ. in
Pſal. 118.

S. Vincent. Fer-
rarius ſer. 2. de
Nativ. Virgin.
vbi pro nobis
eſt.

Omnes Au-
thores à Cai-
etano adducti
pro puritate
Conceptionis
Mariæ acriter
pugnant.

D. Bernad. Sen.
c. 3. ſer. 2. poſt
Dom. Palm. &
ſer. 49. ſer. 3.
Poſt. Paſch. ſer.
5 2. art. 1. c. 1.
ſer. 3. poſt Do-
min. Oliv. tom.
4. paſſim.

D. Anſelm. lib.
cur. Deus Ho-
mo c. 16.

D. Ioann. Chri-
ſoſt. ſuper Mat-
th. Idem in Ep.
à Trapezunt.

in latinum
translata, vt
refert. Pius d. m
broſius Cathe-
rin. Dominican
de immacula-
ta Conceptione
opuſc.

D. Auguſt. in
Pſalm. 34. &
lib. 2. de Bapti-
ſm. ſer. d.
Annunt. quæ
eſt. 17. de San-
ctif. ſer. 15. de
Tēp. & de Nat.
Dom. 11.

Lyran. in ſua
Gloſſ. ad c. 1.
Lucæ 35.

(E) Biblioth.
Patrum tom. 8
Vincent. Bel-
vac. in ſpecul.
Hiſt. lib.

Euseb. Emiss.
in Nativ. Dom.
incipit, Noſtiſ.

Caietanus mu-
tilat autori-
tatem.

(D) D. Anton
Paduan ſer. in
ſer. 5. de Paſſ.
circa med.
S. Maximus
ſer. de Aſſumpt.
Virg.

Bernardin. de
Buſtis in Marial
de Concept. ſer.

S. Erardi nul-
lum extat opus
nec ſermo.

S. Remigius in
Pſal. 21.

Beda Hom. 5.
ſuper Miſſus
eſt. Adductus
male à Gloſſa.

tus non esset peccator, naturam tamen de peccatrice suscepit. Verba hæc omnino aliena sunt à scriptis Chrysostomi: sed in Liturgia tom. 5. ait, *Virgo sancta, & immaculata fuit*, & in Epist. à Trapezuntio de Græco in Latinum versa, expresse tenet Mariam sine originali peccato conceptam. Tandem, ad Augustinum deveniamus pro se Caietano adductum, qui in Psalm. 34. tenet, quod *Adam est propter peccatum mortuus, Maria ex Adam mortua est propter peccatum*. D. Parens Augustinus verba hæc formalia habet; *Maria ex Adam mortua propter peccatum Adæ*. Nil amplius habet, & sic exponitur. Mortua foret propter peccatum Adæ, nisi ex gratia prævenerat esset, & preservata. Quidquid etiam sit, innumeris alijs in locis sentit oppositum. Primo, lib. de Natur. & gratia, cap. 36. cum de peccatis agitur, nullam prorsus de Maria volo habere questionem. 20. ser. de Partu Virg. qui est de sanctis ser. 17. hæc ait: *Sanat (utpote Christus) in vobis, quod extraxistis ex Eva, absit tamen ut vitaret, quod dilexistis in Maria*. Omnes autem ex Eva extraximus originale peccatum; ergo hoc non vitavit Mariam. Et ferm. de electione Virg. in Matrem habet: *Tria mala Evæ à tribus bonis Mariæ probantur exclusa: dolori, tristitiæ, servitute se subiungant feminae, quæ Mariam non sequuntur*. Ibi alia pro nostra sent. ponit. Tandem Capreolus nostrum Lyræ pro se advocat in Epist. ad Thesal. cap. 4. Sed citat falso; verba enim Lyræ hæc sunt expressa, non ubi citat, sed in Lucæ, cap. 1. v. 35. dicentis: *Prius venerat Spiritus Sanctus super virginem, eam à peccato originali preservando*. D. etiam Ildephonus advocatur scribens: *Maria nisi in utero matris sanctificata fuisset, minime eius natiuitas celebranda esset*. Hæc Bandellus, sed false; nam verba Divi Ildephonsi hæc sunt: *Constat Mariam ab omni peccato originali fuisse immunem, per quam non solum primæ matris soluta est maledictio, verum etiam omnibus est benedictio condonata*. Portant Sedulium hæc meretrice canentem.

Vt quoniam nata prior, vitiata iacebat, Sub ditione necis, Christo nascente renata.

Sedulius Poeta falso adducitur ab adversarijs, à quibus verba impravè sensum retorquentur.

At etiam false trahitur ad suum scopum: Verba etenim Sedulij Mariam in Conceptione prædicantis à culpa immunem. His carminibus clarissime continentur. Dicit sic.

En velut è spinis nobilis Rosa surgit acutis,

Nil quod lædit habens, vel quod obscurat honorem.

Sic Eva de stirpe, sacra veniente Maria,

Virginis antiquæ facinus nova virgo piarat,

Vt quoniam natura Prior vitiata iacebat,

Sub ditione necis, Christo nascente, renasci.

Possit homo, & veteris maculam depungere carnis.

Non dicit nata, sed natura: nec dicit renata, sed renascit possit homo: natura scilicet humana vitiata iacebat, non Maria. Alia possem in hoc spectabili Galaad testimonia acervare, sed satis erit breviter quædam non parvi momenti apponere: & hæc sunt sequentia.

Primum testimonium de puritate Mariæ affert S. Dominicus, primum Religiosis caput, qui in lib. de Corp. Christi habet: *Sicut primus Adam ex terra Virgine, & numquam maledicta formatus est, ita decuit secundum Adam fieri*. Ex quibus deducitur, quod si Virgo in peccato fuisset concepta, fuisset aliquando maledicta. Secundus testis est Seraphicus Parens D. Pater Franciscus, dicens: *Ave domina sancta, in qua est, & fuit omnis plenitudo gratiæ, & omne bonum. Non est tibi similis in mundo*. Hunc sequitur tota sua celeberrima toto Orbe Religio, hoc propugnans pro aris, & focis, & omnes Scotiæ, ac Subtilior Shola Scotistarum, iurantes in verbis Mariani, & Subtilissimi Præceptoris. Augustiniana mei Parentis, ac Magistri omnium Augustini, cum eo passim. Et ut vna voce dicam, altera ex parte dempta, omnes Religiones id acriter defendunt: Præcipue tamen Jesuiticus D. Patris Ignatij ordo, tot Illustrissimis Scriptoribus decoratus, cuius laus meum superat captum, (non affectum) cuius elogia marmore digna fiunt, quemque ex corde veneror, diligo, amo, etsi deficiant (testor ingenue) vires tot celeberrimorum recensere merita virorum. His suppetunt materiam Patres, & DD. præscripti: insuper Cyprianus, Ambrosius, D. Vincent. Ferrerius, Gregorius, Hieronymus, Damascen. Cyrillus, Laurent. Justinian. S. Fulgentius, S. Ephrem Syrus, alijque innumeri. Ex Dominicanis ultra 40. nostræ stipulantur sententiæ, quos (ne in indebitam metam protraham sermonem) non individualiter recenseo: legantur tamen in libello, cui titulus; sententia D. Thomæ circa Conceptionem; ego de his, & in his chronisso. Vellem tamen

Advertat hæc sincerus Lector, & ponderet.

S. Dominicus lib. de Corp. Christi, apud Pelbart. in stellario lib. 4. p. 2. art. 3.

Bust. in Marial ser. 5. de Concept. p. 2. Canis. lib. 1. c. 7. Salm. ad Rom. 1. d. 52. Suarez. 3. p. q. 27. disp. 3. Chytræus tract. de Concept. Hilar. ser. de Concept.

Vinc. Belvac. lib. 29. cap. 9. Spec. Hist. & alij.

D. P. Francisc. tom. opusc. in Salut. ad Virg. Mariam.

D. Cyprian. lib. de Cardinal. virtut. Christi. Ambros. ser. ad Gab.

D. Vincent. Ferrer. cit. pluribus in loc. cit.

D. Greg. Hieronymus. Damascen. Cyrillus.

Laurent. Just. in lib. de Obed. c. 25.

S. Fulgent. lib. de Laudib. Virginis.

S. Ephrem. Syrus. orat. ad Virg. Vids lib. cui titulus sententia D. Thomæ circa Conceptionem Dei-pare.

LIB. I. DE MONTIBUS.

tamen, vt à pijs perpendenterentur centum labe originis concepta. Sunt autem Hæc, (F) Ioan. Bapt. Agnoscitur in
 sequentia Anagrammata, pro Deipara sine in his contenta verbis. (F)

57

(F) Ioan. Bapt.
 Agnoscitur in
 Anagrammat.
 pro Deipara.

AVE MARIA, GRATIA PLENA, DOMINUS TECUM.
 Anagrammata Pura.

1. **P**ura vnica ego sum mater alma Dei nati.
2. Deipara inventa sum, ergo immaculata.
3. Pia, munda, iusta, alma creatorem genui.
4. Ego aurum nitens, immaculata Deipara.
5. Ego mitis, Pura, immaculata, veneranda.
6. Margarita Cœli sum, nivea apte munda.
7. Sat Pura à malo Adami, increatum genui.
8. Vna semper Immaculata Virgo, Dei nata.
9. Deipara augusta, Immaculata nominer.
10. Arca pura nati Dei, eum tegam almo sinu.
11. Aula sum tota munda, ac Regina Empyreï.
12. En Virgo, en Deipara sum, at immaculata.
13. Procul anguis à me, vna mater Dei amati.
14. Ruat anguis amare, immane caput elido.
15. Tota sine macula Adam, purè germinavi.
16. Pergam inviolata, ac munda mater Iesu.
17. Vivam Deo integra, Immaculata Parens.
18. Digna mater Iesu, & pura macula omni.
19. Pura, & digna mater, summa Cœli ianua.
20. Sola pura, ac mire munda animata viget.
21. Vna est Deipara Virgo: en immaculatam.
22. Vna est immaculata Virgo, en Deiparam.
23. Si pariat vna Deum; en ergo immaculatam;
24. En pura Dei amans, & immaculata Virgo.
25. Purè amata, & munda è macula originis.
26. Regina summe diva, purè intacta à malo.
27. Dei summa Imago, clara, & pura inventa.
28. En Virgo nata diva, semper immaculata.
29. Almi Virgo ante casum Adæ permunita.
30. En Virgo pariet Deum, sana, Immaculata;
31. Nivea mater Iesu culpam ignorat Adam.
32. Ita Eva secunda malum ignorat primæ.
33. Virgo est, ac præmunita in Adæ Malum.
34. Ista Virgo almè, purè, ac munde animata;
35. Tanta Virgo merè immunis à culpa Adæ.
36. Deiparâ magna venit, morsu mali vacet.
37. Ea sane tota pura, miraculum magni Dei.
38. Iram, maculamve Adæ penitus ignorat.
39. Purior Angelis, Deum, vnice amata amat.
40. Regina mire tuta à lapsu communi Adæ.
41. En micat alme ignita, pura domus aurea.
42. Virgo veneranda, ipsamet immaculata.
43. Ista Eva Regina, mundo alme pura micat.
44. Mature nego in Deipara iusta maculam.
45. Lapsus, ac reatum Adami nivea ignoret.
46. Magna Deipara vnice tuta è morsu mali.
47. Iure negamus maculam in tota Deipara.
48. Amici en purâ genuit Adam Salvatore.
49. Ergo sine macula à vita: nam Deum parit.
50. O sane claram, & puram Dei vivi gnatam.
51. O Divam pure genitam, sine atra macula.
52. O Divam ingenti macula præservatam.
53. Age munda, i pura tota mire sine macula.
54. Io Regina pura, munda, & immaculata es;

55. Age, Numen patris ò diva, ter immaculata.
56. Age Idea sane clara omnium puritatum.
57. Tu iure immaculata, ò magna Dei parens.
58. Tu magna, servata à nece mali duri pomi.
59. Tu Regia pure munda, anima amicta sole.
60. Pure immaculata es, nam Virgo Dei nata.
61. En vades, ò pura mater agni immaculati.
62. Eia munda parens, & immaculata Virgo.
63. Tu è summo data pura à nece amari ligni.
64. Pura ante originem immaculata vades.
65. Tu ergo immaculata, nam Deipara venis.
66. Tu regia munda, animata Cælum aperis.
67. Vna paries Dei natum: ergo immaculata.
68. I, age pura à sorde, & munita in maculam.
69. I, Regum Patrona, en diva immaculata es.
70. Iam munda es à culpa, Virgo intemerata.
71. Vna Deo immaculata es, mater puri agni.
72. Eia ergo pura, munda immaculata nites.
73. I Virgo sane munda, aperte immaculata.
74. Eva, te dignam iuro sine macula portam.
75. Pura à macula, esto etiam mundi Regina.
76. Tu Regina pia, summa, & munda Cæli ara.
77. I Virgo alme amata, munda, & necis pura.
78. Sane digna, merito ve pura, immaculata.
79. Verum Dei agnum intacta à malo, paries.
80. Age pure animata, mire cumulata donis.
81. O Regina summe nitida, & pura à macula.
82. Cæli mere gaudium, nata pura amanti.
83. Virgo plane munda, ac mater Iesu amati.
84. Eia pura, munda, tu magni electa amoris.
85. Virgo antea immaculata, en paries Deum.
86. En vaccas multa pomi Regina, diva mater.
87. Mater, Virgo pia, iam vale sancte munda.
88. Eva Regina, summo amanti pura dilecta.
89. O Vera immaculata Dei gnatum paries.
90. O Iesu, En digna mater pura immaculata.
91. O magna immaculata tu Parens Dei veri.
92. Adam, & Evam in macula pure ignorasti.
93. I alma intacta, Eva Virgo semper munda.
94. I ergo pura, I sane munda, & immaculata.
95. Euge mali nescia, pura, munda, mira tota.
96. Age Patrona mundi, iure immaculata es.
97. En tu immaculata es, nam Virgo Deipara.
98. Eva secunda, pura mater agni immolati.
99. Virgo à macula Ada patenter immunis.
100. Te puram sine macula genitam adoravi.

Perpulcher anagrammatizandi modus: qui etsi ex Lusibus Grammaticis ad exercitium speculationis potius coalescat, nec Anagrammatum series ad rei substantiam pertinere videatur, hæc tamen parvipendenda haud sunt; tum quia fundantur supra literam Evangelij, & cadunt omnino in laudem Deiparæ. Quapropter apponere decrevi, quia Mariæ Alumnis, & addiëtoribus servulis puto minime ingrata fore. Præ alijs autem, (quidquid pro Deiparæ commendando animationis instanti primo purissimo ad votum est)

legatur eruditissimus; ac sapientissimus Pater Ferdinandus Salazarius, qui vno omnia complet volumine. Adijciam ego pauca, & tenuissima. Præmissi quamvis iam testes irrevocabiles puritatis Deiparæ, & indefensæ veritatis chrism: tamen non sisto, sed sacra alia testimonia ex Galaad, acervo testimonij decerpo. Si nobis David in testem, qui Psalmo 73. habet. *Redemisti virgam hereditatis tuæ.* Vbe Incognitus: *Per virgam intellige Virginem.* Quid? Nonne virgo corredemptrix cum Christo, nostræ cooperata est saluti? Ita
sane

(G) Psalm. 78.
v. 2. *Cassianus*
apud *Alexium*
à Salo, Privil.
4. Incognit. in
Psalm. 78.

(H) Card. Cus-
san. l. Exerc. 8.
Georgius Venet.
de Harm. mund
Cant. 2. f. 3.

(I) Div. An-
selm. opusc. de
b. Virgine, c. 10
Idem in Medit.
ad Virg. Haye
in Psalm. 73.

(K) Ambros. Ca-
ther. in Opusc.
de Immacul. Co-
cept. Persuas. 5.
Psalm. 44. v. 14.
Et 15. Idem
Ambros. Cather.
Persuas. 1.
(L) Lorin. eru-
ditissime in Ps.
44. v. 14.

(M) Plures,
quos adducit Bi-
bl. max.
Lyranus ibi.
Incognit. Lorin.
Iacobus de Val.
D. Aug. Alanus
Varenf. serm. 1.
de Virgine.
Prov. 8. Sept.
ibi.

(N) Div. Petr.
Dam. serm. de
Annunt.

fane eam Cassianus vocat (G) & prædi-
ximus. Sed age, Pinge virgam, in cuius
summitate symbolum Spiritus Sancti col-
lumba rutilans depingitur, & adde epi-
graphen: TE DUCE NON FLECTAR. omnes filij Adam neci obligati sunt, & ce-
ciderunt: Maria vero redimente filio sta-
bat, non flectebatur. Quare? Quia Præ-
liberatore virgo habuit, (H) cæteri libe-
ratorem. Inquit Cardinal. Cusanus. Et
recte: Nam Maria Redemptionis Christi
primiceria fuit, præredempta nempe à
gratia præveniente, minime à sublevati-
va, nam quod non cecidit, non erigitur;
erigitur quod cecidit, ita ut unusquisque
nostrum (I) peccato, vel debito Ada gra-
vatur. Ait D. Anselmus. Hæc Virga vir-
ginea Deus tenebrosos punivit Ægyptios,
rexit iustos. Mira res, (addit Anselmus)
nam Deus est Pater constitutionis omnium,
& Maria est mater restitutionis omnium.
Ideo Parisiensis noster celebris la Haye
legit: Redemisti hereditatem tuam virga.
Virga redimit, quia electa fuit (K) ad
gloriosum Redemptionis opus, ut quodam-
modo esset adiutorium Christo. Promit
Pius Ambrosius Catherinus Dominica-
nus. Non tamen fuit sublevativè redemp-
ta, sed gratia Spiritus Sancti præventa,
non iacuit (L) canit ipsa, ideo plena gratia
apud Deum; quia te duce non flectar. Con-
firmat hoc Psalter ipse, dum prævidens
Sponsæ æterni Patris Mariæ præelectio-
nem ad sceptrum, & Angelorum, ac crea-
turarum dominium, in hæc prorumpit:
Omnia gloria eius filie Regis ab intus: ad-
ducuntur Regi Virgines post eam. Psalm.
44. Virgo Benedicta (repetit Pius Domi-
nicanus) Sponsa præcipua est, cui obviam
omnes exire debemus. Quamam hæc Glo-
ria interior filie Regis, (M) Mariæ utpote?
Lorinum eruditissimum adduco asseren-
tem, Gloriam eius pertinere ad Regem
Sponsam: Quæ in Sponsa, quia purior est,
perfecta gloria, seu potissima est intus. Ad-
dit ipse. Ideoque alij legunt, Tota glorio-
sa, pulchra, & honorata filia regis inte-
rior. Quæ Gloria (exponit Lyranus) con-
sistit in ornatu interiori Charismatum, &
virtutum. (N) Psalmus autem iste totus
pro Maria est, cui titulus præfigitur, Pro li-
liis, & ipsa est sicut lilium inter spinas,
quarum non sensit aculeos. Ita eam etiam
plaudit Alanus Varenf. Tota itaque Ma-
ria intrinsecus pulchra, gloriosa, & hono-
rata, quia creata eius anima pulchra, ante-
quam adducerentur Regi Virgines post
eam. Sed quando hoc? Possedit me in ini-
tium viarum suarum. Prov. cap. 8. five (ut
sept. legunt) creavit me in initium viarum

suarum ad opera sua. Rimare mysteria.
Ante omnia alia opera præelecta Maria, &
prædestinata, iam Charismatibus, gratijs,
& virtutibus præventa, in Gloria cum spon-
so communicabat gloriosa, ut cunctis pa-
teret eius puritas in anima, quæ tanta fuit,
ut in puncto, quo fuit creata, non solum
gratijs plena, sed cum Rege Gloriæ com-
municaret in gloria. (O) A Deo electam,
& præelectam totam rapuit sibi Spiritus
Sanctus, ait Damianus. Demus etiam hic
(ultra verba alibi cum Catherino data)
Alexij à Salo pro nostro discursu plenissi-
mum argumentum, sic. Virginis Mariæ
gloriam longe ampliorem esse gloria An-
gelorum, atque sanctorum, ingenue fa-
teamur, (P) quia Maria tota Pura, & im-
maculata & tota Sancta. Vides quomodo
Maria in sua creatione, antequam, aliæ
animæ Regi Gloriæ adducerentur, iam præ-
electa ad summum gratiæ gradum, & ad
Dei maternitatem, gloria potitur Regis, ut
etiam concepta in gloria prædicetur. Ad
alia in Mariæ laudem pergamus. Ab initio,
& ante secula creata sum. Eccl. cap. 24.
fatetur ipsa, ut etiam canit Ecclesia. Quid
promis virgo sapientissima, & sapientiæ
mater? Exordium à tempore non sum-
psisti, nec spatio temporis concluderis? (Q)
ita id explicat Joannes la Haye. Crea-
tur Maria ab initio temporis gratia à
Deo. Docet Alensis. Vel prævisa creari
est ante secula. Prævisum, quod à Deo
prædestinatur, ad hos, vel illos gradus
gratiæ, & gloriæ præligitur: cumque de-
cretum efficax sit, Præelectus à Deo ama-
tur, & ordinatur ad se, ut ad ultimum fi-
nem. Maria igitur cum Christo in primo
signo Prædestinationis prævisa, (R) à Deo
est volita, dilecta, & sibi chara ex gratia
præservativa. Quid inde? ante secula, id est
omnia sæculorum opera creata ego sum.
Sed quare? Quia propter sapientiam (scri-
bit Rabb. Ankelos) hoc est, amore inte-
merata Virginis, quæ est mundi sapientia,
& amore Messie filij sui, creavit Deus
hunc mundum. Et ita Rabbi Haccados
ad illa verba Hier. 33. Si irritum fieri
potest pactum meum, &c. habet: Nisi pa-
ctum meum esset, id est si amore mei Iesu,
& Mariæ leges Cælo, & terra non posuis-
sem, mundum minime creassem. Ideo eam
Damascenus vocat Massæ nostræ primi-
tias, & similiter Andræas Hyeropolimita-
nus, cum Bernardo dicente, quod propter
ipsam totus mundus factus est. Intexamus
alia. Ab æterno ordinata sum, antequam
terra fieret. Prov. cap. 8. ubi Interpretum
Princeps Lyra explicat dicens. Ab æterno
ordinata sum, id est fui apud Deum. Deus
sola

(O) Alexius
à Salo in Arto
Pie amandi Dei
param, c. 6.

(P) Eccl. c. 24.
vers. 14. Haye
in Concor. ibi-
dem. Estius in
Bibl. Maxim.
Alensis ibi.

(Q) Subril.
Doct. in 3. d.
19. q. unic. 8.
in ista, & d. 7.
q. 4. cum Alens.
3. p. q. 2.

(R) Rabb. An-
kelos, & Rabb.
Haccados ap.
Galatin. lib. 7.
c. 4. Damasc.
orat. 3. de Nat.
Virg. Andr.
Hyeropolymit.
serm. 2. de An-
nunt. D. Bern.
apud Ferdin.
Salaz. de Con-
cept. c. 3. n. 11.

(S) *Subr. Doct.*
Quod 6. art. 2.
n. 14.

Ibique Scetisse
ex Boetio.

(T) *Archangelus*
Guianus,
apud Biblioth.
Virginal. t. 3.
pag. mibi 592.

sola æternitate mensuratur, (S) ut docet Subtilis Magister, & Theologi cum Boetio: At Maria ad tantam præordinata est excellentiam: *Quod ante omnia tempora, & mundi sæcula Virgo gloriosa fuit in divinis de filio ordinata, & sine peccati macula.* (T) Ait Archangelus Guianus. Non totum præelecta sic Maria fuit, & præordinata ab æterno, *sed à sæculo Principatum habuit, vel coronata est, aut Princeps facta est:* ut plures legunt. Maria dum præeligitur, & prævidetur absque labe concipienda, iam à Deo ad Principatum agitur, iam ad coronam adscicitur, iam ad summum gloriæ Principatum evehitur: Ita quod non solum gratiam consequitur singularem, sed Gloriæ possidet, & honorem. Accipe D. Joannem Damascenum dicentem: *Decet matris gloriam, iisdem cum filio bonis, atque honoribus gaudere.* Ab æterno igitur ordinata est ad coronam, & principatum, quem iam in creatione possedit creata in gratia Regis Regum. Vnde & Alanus de Insulis hæc meretrice cecinit, & nobiscum claudit:

Hæc superos cives proprio præcellit honore,
Nescia spineti florens Rosa, nescia culpa

C A P. XV.

AMANA, AD LAVDEM
attributorum Mariæ plura encomia
mystice offert celebranda.

76 **T**Ria sunt iuga libano contigua: *Amanà, Sanir, & Hermon,* quæ simul montem libanum constituunt, (V) & aromatibus, ac floribus eum reddunt nimio suaveolentem. Nunc de *Amanà* agendum est, qui mons Syriam à Cilicia separat, (X) & præcellit altitudine *Sanir*, & *Hermon*; etiam libani colles: atque ab aliquibus (Z) Mons *Taurus* appellatur, sed meo iudicio falluntur) in cuius Planitie verticis quievit arca Noe, & Armenij hunc locum *Egressorium* vocant. At hisce immorari non oportet, cum mei non sit studij ea modo investigare, sed solum quæ nos ad laudem manuducunt Mariæ. *Amanà* itaque *Deus vigilantium* interpretatur, ut ex Alano Insulensi addisco. Deus ut Mariam honoret totus est, ab æterno ut eam gratijs daret, invigilavit: *Et hoc opus est, (A) nam cum nos genitricis Dei laudes scribere volumus, quia nova, & inaudita sunt, quæ tractanda suscipimus, nulla invenimus verba, ut ad hæc digne exprimenda sufficere videamus: tollit enim facultatem sermonis materia singularis.* Scribit meus

amantissimus Pater, & omnium Magister Augustinus. Vigilat Deus, ut amorem Mariæ ad se ab æterno trahat, & in eius castissimis se deliciet amplexibus: Vigilia enim interiora refrigerat, calore ad externa diffusio, qua spiritus quasi iam propulsata anxietate, liberius sensuum utitur instrumentis, ut suos possit motus suis explicare. (B) Non cadit in Deum, nisi Metaphorice vigilia, quæ suæ aliquantulum congruere prævisioni potest, qua investigavit, invigilans, quam inter filias Adæ in matrem eligeret, in Cælorum Reginam, in mortalium Patronam. Id fatur meus Pater Augustinus sic: *Hæc Beatissima Virgo ante constitutionem mundi consilio æternæ sapientiæ electa, & præelecta fuit.* Vides quomodo in *Amanà*, Deus vigiliarum, divinus velut Argos longissima ab æternitate Mariam prævidit, & in matrem futuram prælegit. *Electa, ut Sol;* Maria in Canticis prædicatur, cap. 6. *Quia in se nullum habet defectum luminis.* Explicat Alanus de Insulis. (C) Sol simplicissimæ, purissimæque naturæ est, vivificans omnia, uniformis in motu, pulchrior alijs in aspectu, oculus mundi, & iucunditas diei. Sol in Aurora pingitur, nec totus videtur: Bene stella luciferi, solem ut exoriatur spectans, cum lemmate: *PHOSPHORE REDDE DIEM.* Phosphorus enim stella matutina est, (quæ etiam Hesperus dicitur) & semper sequitur solem, uno signo ante, (D) vel uno signo post. Et est deitatis symbolum, dum Deus ipse testatur Apoc. cap. 22. *ego sum stella splendida, & matutina.* Sol igitur Mariam perhibet ab æternitate electam, ad maternitatis gloriam. *Ideo electa ut Sol:* sive (E) ut Montanus legit, *Pura ut Sol.* Si eligitur in æternitate Maria ut Sol pura, quomodo poterit in tempore Concipi maculata? Si illa electio erat efficax, quomodo non suum fortiretur effectum? Ideo alij ponunt, *Immaculata.* Ad priora revertamur. Sol Maria est, Christus Lucifer; Sol diem facit, Lucifer reddit: Sol oculus mundi, Lucifer solis oculus, semper ut exoriatur invigilans. Sol purissimus in natura: Lucifer gaudentius micat in refulgentia: Sol uniformis in motu, Lucifer ab eius non elongatur aspectu. Sol vitam cunctis distribuit rebus, Lucifer Aves ad cantum, agros invitat ad solatium, mœstos ad refrigerium. Mystice procedamus. Maria ut Sol est electa purissima, Immaculata, ex quo in mente divina præligitur, diem gratiæ prænuncians, à stella matutina prævisa, ut in ea ponat tabernaculum suum, det vitam omnibus, quæ vita est, & dulcedo,

August. ser. de
Assumpt.

(B) *Anglic. lib.*
6. cap. 27. Ber-
chor. in direct.
& Reduct.
D. Aug. lib. de
sanct. virginis
tate. c. 6.

(C) *Alanus de*
Insulis in Can-
tico. c. 6. v. 9.
Anglic. lib. 8.
c. 28.

(D) *Berch. in*
Reduct. lib. 5.
c. 26. n. 1.
Apoc. cap. 22.
n. 16.
(E) *Arian*
Montan. &
Bibl. Venet. in
Max. ad Cant.
6. v. 9.

Maria in sole
præfiguratur,
& ut Sol ab
æterno à Deo
in matrem
præligitur.
Vide Anglic. &
Berch. cum D.
Isidoro latè.

(V) *Redulph.*
& Hæc cum
alijs in Bibl.
Maxim. Div.
Joann. Damasc.
apud Alexium
à Salo, declar.
stella decimæ.
Alan. de Insu-
lis lib. 5. in
elog. Mariæ.
Tirin. latè in c.
4. Cantic. v. 8.
(X) *Plin. lib.*
5. c. 22. apud
Mar. de Calaf.
tom. 4. Conc.
Hebr.

(Z) *Alanus de*
Insulis in Can-
ti. Cantic. c. 4.
Berch. & Ni-
colaus Damasc.
cen. apud Thea-
tr. Vit. Human.
verb. Mont.
(A) *D. Pater*

cunctos de sua Conceptionis gratia, & gloria exhilarans, etiam Angelos. Hæc, (quæ ut Sol præligitur,) ut primo exoriatur, invigilat in cœlesti *Amanâ*, ille qui est *stella splendida*, & *maturina*, semperque Marianum sequitur solem, vel vno signo ante, ut Deus; vel vno signo post, ut homo: quia sic erat subditus illi. O Vigilia cunctis mortalibus securum afferens omen! O electio, vel præelectio, qua nulla maior, ex puris creaturis melior nulla. (F) Alexium à Salo audiamus hæc habentem: *Angeli simul, ac creati, verbum Dei intuiti, Mariam viderunt, & submisisse sese in genua prosternentes, eam adoraverunt ut præelectam, prædestinatam, & certo futuram.* Hinc stellam illam maturinam, Deum nempe invigilantem, ut Mariam electam, videant cœlites sine labe conceptam, dicentes demisso vultu rogemus, *Phosphore redde diem*: redde Mariam solem; dies enim aliud est nihil, (G) *Quam solis latio super terram.*

77 Ad plura hic circa Virginem vigil, prævisionis, ac præelectionis status extenditur. Dum enim præservative *sanctificavit* (sive sanctum fecit) *Tabernaculum suum altissimus*, sanctum ex tunc mansit, quia Deus in eo manere decrevit. Vnde David etiam dixit: *Tu autem in sancto habitas.* Psalm. 21. Nec habitaret, si spurcitia originis Adamitica fœdaretur. Audiamus ergo verba Psalm. 131. *Elegit Dominus Syon, elegit eam in habitationem sibi. Prælegit, desideravit, alij legunt: insuper, & oblectatus est.* (H) Accipe præelectam Syon, id est Virginem Mariam (ut quidam scribit) *singulari sanctificationis præparatione dispositam.* Non utique sanctificatione ad Conceptum subsecuta, sed præservativa. (I) *Electiois commendatio hic ponitur, quia Syon Deus prælegit gratia.* Explicat Incognitus. Sed quare Mariam (cuius Syon est symbolum) Deus semel elegit, & iterum eligit sibi in habitaculum? Semel eligere non sat erat? Nullo modo: etenim electio cum amore creaturæ in Deo recipitur; amanti autem semel in quo oblectatur, *aspexisse non sufficit*, (K) *quia semper amor intenditur, nec nisi quod delectat, amatur.* Ut ergo quod bonum, quod purum, quod sanctum in Maria prævisum est, placuisse Deo dignoscatur, elegit eam Dominus, & quasi iterum elegit, quia ut in re sibi intime dilecta oblectatus est. (L) Christi ad Virginem amor excellit omnes amores. Ait D. Anselmus. *Quam vigil ergo filius, ut complacere sibi in illa, anima sua, sacra charismatum, & gratiarum dona impendit, quibus iam to-*

ta pulcha in creatione effulsit? Procedamus ultra. *Ab æterno ordinata sum, & antiquis, antequam terra fieret*, Prov. 8. bene, optime antequam terra (quæ etiam ac statim producta, erat inanis, & vacua) moliretur, iam Maria ordinata erat gratia plena, ut nec in minimo sui esse puncto appareret gratijs vacua. *Beata enim Virgo* (ait Absalon Abbas) *spirituali gratia in tantum repleta est*, (M) *quod in ea nihil vacuum, id est nullus peccati locus remansit*: Rabbinus Himmanuel transtulit ex Hebræo: *Ab æterno Tessellata sum.* Quod ad Virginis Prædestinationem referri debere, nullus ambigit. Sed cur ab æterno tessellata Maria? Accipe. Tessella peculiaris quadam antiquitus nota erat, qua in acie amici discriminabantur ab inimicis, ne eos aliquo officerent discrimine pugna, illaque ab imperatore milicibus in honoris, aut securitatis argumentum præbebatur. Itidem Tessella (N) dicebatur quadrata quadam figura, quæ in qualibet sui parte stabilis est, & constans. Modo Maria ab æterno Tessellata est, numquam enim corrumpitur, semper firma fuit, in qualibet sui parte integra perseverans. *Virgo autem* (O) *mox ut fuit concepta, fuit in gratia immobiliter confirmata.* Ait Albertus de Marquessijs. Quid ultra? Vigilabat Deus in cœlesti *Amanâ*, ut eam omnibus decoratam virtutibus crearet, sicque ab æterno Tessellatam reliquit, ne infestus hostis eam tæbe inficeret mortifera peccati originalis. Ideoque iam ab æterno prævisum, profulsit divinis charismatibus in creatione, Tessellata. Aperte quidam id lussit: *Ave gratia plena Dominus tecum: Ideo ex tunc nullus habuit potestatem in domum illam, quia nec diabolus, nec peccatum, sed solus Dominus.* Deum Maria pro Tessella portat, quia ex stirpe regia Davidica procedens, illum, qui leo est de tribu Judæ, & radix David, pro signo affert, sicut David etiam (P) in insignibus traditur geisise leonem. Leo autem *Fortissimus*, ad nullius pavet occursum: Sicque Maria cœlestis stipata fortitudine leonis, pede victrix calcatur tumidum nefas noxæ originalis.

78 *Amanâ* etiam interpretatur *nutrix*, (Q) cuius proprium est gaudenti congaudere Puero, patientem compassione prosequi, sublevare cadentem, lactare, & mundificare plorantem. Nunc manibus, nunc genibus sublevat, imò & reficit Pabulo. Facile hæc omnia Mariæ accomodantur, quæ in *Amanâ* iure mystico effigiata relucet. *Gaudent enim homines, quia quod per primam amiserunt femi-*

(F) Alexius à Salo in Arte pie amand. Mar. cap. 7.

(G) D. Isa. lib. 5. Orig. cap. 30. Berchor. in direct. Anglie. & omnes. Psal. 45. v. 5. Psal. 21. v. 4. Ps. 131. v. 12.

(H) Hier. sept. & Bibl. Syriac. in Max. Bibl. Virginit. 3. pagin. mibi 194. (I) Incogn. in Ps. 131. v. 12.

(K) D. Greg. Arist. apud Stob. D. Aug. ser. 17. de verb. Apost.

(L) D. Ansel. Opus. cap. 4. Maria nunquam gratijs vacua, semper plena.

(M) Absalon Abbas serm. 3. qui est 22.

(N) Ferdin. Salaz. de Concept. c. 14. n. 5. & 6. Plin. lib. 37. c. 10. Ambr. Calep. verb. Tessella. (O) Ambr. de Marquessijs Cœliloquij lib. 5. c. 17. Bibl. Virg. tom. 3. pagina mibi 176.

(P) Rabb. Abrahâ, apud Theatrum vite Human. verb. Insignis.

(Q) Marius de Calass. tom. 4. Conc. Hebraic. Anglic. lib. 6. cap. 10.

nam, centuplicati pretij fœnore recipiunt per Mariam. Ait D. Anselmus. (R) Cui subseribit de hac loquens nostra Cœlesti nutrice, Alanus de Insulis: *Charitas in Virgine fuit quasi crater, quia ea mediante Virgo mundo latitula vinum propinavit.* Nobis etiam ut nutrix compatitur, dum quia Mater misericordiæ muneris pietatis impartitur (Vnde D. Bernardus: *Quia ad Mariam accedere trepidat humana fragilitas? Tota enim suavis est.*) (S) Cadentes Maria subleuat, quæ haud cecidisse gloriatur. Ergo domina Mater es (sic eam Anselmus Alloquitur) iustificationis, & iustificatorum, genitrix es reconciliationis, & reconciliatorum. Parens es salutis, & sublevatio peccatorum. (T) Lactat etiam nos, dum Cœlestem lactat cibum, illum nempe, qui per eam est nobis natus, & datus. Sic sentiebat meus Parens Augustinus ei hæc promens. *Sic nutricem Cœlestis panis vocitem, lactis dulcedine replet.* Lacta ergo Mater nostrum cibum, lacta panem Cœlestem, lacta cibum Angelorum, lacta eum, qui talem fecit te, ut ipse fieret in te. (V) Ad singula hæc nostræ sacratæ nutricis pensanda deveniamus attributa, dum in *Amanâ* Libani iugo nutricis munia obit, gaudia suis suo vmbraculo præstans: *In velamento alarum tuarum exultabo.* Psal. 62. Cecinit Regius vates. Ala, & vmbraculum præstat, & refrigerium: vnde dux pinguntur extensæ cum inscriptione: *VMBRAM, ET SOLATIA PRÆSTANT.* Hoc utique Mariæ congruit, cui data sunt alæ duæ Aquilæ magnæ; ut aspiciente divina iustitia peccatores dissimiles Christo, quia propter odit eos, (X) Peccatorum Mater Virgo benedicta eos sub alis sue misericordiæ protegat, & abscondat. Ait Antonius Genuensis. Litteram Psalmi legunt plures sic: *Cantabo testus in alis tuis.* Vel in *umbra divinitatis tue.* (Y) Idem (exponit Lyra) de tua protectione gaudebo. Gratia enim protectionis in alis Mariæ diffusa est, nam *alæ Virginis gratiosissimæ sunt,* (ait meus Parens D. Bernardus) *quia protectivæ.* Scio olim dijs tributas fuisse alas, ut celerius putarentur ad protegendum advenire, & molestiam ab afflictis revocarent. (Z) Præcipue autem Mercurium alatum pingebant, quia eloquentiæ, & persuasivonis numen, & facilius quid lingua persuadetur divina, quam humana: & sic ut cito ad persuadendum aduolaret, alas defererebat, quodlibet in cuiuslibet emolumentum alteri persuasurus: nihil enim est Sermone velocius. Pro scopo, Maria

alata pingitur, hæque *alæ Misericordiæ sunt, quibus proteguntur fideles.* Sed ut agnoscat eam celerem esse, & ad nos protegendum, & ad suadendum ut nos Deus protegat, humanas excutit alas, divinas assumit, ut protecti gaudeamus in *umbra divinitatis sue.* Augustinus hoc avide petebat dicens, *Parvuli sumus: ergo protegat nos sub vmbraculo alarum suarum.* (A) Idem & Guilielmus Parisiensis dicens: *Maria gratam umbram facit, & obumbrando nos protegit.* Sub his itaque foveamur alis, nam *VMBRAM, ET SOLATIA PRÆSTANT*, molestiam cohibent, animi anxietates compescunt, etenim *alæ istæ* (inquit Alensis) *sunt potentia, & clementia: potentia defendit, clementia fovet.* (B)

79 Quid inde de mortalibus fieret, ni à Maria nutrice foverentur; ipsa eos sublevat à malis, compatitur cunctis. *Quid enim est,* (ait quidam) *quod hodie de mundo non eiicimur sicut Adam de Paradiso, aquis non submergemur per diluvium, igne non incendimur? Quare differtur poena? Quia Virgo Gloriosa nobis compatitur, & nos suis precibus sustentat.* (C) *Virgo enim est compatiens tribulatis, tentatis, & peccatoribus.* In Procellosi maris Medio Navis cernitur, supra quam columba ore ramum oleæ deferens spectatur, habens gnomam: *DIVINÆ NUNCIA PACIS.* Quod Mariæ aptissime congruit, imò & significatum, ex quo habetur Gen. cap. 8. *Venit portans ramum olivæ virentibus folijs in ore suo: intellexit ergo Noe, quod cessassent aquæ super terram.* En Symbolum Mariæ perpulchrum, (D) inquit Absalon Abbas hæc dans verba: *Quenam alia fuit columba illa, quæ de Arca Noe tempore diluvij egressa ramum virentis olivæ in illam detulit? Columba de Arca Noe, Maria est.* Imò à Sponso huiusmodi Maria titulo donatur, Cant. cap. 2. *Avicula hæc mansuetissima est, hominumque confortium nimio diligens, olim summo in pretio habitat,* (E) *pacis, ac victoriæ nuncia, & felle carens, ac neminem rostro lædens: Quæ Teta olim vocabatur, à charissimæ nutritionis frequentia erga pullos.* Hæc omnia, quæ usque modo, Mariæ competunt, columbæ utique mansuetissimæ, quæ cum Pijsissima sit, & vocetur, (F) *Pax, & mansuetudo eius erunt anime characteres.* Habenda erga pluris est hominibus, quia per eam, pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis. Nutrit nos hæc supercœlestis columba, non fastidians suo in gremio reficere peccatores. Accipe

(A) D. Parens August. in Psal. 62. v. 8. Guilielm. Paris. in Postil. ad c. 23. Eccl.

(B) Alex. Alenf. in Gloss. ad Psal. 62. v. 8.

(C) Daniel Agric. cor. 4. stella 1. Maria peccatorum nutrix eis compatiens, & à malis sublevans.

(D) Absalon Abb. de Asispt. Maria, Ser. 1. qui in eo est ser. 43.

(E) Anglic. 4. 12. c. 6. Valer. l. 3. de re rust. Amil. de Gest. Franc. 1. 2. Ser. in Elog. 1.

(F) D. Basil. in Epist.

Rupertum de ea, & cum ea sic fantem: *Pullos alienos columba nutrit: & nos, qui eramus alieni secundum carnem à genere tuo, (G) ecce vivimus tuis meritis.* Vnde & quod *Teta* vocetur; quid mirum, si pul- lum sic nutrit à Cœlestibus nidulis exter- minatum? Sed ad nostræ literæ propitia- tionis nunciam columbam retorquea- mus. *Venit portans ramum olivæ.* Addunt alij, (H) *venit ad tempus vespere.* Et ob- time quidem, etenim ad vespem demora- bitur *Fletus*; ideoque tunc venit Maria vt columba mæstis solatium præsutura. Sic Anselmus ad se hanc Virgineam ad- venire columbam clamitabat dicens: *Egre- gia Virgo, & Piissima domina, exaudi miserum, & solare moerentem.* (I) Duo tamen se offerunt discutienda: Portat enim arctatis in arca oleam, cumque alium quemque arboris cuiuslibet fur- culum ferre posset, non affert: qua visa, intellexit ergo Noe. Ergo intellexit. Ex præmissis quibus hæc deducitur conse- quentia? Quia columba venit? Apte, & quia venit, & ramum tulit. Olearum sine ramusculis olim Romanorum legati ad pacem cum alijs obtinendam non mitte- bantur: erat enim insigne pacis, (K) imò cum ægrotant cervuli olæ mandunt pal- mites, vt ad sanitatem agantur: vnde di- vinam præfigurat misericordiam, inquit celeberrimus à *Lapide*, cum Ambrosio. En igitur, cur Noe videns columbam Ma- riæ typum, ad se, suosque properantem, etsi alias Deum hominibus cerneret irri- tatum, ob quorum immisit scelera dilu- vium; ergo intellexit: quid? Deum in man- suetudinem abire, pacem cum mundo agere, inimicitias pellere, & homines ad se iterum amoris vinculo revocare. Adsit mihi dilectissimæ Augustinæ Religionis non vulgare decus, (L) Antonius Ge- nuensis hæc proferens, *Candida columba Virgo Maria est, quæ veniens portavit virentem olivam pacis, & reconciliationis.* En ergo quatenus hæc sacra Cœlorum columba Maria, infallibilia suis solatia præstat, quos nutrit interna præcipuè pa- ce frui disponit, agrisque salutem impen- dit; qua propter DIVINÆ EST NVN- CIA PACIS. Hinc etiam colligere est miserationis huius divinæ nutricis in *Amanâ* habitantis quasi infinitudinem, qua in hac lachrymarum valle plorantes, Cœlesti dulcedinis reficit pabulo, sinuque amplectitur, lactat vberibus pietatis. Sic eam teneritudinis vagitu D. Anselmus Cantuariensis vocat, (M) hæc habens: *O tu illa pie potens, & potenter pia Maria Virgo, de qua fons est ortus misericordie,*

ne contineas tuam veram misericordiam, ubi tam veram agnoscis miseriam. Pietatis huiusce David rememoratur, dum fi- gurate de Maria loquens, quæ sedes Dei est, Tabernaculum, & thronus, eam in sole effigiatam proponit sic: *In sole possuit tabernaculum suum.* Psal. 18. vbi (at alij cum illo) meus Parens, & communis Magister Augustinus: (N) *Cum verbum caro factum est, in utero Virginali tha- lamum invenit.* Sol ergo, (qui Mariæ spec- tatissimum est signum) gradiens ab Oriente, & orbem illuminans pingitur, portans epigraphen: NON POSCEN- TIBVS OFFERT. Concolor hæc idea est Marianæ pietati, quæ vt omnibus opi- tuletur, preces non expectat, sed illico fulget sicut solis radiorum spiculo com- plentur omnia terræ: maturantur fructus, pinguescunt plantæ, ac segetes, eoque viso omnes fere congaudent creaturæ. Huius planetarum regis, mensa apud Æthiopes celebratur, dulcissimis dapi- bus vberima, nullique protinus vt ac- cederet denegata. (O) Imò Chaldei su- perstitiose solem inter sua numina collo- cabant, eique vt communi omnium be- nefactori, & thura, & dona litabant. Acci- pe perpulchrum in omnibus Mariæ si- mulachrum, quæ solis instar omnia om- nium vota complet, mensam parat om- nibus refertam gratijs, vt miseris impen- dat; etenim (P) *velocius occurrit eius pie- tas, quam invocetur, & causas misero- rum anticipat.* Inquit Richardus de Sancto Victore. Numen Maria nec est, nec esse potest, etsi summe divinitati coniuncta: At tanta est gratia eius, pulchritudo tan- ta, vt scripserit Dionysius hæc: (Q) *Nisi fides me docuisset, differentiam esse inter creatricem essentiam, & puram creaturam; hanc profecto Mariam adorassem pro Deo.* In hoc igitur sole, qui benignitatis suæ radios etiam NON POSCENTI- BVS OFFERT, possuit Deus taberna- culum suum: *Quia per solem,* (ait Noster Lyranus) *& per eius effectus magis inno- tescit ordo divinæ sapientiæ hominibus.* Totum, quod in Maria est, quia pecca- torum Mater, & nutrix, (R) sapit pietat- em, redolet mansuetudinem. Scitè noster Daniel Agricola dicens: *Quid de fonte pietatis procederet, nisi pietas? Viscera illa virtus pietatis affectit, in quibus ipsa pietas, quæ Christus est, novem mensibus requievit.* Age, Hoc Christus ipse Cruce pendens confirmet, qui *inclinato capite emisit Spiritum.* Ioan. cap. 19. Sistamus gratissimum nostris oculis spectaculum. Christi sic morientis, & volas exten-

(N) D. Aug. in Psal. 18. v. 6. part. 3. expos. Psalm. Alens. Lorin. Incogn. Iacobus de Val. Barth. Angl. & alij Mensa So- lis, quæ?

(O) Herodot. l. 3. Magist. Hist. schol. ad lib. 4. Reg. c. 20. Hist. c. 31. Lyræ in Gloss. ad 4. Reg. cap. 20. v. 12.

(P) Richard. de S. Vict. cap. 23. in Cant.

(Q) D. Dyon. Areopag. Epist. ad D. Ioan.

(R) Lyræ in Gloss. ad Ps. 18. vers. 7. Daniel Agricola in Co- ron. 4. Stellæ 10.

(G) Rupert. Abbas, lib. 3. in Cantic. ad c. 4. v. 1.

(H) Plures apud Ioan. Ha- ye in Bib. Max. ad c. 8. Gen. v. 11.

(I) D. Anselm. Cant. Opusc. de Virg. Maria, c. 12.

(K) Anglic. lib. 27. cap. 110. Remigius ibi. D. Isid. Ambr. in Hexam. Cor- nel. à Lap. in c. 8. Gen. v. 11.

(L) Anton. Genuens. de fi- guris Bibl. Ma- rie, ad cap. 2. Cant. Maria, lacte pietatis pec- catores nutrit & miserationis rivulos impendit.

(M) D. Ansel. Cantuar. opus. de B. Virgine, c. 12. orat. 2.

(S) *Ioan. c. 19. v. 30. Lyr. ad c. 16. Isai. 2. 2. Idem, ibidem, Psal. 30. v. 11. Lyr. in Gloss. ibi.*

dentis in Cruce velut Avis, cui (S) iuxta Lyranum comparatur, Isai. cap. 16. hique fixos ad matrem oculos spectetur habens, cum inscriptione; SIT TIBI CVRA MEI. Et quidem afflicti, & humiliatus erat nimis, & in matre suam querebat aliquale solatium; *afflicti enim solent alijs afflictis compati*: Habet Lyranus. Et ita meus Iesus tunc oblivioni datus erat tamquam mortuus à corde. Psalm.

30. *Quia vulgariter dicitur, mortuus non habet amicum.* Ait interpretum Princeps.

At vero ab huiusmodi capitis inclinatione attendenda non recedamus. Antequam corpus inspiceretur exanime, caput Redemptor inclinat. Sed ubi? *Matris viscera, & pectus respiciebat*: (T) nam Christi nudato latere, Patri ostendebat latus, & vulnera; Maria Christo pectus, & vbera. Attendite Sacramentum, Mortales cunctos ad se tunc Christus advocabat, & capitis demissione matrem signabat dicens: (V) *Per ipsam, veniam petite.* Ait

(T) *Arnold. Carnot. tr. de Laud. Marie.*

Alexander Alensis. Etenim Pater illo modo negare filio indulgentie privilegium potuit, quod ad pedes eius prostrata charitas (Marie) postulavit. Addit Abbas bonæ vallis. Filius siquidem ad pectus matris, & vbera respiciens delectabatur ut infans ab vbera, Isai. 11. Et sic vbera ex quibus lac suggeret consolationis contemplabatur, & quo sua Cælestis infantem lactaverat nutrix; (X) ad pectusque inhiabat Virgineum, in quo solamen compererat, & munimen. Numquid inde, *potest oblivisci mulier infantem suum?* Isai. 49. Nequaquam. Igitur, & a patre derelictus, & omnium fere oblivioni datus, matrem respicit, cui dicit: SIT TIBI CVRA MEI.

(V) *Alex. Alensis. ad c. 19. Isai. Arnold. Carnot. tract. de Sept. Verb. Domini in Cruc.*

Sit tibi omnium peccatorum cura, quos finu charitatis excipias, sacrata nutrix foveas, & lacte imbuas consolationis. Hoc iucunde D. Anselmus cecinit: *Vnde securius velocem in necessitate subventionem sperabo, quam vnde mundo processisse propitiationem scio? Aut cuius intercessio facilius reo veniam impetrabit, (Y) quam quæ generavit illum generalem, & misericordem indultorem?* Vide divinam hanc

(X) *Isai. 49. v. 18. Adam. delphius. ibi.*

nutricem etiam & filium in Cruce dum penderet, expectasse: specta igitur eam per iugum *Amana* abeuntem, ut te consolationis lacte reficiat, sublevet a mœstitijs, Superfedeamus his, nos qui sumus quasi pulli de nido avolantes, nostram in Maria querentes protectionem, cuius est

nos tamquam parvulos enutrire, ducere, sublevare.

re, ducere, sublevare.

re, ducere, sublevare.

re, ducere, sublevare.

CAP. XVI.

MONS SANIR EXPONITVR;

& mystice omnia eius in Laudem

Maria transferuntur.

80 **S**Anir, qui etiam & Sarion vocatur, circumiacens Libano

monticulus est: Qui isto vocatus est nomine ab Amorrhæis, illo autem à Sidonijs.

(Z) Menochius autem modo dicit esse idem cum monte *Hermon*, modo distinctum. Quidquid sit de hoc, *Abietes & pulchra, & magnæ in eo crescunt*; & interpretatur *secundatio lucernæ*, vel *canticum columbæ*. Omnia paulatim tropologicè, & mysticè scrutemur. De hoc monte coronata incedit sponsa Maria, Cant. 4. ubi habetur; *coronaberis de vertice sanir*. Lucerna Mariæ gratia eius est, quæ non extinguitur in nocte peccati, ideoque gratissimum Deo, eique est, eius sæpèpius repetere laudes, secundare virtutes. Hinc coronatur de vertice *Sanir*, cum à Fidelibus honoratur, (A) cum lucernæ huius iubar splendidissimum oculi mentis cernunt adoraturi. *Maria in Cælesti curia plusquam Candore Angelico illuminans*, (Scribit Alanus Varenfis) *lucerna est iugiter ardens, & incendens, & singulari in sacrosanctum Domini amorem inflamans incendio, exurens igne, & ardentiore desiderio*. Huiusce autem lucernæ observandi erga nos clarissimi effectus, qui plures sunt, sese offerent discriminatim. Primo lucernæ vas ab amatore aliquo fuisse inventum, (B) testantur aliqui; & Mariam, ut sui complementum amoris Deum ab æterno elegisse minime dubito. Nil enim ex puris creaturis Deo dilectius Maria, nil ipsi obijcitur iucundius. Annulum in divina manu statue, Mariæ nomine inscriptum, cum Gnoma: IN SIGNVM FERTVR AMORIS. Quod quidem Scripturæ Sacræ innitur, præcipue Isai. cap. 49. ubi hæc habentur: *In manibus meis descripsite*. De Deipara id D. Germanus intelligit, quam vocat *signaculum divini testamenti*. Sed quare in manibus Dei Maria describitur ut eius testamenti, & non eius sapientiæ, aut misericordiæ signaculum? Dicitur testamentum, (C) quasi *mentis testatio*, nempe quia testator *maximum quod sic* suæ voluntatis testatur, voluntate in ulteriora haud progredi potente. Est ergo Maria in Dei mente velut testamenti signaculum, quia in eam divina mens meditata est

(Z) *Menoch. ad c. 4. Cant. v. 8. & ad c. 27. Ezech. v. 5. Lyr. in Gloss. ibi. Marius de Cass. t. 4. Conc. Hebr. Ant. Genues. in Figur. Bibl. de B. Virg. ad illud, dum lucem haberis.*

(A) *Alanus Varenfis. de Maria Scrm. 2.*

(B) *Apuleius apud Theat. Vit. Hum. verb. lucerna. Maria lucerna est prædestinata à Deo in dilectionis signum.*

(C) *Vlpien. in instit. de test. 1. & l. Hæc consultiissima, de testam.*

est suum summum infundere amorem, ut ad rem præ cæteris à sua voluntate dilectam. Aptè hoc dilucidat sic Anselmus. *Elegit Mariam Deus pro amore, quem habebat erga eam, in quam tota divinitas influeret; & quæ Dei, & hominis genitrix fieret.* (D) Sed à textus instituto non discedamus. *In manibus meis* (inquit) *descripsi te. Efformavi te, sive impressi.* Legunt alij. *Quare? Ut eius nequaquam possit oblivisci.* Seu, *ita te habeo in memoria, sicut illud, quod tenetur manu.* O miri amoris signum! (E) Cum in Deo nulla possit oblivio reperiri, ac si posset, eam in manu descriptam tenet, ut possit in illa semper delictari, & cor dilectæ Mariæ amoris iteratione blandiri. *Alludit textus ad Annulos memoriales*, inquit Menochius, & optime. Amoris etenim argumentum annuli sunt, quia cor vincunt, (F) ideoque ex Promethæi vinculorum fragmentis in Caucaſea rupe efformatos primo arbitrantur. At olim digitum minimo proximum in amoris theſſaram exornabant, (G) eo quod iuxta Ægyptiorum sententiam, tenuissimus inde nervus vsque ad cordis penetralia protendatur, quod amoris, & charitatis est centrum, ut habet Clemens Alexandrinus. En ergo cur Deus Mariam descriptam sic in manu habet, efformat, imprimit, ut suo cor amore sigillet, quam olim in more erat annullo depictam portare. (H) Accedat Seraph. Doctor, ac Parens D. Bonaventura sic loquens: *Quis potest dubitare omnino in Charitatis affectionem transisse viscera Mariæ, in quibus ipsa, quæ Deus est Charitas, novem mensibus corporaliter requievit?* Idcirco *In signum fertur amoris; quia summe Deus gaudebat de Virgine, antequam eam crearet.* Inquit diva Brigitta in sermone Angelico. Dei Maria lucerna est, Mariæ lucerna est agnus, ut sic inter ovem, & agnum mutantur amores, de quibus ipsa dixit Cant. 7. *Ego dilecto meo, & ad me conversio eius.* Sive ut legunt alij: (I) *Ego dilecti mei sum, & ad me desiderium eius. Quia per amorem inhæreo.* Ideo *tota sponsi sum, quemadmodum ille me solum amat, & desiderat.* Arsit etiam lucerna hæc Mariæ in splendidissimo Sannir charitatis, Phœnicis instar, rogam sibi ipsa parans æternis desiderijs pabulum.

(K) Siste gradum, & rimare cœlestem illam Hyerusalem, expressum Mariæ symbolum, de qua D. Ioannes sic Apoc. c. 21. loquitur: *Ostendit mihi civitatem sanctam Hyerusalem, habentem claritatem Dei.* Vnde depingitur Mariana hæc civitas, sole splendidior, & vndique perfusa divinæ

radijs claritatis, cui inscriptio: *HAURIT DE LUMINE LUMEN.* Et proculdubio Mariæ typum esse civitatem illam ambigit nullus; ipsa enim (L) fuit civitas Dei, quia tota fuit Dei, & nullius nisi Dei, de qua dicitur, *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.* Psal. 86. sic noster Daniel Agricola. Sed nos in admirationem agit, vnde claritas Dei huic mystica potuit competere civitati? At, primo aliorum scrutemur lectionem, quæ ita est. *Habentem gloriam Dei, tanquam lucem splendidam.* (M) Sive *lumen claritatis Dei, quod illuminat eam.* Hæc participatio quædam est divine claritatis, seu insignis quædam, & admirabilis claritas à Deo accepta, qualis nimirum decet Deum, Deique Palatium. Divini splendoris peculiare est illuminare, & ignire, nam Dominus Deus ignis est. Deut. cap. 4. Civitas ergo illa etsi lumine orbata folis, claritatem Dei habet, qua & illuminatur, & igitur: quia cum Dei Palatium sit, ex eius assidua præsentia caminus est, & *Lucerna eius est agnus.* Quis agnus hic, qui civitatem illuminat? Audi Menochium. (N) *Præstantiore luce illuminatur, scilicet claritate, & gloria Dei, & Christi.* Vide ut civitas haurit de lumine lumen. Christus siquidem lux vera est, veniens ignem mittere, & ut ardeat cupiens: ab eo igitur Maria attrahit claritatem, & ut à sua lucerna amoris dulcissimi, cœlestem participat ardorem. Hoc dilucidavit Div. Anselmus dicens: *Excedit omnes amores Parentum in filios, aut filiorum in Parentes, amor istius matris in filium suum, & istius filij in matrem suam.* (O) idèd Maria claritatem Dei in se conciliat, quia eius lucerna est agnus Dei, cor suum immortalitatis luce perfundens. *Amor enim immortalitatis est desiderium: nilque amatur, nisi quod delectat.* Mos inolevit olim, Balsamum pro oleo adhibere lucernis: cumque Maria sicut Balsamum aromatizans odorem dederit, ab ea lucerna agni foveatur; & Maria, (P) quæ lux est, ab illo, cuius nomen est oleum effusum, pabulatur. En vnde amatoria Dei hæc virginalis lucerna divinum in se continet ignem, nullatenus moriturum. Mutuum filij, & Parentis amorem perpendimus, nec flectamur. De Virgine enim Spiritus S. alloquitur Eccl. 26. sic: *Mulieris bone Beatus vir: Lucerna splendens super candelabrum sanctum.* Vbi Alensis: *Mulier bona Beata Virgo, Pia, & benigna.* (Q) Duplex huius sacratoris foemina: numerus annorum est; quia dum viatrix, vivebat Christo; Beata, immortalitatis vitam agit, intimius

(L) Apoc. caps. 21. v. 11. Daniel Agricola, in Coron. 2. Stela 2.

(M) Bibl. Syriac. Arabic. Æthiop. & Primas. in max Lyra. Menochius, & Tiranus, ad c. 21. Apoc. v. 11.

(N) Menoch. in Bibl. max. Maria, civitas, & Palatium Dei, eius sedes amoris.

(O) Div. Anselm. in opusc. de B. Virgine, c. 4. Plato, de Amore. D. Aug. Jer. 17. de verb. Apost.

(P) Eccl. c. 24. D. Isidor. l. orig. 7. c. 10. B. Angel. del Pax l. 2 ad c. 1. Luc. cap. 24. Novarin. Sac. Elect. l. 1. c. 14. sect. 5. m. 863.

(Q) Eccl. c. 26 v. 1. & 22. Alensis ibi.

(D) Div. Anselm. opusc. de B. Virg. c. 8.

(E) Ioan. la Haye, Lyra, Theodor. & Bibl. Syr. in max.

(F) Menoch. in Bibl. Max. ibi.

(G) Alex. ab Alex. l. 4. c. 26. ex Gell. lib. 10. cap. 10. D. Clem. Alex. l. 5. Strom.

(H) Gorleus l. de Annulis, n. 205. S. Edmund Archiep. adductus à Petro de Natalib. l. 10. c. 68. D. Bon. in spec. c. 14. B. Brigitta, de Virginis Excel. len. c. 2.

(I) Cant. c. 7. vers. 10. Bibl. Max. Lyra, & Menoch. ibi.

(K) D. Greg. Nazianz. serm. 3. ad Virginem. Maria, Phœnix est divini amoris, & Civitas Sancta.

alijs sociata Deo. Immo ei prolongatur vita ex bonitate, & dilectione mutua. Hinc pingitur candelabrum, in quo cor ardens cælatur, & supra illud Lucerna, cum lemma: AMOR HOS ACCENDIT AMORES. Modo textum liceat perscrutari. Lucerna, Maria est, pariter & Candelabrum, (R) ut plures sentiunt: Candelabrum enim pro lucerna fumitur, Exod. 27. & lucerna pro candelabro: in quibus & Christus significatur, (S) ut aliqui ex pluribus Patres docent. Nec mirum, Quia Christus, & Beata Virgo, unum quodammodo erant, unus spiritus, & una caro. Ait Pius Ambrosius Catherinus. Quid mirum igitur quod hæc Virgo, ut lucerna ardeat super candelabrum, nempe innixa super dilectum; imò & quod ardeat Christus, in quibus est cor unum, & anima una, & utriusque lampades, lampades ignis, atque flammularum, ideoque amor hos accendit amores, perpetuò non intermoriuros. De Maria id sic exponit celebris Abbas Claravallensis, Alanus de Insulis: Lampades ergo dilectionis præcordia sunt Virginis, in quibus velut in vasis dilectio habitabat. Dilectio habitabat? Quid dilectio. Duorum ligatio. (T) En quare ergo lucerna candelabro vincitur, en quomodo amoris Filtro ligatur, vnumque in duobus cor æstuat amoris incendio, quia idem amor hos accendit amores. Hucusque secundatio laudum celestis lucernæ Mariæ.

81 Duo potissimum in lucernâ considerantur, lux nempe, & ardor. Luce ducimur, ardore cremamur. Quis usque modo in caligine non immersus iaceret, nisi eum lux Mariæ lucernæ sublevaret? Plaudat noster Daniel Agricola dicens: (V) Fecit Deus Mariam ad illuminandum peccatores, in qua est splendor Misericordiae sine fervore severitatis. Lux in Cœli umbilico depingitur, vtrumque orbem radijs perlustrans splendidissimis, cum Gnomone; SPLENDET IN OMNES. Etenim à luce Sublunaria, & Cœlestia omnia mutant claritatem. Fecit Deus solem in potestatem diei. Inquit Regius Vates Psalm. 135. Quia dies (exponit Lyranus) est latitudo solis super terram. (X) Soli soli dies assignatur Dominicus, qui & Nazarenus vocabatur, eo quia publici cultus causa conveniebant Hebræi eo die. Imò Astrologorum observatores Planetarios vocant Hebdomadæ dies, ita ut vnus Lunæ, Marti alter, & sic de alijs ut proprius assignetur. At mihi modo dubium: cum primo creationis die facta fuerit lux, dum dicitur; Fiat lux, & facta est lux. Gen.

cap. 1. nullus luci peculiaris assignatur dies. Vnde hoc discrimen? Lux enim facit, ut corpora cœlestia communicent cum inferioribus, utpote cum igne, & quibusdam mistis, quæ lucida sunt. Ait noster Lyranus. Cur ergo luci, si primo creata est, primus non tribuitur dies? (Y) dicam? Lux illa Mariam præfigurabat, quæ nostram noctem illuminat, ut docet D. Bernardus; cuius qui vias insequutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vite. Luminaria alia acrius hoc, aut illo suo proprio die in inferiora influunt: ideo Mariæ luci hic, aut ille dies non consignatur, sed omnes: Quia qualitas communis est, nec huius solius, vel illius est, sed omnium; omnibus etenim se communicat affluenter, ideoque splendet in omnes. Huius ergo lucis eximia virtus colatur, gratia veneretur. Sic eam Chrysippus salutatur. Ave fons lucis omnem hominem illuminantis. (Z) Imò & matrem lucis eam vocat Hesychius. Cunctos Maria ducit, hæc Cœlestis lucerna illuminat vniversa, ne per devia abeuntes, in casum flagitiorum misere immergantur. Hoc præcinit David Psalm. 35. dicens: Apud te est fons vite, & in lumine tuo videbimus lumen. De lumine gloriæ, quo videtur lumen divinæ Essentiæ id Lyranus Theologice explicat: quod lumen ut se tenens ex parte potentiae, est concausa efficiens visionis beatæ, ut Subtilior ex Doctoribus docet. (A) A textu vero non recedamus. Fons ille vitæ forte est fons ille parvus, qui in lucem, solemque conversus est; Esther cap. 10. & Mariam obumbrat, quia Maria fons est, qui egreditur ad irrigandum gratia, qua impleta est, torrentem spinarum, id est peccatores. Ait Richardus à S. Laur. In lucem fons hic convertitur, quia virgo lux est, à qua omnis creatura illuminatur, ut sæpe prædixi, & docet idem Richardus. (B) Vnde Fontem in montis altitudine situm, radios lucis guttulis aquæ admistos emittentem, quibus Hortum varijs consitum floribus irrigat, pingere sit, cum inscriptione: VITAM, LUCEM QUE MINISTRAT. Et sane hoc omnibus numeris congruit Mariæ, quæ vita nostra est, & dulcedo. Apud Æginenses fons quidam celebratur, cuius placidas ægri quilibet intuentes vndas, à quolibet sanabantur morbo, & exitum valetudinis læti protinus aspiciebant. (C) Addit, quod Cereris Templo proximus fons aderat, ubi post peracta sacrificia, advenientes à suis languoribus curabantur. Apertius, & absque superstitione, in Maria totum id reperies, si accedas humilis, si pre-

(R) Ioan. de la Haye, in Bibl. Max. ad c. 27. Exod. v. 20. in concord. D. Ildephons. in Coron. virg. cap. 24. (S) Dio. Greg. & Beda, apud Tirin. in cap. Exod. 25. v. 31. Ambr. Cather. opusc. de Immacul. Concept. lib. 2. §. loca ex Augustino. Alanus de Insulis, elucid. in Caut. cap. 8.

(T) Ianuens. in Catholic. 2. p. latissimè. Maria, dilectio Christi: Christus, dilectio Mariæ.

(V) Daniel Agricola, in Coron. 9. Stella 11.

(X) Psalm. 135. v. 8. Lyra, & alij. Novaria. Scodiosin. lib. 4. n. 26. Theatr. vit. Hum. Tom. 2.

(Y) Lyr. in Gen. c. 1. v. 3. D. Bern. apud Ambr. Tarvisin. Serm. 32. Lyra loc. cit. Maria, lux est omnibus se diffundens.

(Z) Chrysipp. Presb. serm. de laud. Virg. Hesychius, & alij apud ipsum ex Novarin. in umbr. Virg. l. 4. cap. 10. exc. 30. n. 517.

(A) Lyra in Psalm. 35. v. 10. Subt. Doct. l. 1. d. 17. q. 2. ad 3. & q. 4. ad 4.

(B) Richard. à S. Laur. l. 9. de laud. Virg. & lib. 7. Maria fons vitæ, lucis, & gratiæ.

(C) Pausanias apud Ludov. Viv. in lib. 7. D. August. de Civ. Dei. D. Anselm. in opusc. de Virg. c. 1. Hebræi.

preces offeras Virgini devotus. Id te edocet D. Anselmus. *Virginis curatio ad quos efficacius progreditur, aut in quibus misericordius operabitur, quam in illis, à quibus tantum bonum amatur, veneratur, & amplectitur?* Festinemus igitur ad Mariam, apud quam est *fons vitæ, estque animarum sitibundarum refocillatrix*; ut eam vocat Hefychius. Hunc adeas fontem gratiarum omnium vberimum, ubi eius irrigatus scaturigine, qui efflores tanquam flos agri, Christi bonus odor eris, nec decides à virtutum ascensu, imò in altitudinem te tollens, in lumine Mariæ lumen videbis æternum, quin in via sanctitatis sterilescas, nec in tenebrosis peccatorum latebris cæcurias. Ade igitur, quia fons hic *Vitam, lucemque ministrat*. De Fonte alio in Ægypti plagis exuberante, meus Parens Augustinus scribit, tantæ lympham habere virtutis, ut faces extinctæ in eam demersæ, accendantur statim, & in conum assurgit delectabilem. (D) Faces mortuæ Mortales sunt peccatis obtenebrati; qui si ad Mariam pietatis irriguum fontem properare festinent, statim in Dei inflammantur amorem, ut in lumine suo videant lumen. Hoc Mariano fonte bonis spiritualibus anima satiatur, hac Virginea lucerna ad illud æternum lumen ducitur, quo in æternum fruatur. Id monstrat sic Absalon Abbas: (E) *Festinet ad umbram protectionis Mariæ, qui longe est; teneat, nec dimittat, qui iam apprehendit, quia ipsa est dux securitatis peregrinantibus, & pervenientibus ad viam*. Maria vnde ducatum præbente, nulla tibi salutis obstacula obviabunt. Arridet illud Exodi cap. 15. *Dux fuisti in misericordia tua populo, quem redemisti: & portasti eum ad habitaculum sanctum tuum*. Ducis propriæ sunt virtutes, (F) *in periculis fortitudo, industria in agendo, celeritas in conficiendo*. Vnde ergo Deus sola misericordia populum ducit, ut terram Promissionis inhabitet? Lyra respondet ideo sic hoc esse, quia in divinam refundendum erat pietatem, quod populum ex Ægypto duxerit *per columnam ignis, & nubes viam die, noctuque ostendentem*. Hinc pingas nubeculam igneæ insidentem columnæ, adhibito lemmate. AFFERT HÆC LUMEN, ET VMBRAM. Umbraculum præstitit Deus, populum ducens per diem in columna nubis, non solum ostendens viam, sed quia etiam protegebat eos ab ardore solis, explicat Lyranus. Ab Ægyptiæ eos insequentibus protexit, in mare demergens currus, & exercitum Pharaonis, Amalecitarum turmas

prosterbens, Principes Edom, Robustos Moab, & Chanaan incolas, ducente Deo Hebræi non vicerunt solum, sed etiam pene ad internecionem ceciderunt. In nocte autem positos ignea columna, fax venit accensa illuminabat Hebræos; quæ (sive vna, sive duplex fuerit columna) typum gessisse Mariæ perhibetur à Daniele Agricola, (G) & à D. Antonio Paduano dicentibus: *Ipsa Maria est illa columna, quæ filios Israel introduxit in terram promissionis*. Cur igitur Misericordiæ hæc tribuitur introductio? *Dux fuisti in misericordia tua*. Quia *Misericordia Dei à Virgine inchoata est*, inquit Doctorum, Doctor Irrefragabilis, noster Alexander Alensis. * Aptissime igitur à Misericordia Mariæ incipit populi dilecti ducem agere Deus, quia in columna nubis, & ignis affert hæc lumen, & umbram. Spectaculum hominibus proculdubio delectabile est, dum iter agentibus ad Promissionis terram, cœlestem utpote Patriam, Maria occurrit ut columna nubis, & ignis, ne die ab hostibus deterreantur, malignis, aut noctu caliginosis peccati tenebris à cœpto itinere arceantur. Scitè D. Anselmus scribit: (H) *Insidijs, & oppressionebus dæmonum tenebris obvolutus mundus subiacebat, sed sole à te orto illuminatur, o Domina, eorum & laqueos devitat, & vires conculcat*. Sic à Virginea Deiparæ lucerna in cœlesti Zenith gloriose locata, mundus ne pereat, illuminatur. Sic Perpinianensis noster B. Angelus del Pax scripsit: *Maria non tantum Apostolis se illuminatricem præstitit, sed & omnibus; quia in Mariam tota se diffundit divini luminis claritas, etenim concepit lumen delumine*. (I) Vnde Poeta quidam apud ipsum sic de Maria fatur.

Nunc, o stella maris nostri, nos aspice præsens;
Eripe nos pelagi pene haustos fluctibus atris.

Quis mortalium offusas criminum effugere tenebras posset, nisi ei lucerna Mariæ piùm præberet ducatum? Audi ex sacris codicibus veritatem. Delinquentium miseram dæmoni profitentium servitutem amaro cordis planctu Isaias plorabat dicens: *Filij tui proiecti sunt, dormierunt sicut orix illaqueatus*. Cap. 51. Lectio Tigurina habet: *Defatigati iacent in compitis*. Idest in plurium viarum confusa collectione, an hanc, an illam ut arripiant viam, ignorantes, exules à desiderato suæ habitationis domicilio. Ideo addunt Biblia Caldaica: *Filij tui iacent conturbati*. Quod & ferè idem Syriaca. (K) De Pec-

(G) Daniel Agric. Coron. 3. stella 9.
D. Anton. Pad. ser. ex Dom. 5. post Trinit.

* Alexand. Alensis in Glos. super Magnificat, v. 5.

(H) D. Anf. Cant. Opusc. de B. Virg. c. 12. §. Maria tu.

Per Mariam omnes, & protegemur, & illuminamur.

(I) Venerab. B. Angelus de el Pax, super Missus est, ap. 14.
Poet. Anonymus, apud illum, ibi.

(K) Isai. c. 51. v. 20.

(D) D. Aug. l. 21. de Civ. Dei, & Bercho. in Reduct. l. 14. c. 65. n. 2.

(E) Absalon Abbas, in ser. de Virg. Mar. de eius Nativ. ser. unic. qui est 47.

(F) Cic. pro leg. Manil. Lyr. ad c. 15. Exod. v. 13. Idem, ad c. 13. v. 21. Maria, columna nubis, & ignis, omnes ducens ad vitam.

v.20. Bibl. Tigur. Cald. & Syriac. in Max. Maria, stella est lumine suo nos dirigens, & à peccati somno excitans.

(L) Cornel. à Lap. in c. 51. Isai. v. 20. Anglic. l. 18. c. 78. Bèrc. in Reduc. l. 10. c. 74. n. 1. & in dir. verb. Lumen.

(M) Absalon Abb. de Annūciat. ser. 3. & in eo 22. Alex. Alens. super Missus est B. Angelus del Pax, super Missus est c. 14. Alanus Vavensius, ser. 1. D. Bon. t. 3. ser. 1. de Virg. D. Method. erat. de Hypop.

(N) Apoc. c. 21 v. 20. Hæc ibi in Conc. Galat. de Arc. l. 7. c. 2. Anglic. lib. 1. c. 21. Rues de Gem. l. 2. c. 8. D. Bernard. in c. 21. Apoc. v. 20.

catoribus hæc prophetica habetur comminatio, ut sentit celebratissimus Cornelius à Lapide. Modo *Orycem*, sive Ægyptiam sylvestrem intueamur capream humi iacentem, oculos ad canicularem stellam visam in Cælo nubilo levantem, & hoc ibi lemma: **VT MOVEAM MOVEOR.** Et quidem, hoc animal, totum ferè per dimidium anni profunde soporatus obdormit, eratque Levit. cap. 11. immundum quantum ad sacrificia, (L) non ad esum; sitibundum semper, nimioque crudele. At, cum exoritur stella illa, quæ *canicula vocatur*, somnum excutit, & evigilat, eam ut sibi fume placidam, ac gressus directivam, nutibus cupiens adorare. En Peccatoris Idea, in vitijs ita obturati, ac sopiti, ut nec divinis expergefiat blanditijs, nec minacibus Gehænæ atrocitatibus terreatur. At sibi oriente nova stella, Deipara scilicet, æquum est somnum declinare, torporem evitare delicti, gressus ad melius dirigere, stella ipsa, quam adorare oportet, ducente. Ipsa etenim peccatores respiciens somno obvolutos mortis, radijs excitat miserationis, eos ducens ad viam salutis, ob quod ait eos ad pœnitentiam, *ut moveam, moveor.* (M) Id Absalom Abbas ita cum alijs cecinit, *Maria, stella est, quoniam omnes miseri, omnes in amaritudine criminum fluctuantes, ab ipsa opem refugij exposcunt.*

82. Quid ultra? Ardor charitatis in hac Mariana lucerna viget, cuius cor æstuat incendio: Imò (cum divo Parente Bonaventura loquor) *quia Maria tota ardens fuit, omnes se amantes, eamque tangentes incendit, & sibi assimilat.* Vnde à D. Methodio divina charitatis promptuarium appellatur. Per eam etenim omnes Charitatis virtutem consequuntur, divinum inhiant attracti penitus ad amorem. Structuram (ut hoc probemus) contemplantur cœlestis præfata Hierusalem, quæ Mariam mystice designabat, cuius fundamenta omni lapide pretioso ornata describuntur. Sicque textus loquitur: *Fundamentum octavum Beryllus.* Apoc. 21. *Pulcherrimo ordine* (N) *fundamenta disponuntur:* At Octonarium Beryllus occupat numerum, qui *numerus est salutis, ex quo includitur in salutifero nomine Iesu numerus 888.* Nomina autem Iesus, & Maria, eundem numerum apud Hebræos continent. Ponitur ergo manus continens Beryllum, qui lapis indicus est, viriditate Smaragdo non absimilis, & gemma vocatur amoris: vnde portat Epigraphen. **EXURIT FLAMMA TENENTEM.** Inviatum reddit hic lapis hominem por-

tantem, huncque Virgo Beata ad suam adsciscit coramam, eademque ipsa representat, quæ sua gratiarum pulchritudine omnium oculos ad se mulcescens trahit, (O) sicut ille confortat. Ita censef meus Daniel Agricola, hæc promens: *Intellectus, & affectus noster duo sunt oculi, quibus filium, & matrem debemus pariter intueri.* Imò lapis iste propemodum Maria est, efficaciam habens hominem Deo facere gratiosum, & contra hostes invictum. Id habet D. Ildephonsus dicens: *Tu Domina lapidem Beryllum representas, per donum sapientie splendida, nulla macula, & enigrata.* In Mariæ igitur cœlesti civitate, Deique habitaculo pretiositas hæc invenitur, per quam, & tota representatur: sicut enim Beryllus *manum se tangentis adurit*; sic Virgo omnes ad divinum inflammat amorem, omnium corda igne charitatis incendit. (P) Sic Cardinalis Ægydius Romanus plaudit: *Virgo commendatur ex abundantia charitatis, in eo quod dicitur illuminatrix: quia sicut est illuminata super omnes creaturas, ita super omnes creaturas misericordie lumen infundit.* Sensum altius extollit Alanus de Insulis: *Charitas in medio Virginis posita est ad illuminandum, & inflammandum circumstantes animæ virtutes.* Sic Marianæ charitatis exurit flamma tenentem, ac in sui, & filij corda rapit amorem. Idcirco in Mariano Sanir lucernam pro Icone statuimus ardentissime charitatis: Priscis etenim lucerna pro Symbolo erat amoris, (Q) quo *percussa Maria percutiatur, vulnerata vulneret, salubriumque vulnorum suorum, etsi non statim omnibus, in aliquibus efficiat experimentum.* Affero cum Ruperto. Ex una ad aliam, ut Virgineæ lucernæ charitatem probemus, adeamus structuram. Mira fuit, quam Dei Templo à se erecto adhibuit Salomon: *Et domus cum ædificaretur, de lapidibus dolutis, atque perfectis ædificata est: & malleus, & securis non sunt audita in domo, cum ædificaretur.* 3. Reg. c. 6. mirandum utique, ita ædificio ex lapidicinis adductos lapides, ut sine unctione vlla, alter alteri adaptaretur. Sed quid causa? Vermis quidam à Salomone humanarum rerum etiam sapientissimo repertus. Super lapidem igitur pingitur vermiculus suo cum cruore colorans, cum inscripto: *Mollescent sanguine dura.* (R) Vermis ille Zamir, aut Tamir vocatur, qui lapidi impositus, dum per eum incederet illico frangebatur: sicut Adamas sanguine hirci calido frangitur. Inest innata lapidi durities; at, lento illius sanguinis profluvio, statim illa in molitiem

(O) Bèrc. in Red. l. 11. c. 51. num. 1. Dan. Agric. coron. 7. stella 12. D. Ildeph. in Cor. c. 24. Maria in Beryllo representatur. Quare?

(P) D. Bon. t. 3. cit. ser. 1. Card. Ægid. Rom. in exposit. Salut. Angel. Alan. de Insul. in Cant. cap. 3.

(Q) Pier. Valler. Hieroglyphi. lib. 46. Rupert. Abb. l. 5. ad c. 5. Cât.

(R) Lib. 3. Reg. c. 6. v. 7. Lyra in Gloss. ibi. Anglic. lib. 16. c. 9. Petr. Galat. de Arc. l. 7. c. 7. Mag. Hist. c. 8. Arnold. Carnoten. cit. de Laud. Maria. Amadeus Latt. san. Hom. 2. de Laud. Maria. Maria in verme Zamir, ut Christus præfigurata.

tiem vertebatur. Sed quid mirum, si ver-
mis ille Christum (ex Galatino) præfigu-
rabat, & etiam Virginem, cum qua inti-
mitus vnitur; etenim (vt habui ex præcita-
to Arnolfo Carnotensi) *vna est Maria,*
& Christi caro, vnus Spiritus, vna Cha-
ritas. Quid igitur stuporis erit, si id
Mariæ operetur amor, quod sanguis in
verme? Rubor in sanguine contemplatur;
Amor Mariæ *rubet vt sphaera ignea, vt*
regis purpura, vt coccus bis tinctus. Canit
Amadeus Franciscanus. Indè erit, vt Ma-
rianæ charitatis suavissimo influxu molles-
cant pectora peccatorum, ad blanditiem
educantur, nam hoc *mollescunt sanguine*
dura: imò ex solo Virgineo aspectu à fla-
gitiosa delictorum duritie eliminantur.
Iacundè Auctor Margaritæ. (S) *Respi-*
cientes Christi, & Virginis divinum vul-
tum, statim movebantur ad detestationem
peccatorum. Vterque vermis divinus, cha-
ritatis effluxu cunctos leniens, & vt ap-
tentur lapides vivi, perfectique cœlesti
ædificio, dolans vniverso. Et quid de Ma-
riæ erga Deum, Deique erga Mariam
Charitate promulgabo? Cardinalem Au-
gustinianum Ægidium audire sit sic lo-
quentem: *Sicut ex abundantia Charita-*
tis, & gratiæ Christi, & de plenitudine
eius nos omnes accepimus gratiam: ita in
eo, quod Maria est illuminatrix, tanta de-
notatur eius abundantia Charitatis, vt de
plenitudine, & abundantia lucis suæ om-
nes accipiamus. Totus Mariæ amor in
Deum est, ex cuius vberissimo effluxu quasi
imnensi proculdubio latices derivantur.
Cœlestis meus sponsus, mihiq; præ
alijs dilectus, (inquit ipsa) *ordinavit in*
me charitatem. Cant. cap. 2. (T) Ipsam
ad se amoris retiaculo trahere, vincere,
& vincere cupit, ac vincere scit, hostis
tamen esse nescit. Haud timet Mariam à
se elongandam, sed vt magis pateat amo-
ris augmentum, in illam perpetuo iacula
retorquet amoris, quia segnitiam non pa-
titur impetus charitatis. Plures aliter sic
legunt: *Vexillum amoris eius super me.*
Purpureum igitur depingitur è Cœlo pen-
dens, Mariam, continens intra charitatis
circulum, cum scripto: *Nec te mihi cha-*
rior vlla. Olim vexillorum fuit vsus, vt
vna ab altera cohorte fecerneretur: modo
etiam vt pateat quanti Deus fecerit Ma-
riam, vt ab alijs puris distinctam creatu-
ris, eam locat intra vexillum charitatis;
ideoque charitatem ordinavit in eam, vt
totam sibi subderet, & faceret suam: &
cum ipse charitas sit, (V) *se, suaque*
omnia in eam transferret. Ordinavit in
me charitatem, idest (ait Alensis) erga

me, vt mihi prius suam exhiberet, & meam
postea exigeret. Sed cur charitatem ap-
pellat sponsa vexillum? Plura afferam.
Solent duces (inquit celebratissimus Cor-
nelius à Lapide) *vexillo post se milites tra-*
here, & ita sponsus sponsam tanquam
vexillo ad se atraxit. Non potuit Maria
Sponsi resistere viribus, quia eam obsedit
amore; in eam, vim omnem amoris effu-
dit egit obsidem, charitatis confixam sa-
gittis. Vnde alij habent: *coarctavit super*
me charitatem. In signis itidem, & vexil-
lis militaribus, (X) olim imagines Impe-
ratorum affixæ patebant: *In Maria, qua*
speculum est sine macula, omnia quæ ad
felicitatem, & gloriam pertinent, & quod
amplius, domini virtutes velut in expres-
siori, & veriori imagine contueri possu-
mus. Exprimat Alanus Varenfis. En cur
Deus charitatis suæ vexillo, & ambit, &
ornat Mariam: Regale signum ad eam
flectit scilicet *omnium cumalium gratia-*
rum, cuiusque vox dulcis sic ad aures Ma-
riæ sonat, *Nec te mihi charior vlla.*

CAP. XVII.

SANIR, COLUMBÆ CANTICVM,
Canticum columbæ Virginis Mariæ
mystice exponit.

Canticum
Magnificat,
conceptuali-
ter exponitur,
& literaliter.

83 **P**Rædixi ex meo Mario de Ca-
laffio, (Y) *Sanir* alterum ex
collibus libano adiacentibus, eundem ef-
se cum *Sarion*, qui *columbæ Canticum*, in-
terpretatur. Modo Maria vnica columba
est, Deo chara, nimium gratissima, *avis*
pacifica, (ait Daniel Agricola) Deum hu-
mano generi reconciliatum demonstrans.
Huius igitur suavissimum columbæ can-
ticum exponere nunc pro mea tenuitate
est, eius ad hoc præcipuam (post Dei) spe-
rans opem: *Quia Beata Virgo revelat*
profunda de tenebris. Job cap. 12. & *cum*
sit doctrix discipline Dei, Sap. cap. 8. *sa-*
pientes constituit. Videamus igitur vt suum
hæc columba incipiat Canticum. *Magni-*
ficat anima mea Dominum. Luc. cap. 1.
Virgo hic singularia recolit sibi beneficia
à Deo impensa. *Deo anima mea laudem*
tribuit. Habent alij. (Z) Hæcque laus, non
exigua, sed declaratur tamquam magna:
magnificare enim *magnum facere* est, ex-
tollere, glorificare. Nec mirum, quod co-
lumba nostra Deum magnificet, magnum
laudabiliter faciat, *magnificentia enim*
Dei (teste nostro D. Bernardino) *dicta est*
Virgo Maria. Quia etiam ipsa Deum
magnificavit. Addit Richardus à S. Laur.
Hæc tamen magnificatio magis ex Biblijs
patet,

(Y) *Marias de*
Calass. Tom. 4.
Conc. Hebr. Be-
da, D. Hieron.
Lauret. Cerr.
D. Isidorus, &
alij Daniel.
Agricola, Co-
ron. 5. Stella. 2.
Richard. à S.
Laur. de laud.
virg. lib. 12.

(Z) *Luc. c. 1.*
v. 46. Bibl. Per
sic. in Max.
Lyra in Gloss.
Iansen. in Ca-
tholic. D. Ber-
nard. Senen.
Tom. 1. ser. 61.
art. 6. c. 4. Ri-
chard. à S. Lau-
rent. de laud.
Virg. lib. 4.

(S) *Auct. Mar-*
garitæ, quæst.
ultim. Mor.
Cardin. Ægi-
dus Romanus
in exposit. Sa-
lut. Angel.

(T) *Cant. cap.*
2. v. 4.
Maria, tota
sub charita-
te est, & in
charitate fun-
data.
Lyra, Bibl. Ti-
gur. Syriac. &
alij in Max.
Livius lib. 8.

(V) *Tirin. in*
Bibl. Max. ad
c. 2. Cantic. v.

Per Mariam
Dei magni-
tudo omni-
bus creaturis
innotescit ma-
gis.

(A) Bibl. Arab.
in Max.

Arnob. in Psal.
64. Lyræ ad
cap. 1. Luc. v.
32 in Gloss.

patet, præcipue ex illo Psalms 98. *Dominus in Syon magnus, & excelsus super omnes populos.* Certè magnus est vbique Dominus, & magnitudo eius nullo valet ambitu coarctari, nec extensione meriti. *Magnificus in Syon.* Habet Arabica lectio. (A) *Magnificus ergo in Syon Deus, quia magna faciens; & hoc ad Deiparam præcipue pertinet, quæ per Syon, iuxta Arnobium significatur, imò cecinit ipsa, in Syon firmata sum: ideoque ibi magnificus, idest magna faciens, quia fecit Mariæ magna, qui potens est. In Syon magnificatur Dominus, in Maria magnificatur Deus: ideo sequitur, confiteantur nomini tuo magno. Vbi alij habent: nomini tuo sancto. Sed quodnam ex divinis est nomen istud, quod magnificatur, laudatur, & cui gratiæ rependuntur? Gabriel enunciat Luc. cap. 1. *Vocabis nomen eius Iesum, hic erit magnus.* Iesus salus est, salutare est, hocque est nomen suum, sed Maria dicit, *salutare meum. Semper fuit magnus Deus, inquit Lyræ, sed futurus est magnus homo, & magnus Propbeta.* Deum in utero concipit Maria, per eam Homo factus est, & magnus homo. Ecce ergo in Syon virgineo Dominus magnus, & excelsus super omnes populos, cui omnes laudem dicunt, confitentur, magnificant. Sit igitur contemplari Deum in excelsa vertice Syon, ubi altissimum inhabitat thronum, cum lemmate: AD SVMMA PER IMA. Christus enim humiliavit semetipsum, sed Deus exaltavit illum. Cur ut homo exaltatus? Quia quando factus est homo, respexit humilitatem ancille sue. Ecce ascendit ad summa per ima: Per humilitatem suam, & ob Mariæ humilitatem exaltatus est, & factus est Dominus in Syon magnus: idest excedens nostram facultatem ad ipsum laudandum. (B) *Ideo confiteantur confessione laudis.* Maria autem laudando magnificat, & magnum Deum facit, quia etsi ancilla Domini sit, eius tamen Magnificencia est. Vide excellentiam Mariæ, etenim cum magnificencia virtus sit magnorum factiva, Deum magnum facit, quo possibile est à nobis videri: & cum nemo magnus sine afflatu divino unquam fuerit, Maria Dominum magnificando Divini spiritus (quo repleta erat) inspiratione cecinit, *Magnificat anima mea Dominum.* Vnde, quia talis, ac tantus est Dominus, idè invitatur nos ad laudandum illud. Subdit Alensis. (C) Est Deus veluti Sol omnium luminarium Princeps; & ille Rex Regum, & Dominus dominantium: in Sole enim illuminationem videmus, & claritatem; at noster ocu-*

lus, velut Nocturnus est, eius non attingens magnitudinem: sed quia Maria solem iustitiæ suo contulit in gremio, eius proximior magnitudini, extollit magnitudinem, cuius elideret claritatem. *Magnificat* (inquit) *anima mea Dominum.* Vide huius reginæ egregiam humilitatem. Vocat Dominum, qui erat subditus illi. Luc. cap. 2. Dominus superioritatis nomen est, & prælationis: cumque (ut ait Hieronymus) *ex ancillarum moribus* (D) *mores Dominorum cognoscantur; ut Dei magnitudo, bonitas, & excellentia pateat, ab huiusce ancillæ domini vocibus deprehendenda est.* Dei autem magnitudinem nemo attingere potest; Maria, quæ *mensura Dei est*, iuxta Glossam, nobis demonstrare potest: Quia etsi ancillam eius eam humilitas prædica-verit, tamen *sicut Deus est Dominus omnium, singula in sua natura propria iussione constituendo, Maria est Domina rerum, singula congenita dignitate per illam, quam meruit, gratiam restituendo.* Prompsit D. Anselmus. Ideo singulare Agalma (id est apta similitudo) deiformitatis dicitur. Vnde non mirum, quod Dominus per ipsam magnificetur, quia eius potestas, sublimitas, & dominium in Maria, & per Mariam amplius declaratur. Ex verbis Isaïæ veritas explicatur, qui c. 6. hæc habet: *Vidit Dominum sedentem super solum excelsum, & elevatum, & ea, quæ sub ipso erant, replebant Templum.* Seu, ut alij legunt, *plena erat domus gloria,* (E) *& maiestate eius:* Plura hic seise offerunt advertenda: nam sublimitas, dominium, maiestas, & gloria prædicantur: Per hanc apparitionem in effigie hominis sedentis significabatur Deus humanandus in Persona filij, & concipiendus in Virginali utero Mariæ: Inquit Lyræ noster. Modo perpendamus sedentem, perpendamus & elevationem. Sedens, Dominus est: Excelsus monstratur, quia thronus excelsus, qui & elevat, & elevatur. Audiamus D. Methodium sic fantem: *Ecce ibi thronus sublimis, & elevatus ad gloriam illius, qui ipsum est fabricatus: super illo inquam Virginali throno eum, qui ad te novam hanc laudibusque celebrandam professionem adornavit, venerare.* Lepide quidem. Ibi Dominus (explicat Parisiensis la Haye) *peculiariter maiestatis sue præsentiam, & potentiam declaravit.* (F) Vnde in sublimioris Gloriæ Throno Deus meditatur, ab Intelligentijs laudabiliter magnificatus, habente epigraphen: MAIESTATE FERENDÆ. Mariæ solius id gloriosissimum est privilegium, quod sublimi vehendæ Deitatis serviret ut Thronus, Deumque

moral. Cic. de
Rethor.

Mariæ, præ
alijs ad Dei
magnitudinē
apropinquit,
eique fulsius
innotescit.

(D) Luc. c. 2.
v. 51. D. Hier.
epist. ad de-
metr. Gloss. ad
c. 19. Exod. in
Bibl. Virgin.
pag. mibi 470.
col. 2. D. An-
selm. Cantuar.
in opusc. de Vir-
gin. Mariæ, c.
11. Dan. Agri-
col. in Coron. 2.
Stella 10.

(E) Isaï. c. 6.
v. 1. sept. Bibl.
Chald. & Arab.
Lyræ in sua
Glossa.
D. Methodius
Serm. de Purif.
Maria, Thro-
nus Dei subli-
mis, Deum
sublimat, &
magnificat.

(F) Ioann. la
Haye, in Bibl.
Max. Conc. ad
c. 1. Isaï. v. 1.
D. Gregor.
Thaum. ser. 2.
de Appunias.
Gualdo

(C) Bernard.
Senen. & Ri-
chard. à S. Lau-
rent. loc. citat.
Alensis in Ps.
96. Arist. in

(B) Incognit.
ad Psal. 67. v.
1. Alex. Alen-
sis in Gloss. ad
Psal. 98. v. 2.

ric. ser. 3. de
Assumpt. Rabi
Haccados apud
Galatin. de Ar-
can. l. 7. c. 18.
latè.

(G) Ianuens. in
Catholic.

herc. in direct.
D. Aug. lib. de
Heres.

Senec. l. epist.
apud Andr.
Eborens. Celsus
Rodrig. Antiq.
lect. l. 1. c. 43.
Arist. lib. de
Mort.

Cur anima
Mariæ Deum
magnificat
non Spiritus.

* Alanus de
Insulis in Cist.
Cant. c. 5. Lyr.
in Psal. 55. ex
Hebraeor. Ru-
pert. apud Cor-
nel. à Lap. in c.
2. Cant. v. 10.

(H) Iacob.
Christopolit. &
Michael Ay-
guan. in Psal.
55. v. 11. Socr.
lib. 3. Apoph-
tegm.

D. Aug. Tract.
8. in Ioan. &
tract. 32. Cas-
siodor. in Psal.
55. v. 11.

sic (quantum dicere est) & extolleret , & magnificaret. Audi Rabbinus Haccados verba , à meo Galatino adducta : *Mater Messie futura est sedes Dei , quam Deus construxit , ut in ea sederet Rex Messias , ad ostendendam Maiestatis sue gloriam cunctis mortalibus.* En quomodo Maria creatur *Maiestati ferenda.* Deitati magnificandæ ; ideoque columba hæc primam emittit vocem magnificando altissimum , *Magnificat anima mea Dominum.* Anima Deum magnificat , Spiritus in Deo exultat. Sed quid causæ est animam potius , quam spiritum , magnificare Deum ? Id recte à nostra meditata est tympanistris. Anima , quæ spiritalis est , à spiritu differt , (G) quia hic à diffusionem , vel spirationem dicitur , quia in contemplatione diffunditur , & ad quaslibet res spirituales sic nominandas extenditur. Anima vero post Deum nil melius , docet meus Parens Augustinus ; atque Deum in humano corpore hospitem , vocare ipsam Seneca ausus est. Imò , *omnis nostra dignitas ab anima est ;* estque res veneranda , & Divina ob vicinitatem ad supernum , à quo est anima. Si ergo anima (non spiritus utcumque) quid divinum hoc modo est , perbelle Maria laudem Domini , & magnificentiam eius , à meliori cantare incipit instrumento , utpote ab anima , cuius expuris quibuslibet creaturis Deo placidior est , in quo quietatur : *Etenim eius delectationes sunt cognoscere creatorem , considerare opera Cælorum , & sapientiam suam.* Inquit Aristoteles. Vis superexcellentiam animæ Virginis attingere ? * Alanus de Insulis audi : *Filius Dei propter unionem voluntatis ; & Spiritus , & anima Virginis est nuncupatus.* Psalmus 55. pro titulo affert ; *ad victoriam super columbam.* Quæ Mariam designat , ut sæpe sapius diximus , & modo etiam cum Ruperto , & Cornelio. Laudat ergo columba hæc castissima suum creatorem , sic : *In Deo Laudabo verbum , in Domino laudabo sermonem.* Quid , & in quo Maria laudat ? Deum laudat , & Deum pro medio laudationis assumit : *Agit enim gratias de beneficijs receptis , (H) quia implevit promissionem.* Audiatur celebris Carmeli decus , Ayguanus : *Per Deum intellige Patrem : Per Verbum intelligitur Filius , per Dominum Spiritus Sanctus.* Deus autem ex rebus omnibus optimum est , maximum , & omnia infinitum superexcedens : Vnde Maria quod optimum , quod excellentius est , assumit ad laudes Dei concinnandum , ad laudandum Verbum , & sermonem ,

qui ex ore altissimi prodivit , & in ea homo factus est. Cum enim *Deus mentium* (idest animarum) *Rex sit , earumque decus ,* ab excellentiori laudes Incarnati Verbi incipit , & ab eiusdem Virginis anima , quæ inter puras creaturas omnes purior est , optimior , & excellentior. Audiendus occurrit Richardus Victorinus : *O Puritas mentis ! O summa puritas ! Quam Beatus fructus ventris , tam Beata puritas mentis.* Si ergo (I) *Deus in bis , quæ bene sunt laudatur ,* teste meo Augustino , proculdubio ab anima Virginis apte eius laus incipit. Quia *ratione maternitatis ,* ut habet Carthusianus , *Beatissima Virgo Maria , fuit dignitatis quodammodo infinita.*

84 *Et exultavit Spiritus meus in Deo salutari meo.* Vbi legit Syriacus. (K) *In Deo servatore meo.* Sicque sane , quia eam servavit à prima noxa redemptione præservativa. Vides quomodo canticum sedulo hæc columba intendit. *Non tam dona Dei , quam Deum ipsum eius esse delicias* Maria proficitur. Explicat Menochius. Exultat Spiritus Virginis , omnes ad similem exultationem invitans , de bono salutis omnibus proxime communicando : *In communi etenim re gaudens solus , non recte facit.* Ait Euripides. (L) Exultavit Spiritus Mariæ , quasi extra se saliens præ gaudio , quia Matrem se læta miratur , cuius dixerat eius amore languere : *Etenim unicuique est delectabile , quod amat.* Ideoque exultat Spiritus eius. Sed cur potius voce *Exultavit* , quam gavisus est , utitur ? Quia Spiritus quasi non valens in corporis ergastulo contineri , quasi extra se fiebat , extra saltabat , exultationis obiectum omni qua poterat animi dulcedine creaturis omnibus representans. Ideo exultat , quia prospicit gaudium esse commune. Ex tunc enim *omnes habemus , unde letemur : Etenim Spem gaudia parant.* (M) Comparticipes unde suæ tentat exultationis reddere creaturas , quæ *supercælestis lætitiæ , vas est ; & receptaculum* teste D. Gregorio Thaumaturgo. Imò , (sic ipse Virgini alloquitur) *per illam gaudium dispensatur omni creatura , genusque humanum antiquam dignitatem recuperat.* Adsit ad hæc illud Psal. 117. *Vox exultationis , & salutis in tabernaculis iustorum.* Optimè quidem , sed quando vox ista exultationis , & salutis audita est in terra nostra ? Quando Redemptionem misit Dominus populo suo. Ideo lectio Hebræa habet , *vox Redemptionis.* Imò Syriaca ponit *vox Glorificæ.* (N) Vtrumque attendamus ; dum hæc sola

(I) Ricard. Victorin. in Ps. 71.
Dyon. Cartbus.
ser. 1. de Con-
cept. Mariæ.

(K) Bibl. Syr. in
max. Menoch.
ibi. ad c. 1. Luc.

(L) Euripid.
in Ion. apud
Eborens. Ianuens.
in Catholic.
Arist. J. Ethic. 1
Plutarch. J. de
Tranquil.
Anim.
Maria de Bo-
nomortalium
summe læta-
tur , & exul-
tat.

(M) Quintil.
decl. 15.
D. Greg. Thau-
mat. ser. 2. de
Annunt.

(N) Bibl. Hebræ.

Hebr. & Sy-
riac. Casiod.

Lyr. Iacob. de
Val. in Ps. 117.

v. 15.

Alex. Alenf. in
Ps. 117.

D. Bon. in spec.
Virg. lect. 11.

D. Cyprian. lib.
Epist. 6.

Maria Phoe-
nix divini
amoris, om-
nes ad se dul-
citer trahens.

(O) B. Ama-
deus, Hom. 6.
de Laud. Virg.
D. Greg. Naz.
ser. 3. ad Virg.
Lucan. de Phoe-
nic. Lyr. in Glos.
ad c. 1.

Luc. v. 47.
D. Aug. Expo-
sit. super Mag-
nificat.

Maria, cur
Deum vocat
salutare suū.

(P) Alexand.
Alenf. super
Cant. Magni-
ficat, v. 2.

sola voce audita Chorus fidelium letus
exultat. Exponit Casiodorus. Psalmus
etenim hic (scribit doctor irrefragabilis
noster Alensis) ostendit quod misericor-
dia Dei fuerit confirmata per Incarnatio-
nem, quam exequente verbo, Marię Spi-
ritus exultat, & extra se alios ad Dei lau-
dem inducendo saltat. At dulcissima hæc
vox, quæ salutis est, & exultationis, haud
alterius, quam Deiparæ esse potuit, cuius
in ore mel, & lac Spiritus Sancti, quia
favus distillans labia sponsæ. Verba sunt
Doctoris Seraphici D. Bonaventuræ. Vi-
de vocis huius excellentiam singularem.
Statim Mariæ Spiritus extra se agitur,
quia gaudium properat, & non fert leti-
tia moras; vt Cyprianus habet. Vnde Phe-
nix pingitur Avium vnica, solem irrever-
beratis oculis, & intuens, & ample-
xans, cui complures famulantur aves,
addito lemmate: VNICA, DAT GAU-
DIA CUNCTIS. Certe Mariam hæc
Avis præfigurat, quia Maria inter filias
Adæ vnica est, Cant. c. 6. *Quam ex om-
nibus gentibus Deus elegit in sponfam*: (O)
& vt Phoenix congregans omnes species,
& igne circumfusa superessentiali, Cœ-
lum Cœlorum, & Cœli potestates Ange-
licas mirifico replet suavitatis incenso.
Sic cecinit B. Amadeus. Viso Phœnice
ovantes occurrunt volucres, comitantur,
& eius attractæ vocis lepore obsequuntur,
vt Lucanus canit. Sic Mariæ exultat Spi-
ritus, quia Incarnato suis in visceribus
verbo, vox erat exultationis, & quia in
salutari suo; ratione assumptæ humanita-
tis, erat in tabernaculus iustorum vox sa-
lutis. Adsit omnia hæc complens Magis-
ter omnium Augustinus. *Beata Virgo,*
quia singulariter se electam videbat, quia
singulariter gratiam acceperat, quasi pri-
villegio quodam electionis Divinæ confir-
mata, fiducialiter ipsum, quem pro salute
mundi filium conceperat, suum etiam eum
letitia, & exultatione salvatorem vocat.
Sic Avis hæc dum in Matrem Dei extol-
litur, dumque eligitur vt, VNICA DAT
GAUDIA CUNCTIS. Ecce vnde
dicit, *exultavit Spiritus meus*. Sed in quo
exultavit? *In Deo salutari meo*. Quare
Deus salutare Mariæ? *Quia alijs necessa-*
rius, sibi autem propius filius. Sed num
non etiam necessarius sibi? certe, sine
dubio. Sed aliter Mariæ, alijs aliter. Hoc
ex Isaia deducitur, qui c. 62. hæc habet,
egredietur vt splendor iustus eius, & salva-
tor eius vt lampas accendatur. Vbi Lyra-
nus (P) *egredietur de sinu Patris in mun-*
dum Christus, qui ratione divinitatis est
splendor Patris, & figura substantiæ eius

Sept. legunt: *Donec egredietur sicut lux*
men gloria eius, & salutare, vt lampas ac-
cendatur. Lampadem ergo pingere sit oleo
plenam, ac illuminantem, cum lemmate:
ILLUMINAT, ATQUE MEDE-
TUR. Ac ita sanè est; nam lampas vi-
treum est instrumentum, olei, & luminis
contentivum: Cuius sunt munia di-
versa; nam lumen per longa diffunditur
spacia, se delectabiliter comunicans, ac
splendorem in obiectis sibi corporibus
impingens. Oleum autem (quod anti-
quitus in signum lætitiæ apponebatur)
vires auget, lenit dolores, sanat infirmi-
tates; vnde medicamen est, & in reme-
dium assumitur, ac desideratur. Hinc Ma-
ria canit, *exultavit Spiritus meus in Deo sa-*
lutari meo. Suam, Christum non vocat sa-
lutem, sed salutare: etenim salus data
ægritudinem supponit; Salutare non eam
supponit; medicamina enim salutaria sunt,
etsi nullus adsit ægrotus. (Q) Salvator
igitur vt lampas respectu Mariæ accen-
ditur, à quo, quæ illuminata dicitur, illu-
minatur; & in eam, quæ mater est æterni
luminis, iustus Dominus, vt spendor dif-
funditur. Nobis autem affert lampas Sal-
vatoris salutem: quia nostram redimit, &
curat infirmitatem: *Languores enim nostros*
ipse tulit, & llvore eius sanati sumus. Isaia.
53. En oleum lampadis huius ad quid
deservit; Mariæ non oleo hoc (nisi vt
præservativo) opus est, sed splendore,
quia vt sibi salutare respicit Salvatorem,
dum alij ipsum respiciunt vt salutem; quia
ipse salvum fecit populum suum à peccatis
eorum: Sicque lampas hæc Mariam illu-
minat; atque medetur peccatores. Sic ha-
bet Alanus Insulensis: *Christus carnis in-*
trans ergastula nostra se pœna vinxit, vt
cunctos solveret; æger factus, vt egrotos sa-
naret. Exultavit Spiritus Mariæ in Deo
salutari suo, dum voce expressit mentis
internam hilaritatem. Gaudio insuper
perfusa est, quia mens tota Deo vnita,
lætitij perfruebatur cœlestibus, ferens
Christum, qui æterna lætitia est hominum,
& Angelorum. (R) *Magnum gaudium,*
non alibi quam in Deum, propter se ip-
sum accipitur. Promit Paschasius Ratber-
tus.

85 *Quia respexit humilitatem ancillæ*
sue. Id est, præ cæteris compellor huius be-
nificij magnificare auctorem, tum maxime,
quia cum essent multe in orbe, qua ad tan-
tum honorem poterant assumi, respexit me
Deus solam, & humilitatem considerans
ancillæ sue, complacuit sibi me ex omnibus
matrem eligere. Ita habet B. Angelus del
Pas. O sane humilitatis vis! Nam in Ma-
ria

(Q) Isaia. c. 62.
v. 1. Lyr. in
Gloss. ibi sept.
in Bibl. Max.
Berchor. in di-
rect. latè.

Maria Chri-
stum vt salu-
tare suū exal-
tat: alij expe-
tant vt salutē.
Quodnam
discrimen.

* Novarino
vmb. Virg. in l.
4. c. 31. Exc.
120. n. 1135.
Isaia. c. 53. v. 4.
et 5.

Andr. Cretens.
in opusc. de B.
Virg. orat. 2. de
eius Nati. Alan.
Insulens. in An-
ticlaudianis, l.
5. in Fragmen-
to elegij Ma-
rie.

(R) D. Aug. ad
Cant. magnifi-
cat.

Aug. Anconil.

Trad. super *ria verbum Patris corporis substantiam,*
Magnificat. q. *quam sibi vniret, assumpsit, & quasi ad*
5. Cborda 2. *eam, quam prius abiecerat naturam subli-*
Paschaf. Rat- *mandam per misericordiam respexit, quia*
bert. lib. 2. in *se humilitatis, quod erat ancillam cogi-*
Marb. *tavit. Ideo quod non erat, sublimitatis esse*
B. Angelus del *meruit, quia humilitatem ostendit servitu-*
Pas. super Mag *tis. Inquit D. Parens Augustinus. Deum*
nificat. cap. 45. *Marie humilitas ad se adsciscit, quia sepe*
D. Augustin. & *rebus vim humilitas affert. Quid igitur*
Alex. Alensis *mirum quod Dominus humilitatem Ma-*
in idem Cant. *rie respexit, cum ipsa sit receptaculum*
Quintil. lib. 8. *gratie. Per illam Maria ad sanctitatis*
D. Bern. ser. 1. *fastigium elevatur. Quis ascendet in*
de Annunt. *Montem Domini, Psalm. 23. David per*
Marie excel- *questionis modum sciscitatur. Quis mons*
lencia in eius *iste? (S) Quis ascendet in montem Do-*
humilitate si- *mini, idest in Montem Maria. Inquit*
ta est. *Lyra. Mons Hic amaritudinem designat,*
(S) Lyr. in Glos. *doctrinam, & illuminationem: Ex quibus-*
ibi. ad Psal. 23. *que dictionibus, Maria coalescit, coales-*
Cornel. à lap. in *cit & nomen Maria: Vnde sistitur in hoc*
c. 22. Gen. v. 2. *monte figurata. Quod expresse promit*
Effius ad c. 1. *noster Doctor irrefragabilis Alexander*
Luc. vers. 27. *Alensis, dicens: Quis ascendet in montem*
Marius de Ca- *Domini, idest ad Beatam Virginem, in qua*
laffio, Tom. 4. *est sublimis magnitudo. Sed ut videas hanc*
Conc. Hebraic. *in humilitate fundatam, tibi obijce olym-*
latè Egid. Rom *pum montem eminentissimum, & appone*
in salut. Angel. *Gnomam: SUA CULMINA CELAT.*

(T) Angl. lib.
 14. c. 29.
 Berch. lib. 11. c.
 19. Cael. Rho-
 digin. lect. An-
 tiq. l. 2. c. 13. D.
 Aug. serm. de
 Superbia.

(V) Adamus
 Delphius de Af-
 sumpt. Deiparæ
 Hom. 1. Daniel
 Agricol. Coron
 7. stella 1.

Mons iste in Macedonia partibus exur-
git excelsus nimis, ut sub illo nubes esse
dicantur. (T) Vnde etiam ab Ecclesia
pro Cælo sæpe sumitur in Hymnodia;
ab alijsque ita vocatur, eo quod undique
colleat. Nihilominus, etsi ad tantam
deveniat altitudinem, & luminositatem,
ut mortalium effugiat oculos, nubibus
fastigia claudit, nec patitur celsitudinem
suam humanis obtutibus pateferi. En
quomodo: SUA CULMINA CELAT.
Modo inverte mentem ad Mariam, Mon-
tem, cuius altitudo soli Deo metienda
proponitur, & tamen humilitatis velo ab
ipsa, sua celsitudo celatur. Id D. Parens
Augustinus sic meditabatur: O Venerabi-
lis humilitas, quæ Dei filium descendere
fecisti in uterum Marie Virginis. Et sane
homo factus est in ea, quia respexit hu-
mitatem ancille sue. Etenim via ad sum-
ma, humilitas est, & ad sublimitatis fas-
tigium evehit humilitas. At Adamus
Delphius. (V) Ferme idem adstruit nos-
ter Daniel Agricola. Omnes delectat hæc
Marie sublimitas, sed eius humilitas gra-
duis fuit; dum ancillaris tegumento famu-
latus cooperire maternitatis eminentiam
conabatur. Ipsa ideo Cant. cap. 2. de se ip-
sa cecinit: Ego flos campi, & lilium con-
vallium. Lilium statue tibi vberima ap-

proximatum spicæ, quibus languidum ca-
put ad ima deprimitur, cum inscriptio-
ne: PETUNT INANIA SURSUM.
Maria, & lilium est, & flos campi; ut ha-
bet eruditissimus à Lapide, cum Alano,
Ruperto, alijsque: sed modo videnda est
aliquorum lectio sic habens: Ego flos sa-
turitatis. (X) Paulisper immoremur. Est
Maria lilium, est & flos saturitatis, seu
abundantiæ; Spica utique: quæ Mariam
apte designat, ut Andreas Cretensis sic fa-
tur: Virgo hæc immaculatissima ex sterili
matre prodijt immortalitatis spica. Magni-
tudinem coniice Virginis ex utriusque ex-
cellentia floris: Spica enim, quæ vbere
granorum copia pinguescit, ad terram de-
primitur, turgentiam calcit, caput incli-
nat. Vacua verò, & inanis erigitur, in va-
cuitate turgentiam ebibens. Lilium etiam,
(Y) quod Rosæ in nobilitate proximum
est, more campanellæ refupinæ ad ima se
deprimit, & Mariæ etiam Symbolum est:
quæ fecunda velut spica Angelorum Pa-
ne, & suaveolens lilium Virginali cando-
re, tantis oppignorata muneribus, ambit
ancillæ humilitatem, ob quod ad Deipa-
ræ assumitur magnitudinem. Hanc enim
humilitas facit; quia dum humiles se dei-
ciunt, ad Dei similitudinem ascendant; so-
lumque petunt inania sursum: sed sæpe tol-
luntur in altum, ut lapsu graviore ruant.
Benè ergo Maria solam in humilitatem
Dominum respexisse testatur, (Z) quia di-
vinitatis propitiationem, quam humana
natura in primis parentibus per superbiam
perdidit, in Maria per humilitatem recu-
peravit. Vnde Dominus respexit hanc hu-
mitatem ancille sue: quia apud Deum ac-
ceptabilis fuit, & eius humiliatio apud ho-
mines in gloriam commutata. Docet idem.
Hanc virtutem, qui infundit Deus respicit,
quod in ea sibi plus, quam in cæteris com-
placeat; humilia enim respicit in Cælo, &
in terra. Scribit B. Angelus del Pas. Adea-
mus ad altiora. Respexit (inquit) humili-
tatem ancille sue. Luc. cap. 1. Num non ad
alias Mariæ Deus respiciebat virtutes? Ly-
ranus respondet: Licet ex omnibus virtu-
tibus fuerit disposita ad Conceptionem filij
Dei, specialiter tamen hoc fuit ex humili-
tate. Solius sit humilitatis mentio (docet
Ambros. Ansbertus) quod Dei filium ad
habitaculum carnis invitaverit; & per Vir-
ginem, cuius humilitatem respexit, nobis
vita nata est. Docet August. (A) Hinc erit
pingere Charadrium fixis oculis in egroti
faciem intentum, cui subscribitur: RESPI-
CIENS AFFERT VITAM. Hæc siquidem
avis albedine toto perfussa corpore, in
Perside ab Alexandro Magno inventa est,

(X) Cant. c. 2.
 v. 1. Cornel.
 Alan. Rupert.
 Dyon. Carth.
 ib. Menoch. Bi-
 bl. max. ex He-
 braeo. Andreas
 Cretens. erat. 1
 de Nativ. Mar.

(Y) Berch. in di
 rect. verb. Hu-
 militas in Re-
 duct. l. 1. 2. cap.
 86. Plin. l. 20.
 c. 5. Angl. l. 17.
 c. 91. D. Ant.
 Pad. ser. Dom.
 6. Quadrag.
 Chrys. in Ioan.
 Hom. 70. & in
 epist. ad Corint.
 Hom. 1. D. Greg
 in Pastor.

(Z) D. Aug. in
 Exposit. ad Gât.
 Magnificat B.
 Angel. del Pas.
 idem in Cant.
 Luc. c. 1. v. 48.
 Lyra in sua
 Gloss. ibi.

(A) Ambros.
 Ansbert. l. 2. in
 Apoc. apud B.
 Angel. del Pas.
 loc. cit. D. Aug.
 de Christi. Agon.
 c. 22.

(B) *Liber de Nat. rer. Phy- siologus*, & *Arist. apud Vin cent. Beivac. Spec. Nat. l. 16. c. 44.*

de qua scribitur, (B) quod si ad infirmum sanandum ducitur, omnes eius infirmitates intra se colligit, & per aera volans ea dispergit, atque consumit: atque adeo ex solo aspectu vitam affert infirmo. *Per Charadrium*, (ait Hugo de Sanct. Vi&t.) *Christum intelligimus, qui venit in mundum, ut saluum faceret genus humanum.* Nam languores nostros ipse tulit, & livore eius sanati sumus, *Isai. 53.* & hoc, quando peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Tunc enim in aere pendens, omnia nostra mala dispersit, atque consumpsit. Sed quando hæc Paradisi Avis nobis primò attulit vitam? Certe quando nos respexit, respiciendo humilitatem ancillæ suæ, (C) quæ vita nostra est, & vitam nobis protulit, Verbum æterni Patris concipiendo: Ideoque à Chrysippo appellatur, *Armarius vite.* Evam Deus, *superbam despexit*, & Mariam humilem respexit. *Id quod superba perdidit, humilis recepit: & humilitas eius apud Deum acceptabilis fuit.* Affert Augustinus. Vnde sequitur.

86 *Ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes.* Ex omnibus etenim nationibus aliqui conversi sunt ad fidem, qui continentur (inquit Lyranus) Virginem, Beatam: Vnde, & in Alcorano Mahometi dicitur; dixerunt Angeli: O Maria, Deus utique elegit te, & purificavit te claram super mulieres sæculorum. (D) *Ecce dicit, quasi omnes invitans ad evidentiam pignoris sibi à Deo impensis; quia ex quo dixit fiat mihi, concepit in utero filium Dei.* Unde univèrso orbi Mariæ laudes creduntur, Beatitudinis confessio commendatur. Celebratissima illa Proverbiorum Mulier, per quam Maria aptissime designatur, quæ supergressa est univèrsas gloria singulari, (E) *Os suum aperuit sapientiæ, surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicaverunt, vir eius, & laudavit eam.* *Prov. cap. 31.* aperuit sapientia os suum, quia docet Maria sapientiam de sursum descendentem, dum dicit, *Fecit mihi magna, qui potens est.* Oris ad os locutio, iuxta Tertullianum Divini Verbi est Incarnatio: Quod ex ore altissimi ut dictio prodivit, & Mariæ consensum per verbum *Fiat* expectavit. Hinc surgunt filij, & Beatissimam prædicant Mariam, quia ex hoc Beatam illam dicunt omnes generationes. Unde lectio Chaldaica habet, *Beatitudinem illi dederunt.* Idest *valde laudaverunt.* Addit Menochius. En merito quidem: etenim ut Socrates testatum reliquit, *Thus Deo*, (F) *Laus bonis tribuenda est.* Maria autem comparatione

Angelorum, & hominum benedicta est appellata, quia *illam omnis lingua glorificat, Matrem vitæ prædicans.* Pingitur ergo Sol in Aurora quasi exurgens, perlustrans tamen Univerſa, cum scripto: A LAUDE GAUDIA SURGUNT: Aurora enim elucescente, hilarescunt omnia, gramina etiam quodam roris risu perfusa notantur: securitatem illa parit, decoram rebus formam inducit, & quæ omnia in orbe continentur digna laudibus facit; voces avium excitat, & insuper ægrotum mœstitijs finem imponit. En Mariæ, quæ lux est, & Aurora, à sole iustitiæ, quem alvo continet, *illuminata*, toti mundo gaudia fuisse porrigit Icom: vnde fit ut beata ab omnibus prædicetur: verum enim vero eadem vox Hæbraica significans *lucem*, (G) sonat & *laudem.* Appareat ergo hæc mater lucis, hæc aurora gratiæ fecundata sole iustitiæ, & surgant filij eius, (Idest omnes rei manifesta ostensione, ut habet Alensis) & Beatissimam prædicent, *si quidem à laude gaudia surgunt.* Manum apponit ultimam D. Ildephonus sic: *Iam Mariam laudant Cæli Cælorum, Sol, & Luna, Stella, & Lumen, totus orbis terrarum, chori, & legiones Angelorum, & omnes phalanges supernorum spirituum.* (H) Dicant inde eam omnes generationes beatam, quia ab omni generatione pro fructu fecunditatis Beata vocatur. Docet Augustinus. Hanc Mariæ magnificentissimam laudem nullæ sunt creaturæ a corde, labijsque propulsantes: Quapropter Anselmus sic cum ea alloquitur: *Te Domina magna, & valde magna, te vult cor meum amare, te cupit os meum laudare. Enitimini viscera animæ meæ, enitimini quantum potestis, ut eius merita laudetis, & ametis beatitudinem.* O Virgo benedicta, per cuius benedictionem benedicatur omnis natura, non solum creata à creatore, sed & creator à creatura. Hæc ille. His alludere iudico illud Psalmistæ Regis, Deum sic alloquentis. *Confessionem, & decorem induisti, amictus lumine, sicut vestimento.* *Psal. 103.* Sic Deus magnificatus est vehementer, cum indutus est humanitate, (I) & carne in utero virginali. Auscultetur D. Methodius hæc de Virgine scribens: *Tu es impolutum illius indumentum, qui luce sicut vestimento circumfunditur.* Vnde lectio Arab. habet, *indutus est magnitudinem decoris;* utpote dum ex Maria carnem induit, quæ Mater est, & magnificentia Dei, ut prædiximus ex D. Parente Bernardino. Hinc depingatur stella in corde solis, cum lemmate: FEROR, ET EXTOLLOR. Ut numen olim Sol colebatur, ac solemnijs simul

Ægid. Rom. super Salut. Angelic. S. Andr. Cret. Hom. de dorm. Deiparæ. Anglic. l. 8. cap. 40. Marius de Calass. loc. cit.

(G) *Novarin. Seediafm. l. 7. c. 27. num. 124. Alens. loc. cit. Maria lucem, cum laude cõciliat ab omnibus laudanda.*

(H) *D. Ildefonsus in Prol. Coron. Virg. D. Aug. in Cant. magnificat, D. Anselm. Opusc. de B. Virgine. Mariæ Beatificatio, & laus, in Verbum incarnatum refunditur.*

(I) *Psal. 103. v. 2. Iacob. Cbrisopolit. Ayguan. Cassiodor. D. Aug. & D. Methodius ser. de Hypop.*

(C) *Hug. lib. 1. de Best. c. 48. D. Aug. lib. 16. contra Faust. t. 22. Hermannus Contr. in Cant. Salve Regina Chrysipp. Presb. Ser. de Laud. Virg. D. Aug. in Cant. Magnificat. Lyr. c. 1. Luc. v. 48. Maria, ab omni gentium natione Beata prædicatur.*

(D) *Lyr. in Gloss. ad c. 1. D. Luc. v. 48.*

(E) *Alens. in sua Gloss. ad c. 31. Prov. v. 28. Lyr. ibi. Tert. adv. Marc. 4. Menoch. in Bibl. Maxim. Bibl. Cald. Syriac. ad c. 1. Luc. v. 47.*

(F) *Socrat. apud Stob.*

(K) Procop. de
Bell. Goth. lib.
2. Erasim. in
Adagij.
Herodot. Angli-
lib. 8. c. 18. ex
Ambr. Chater.
1. de consummat.
Glor. Mariae.
vnic.
D. Greg. Thau-
mat. ser. 2. de
Annunt. Ma-
rie. B. Angel. del
Pas. ad cap. 1.
Luc. exposit. c.
45.

Magna, quæ
Deus fecit in
Maria expli-
cantur.

simul, & laudibus, vt creati totius pul-
cherrimum simulachrum, fons totius lu-
cis, dieique iucunditas celebrabatur:
(K) Mariam vtrique solem nullus inficia-
tur appellare, sicut & filium eius sydus,
cum ipse dicat, *ego sum stella splendida, &*
matutina: Apoc. c. 22. In ea igitur mag-
nificatus est vehementer, ex quo tanti
virginei solis lumen pro carnis assumptis
indumento: laudatur à cunctis, vt ve-
rum numen, in ea tanquam in lucis fon-
te, in deitatis speculo relucens Canit hoc
pius Dominicanus Ambrosius Catheri-
nus, in hæc verba prorumpens: *O Dea*
certe, quæ adeo particeps fuisti diuinitatis,
vt sola servata sis, tanquam Paradisus
Dei, Dei manibus excolendus. Induit
Deus in Maria Decorem: *Nempe mate-*
riam laudis omnium creaturarum: Expli-
cant Plures. Ex quo enim Maria concipi-
endo Deum ab omnibus beatificatur
generationibus, laudatur, & extollitur,
tanta est laudum congeries, tanta diffu-
sio, vt etiam magnificetur vehementer
Deus iam in vtero clausus, qui dulciter
hæc verba omnium auribus inferit: **FE-**
ROR, ET EXTOLLOR. Feror à Ma-
tre, ab eiusque laude extollor. Sic illud ce-
cinit D. Greg. Thaum. *Tu Thronus*
evasisti Cherubicus, ubi glorificatur Pa-
ter omnis principij expers, cuius obum-
brantem habuisti potentiam. Subditque
his noster B. Angelus del Pas. *Benedici-*
mus Deum Cæli, qui talem elegit Ma-
træ, quam beatificamus, & per illam spe-
ramus beatificari. O Beatissima, quam
extollunt, magnificant, ac prædicant om-
nes generationes, quia Deum nobis pro-
tulit, & hominem,

87 *Quia Fecit mihi magna, qui po-*
tens est. Noster concrepat canticum co-
lumbæ. Inexplicabilia Myſteria, omnium
admiratione digna, quibus cuncta sigilla-
tim compræhenduntur, dum induit Deus
humanitatem, proculdubio fecit. Sed
quam hæc magna? Alensis respondet:
Quia Deus in me carnem assumpsit, dona
Spiritus Sancti contulit, Reginam Ange-
lorum, & habere Deum filium fecit. Hæc
magna, & mirabilia sunt, ad quæ alia
reducuntur gratiæ Sacramenta. Singula
perscrutemur. Primo in Maria Deus
magna fecit, cum carnem assumpsit, cum
Fiat audivit, quia tunc Verbum caro
factum est. Tum magna fecit Deus, haud
maiora facere potens. (L) Vnde D. Ansel-
mus sic Psallit: *Quod Virgo Mater Dei*
sit, excedit omnem altitudinem, quæ post
Deum dici, ac excogitari potest. Additque
Damascenus: *Nil maius, quam quod Deus*

(L) Alensis, in
exposit. ad Cæ-
tic. Magnificat.
Div. Anselm. de
Excellent. Vir-
gin. c. 2. D. Da-

pro hominibus homo factus est. Hoc in
Spiritu David prævidens; de Deoque
incarnando Prophetans Psalm. 77. dicit:
Ædificavit sicut Unicornium sanctifi-
cium suum in terra. Aliorum lectionem
sic legentium perscrutemur: *Afficit æter-*
nis generationibus. Nempe sanctuarium
suum ædificavit ita excelsum, vt pene ad
Deum attingeret, imo Deus in eo clau-
sus remansit factus homo, quem Cæli
antea capere non poterant. Quod de Ma-
ria allegorice ex prædictis intelligendum
occurrit, quæ sanctuarium Dei est, &
sancta sanctorum, quæ sanctum sanctorum
in suo supersancto continuit vtero. In-
quit Alanus Varenſis: (M) *Tuncque mag-*
na fecit, & sanctuarium suum ædificavit,
sicut ædificium Unicornium, gloriosum
scilicet, & potentissimum, quomodo Uni-
cornes magnificas mansiones præ alijs ani-
malibus construunt. Inquit Parisiensis Ha-
ye. Sed modo inquirere est, cur cum *Rhi-*
nocerotis similitudine Verbi Divini In-
carnatio maneat exemplata? Hoc ani-
mal India mittit, quod nullo potest inge-
nio capi, nulla arte: at ei obvia in deserto
proponitur Virgo; quæ venienti sinum
aperit, eumque nutibus blanditur, sicque
indomabile sensitivum ferocitate deposti-
ta, ad sinum currit virginem agnus in-
star mansuetus, ubi ludens, ac benevolus
se tractandum, & vinciendum exhibet.
(N) Quod rectissime Dei filio competit;
Hic enim bis Josue 22. vocatur, *Fortissi-*
mus Deus Dominus: Vnde nec antiqui
Sacri Patres, nec Prophetæ cum ad mun-
dum attrahere potuerunt: at quando Vir-
go Maria, in qua ædificavit sanctificium
suum magnificum, faciens illi magna,
qui potens est, fuit in deserto huius mun-
di posita, & virtute Spiritus Sancti præ-
parata, eique aperuit sinum, dum An-
gelo dixit, fiat mihi secundum Verbum
tuum; ex tunc in eius vtero se reclusit, ac
post membra pannis involuta, Virgo Ma-
ter alligat, & deposta ferocitate tandem
à Venatoribus Judæis lanceis, & clavis
confossus est. Vnde *Rhinoceros* in gremio
Virginis recumbens ponitur, cum sub-
scriptione: **VIRGINEO MOLLES-**
CIT AMORE. Modo Rupertus Abbas
concinit: *Fortissimus Spirituum Deus,*
velut Unicornis, idest potentia singularis,
Deus incomprehensibilis, & invictæ virtu-
tis, (O) Virginei tractus odore vteri, illi-
que inclusus est, & ex eo tantum compræ-
hendi potuit, & occidi. Sic in Maria fecit
magna, idest excelsa, sicut Cælos, nam ta-
bernaculum, seu Templum, & magnificen-
tia, & gloria Cælum referebat. Explicat
noster

maſc. lib. 3. de
Fid. orthod. Ps.
77. v. 69. Alij
in Bibl. Max.
Deus in In-
carnatione,
magna fecit,
cum ſemetip-
ſum humilia-
vit.

(M) Alan. Va-
renſis. de Laud.
Mariæ. ſerm. 5.
Haye in Conc.
lit. ad Ps. 77. v.
69. & Tirin. in
Bibl. Max.

(N) Angliæ. lib.
18. c. 88. Phy-
ſiolog. D. Iſidor.
orig. l. 12. Plin.
l. 8. c. 20. Ber-
chor. lib. 10. c.
85. Picinel.
mund. ſymb. l.
5. n. 560.
Deus Incar-
natus in vte-
ro Virginis,
ſe tractabilẽ
præbuit, ac
Virgineo
amori vinci-
vit.

(O) Rupert.
Abb. apud Cor-
nel. à Lap. in
Nun. c. 23. v.
22. Haye in

in Conc. ad Ps.

77. v. 69.

Andr. Cretens.

in opusc. ad Virg.

Maria, orat. 2.

de eius Nativ.

(P) B. Angelus
del Pax, in Ca-
sic. Magnificat,
c. 46.

(Q) Philo Car-
path. & Rupert
in Cant. Lyra
ad c. 1. Luc. v.
38. D. Bon. in
c. 1. Ioan.

Mariae vox
expectatur, ut
Verbum fiat
homo.

(R) Lib. de Na-
tiv. rer. Papias,
D. Isid.

Ambr. in He-
xam. Berch. in
direct. verb.
laus. Picinel.
mund.

Symb. l. 4. c. 55

n. 562. & 568.

Haye in Bibl.

Max. ad c. 1.

Gen. v. 2. Conc.

Bibl. Syr. He-

braea, & Ba-

sil. D. Ber. Ho-

mil. 4. super

Missus est.

noster la Haye. Sed Andream Cretensem spectat, audire, ei sic congratulantiem: *Salvum non manu factum, sed factum à Deo tabernaculum, & Templum, in quod semel in commutatione seculorum solus Deus, ac primus Pontifex ingressus est, ut in te munus sacrum pro Vniuersis obiret.* Vide quā magna fecit, qui potest, dum Mariæ allectus amore ab arce Patris descendit, rigorem iustitiæ deposuit, humanitatem vestivit, quando sicut Unicornium Domicilium Virginali hoc magnificentissime ædificavit. Inde addidit B. Angelus del Pax, quod Deus summando carnem ex ea, (P) *Mariam fecit Deus gloriosam præ creaturis omnibus, quæ creantur.* Beatam ergo eam dicunt omnes generationes, quia quem celi capere non poterant suo contulit gremio virginali: *Sonet vox tua in auribus meis.* Cant. c. 2. Hic Sponsum ad Sponsam loqui, nulli est dubium; Spiritum S. videlicet ad Mariam, quæ ut Sponsa Spiritus Sancti salatur. Idipsum Philo Carpathius, & Rupertus habent; (Q) quia ut Verbum opere divini Spiritus in vtero Virginis incarnaretur, Virginis vox expectabatur, ut sonaret, *Fiat mihi.* Et statim (inquit Lyranus) *factum est, quia virtute divina concepit Filium.* Sed cur dulcis vox consensus Virginis ad peragendum Mysterium expectatur? Quia tali opus erat consensu; nam vox illa sic sonabat: *Verbum, quod erat in principio apud Deum, fiat caro de carne mea.* Explicat D. Parens Bonaventura. Nunc lusciniā, sive Philomenā propone tibi super pullum in nidulo accubantem, altera ex arbore pendula suaviter canente, ac coniugis demulcente aures cantu suavissimo, & appone epigraphen: PULLIFICAT MODOVLO. Ex Platonice enim plures censent, Philomenā pullificare non posse, sine coniugis dulci ad suas aures concrepante sono: Quod apte congruit Incarnationis Mysterium. Etenim à mundi exordio (R) divinus Spiritus incubabat aquas, quemadmodum avis incubans ovis, calore ea animat, ut plures sentiunt, & nunc etiam ipsius opere, ac fecundata Maria Spiritus S. virtute, opus fuit ut opus Incarnationis per eam, & in ea perficeretur, quod Virgineæ Philomenæ vox audiretur sic: *Fiat mihi secundum Verbum tuum.* Congruè Melissus Bernadus omnia conclusit dicens: *O domina responde verbum: & cui placuisti in silentio, iam magis placebis ex verbo, cum ipse tibi clamet ex cælo, fac me audire vocem tuam. Si ergo tu eum facis audire vocem tuam, ipse te faciet videre salutem nostram.* En quo-

modo Spiritus Sanctus Virgineo pullificat modulo, etenim tantum desiderabat audire vocem suam, *responsionis assensum, in qua nimirum proposuit salvare mundum.* Addit & ille: nos alia, ut quia eligitur in matrem filij Dei fufius à nobis beatificetur Maria. Arcana utique sunt Verba Angeli Mariam salutantis, & explorantis virginali consensum. *Ave* (inquit) *gratia plena.* Luc. c. 1. ideo gratia dicitur plena, (S) *Quia non solum implevit eius mentem, sed etiam ventrem, in quantum singulari gratia Dei factum est, ut conciperet Salvatorem.* Exponit noster Lyranus. Atque etiam *Ave* illi dicitur, *id est sine vā, transmutato primæ mulieris nomine.* Scribit Doctor Doctorum noster Alensis. Arborem solis luce vbertim perfusam pingit, cuius radix vna candida versus orientem tendit; ad occidentem altera, & appone inscriptionem: VITAM MVTVA- TVR AB ORTV. Huius ratio symboli fundatur in eo, quod de quibusdam indiarum partibus scribitur, nasci ibi Arborem visu perpulchram, patulam, ac fructibus pro opportunitate temporis plene onustam. At (mirabile auditu!) rami, ac radices versus Solis ortum tendentes, & liquore, & fructu vitam trahunt in longum, protendunt, ac conservant: qui verò ad occasum rami, ac radices profiliunt, veneno scatent, mortem ferè minantur, ita ut in perniciosam protinus ruinam afferant comedentes. Arbor generis humani duas habuisse perhibetur radices Mariam utpotè, & Evam: *Hæc* (T) *duas voces geminam miseriam humanæ nature prætendentes in se habet, (ait Absalon Abbas) videlicet E, & A. Mariæ autem, cum dicitur Ave, datur intelligi quod per Beatam Virginem, & culpa in veniam, & pœna in gloriam commutata est.* Evæ Rami, & radices, operationes nempe tendunt penitus ad occasum, ad mortem, ad interitum, quia ex quo divinum transgressa est mandatum, mortem incurrit. Gen. cap. 2. Maria autem cuius mens, & affectus, animæ radices, ad Deum propendebantur, & ad Messiam promissum, de quo dicitur Zach. c. 9. *Ecce vir oriens nomen eius, attulit vitam, medicamen salutis adduxit, etenim Rami eius honoris, & gratiæ.* Eccl. c. 24. id totum mens Augustini comprehendit, & sic calamus scripsit. *Eva occidendo obfuit, Maria vivicando profuit. Illa percussit, ista sanavit.* Apposite etiam D. Bernardus hæc habet: *Redditur femina pro femina, humilis pro superba, prudens pro fatua, quæ pro ligno mortis, fructum tibi porrigit ligni vite.* Hinc Beatam illam

(S) Lyra in sua
Gloss. ad c. 1.
Luc. v. 28.

Alex. Alenf.
Gloss. ad Mag-
nificat.

Per Mariam,
vita in Eva
perdita, mun-
do restitui-
tur.

(T) Berch. in
direct. & de
mirabil. in R. d.
Absal. Abb de
B. Virg. ser. 3.
qui in illo est
22. Gen. c. 2. v.
17. Lyra, Ha-
ye, & omnes.
D. Fulgent. ser.
de Laud. Virg.
D. Irenæus, lib.
3. c. 33.
Iustin. colloq.
cum Triphone
Tertul. lib. de
Carn. Christi.
D. August. ser.
2. de Annunt.
qui est de San-
ctis 38.

(V) D. Bern.
apud Alexandr.
Aienf. super Mis-
sus est. B. Ama-
deus de Laud.
Mariae, Horn. 3.
Dio. Anselm.
Cantuar. orat
ad Beata Virg.
que incipit: sin-
gularis meriti.
&c.

(X) Lyr. in
Gloss. ad cap. 1.
Luc. v. 49.
Menochius in
Bibl. max. B.
Angel. del Pax
in c. 1.
D. Luc. l. 2. cap.
46. Tiria. in
Bibl. max.

Per Mariam
nomen Iesu
cunctis inno-
tescit celebrā-
dum.

(Y) Ioan. la Ha-
pe in conc. Bibl.
Max. ad cap. 1.
Gen. v. 1. Gala-
tin. ex Hebr. de
Arcan. lib. 3.
c. 18.

Per Mariam
nomen sanc-
tum Dei in-
notescit ma-
gis, quoad nos

(Z) Lyr. in Gloss.
ad c. 7.
Isai. vers. 14.
Div. Anastas.
Synais. lib. 3. de

illam dicunt omnes generationes, tres
linguae precipue (docet Alensis) ex quibus
collecta Ecclesia Mariam beatificat. (V)
Beatificatur insuper, quia Spiritus San-
ctus in alios sanctorum venit, venit in
alios, sed in Maria supervenit, quia prae
omnibus, & super omnes elegit eam, ut su-
peret universos, qui ante illam fuerunt, vel
post illam futuri sunt, plenitudine gratiae.
Canit & noster Amadeus. Beata tandem
dicitur, quia decus Virginum, Domina gen-
tium, Regina Angelorum, sola mater, &
Virgo. Promit Anselmus.

88 Et Sanctum nomen eius. Beati-
ficat Virgo (gratias rependens Deo) nomen
sanctum eius, utpote nomen Iesu, quod
vocatum est ab Angelo priusquam in vte-
ro conciperetur: Quia quidquid sanctita-
tis potest cogitari, (X) totum eminentius
est in eo. Ait Lyranus. Sanctum nomen
eius, id est verbum, quod est Patris notitia:
inter tres enim divinas Personas, verbum
quod est sanctum Dei nomen, & notitia
per quam declaratur, multum mihi presti-
tisse honoris, dignitatis, & excellentiae. Ideo
à me laudabile. Illa protulit B. Angelus
del Pax. Celebrandum Maria nobis no-
men Dei proponit, quia per Mariam laus
nominis Iesu nobis innotescere capit.
Spiritu prophetico hoc Isaias praevidit di-
cens: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium
& vocabitur nomen eius Emanuel. Isai. c.
7. advertere est à Propheta nomen Ema-
nuel ex Dei nominibus solummodo nobis
proponi innotescendum, cum alia silentio
obvolvatur nomina, non minus celebrari
digna. Primum Dei nomen, quo Deus
innotuit mundo, fuit Elobim, (Y) quae
vox Principem, Rectorem, aut iudicem so-
nat, ut pateret Deum omni principium
rei dedisse, omnia regere, & gubernare, &
omnium creaturarum rerum aequum iudi-
cem esse. Cur ergo non potius hoc, aut
Saddai, quod liberalem, ac munificum
designat, ponitur à Propheta? Ante so-
lutionem attende, quod Hebraei legunt; vo-
cabit ipsa (scilicet Virgo Maria) A alma,
nomen eius Emanuel. Et id ipsum est, quod
à Gabriele dictum fuit postea Mariae, Luc.
cap. 1. Vocabis nomen eius Iesum. At, cur
vates Evangelicus Virginem ait nomen
nato suo imposituram Emanuel? Dupli-
cem nomen hoc naturam significat in uno
supposito: quod significatur per nomen
Emanuel, quod est idem ac Nobiscum Deus:
Inquit Lyranus. (Z) nec ulla alia ratione
diceretur nobiscum Deus, (ut docet D.
Anastasius Synaita) nisi Deus esset simul,
& homo, & nobis simul, & Deo. Ante-
quam Deus ex Virgine nasceretur, no-

minibus vel absolutis in esse, vel attributis
talibus, ut Qui est, Elobim, Sabaoth,
& similibus, ab humano captu incom-
prehensibilibus celebratur: At, per Ma-
riam, cuius carnem immaculatam induit,
cum hominibus conversatus est, innotuit
cunctis nomen sanctum eius, quia natu-
ram humanam, quam ex virgine assump-
sit, nomen ipsum Emanuel praedicabat. B.
Angelus del Pax, id notavit inquiring:
Cur vocat temporalis mater, quod Pater
aeternus ab aeterno eructavit? Uterque vo-
cat, quod suum est; Proles enim sequitur
ventrem in humanis; in divinis mentem:
unde dicebat, narrabo nomen tuum fratri-
bus meis. Maria igitur divini nominis en-
comia evehit, quia aptius mysterio in ip-
so contenta cognovit. Sanctum vocat no-
men, ut intelligatur purissimum in virgi-
nis vtero esse conceptum, nec à Matris
degenerem puritate. Sic Plures ratiocinan-
tur. (A) Mel, & lac sub Mariae lingua
adinvenit sponsum, quod & ipsa ad gullan-
dum nobis praebebat, ex quo gustavit. Si-
cut autem nomen Iesu est mel in ore, in au-
re melos, in corde iubilus, ita & nomen Ma-
riae: inquit Richardus. In Maria autem, &
ex Maria aptius nomen Dei, & elucescit,
& innotuit. Hoc deducamus ex Sacro
Novi Testamenti textu, Ioan. cap. 19.
ubi habetur impositam Christo Domino
mortis acerbissimae causam per modum ri-
tulis triumphalis, sic supra caput dicentis:
Iesus Nazareus, Rex Iudaeorum. Mos
inoleverat apud Romanos stupitibus, in
quibus Rei effigebantur causam mortis
scribere superne, (B) ut cunctis innotef-
ceret, & culpa, & punitionis causa. At
nomen hoc venerandum Iesus, tribus to-
to orbe celebrioribus linguis celebrabile,
cum in altum (Deo sic disponente) erigi-
tur, cur ab vrbis Nazareth vocabulo accla-
matur? Christus enim, ut Homo in Beth-
leem natus fuerat, unde ut minas, ac necem
sibi ab Herode machinatas vitaret, ad
Heliopolim se transtulit Aegypti urbem,
in qua vigeat Idolatria, & imago solis
in ea superstitione colebatur. Cur ergo, si
Patriae Memoria dulcis est, ut Livius ha-
bet, dulcissimus Redemptor non se Beth-
leemitam, sed Nazarenum patitur appel-
lari? Ideo puto hoc factum fuisse, quia
tunc nomen Iesus, per modum triumphi
in Crucis vertice prominebat, & ut latius
sua extenderetur exaltatio, non Bethle-
mita, (C) sed Nazarenus dicitur: Quia
tam ad Conceptionem in vtero virginali
Mariae, quam ad educationem referri hoc,
evidenter ostenditur: ut sic pateat aliqua-
liter incepisse a Maria, Iesu nominis exal-
tatio;

refl. D. Cathol.
Dogmat. Gala-
tin. de Arcan.
lib. 3. c. 19. B.
Angel. del Pax,
ad c. 1.
Luc. vers. 49.

(A) Theophilus
in luc. apud B. An-
gel. del Pax, ibi-
dem.
Richard. à S.
Laur. lib. 1. de
Laud. virg. c. 2.

A Maria no-
men Iesu mu-
tuat Gloriam,
& summam
cōpensat lau-
dem.

(B) Lyr. in Gloss.
ad c. 19.
D. Ioan. v. 19.
B. Angel. del
Pax in Luc.
Adamus Del-
phius Corneli. à
lap. in Isai. c. 19
Lyr. ibi.
Livius lib. 1.
dec. 1.

(C) Div. Bern.
epist. 77. Ad Ar-
taud. Abbat. Ly-
ra. in Gloss. ad
cap. 19. Ioan.

Ioan. v. 19.
Eftius in Bibl.
Max. ibidem.
B. Angel. del
Pax in cap. 1.
Luc. lib. 2. c.
46.

tatio; siquidem Nazarenus erat à matre, ab eiusque conceptu, & educatione. Ideo Columba nostra in suo dulcissimo cantico, Deum magnificans, extollit laudibus nomen sanctum eius: hæcque in ore virginis divina est descriptio, (vt exponit B. Angelus del Pax) nam Deum describit ex eo, quod sanctum est nomen eius, edocta à Spiritu Sancto.

89 Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Secunda huius pars, hæc est, in qua Mater Misericordiæ divinam celebrans recolit misericordiam, qua Divinæ laudis ampliatio (D) per inchoatam redemptionem hominibus declaratur. Gratus enim est miseri de misericordia sermo: Inquit Bernardus. Ideo in Persona totius Ecclesiæ Deum magnificat Virgo propter bona, quæ in Christi adventu recepit, à misericordia Dei pululantia: etenim (vt exponit Princeps, interpretum Lyranus) Misericordia hæc, beneficium est incarnationis, quod ex misericordia Dei factum est. Huic enim virtuti omnes virtutes cedere honorabiliter non recusant cuius tanta virtus est, vt sine illa cætera etsi sint, prodesse non possunt: docet D. Leo Maximus, & Cassiodorus. Sicque Maria modo beneficia humano generi generaliter facta recolit, ob misericordiam, qua Deus carnem sumendo nobis mala relaxat, & bona tribuit.

Ita Doctor irrefragabilis Alexander Alensis. Hæc Dei misericordia magnificatur à virgine, hæc extollitur laude. Spiritu prophetico David motus hæc de magnificencia Dei profert verba: Magnificata est usque ad Cælos misericordia tua. Psalm. 56. Per Divinam hanc misericordiam, humanitas Christi à verbo assumpta intelligitur iuxta Alensis, & aliorum interpretationem: (E) estque motiuium, & causa tantæ actionis gratiarum, atque à Maria laudibus inchoata. A quo autem hæc Dei misericordia magnificata sit, silentio obvolvitur, à propheta: at, Magnificat anima mea, canit Maria. Sed quomodo usque ad Cælos magnificat? Pandit noster Daniel Agricola hæc scribens: Quidquid est causa, causa est causa causati (F) Beatissima autem virgo est causa Filij, qui est causa totius boni, & misericordiæ, unde mater erit causa totius misericordiæ, quod non convenit alij creature. Non abs re erit in mentem revocare symbolum illud misericordiæ nummis ab Augusto Cæsare excussum in quo pulcherrima virgo visebatur lava innitens columnæ, dextra vero Palmæ surculum dactylis onustum ferens: cui addam epigraphen: AB V T R O-

QUE SECURITAS. Virgo hæc Virginis nostræ præfert Iconem, quæ columnæ innititur misericordiæ, cuius mater est: & ideo optime (inquit B. Angelus del Pax) capit Maria quam primum gestavit Christum in utero decantare; & misericordia eius: eo quod in miserationibus magnis capit congregare, & coronare in misericordia. Palmam similiter affert illa, quæ quasi Palma exaltata est in Cades; (G) vel in eius utero plantatus surculus ille cælestis, de quo dicitur; Ascendam in Palmam, & apprehendam fructus eius, qui in vertice sunt exaltati, & ex omnium simul virtutum Harmonia in altum consurgunt, dactylque à dando dicuntur: redolentque misericordiæ dulcedinem: vt sic pateat Christus, qui quasi Palma est, magnificatus, & exaltatus à Maria; hæcque apprehendens misericordiæ fructus, nobisque largiter impendens, vt nobis sic proveniat: Ab utroque securitas. Magnificata est ergo usque ad Cælos misericordia Dei. Quia hæc una effetrice Maria, (Promitt Alanus Varenensis) Misericordia Domini usque ad Cæli pervenit palatia, imo super omnes Cælorum cardines superexaltata est. Vnde divina misericordia, magna faciens in Maria, ab ipsa incipiens, ad omnes progenies Iudæorum, & gentium derivatur, ideoque per Mariam (H) Misericordia domini plena est terra. Sicque recte; etenim nec ex Templo ara, nec ex humana natura. Tollenda est misericordia, vt Apophtegma Phocionis testatur. In idem revertamur. Syonitas alloquens Virgines, virgo virginum mystice per sponsam Salomonis significata, dicebat: Ordinavit in me Charitatem. Cant. cap. 2. vbi aliquorum lectio Hebraica habet: Magnificavit (magnam scilicet fecit, & exaltavit) super me charitatem. Sive, vexillum eius super me amor. Quod idem est, ac misericordia: nam dictio Hebraica Raebam, idem est ac misereri, amare, diligere, charum facere. Nunc sub hoc Charitatis, & misericordiæ labaro Maria militare videtur, dum in toto cæta virtutum (ait Alensis) eam Deus quasi reginam, & imperatricem constituit. Hinc vexillum hoc misericordiæ elevatum pingitur in manu Mariæ, cum hac notula: PER MESIC ADVOCAT OMNES. Vexilla siquidem imminente pugna, ob duo (inquit Tirinus) elevantur, vt sint militibus signum securitatis inter suos, & vt ducem eos sequantur dirigentem. Vexillum Charitatis, & misericordiæ Dei, (ait Maria) super me: quia illud magnificavit super me: cumque olim Deus metu, & timore magis homi-

(G) B. Angel. del Pax, super Cantic. Magnificat. Eccl. c. 24. & Cant. c. 7. Lyra, Tirin. & Alensis ibi, v. 7. & 8. Berch. in Reduct. lib. 12. c. 112. nu. 4. & 6. Alanus Varenf. de Laud. Mariæ ser. 1.

(H) B. Angel. del Pax, loc. cit. Stob. ser. 1. de virtute. Cant. c. 2. v. 4. Corn. à Lapid. ibi. Bibl. Syriac. & Lyra apud Bibl. Maxim. Theatr. vit. hum. t. 5. verb. Misericordia. Alenf. in Cantic. c. 2. v. 4. Tirin. & Menochius in Cant.

In manu Mariæ est superexaltatio divinæ misericordiæ, & ad omnes homines plenissima effusio.

(D) D. Bon. ad cap. 1. D. Luc. B. Angelus del Pax, loc. cit. Iacob. de Val. in Cant. Magnificat. D. Bern. apud Andr. Ebor. D. Leo ser. de Appar. Cassiodor. in epist.

Per Mariam divina misericordia, & magnificatur, & extollitur.

(E) Alensis in Psalm. 56. v. 11. & super Magnificat. Ayguanus, & alij.

(F) Dan. Agricola. in Coron. 2. stell. 1. Pier. Val. Hierogl. lib. 49.

nes ad suæ legis observantiam pertrahebat (habet Menochius) ut modo statuit sub vexillo Charitatis, ut sic illo à me, & per me elevato, omnes in hoc ordine militarent: *Quia per me sic advocat omnes, & diffunditur misericordia eius à progenie in progenies. Accipe Daniele Agricola sic omnia hæc lepide complectentem: Misericordiam, & consolationem per Mariam accipimus, ratione cuius ipsa fons misericordiae appellatur, cuius fontis ille se fecit rivum, de quo dicit Psal. 58. Deus meus misericordia mea.* (I) Ad omnem igitur progeniem Dei, & Mariæ (in quibus una caro, & una Charitas, ex præducto Arnolde Carnotensi,) Charitas, & misericordia extenditur, etenim *mensuram non recipit*, ait Chrysostomus, atque adeo, incarnato in vtero Mariæ Verbo, omnes avide properant, ut sub hoc militent vexillo; cum sola *Misericordia sit salutis præsidium*: Ut docet Idem. Misericordiam ergo Dei, inter alia attributa potius magnificat Maria; quia *lex clementie in lingua eius*. Prov. cap. 31. seu *gratie, pietatis, & misericordiae proximis exhibendæ*. Subsequantur circa hæc, & alia. *Vexillum* (inquit) *eius super me Charitas, & amor. Quia Mariæ altitudo omnem aliam creaturarum excedit, quæ post Deum dici, aut excogitari potest*, ut docet Anselmus: atque adeo vexillo Misericordiae per Mariam elevato, magnificatur super Coelos, & Deo intimè copulatur; cumque divina immensitas nullum ab aliâ quavis re patiatur excessum, Misericordiae vexillum, (quod per Mariam fere ad Deum usque pertinentem magnificatur) cum Deo intimè unione, quia Deus Charitas est, & ad supremum radicale esse Dei ferme pertingit, dum per Mariam, & super eam hoc Regni cœlestis signum elevatur. Mire id cecinit D. Dyonisius Cartusianus sic scribens: *Virgo est humani generis advocata*, (K) *Pietatis regina, cui Deus regnum misericordiae dicitur commississe*. Id ipsum confirmare David videtur, dum omnium voto hæc à Deo postulabat: *Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis*. Psal. 84. de Incarnatione verbi hic agit Regius Psalter; in adventu enim Christi in mundum fuit visibiliter ostensa Dei misericordia. Ut exponit Lyranus noster. (L) Atque adeo, dum dicit, ostende nobis domine misericordiam tuam, idem est ac si dicat, *Christum tuum da nobis*, (explicat Anselmus) *in illo enim est misericordia tua*. Sed duo sunt quæ à Deo Propheta efflagitat beneficia: nempe misericordiam suam, & salutare

suum. Salutare nostrum est verbum caro factum; unde Maria Paulo ante dicebat: *Exaltavit Spiritus meus in Deo salutare meo*. Quod & expressius tangit lectio Chaldaica sic habens: *Redemptionem tuam da nobis*. (M) ergo si salutare, quod David avide postulabat, Christus est; ad quem misericordia ostensibilis pertinebit? Sane ad Mariam. Audi. *Maria est* (scribit Andraas Cretensi) *divinum inter Deum, & homines Misericordiae, & conciliationis perfugium*. Quare in Aquila alas supra pullos extendentem symbolizatam statuit Bibliotheca Virginalis, nosque hanc addidimus epigraphen: FERT CUM PIETATE SALUTEM. Hæc etenim volucris omnium nobilissima, pullos ut fervet à morfu colubri innoxios, in nido pretiosos duos intromittit lapides, nomine

Ethites, (N) qui ex Indici, ac Persici maris finibus extrahuntur, qui lapis prægnantis more, alium lapidem inclusum continet, & cœlesti generatur virtute, prodique venenantis perniciem serpentis, eoque Aquila fovet pullos, & à morte prætervat. Perpulchrum Mariæ symbolum: *Cuius uterus est nidus columbæ, idest receptaculum Spiritus Sancti, in quo requievit Christus*. Ait Richardus. Nisi dicamus, non solum Aquilam esse Deiparam, sed in *Ethite* lapide figuratam, quæ lapidem abscissum de monte sine manibus, more prægnantis in vteri nido reclusit, cœlesti virtute, opere scilicet Spiritus Sancti conceptum. Hic, aut illic allegoricus tendat textus, Maria Misericordiae mater, Pullos suos sedula fovet, munit misericordia, & *Fert cum pietate salutem*; etenim origo, & potestas prima regni gratiæ, siue Misericordiae, est à Beata Virgine. Decanter Daniel Agricola. Huius David ostensionem petit, dum canit, *ostende nobis Domine misericordiam tuam*; Mariam utpote per quam salutare tuum da nobis, seu *Redemptionem tuam da nobis*. Omnia Alanus Varenensis redegit sic in unum: *Prævenit nos virgo in benedictionibus dulcedinis, in qua veluti in misericordiae folio unigenitus Dei filius possuit solum suum*. (O) *Astat & sublimi folio Regina à dextris filij, quo in omnem illum flectat pietatem, & misericordiam*. Hæc misericordia, quæ edificatur in Cœlis, & est super omnia opera eius, extenditur iugiter (inquit Maria) à progenie præfenti, in progenies futuras: Quæ magnifica misericordiae extensio per me fiet, eo quod in vtero meo misericordia, & veritas obviaverunt sibi. Quia ex Dei misericordia (exponit Lyranus) Verbum as-

(M) *Bibl. Cald. in max. ad Psal. 84 v. 8. Andr. Cretens. Hom. de Annunt. Bibl. virginal. Tom. 1. pag. mihi 482.*

(N) *Angilc. lib. 16. cap. 39. Richardus à S. Laur. l. 10. de laud. Virg. Berchor. in Red. l. 11. c. 70. & in direct. Tom. 2. verb. Misericordiae.*

Maria divinæ est misericordiae dispensatrix, eam largiter hominibus diffundens.

(O) *Daniel Agricol. Alan. Varen. loc. cit. B. Angelus del Pax, in cap. 1. Luc. Lyra in Gloss. ad Psal. 84. vers. 11. Alensis, D. Aug. Iacob. de Val. ibi.*

(I) *Daniel Agricola in Corona 9. B. Virg. stella 4. Arnold. Carnotens. Trah. de laud. Mariæ. D. Ioan. Chrys. Hom. 3. de Penit. & super Matth. Hom. 33. Bern. in Cant. ferm. 66. Prov. cap. 31. v. 26. Bibl. Calt. in max. Menochius ibidem.*

Mariæ Regnum misericordiae sibi à Deo commissum, obtinet.

(K) *Dyon. Cartus. Enarrat. de Concept. Virg. D. Anselm. de Excell. Virgin. cap. 2.*

(L) *Lyra in Gloss. ad Psal. 4. v. 8. D. Aug. ibid. Arguan. Titelm. Menoch. Iacob. de Val. & alij.*

sump-

sumpsit carnem, ad complendum veritatem promissionibus factis Patribus veteris testamenti de incarnatione filij Dei.

90 *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Iste est sextus cantici candidioris columbæ versiculus. Per brachium, virtus divina intelligitur, (P) qua Deus opera singularis potentialitatis exercuit, inquit Alensis. Vel fecit potentiam in brachio, id est, in Filio, qui vocatur Brachium Domini, ut docet Lyranus. Ideoque Syriaca versio habet: Fecit victoriam brachio suo: etenim, quod natum est ex Deo, (Verbum à Patre) vicit mundum; quod ita evenit, cum Deus factus est homo, nam tunc per humilitatem Filij diabolus est victus, & profundo consilio suo dispersit eum, ut tenet Augustinus. Plenius inde textus exponi potest sic, quod Omnipotens Deus potentiam, quæ diu latuerat, ostendit in Brachio, ac verbo suo, quando miseratus nostri carnem, totamque hominis singularis naturam assumpsit. Explicat B. Angelus del Pax. Insuper, (Promit D. Parens Bonaventura) Maria Laudat Deum in hoc opere, secundum quod est manifestativum potentie. Magna quidem est potentia posse omnia, sed in Incarnationis Mysterio magis declaratur, & mirabilior apparet Dei potentia. Potentia super omnia Dei, (cuius olim iustitia, & iudicium præparatio sedis eius) modo in ultimum (ut ita dicam) agitur potentie, dum ventris ergastulo clauditur imbecillum induens in Maria habitum humanitatis. Confessionem, & decorem induisti, amictus lamine sicut vestimento. Canit Regius Psalter de Deo, Psal. (*) 103. de Incarnatione loquitur Propheta, iuxta Alensis explicationem, in qua verbum ex Maria carnem assumpsit, qua ut vestimento operiretur. In quo laudis materiam, quam modo Magnificat Virgo, & qua laude, & maiestate indutus est, personare ipsa videtur, ait Menochius. Sed cur virgineo amictu decorus dicitur sic procedere sponsus de thalamo suo? dicam. Erat ipse, leo de tribu Juda, & radix David, Apoc. c. 5. at huic animalium Monarchæ si caput pallio obvolvuntur, mansuevit, & enervantur vires, ita ut in blandiciem, suam retorqueat feritatem. Quapropter Leo à Virgine pallio amictus proponitur, inscriptum ferens: QVIQVE FERROX ALIIS, IAM MODO BLANDVS ERIT. Sic etenim in casu accidere constat patenter: Etenim furor Divinae insititiae (Q) contra genus humanum terribiliter urgebat, in tantum quod ielus illius omnes usque ad inferos transmisit; Sed*

Virgo humilis, & mansueta inventa est placita in conspectu eius, cuius amore captus deposita omni feritate descendit in eius uterum, & factus est nobis benignus protector. Censet Antonius Genuensis. Imo ad hæc Daniel Agricola ista subscripsit: Maria facta est amictus solis iustitie, quando ipsum carne mundissima induit. Idem & sentit apud ipsum Bernardus. En vnde procedit: amictus lamine sicut vestimento, ut videatur faciens potentiam in brachio suo, quando semetipsum exinanivit, potentiam supremi Regis in humaniorem transulit benignitatem, ut sic mitius cum hominibus conversaretur. Sic igitur fecit potentiam Deus in brachio suo, Quia robur, virtutem, & potentiam contra naturam (R) fecit Deus in Filio suo: incarnato enim verbo victa est natura: Virgine pariente verum hominem, deificata est humanitas Christi. Tradunt Theophylactus, & Arboreus. En quomodo potentiam faciens in altissimo hoc mysterio, infinitatem potentie (qua est omnium Dominus excelsus, terribilis, & Rex magnus super omnem terram. Pl. 46.) in mansuetudinem, & humanitatem abire decernit: Quique ferox alijs iam modo blandus erit. Brachium etiam fortitudinem designat; Qui enim in certamine pugnant, in brachio fortitudinem retinent, eoque triumphum reportant. Filius ergo, qui virtus est Patris, cum potentiam impotentie habitu suppreffit, plus suam magnificavit virtutem, actus in eximiam maiestatem. Lingua mea Calamus scribæ. Psal. 44. canebat Regina illa, quæ Regi omnium adstitit à dextris sui in vestitu deaurato: id est in potentiorebus bonis Dei, Scribit Lyranus. Cor eructavit, lingua cecinit verbum bonum: (S) illud ex plenitudine effudit; lingua non silentio obvolvit, sed cantavit sermonem insignem, nempe laudes Christi. Ait Menochius. In hoc Psalmo (ut recte explicat noster Parisiensis Haye) decantatur amor, & feruens dilectio Charitatis Christi cum Ecclesia: quam sibi Filius Dei per Incarnationem desponsavit: ut sentit Estius de Deipara epithalamium Psallens, nam est mater æterni luminis, & est sponsa celestis sponsi. Cecinit Anselmus: Hæc est, cuius diffusa est gratia in labijs: namque (iuxta D. Parentem Bonaventuram) Omnis sermo ipsius ita erat gratia plenus, ut Deus cognosceretur in lingua eius. Sed quando in lingua Mariæ Deus singulariter cognoscebatur? Dum loqueretur: at numquam sic in ea cognitum fuit divinum verbum bonum, ac quando illud protulit dulce verbum: Ecce ancilla

c. 26. nn. 482.
Anton. Genuensis
in Figur. Bibl.
de B. Virg. ad
c. 26. Eccl. Gra
tia super gra
tiam, & c. Da
niel. Agricola
in Coron. c. 4.
ad illud Apoc.
12. mulier à
multa sole.
D. Bern. ibi.
Omnem ri
gorem Deus
deposuit, cum
ex Maria car
nem assump
sit.
(R) Theoph. in
Luc. Arboreus
ibi.
Apud B. An
gel. del Pax, in
c. 1. Luc. lib. 2.
cap. 48.
Eutbimius. B.
Angel. del Pax
ibidem.

(*) Psal. 103.
v. 2. Alensis, Ia
cob. de Val.
Cassiod. Corin.
& alij ibi.

(Q) Philipp.
Picinell. mund.
Symbol. lib. 5.

(S) Lyra in
sua Gloss. ad
Psal. 44.
Menochius in
Bibl. Max.
Haye in Conc.
ad Psal. 44.
v. 1. Estius ibi.
D. Anselm.
Cantuar. epist.
de Concept.
Mariæ. D. Bo
nav. opusc. de
medit. Christ.
cap. 3. Lyra in
Gloss. ad c. 1.
Luc. v. 38. Ia
cob. de Val. latè
in Ps. 44. v. 3.
D. Am.

D. Ambr. apud
B. Angel. del
Pax, in cap. 1.
Luc. lib. 2. c. 35

cilla Domini, fiat mihi. Quod statim factum est, quia virtute divina concepit Filium. Exponit Lyranus. Sed cur in lingua vocem Ancilla potius, quam aliam Maria conclusit? Simul ancillam dicendo (profert D. Ambr.) nullam sibi prerogativam tantæ gratiæ vendicavit, quod tiberetur; mitem enim humilemque paritura, humilitatem etiam debuit ipsa præferre. Statue modo tibi niveum agnum, quam ovis chare lingit, cum inscriptione. PRO-DIT EXTRA, QVOD INTVS. Sane divinæ Incarnationis symbolum luculentissimum: Venit etenim in mundum Agnus ille cœlestis formam servi accipiens: seu subiiciens seipsum, ut servus factus: Sic legitur Bibl. Ætiop. (T) Ad

(T) Bibl. Æthiop. in max. ad c. 2. v. 7. Epist. ad Pbilip. D. Paschas. lib. de corp. & sang. dom. c. 22

(V) Anglic. lib. 18. c. 3. Berch. lib. 10. cap. 75. n. 4. D. Anton. Pad. serm. in Dom. 20. post Trinit. Alanus Insulen. in Cantic. Cât. elucida. ad illud, Pone me, &c.

Maria, potentiam Dei trahit ad benignitatem, non ad rigorem.

91 Dispersit superbos mente cordis sui. Hæc secunda est pars versiculi, in qua Maria effectus potentiae divini brachij tangit, contra superbos; hoc est super alios in omnibus viam excellentiæ habere quærentes. (X) alij enim (ait Aug.) alios excellere cupiunt in dignitatis honore, alij in laude. Hos omnes mente cordis sui, machinatione, & cogitatione eorum, in ipsorum propria capita retorquens, dispersit, in diversa sparsit. Vnde (docet Alensis) Tria malorum genera dispersit Deus, scilicet superbos corde, potentes dignitate, & divites prosperitate fortune. Superbos corde dispersit, quando in incar-

(X) D. Aug. in Cant. Magnif. Alex. Alens. libi Estius, Haye, Menochius, & Tirinus. Eccles. c. 10. v. 7. Euripid. in Orest. Curt. lib. 3. Bibl. Vener.

natione seipsum humiliavit. Potentes dignitate, quando maiestatem supremam velo humanitatis obvolvit. Divites prosperitate fortunæ, dum matrem pauperem, omnia quæ paupertatem sapiunt, ut nasceretur, elegit. Primum inspiciamus. Superbos mente, dispersit Deus in vtero Mariæ incarnatus, pro dispersionis instrumento humilitatem arripiens. Hoc mihi tangere videtur illud Eccles. c. 10. Delectabile est oculis videre solem. Etenim omnes dum mane lucem videmus, delectamur pulsa caligine noctis; ut etiam Euripides docuit: quia lux naturale solatium est. Ideo alij sic textum legunt: dulcis est lux, iucunda, commoda, & gratissima. Propinquante siquidem die, Aurora, quæ solem cunctis præsentare solet, confortat ægros, Aves ad dulciores provocat cantus, decorat cuncta, sicque lux omnibus est delectabilis, omnibus grata, & iucunda. Sed age, quia his videtur opponi illud Psal. 103. Ortus est Sol, & in cubilibus suis collocabuntur. Idest Sol iustitie Christus, qui primo ortus fuit in núbilo carnis. Scribit Alensis eum alijs. Tunc reprobi superbientes, quibus solummodo non est delectabile tanti solis videre lucem, congregati sunt in cubilibus suis; idest in stramentis, de quibus dicitur Isai. 14. detracta est ad inferos superbia tua. Has lucifugas iste Sol dispersit mente cordis sui. At bonis delectabilius nihil est, quam tanti solis adorare claritatem. Solem inde intueri sit grandiori mole fulgoris, ipsum sua ambiente Aurora, addito lemmate: GRANDIOR EX HVMILI. Fit sic etenim; nam iuxta Anglicum, & Metheoricos, incomparabiliter maior apparet in ortu suo orbem tunc replens lumine oculorum; sicque magnitudine ista non procedit à substantia solis, (Y) quia semper est æqualis: sed quia attractiva quadam vi humiles terræ rapit ad se vapores, qui in eiusdem radijs intermixti, solem maioris magnitudinis visui repræsentet. Tunc autem superbi disperguntur eius ferre haud valentes refulgentiam; sed delectantur qui solem pro votis spectant; qui solis delectantur ortu, eius lumina non aspernantes, sed colentes, eumque sic trabea humiliori vestitum laudant, delectantur in eo, dum apparet: Grandior ex humili. Hac de causa Deus fecit potentiam in brachio suo, dispergens sua humilitate superbos ex mente, machinatione mentis, & cordis sui. Auscultetur Hieronymus: Deus incarnatus, natusque est magis amore humilitatis, quam ceterarum virtutum. Idemque fere Lyranus habet. En unde magnus Domi-

Tigur. Camp. Caldaic. Reg. & Haye in Bibl. max. Berch. in dict. mor. Alex. Alens. in Ps. 103. v. 23. D. Aug. apud Berchor. & Anglic. passim.

(Y) Anglic. lib. 8. cap. 28. Mastrius lib. de Cæl. & Metheor. Berchor. in Red. lib. 5. c. 28. num. 13. Arist. 1. 2. Metheor. Theatr. Vit. Hum. D. Hier. & Lyr. apud Alexium de Salo, in Arte pie amandi deiparam, Privileg. 5. 2. p.

Humilitas Deum ad terram ut incarnaretur, traxit.

nus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Psalm. 144. nempe, quia ad incarnari properat per humilitatem, sic superbos calcans, ideoque videtur *Grandior ex humili.*

92 *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.* Quomodo dispersit? habitu humanitatis, quem induit. Sic illos dispersit à celsitudine, & gloria à cogitatione cordis eorum nugaciter obiecta; sola enim superbia Deo se opponit, dum cetera vitia fugiunt. Inquit B. Angelus del Pas. Hoc modo brachium Domini (vtpote Filius Dei) potentiam facit, (A) dum factum suppeditat, & tumoris inane damnat supercilium. Quid? *Arrogans enim nemini amicus.* Docuit Diogenes. Etenim omnis iactatio vitiosa est, ut ait etiam Quintilianus. Has ergo superbiorum cordis affectationes ad Gloriam prorsus inanem, brachium Domini dispersit, quia hæc *inanis gloria summum malum;* & effrons numquam novit pietati adhibere consensum. Sic vnde Filius Dei mortalitatis sibi adaptat indumentum, hoc è superbiorum cordibus velamen satagit eradicare. Hoc probant verba illa Joan. cap. 1. *Verbum caro factum est.* Mylterijs utique plena sunt verba ista: etenim verbum completam nostram assumpsit naturam, propria tamen, subsistentia orbatam, contra Eutichem, & Apolinaristas sic, vel sic erronee disputantes. Quare Filius Dei est perfectus. Homo ex anima rationali, & humana carne subsistens. Quod de fide est, & SS. PP. docent, & Concilia.

(B) Vnde dicendo, *Verbum caro factum est, idem est ac si dixisset:* (Ait Rupertus cum alijs) *Deus Homo factus est.* Sed non inutile erit, cur Verbum non homini, sed carni fuisse unitum à Joanne describitur? Rem eruditissimus Tirinus & movit, & solvit. Homo enim ex anima, & carnea substantia physice componitur. Anima quia immortalis, impassibilis est, nec passionibus subiecta sensibilibus: Caro autem est arumosa, mortalis, fragilis, miseris que plena: Idcirco verbum se memorat assumpsisse carnem; non hominem.

Humilitas Verbi in Incarnatione superbiā elidit.

(C) Anglic. lib. 16. cap. 26. Berch. in Red. lib. 11. c. 57. n.

Hæc namque gemma (C) in tenebroso cubiculo fuisse resplendet, eamque lux celat, prodit obscuritas: *Sic Christus* (Pictaviense testante) *Carbunculus est in ven-*

tre virginali ex mystico spiramine productus. Quod in homine obscurius est, amplectitur, ut sic videamus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre. Ioan. 1. Sed progrediamur ultra. Verbum caro factum est, cum naturam sibi copulavit humanam. Homo enim ex carne, & anima coalescit: hæc à Deo creatur, nec altius potuit habere principium: Caro à parentibus deceditur, nam ex sanguine corpus organicum efformatur. Hoc, quod terreum est, etsi purissimum, à Virgine purissima; anima originem à cælo sumpsit; & ut videatur plurius facere quam animam, quod sumpsit ex Virgine, idcirco in Incarnatione miminit solummodo de carne. Audiamus Biblioth. virgin. Authorem. *Christus incepit exire de valle Virginis uteri virginalis, & tunc Ioannes clamavit Verbum caro factum est, & terribili demones victi sunt.* Vides quomodo humilitas superbiā præmit, prosternit iactantiam vanitatis? Nunc plus alio, *vim rebus ipsa Verbi humilitas affert;* eo quia ipsa docet locum novissimum tenere; ut tenet Bernardus. Hoc modo Christus dispersionem facit impiorum, qui properant ad impietatem, per superbiā: concludit B. Angelus del Pas.

93 *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.* Disperduntur enim mali, cum circa exteriora avidius quam oportet, divagantur: (D) & recedunt ab illa integritate, qua quis seipso contentus esse debet. Hi enim quemadmodum fumus deficiunt, & disperguntur, Psalm. 36. idest, *in vita presenti.* Exponit Lyranus. Ascendendo enim fumus dispergitur, & in aëra resolvitur: sic mens, quæ circa appetitus exteriores se dispergit, per diversa vitia disperibit. Sic abiire in nihilum potentia Alexandri, opes Cresci, & Midæ, dominatus Cæsaris, aliorumque quibus in exitium divitiarum parabantur: *Quia radices gentium barbararum arefecit Deus: idest, divitias in quibus nutriebantur, & in quibus confidebant, eis subtrahendo.* Explicat Expositorum Princeps. Hoc Deus operatus est in Brachio suo, in Verbo nempe Incarnato, quod per os David loquitur, *Pauper sum ego.* Psalm. 87. vnde exclamat meus D. Antonius Paduensis: *O aurea paupertas, quæ Dei filium pannis involuisti!* (E) Sic visa paupertate Christi omnes alliciuntur ad eam amplectendum, à cuius superbi divites revocantur amplexu, & in suas pravas disperguntur machinationes. Adsit Div. Bernardus hæc habens: *Paupertatem Dei filius concupiscens, descendit ut eam eligeret sibi;* &

5. Rueus de Gem. lib. c. 14. Biblioth. Virg. t. 3. pag. mibi 238. collat. 94. Quintil. lib. 8. B. Angel. del Pas, loc. supra cit.

Christus, velut carbunculus in incarnatione, obscuritatem carnis amavit, ut superbiā vinceret.

(D) Psalm. 36. v. 20. Lyr. in Gloss. ibi. Lorin. Iorgius, Iacob. de Val. Berch. in diction. mor. Alens. in Canticum Magnif. Lyr. ad c. 10. Eccl. v. 18.

(E) Psalm. 87. v. 16. D. Ant. Pad. serm. ex Dom. 5. post Trinit. D. Bern. serm. 1. in Vigil. Nat. Dom.

In incarnatione se Christus pauperem monstravit, ut nos daret, & superbiorum mundi opes operiret.

(F) D. Hier. in Bibl. Max. ad Psalm. 77. v. 54. Lyra in Gloss. Ayyuan. Jacob. de Val. Titelm. & alij Biblotb. virginal. tom. 2. p. mibi 547. §. 3. Lyra ibi. D. Isid. lib. de Gent. vocat. c. 1. Tertul. adv. Marc. 3. D. Hier. in Isai. c. 2. v. 22. D. Basil. & Arnob. in Psalm. 33. D. Ambros. epist. 17.

nobis sua aestimatione facere pretiosam. Mons ad hoc probandum obumbret montem, & erit de quo Psalmes Regius Psalm. 77. superbiorum cordas fugillans Israelitarum, qui nec custodierunt testamentum Dei, nec in lege eius voluerunt ambulare, sic canit: *Induxit eos in montem sanctificationis sue.* Seu ut habet Hieronymus, *Adduxit eos ad terminum sanctificationis suum.* Ad seipsum nempe, qui terminus est, ac ultimus finis animæ rationalis. (F) Demonstratur autem ibi per David *Bonitas Dei, & ingratitudo populi*; etenim cum eos spolijs ditaverit Ægyptiorum, cœlestis refecerit panis alimento, innumeraque alia contulerit beneficia, *averterunt se, & non servaverunt pactum: Quia multipliciter offenderunt Deum in deserto.* Inquit Lyranus. Sed quoniam hic sanctificationis mons, ad quem Filios Israel adscivit? *Ipse Deus est, mons utique sublimissimus in vertice montium, qui in mare huius mundi se immisit per Incarnationem*; estque mons sanctificationis, quia sanctos facit. Ait Alensis. Seu mons iste, mons Maria est, (ut dixi cum nostro Lyra) *ubi Christus oblatu est, nil sibi relinquens, sed pauper effectus omnia nobis impendens.* Si ergo mons Filius Dei in incarnatione est, montem observa omni viroris forma destitutum, omnique venustate orbatum, metallorum tamen nobilium interne contentivum, (quod sterilius proprium est montium) & adhibe Gnomam: **SINV PRETIOSA RECONDIT.** En Christi planam plane ideam: *Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, (id est scire debetis ad imitandum) quoniam propter vos egenus factus est, (scilicet pauper in temporalibus) cum esset dives, (in spiritualibus) ut eius inopia divites essetis.* (Omnia enim pœnalia, quæ sustinuit Christus, inter quæ ponitur paupertas, fuerunt remedia contra mala nostra. Ait noster Lyra.) En huius altissimi montis ab omni prorsus exteriori fastu, ac opibus denudatio: (G) En omnium temporalium in Christo divite maxima necessitas. Abdica superbiam, divitiarum pondera excute, si cupis ut te inducat in montem sanctificationis suæ. Sarcinas mundanarum depone opum, eique nudus, & humilis dicas: *Trabe me post te*; etenim Cœlorum bona sinu pretiosa recondit. Monti huic Maria terram, ut ad cœlum se protrahat, ministrat: Christus & aurum, & mons est, vel mons aureus, qui totaliter ex Maria in Mariæ divitias cedit, factus homo. Hæc habet Richardus. *Corpus Virginis terra est, de qua exortum est aurum peropti-*

um, scilicet Caro Christi, ex cuius pretio impretiabili omnes locupletati sunt, & Redempti. Imò Maria (scribit devotissimus D. Parentis Ignatii Alumnus, Antonius Suchquetus) *Pauperes specialiter amabat, ut Filio similiores.* (H) Sit ergo non circa iactantiam, sed circa paupertatem studium, nam ipsa est efficax virtutis gymnasium, virtus per se docta: ideoque forsitan Phocioni Atheniensem Duci, cum Magnus mitteret Alexander centum talenta, quævisse fertur: ob quid? delatore autem respondente, quia ex Atheniensibus solum te probum, & honestum indicat virum. Age, (inquit) *sinat me talem esse.* Innuens virtuti, & probitati non adversari pauperiem, sed cum illis fœdus inire. Hac de causa Deus dispersit superbos mente cordis sui: Id est superbientes divites de prosperitate fortunæ; in quibus superbiam felicitas excitat; nec perspicientes quod cito fit ignominia, superbi gloria. Quæ autem maior ignominia esse potest, quam a Deo ex iultorum congregatione dispergi, imò & a propria mente cordis sui? O stulti, & insipientes, qui ita a Deo disperguntur: sic divites superbos Agellius vocat.

94 *Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.* Sic dulci plectro modulatur Virginea columba. Hic ambitionem damnat, commendando divinam iustitiam, illam utique puniendo. (I) Ita censet Magister Alexander Alensis. Summe enim Deus averfatur libidinem, malis artibus perveniendi ad fastigiorum celsitudinem: Quapropter deposuit huiusmodi potentes in angustiis suis, de sede, quam indigne acquirerant, & contra exaltavit ad sedem, & Cathedram honoris humiles, qui nec in suis meritis spem reposuerant, nec præsumserunt aliquid supra se. Ita moraliter Philosophatur B. Angelus del Pax, & alij. Ab arce Patris Christus ad inferiora descendit: ut ascenderet postea, & ascenderet gloriose: *Via enim ad summa est humilitas.* Verbum etiam de Virgine carnem assumens inclinavit se sub Angelica natura, & sub humana, & ideo exaltatus est supra omnem Angelicam, & humanam creaturam. Habet Ambrosius Tarvisinus. Iuste igitur ambiciosos deponit potentes de sede, qui solum exaltari docet, media humilitate. *Potestatis enim ambitio (testante Bernardo) Angelum potestate Angelica privavit: scientiæ appetitus hominem immortalitatis gloria spoliavit.* Quid mirum! *Ambitio furoris causa: Unde cavenda est gloriæ cupiditas: eripit enim liber-*

(H) Anton. Suchquetus, de via vite, cap. 23. med. 1. diogen. apud Stob. Ælian. lib. 5. & 11. apud Theatr. vit. human. tom. 6. verb. Paupertas Phavorin. ap. Ioan. Stob. Angellius in Psalm. 49. v. 11. Publ. min. ap. Andr. Ebor.

(I) Alexand. Alens. de Cantic. Magnificat. B. Angelus del Pax, in idem Cantic. Menoch. in c. 1. Luc. Adamus Delphius in Assumpt. Virgin. Hom. 1. Ambros. Tarvisin. ser. 25. de Virg. concl. 3. D. Bernar. in ser. apud Andr. Ebor. Plin. Iun. lib. 3.

(G) D. Paul. 2. ad Cor. c. 8. v. 9. Lyra in Gloss. ibi. Richard. à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virg. Paupertas Christi nos spiritualiter dicit, & humilitatem ingerit.

libertatem. Contra hos mundanos invehitur ambitiosos Regius Propheta. De eis hæc Deo dicens: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper Psalm. 73. Id est, *crescit semper, ideo comprimenda.* Exponit Menochius. (K) Vbi etiam meus Parens, & communis Magister Augustinus addit: *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper ad te: Noli & eorum superbiam oblivisci. Nec obliviscitur omnino, aut punit, aut corrigit.* Quem insequutus Alensis habet. *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper: unde Domine fac eam descendere, & deprime eam.* Quod & Maria docet Deum id fecisse dicens, *deposuit potentes de sede.* Sed quomodo hæc superbiens potentia ascendat, inquiramus: *Sonitus adversariorum tuorum ascendit iugiter.* Ponit Hieronymus. Adversatur humilitati Numinis incarnati superbia: *Venit enim in summa humilitate Filius Dei ad Virginem,* (notat Alanus de Insulis) *ut tanta esset humilitas in Redemptore, quanta fuerat superbia in primo peccatore. Tanta namque fuit superbia in primo parente, ut se erigeret contra suum creatorem, tanta humilitas in Dei Filio, ut se inclinaverit ad misera carnis nostre assumptionem.* (L) Sed quomodo ascensio hæc ambitionis, & cur sonitus à Hieronymo vocatur? Imminente vides nubium occursum, ut crepant ob ventorum vim inter se pugnantium: terret sonitus, animantia pavent: at sonitus ille etsi altissimus, statim abit in nihilum, periitque memoria eius. Ita ambitiosis accidit. Nimius auditur sonitus eorum superbiæ, perstrepatque eorum ad sedem evectio; at cito periit memoria eorum cum sonitu. Psal. 9. ideoque *periit memoria impiorum cum strepitu, quia fit strepitus, cum impietas evertitur:* Docet Augustinus: ut accidit cum magna moles subita ruina procumbit. Adiungit Menochius. Hinc chartaceum Pyrobolum, (Hispanica lingua, cohete) cum strepitu in altum se erigentem pingit, lemmate adiuncto: VT RVAT, IN ALTVM FERTVR. Sic evenit his, quos deposuit Dominus de sede, nam infano sui fastus igne superbiens, aguntur ad altissima, ut lapsu graviore ruant: unde Seneca dicit, *quidquid in altum, fortuna tulit, ruitura levat.* At omnibus acrius contra illos calamum sic impingit Augustinus: *Quantum superbum est cor hominis, tantum recedit a Deo, & si recedit a Deo in profundum it: nolo te rumpas intendendo te: alium consilium tibi do, ne in ista extensione forte crepes per superbiam. Certe*

altus est Deus, tu humilia te, & descendet ad te. (M) Vides quomodo Dominus humilitate deposuit potentes, de sede dignitatis precipitando. Ait Alensis. Ironice vocantur hic potentes, qui præsumunt alijs dominari, & potestatem exercent in subditos superbe, & arroganter; ut sentit Beatus Angelus del Pas.

195 *Deposuit potentes de sede.* Nisi avidi sine meritis ascendissent, non deponerentur. Superbiunt homines, quia maiora semper appetunt, & arrogantia elati magnifici videntur, sed in oculis suis, non Dei: qui ut incarnaretur, respexit humilitatem ancilla sua. Quis non in immoderatam vlciscatur elationem, quæ cætera ut se eleve, deturpat? Ideo celebratur illud Timonis dictum, (N) *ambitionem & Avaritiam esse elementa malorum.* In harum degunt turpibus domicilijs, ut præssi elationis pondere ad ima detruduntur. Iusti, ac impij statum David sedulus depinxit, de illo dicens, *omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.* De Christo incarnato, qui dulcedinem salutis præstitit mundo, contra illam Adæ ambitionem, qua tacite appetivit Deitatem, cuiusque facta nobis adversa pepererunt, Textum explicat Casiodorus. De impijs autem sic loquitur: *Non sic impij, non sic, sed tanquam pulvis, quem proiecit ventus à facie terre.* Psal. 1. vbi alij legunt, sicut stipula, lanugo, vel stappa. En apta impiorum superbientium imago. Instar etenim lanuginis, aut stuppæ à vento circumferuntur, hinc inde per aera agitati, suam extolentiam solo vento credentes. Vnde stuppæ flosculus flagrans depingitur per æthera cum lemmate volans: INCENDIO SVRGIT IN ANIS. Sic plane tumescitibus, ac ardore ambitionis conantibus in altum tollit, evenire concluditur: etenim cum *inanis gloria* (ut meus me docet Augustinus) *summum sit omnium malum,* in deteriora semper impellit, nil boni relinquit, ipsos etiam possessores ad fruendum delictijs evehit, ut crepitu deponat. Audi Perpinianensem Angelum: *Mihi posse videtur horum hominum tumiditatem cum flammescenti stappa conferri, quæ post incendium mox conflatur, & surgit postmodum leviori quodam manuum tactu dissolvitur omnis in cineres tenuissimos.* Heu potentes à seculo, quos potentissimus omnium deponit! Sint ergo sic elati sicut stappa, quam proiecit ventus à facie terre, in qua periit memoria eorum cum sonitu. Stappa sunt, quæ incendio surgit inanis, nil frugis ex elatione car-

(M) D. Aug. in Psalm. 93. Iacob. de Val. Genebr. Tielm. & alij. Alensis, & B. Angelus del Pas, in Cant. Magnificat. Theat. vit. human. Ambitio, & Avaritia sunt malorum elementa.

(N) Timon apud Ioann. Stoph. ser. de iniustitia. Casiodorus in Psalm. 1. v. 3. Bibl. Tig. Arab. Caldaic. Gevebrard. Haye in Conc. liter ad Psalm. 1. v. 1. D. Aug. lib. de Quantit. Anim. c. 34. B. Angelus del Pas, in c. 1. Luc. lib. 2. c. 49. Stappa flammescens, Ambitiosorum symbolum, quorum ascensus ruina est.

(K) Psal. 73. v. 23. Menoch. D. August. & Alex. Alensis ibi.

Deus Incarnatus ambitionem ut humilitatis inimicam, habet exosam.

(L) Alanus de Insulis de Virg. Cantic. cap. 6. D. Hieron. in Bibl. Max. D. August. expos. in Psalm. 9. Menochius ibid.

Ambitio ruina hominis est.

pentēs, cum statim in nihilum redigantur: *A facie terræ* (ait Sol Theologiae Augustinus) *proijcit ventus impium, idest superbia, quia instat.* Sic potentes sæculi de sedibus deponuntur, cum minus se dominium posse perdere arbitrantur. (*) In promptu est exemplar Eberardi Franconie ducis, qui cum Henrico Rixoso Saxonum duce, contra Othonem Augustum conspirans, avidus sibi affectabat imperium. Is stolidus homo in sinu quiescens vxoris, ei dixisse fertur: Paulo post tu non in ducis, sed in Imperatoris cubabis amplexibus. Verum suo frustratus est voto, etenim in acie cassus, cum vita, & ducatu Imperium imaginatum amisit. (O) Vnde laude dignus habetur Augustus formator Imperij, qui numquam se Dominum permisit appellari, imò Domini appellationem exhorruit vt opprobrium. *Imperia siquidem potentia coniuncta insaniam pariunt:* dicebat Pithacus. Vnde vt corrigatur hæc insania, à nullo auide ambiantur Imperia.

96 *Deposuit potentes de sede.* Sedem permanentem (depositis indignis) facit Deus sedem veritatis, & pacis: indigni etenim deturbantur à Throno, (P) vt non amplius sedeant iniquitas, sed veritas, & pax, quæ Incarnato Verbo osculatæ sunt. A sede potentes deponuntur inviti, hoc cædens in confusionem honoris indigne accepti. Ideo Virgo vtitur hoc verbo *deposuit*, quod sonat deiectionem involuntariam: non enim per se cædunt, sed contra voluntatem deponuntur. De hoc extat varicinium Hieremiæ contra ambientes sic potentiam, & dominatum dicentis: *Onagri sterunt in rupibus, attraxerunt ventum quasi Dracones.* Hier. c. 14. Alij sunt sic legentes: *Steterunt in excelsis, seu in ripis, sorbuerunt ventum.* Quod attrahitur iterum emitti potest, non ita faciliter quod sorbetur; istud enim intromittitur, vt exempli causa potio cum gustatur. Sorbetur igitur ventus à multis, sed in ripis, in celsitudinibus, vbi pericula in pròptu sunt obviantia, vt agantur in præcipitium. *Ventum quanta vi possunt, attrahunt.* Inquit Tirinus. Ambitiosorum figuram onager refert, qui ore hianti supra eminentem pingitur scopulum, aera ad se trahens, subiuncta epigraphe: *OFFERT MIHI A VRA PERICLUM.* Et proculdubio ita est: *Onager* namque, qui & *Asinus Sylvestris* in Aphricæ partibus invenitur, animal liberum, & indomitum, nimio sitibundum: ideoque siti valde gravatur, accedensque ad Riparum oras, ad partem à qua flat ventus se vergit, clau-

densque oculos currit sitis impatiens, vnde sapius præceps ex alto ruit onager, & crepat. Ad hæc Onagri, idest ambitiosi steterunt in rupibus, fastigia honorum quærentes non ad emolumentum, sed ad exitium. Hæc pandit D. Bernardus dicens: *O ambitio ambientium Crux! omnibus places, sed omnes torques. Nil acrius cruciat, nil molestius inquietat.* (Q) Sic à virtuosa se subtrahens humilitate, ambiens dignitatis assensum iure poterit clamare, *offert mihi aera periculum.* Deponit ergo Dominus potentes de sede, hoc est in potestate gloriantes, & ea aburentes, ad Pauperum solummodo oppressionem. Sed quare in Dracone etiam superbi potentes effigiantur? *Quia attraxerunt ventum quasi Dracones. Qui vt sitim temperent, ventum ad se quanta vi possunt, trahunt:* repetit Trinus. Draconis siquidem natura est in iugis æstuante incendio habitare, quo ex Æthiopie desertis exeunte, & per aëra volante, ventus ex eius inficitur tabe, Pontusque intumescit: cumque maximum calorem innatum habeat, videns velificantes in mari naves, ad captandum ipsarum cum impetu aerem, se eis applicat, & forte submergitur submergendo. Sic ponitur Draco pro ambitionis idea, cum titulo: *VT LAPSU GRAVIORE RUAT.* Aura levi alliciuntur instar Draconum ambitiosi: sed forte depositi de sede protinus colliduntur; ipsa etenim elatio non sustinet eos per longa intervalla in huiusmodi altitudine permanere. Sicque Imperator Constantinus interrogatus, *quo tempore maximè decreveret fortuna?* Respondit, *crescente superbia.* Idem Artabanus Xerxis elatas volens machinationes corrigere, (Herodotus tradit) ei hæc dixit: (R) *Gaudet Deus eminentissima quæque deprimere, quia neminem alium, quam seipsum sinit sentire de se magnifice.* Sed ad rem optimè Cyprianus: *Ambitionis salugo bibulam animam occupat. En cur Dominus deposuit potentes de sede; quia nimirum affectant nimio celsitudinem, in qua est sedes iniquitatis, vbi figunt laborem in præcepto; potentia ad voluntatem, non ad rationem vtentes. Humiles autem (qui ab humo dicuntur, cui posttrati sunt) dicti, eo quod nil inferius se reputant, nisi humum, & se conculcandos omnibus exhibent, isti merito exaltantur. De humilitate autem vide lib. 12. vbi aliqua meditantur.*

97 *Esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes.* Ad octavam musices harmoniam Columba nostra pervenit, vbi divinam comendat iustitiam, primo in

H paupe.

(*) Cusp. in Oibone, apud Theatr. vit. human. verb.

Ambitio. Tert. in Apolog. c. 34. Sueton. & alij ibidem.

Pithac. apud Stob.

(O) B. Angelus del Pas, in Luc. c. 1. l. 2. c. 49. Biblioth. virginal. tom. 1. pag. mibi 781. Hier. c. 14. v. 6. Lyræ, Arias Mont. & Haye in Bibl. Max. ad c. 14. Hier. v. 6.

(P) Anglic. lib. 18. c. 76.

Berch. in Red. lib. 10. c. 72. & in diction. verb. Ambitio. D. Bern. l. de Consider. ad Eug. Tirin. in Bibl. Max. loc. cit.

Superbia superborum exitium.

Onager. quid? ambitiosorum imago.

(Q) Berch. in Red. lib. 1. cap. 31. n. 1. & 5. Anglic. lib. 18. c. 37. Philipp. Picin. mund. symb. l. 3. c. 178. n. 513.

(R) Herodot. l. 7. D. Cyprian. in Pref. de Cardin. Christi oper. B. Angel. del Pas, in Cantic. Magnificat. Bibl. virginal. t. 1. pag. mibi 581.

(S) *Alex. Alēf. in Cantic. Magnificat. Menochius in cap. 1. Luc. v. 53. D. Aug. apud Alēf. D. Bon. in c. 1. Luc. vers. 53. Arist. 1. 2. Polit. Eurip. apud Demosthen. ex argum. lib.*

(T) *Lyra in Osee c. 9. v. 1. & c. 10. v. 1. Vitis, symbolum ingrati- tudinis.*

(V) *Aquila. Symmach. Bibl. Cald. Rabb. David Kimbi. apud la Haye in Bibl. Max.*

(X) *Psal. 79. Ier. c. 2. Bibl. Cald. & Lyra, Anglic. 1. 17. c. 177. Berchor. in Red. 1. 12. c. 76. & in dic- tiō. Lyr. in Glof. ad c. 5. Isai. v. 2. Vitis fructi- fera, gratitu- dinis idea.*

pauperum pramiatione, (S) quia *esurien- tes*, idest istos pauperes, ait Alensis, & Menochius, *implevit bonis*, scilicet spiri- tualibus, quæ sunt bona simpliciter: & *divites*, idest amantes divitias immode- rate, *dimisit inanes*, idest vacuos bonis spiritualibus. Vndè hic Maria Deum lau- dat, ait D. Parens, ac Doctor Bonaventura, in opere Incarnationis, secundum quod est manifestativum divinæ largitatis, quia vera largitas est dare pauperibus, non divitibus. Nascens autem Christus de Virgine se nobis dedit socium, cœlesti- bus implevit divitijs, quia in eo erant Thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei abs- conditi. Hæc sunt bona, quæ appeti à nobis debent, quibus saturamur à sua libe- ralitate, esurientes. Ideo autem hos abun- de ditat, vt suo mancipientur obsequio: *Qui enim beneficium invenit, compedes invenit: Principumque dona, sunt aucto- ramenta servitutis.* Docet vndè hic Maria in nobis consequentiam gratitudinis, ob acceptos à nobis effectus divinæ liberali- tatis. Per Osee obiurgat Deus populum Israeliticum, eique exitia minatur convic- tum de multiplici delicto. (T) Ait au- tem: *Vitis frondosa Israel, fructus adæ- quatus est ei, iuxta vbertatem terræ suæ exuberavit simulacbris.* Osee c. 10. *De sua in malis post reprehensionem peioratione, hic consequenter increpatur de ingrati- tudine:* vt expresse docet Lyranus. (V) Fron- dosa vocatur ob frondes plurimas, qui- bus ornatur, sed nil præterea, vacua enim est vis: explicat Parisiensis Haye; sicque legunt plurimi: *Vitis vastata, vacua, aquo- sa, & cui fructus mentietur.* Pinget ergo vitem frondium densitate pulchram, fruc- tu tamen vacuam, & adhibe epigraphen: FRONDES INGRATA REPEN- DO. Siquidem Deus hanc vitem vt au- geretur transfudit de Ægypto, Psalm. 79. *Sicut Agricola transplantat vineam de terra mala in bonam:* Exponit Lyranus. Eamque plantavit vineam electam, Ier. c. 2. at conversa est in pravam vitis aliena, in qua nulla est utilitas, ex malitia sua. Addit Lyra. (X) Cur autem agrestis sit vitique vitis, quæ sæpe vinifera fuit, est ob defectum seu culturæ, seu putationis: Quæ perperam est cogitare defuisse vineæ Is- rael: Putaverat enim eam, qui dixit, *Tem- pus putationis advenit.* Cant. c. 2. eam ita sedulo coluit, quod etiam lapides elegit ex ea, Isai. c. 5. & sapivit eam sua, & An- gelica protectione, ait Lyranus. Tandem expectavit vt faceret uvas, idest opera bo- na, & fecit labruscas, opera inutilia, & no- civa. Ob hæc igitur obiurgatur vitis fron-

dosa Israel, quia orbata fructibus in dete- rius ibat ingrata cultori, & dicens: *Fron- des ingrata rependo.* Non sic illa, quæ de se dixit: *Ego quasi vitis fructificavi suavi- tatem odoris, & flores mei fructus hono- ris, & honestatis.* Eccl. c. 24. Adnectun- tur floribus fructus, quia grata Hero, ex quo capit florere, didicit fructificare. Sept. legunt: *Fructificavi gratiam.* Idest virtu- tis odorem iucundissimum: ideoque Pam- pini eius sunt nitoris, & magnificentiæ: vt habet lectio Syriaca. (Y) *Vitem namque* (scribit Menochius) *commendant odor cum floreat, & fructus cum maturus pen- det.* Vitis autem à vinciendo dicitur, aut quia mutuo vites capreolis, quasi brachijs se amplectuntur, aut quia quadam vi ar- boribus se complicant, vt religuntur. Vl- mis vndè mos erat olim vites vt fulciren- tur ligare: vndè Ovidius: *Vidi ego Pam- pineis onerata vitibus vlmum.* Et Tibul- lius: *Hic docuit teneram palis adiungere vitem.* Quare vlmō depictam exhibe vi- tem tenaciter adhaerentem, fructuum vbertate onustam, & adde dictum: PRO FULCRO PORRIGO FRUCTUS. His enim vlmus de pauperatur, sed feraci- ter à vite vestitur, nec mutux beneficent- iæ iniucunda intercedit vicissitudo: nam Arbor viti fulcimentum ne pereat, præ- stat: Vitis autem benefactorem fructuum ornamentis, seu totidem monilibus vestit. Sic Dominus, qui esurientes replet bonis, fructus gratiæ à pauperum meritis proce- dentes, in emolumentum cedere divitum permittit. Scite Chrysostomus: *Sicut vl- mus dat humorem viti, ac vitis pro se, & pro vlmō affert fructum: ita tuæ res profi- ciant ad pauperis sustentationem in hoc sæ- culo, & illius sanctitas proficiet ad tuam sustentationem in alio.* (Z) Idem fert S. Cæsareus Arelatensis. Sic Deus hominem esurientem sustentat, non quod ei in ali- quo proficiat, seu proficere possit, sed vt grates debitas rependat: *Tanto enim quis iniustior, quanto maioribus beneficijs ac- ceptis non reddit gratias.* Dicebat quidam. *Imò maximum omnium vitiorum vitium, est ingratitude.* Inquit Quintilianus. Non patitur Deus in misero homine bonorum suorum vacuitatem, dum esurientes replet, vt semper cogitandi, & memorandi sua beneficia, materiam in promptu sit inve- nire: *Quod enim in homine* (vt Philoso- phatur Diogenes) *celerius senescit, benefi- cium est.* Ideo igitur implet nos Dominus bonis, quæ ad victam, victumque sufficiant, imò, & bonis spiritualibus gratiæ, & virtu- tum, vt nunquam à nobis absit gratitu- dinis obsequium. Ad Sponsi aures, vt de- mulce-

(Y) Sept. & Bibl. Syr. in Max. Angel. & Berch. loc. præcit. Ovid. myst. Tibul. 1. 1. Vlmus ima- go divitum, quia vltro su- sinet vitem.

(Z) D. Ioann. Chrysost. Hom. 12. oper. Im- perfect. D. Cæ- sareus Arela- tens. Hom. 14. tom. 2. Biblioth. Patr. Apud Stob. in sent. Andr. Eborē. Quintilian. de- clam. 9. Dio- gen. Laert. apud eund. Stob. B. An- gel. del. Pas in c. 2. Luc. lib. 2. c. 50. Cant. c. 8. v. 13. & Cant. c. 2. v. 14

v. 14. *Tirinus*, mulceretur cor, ipse Sponsæ vocem inhiabat pervenire, dum dixit: *Ego me audire vocem tuam*. Cant. c. 8. vox enim huius omni modulo mista erat, ideoque dulcissima, ut dixerat alivi, eratque vox (ait Tirinus) *confessionis, & laudis Dei, & gratiarum actionis*. Vnde tanta in piæ animæ voce suavitas, ut ab ea alliciat Sponsus, imò eam ut moduletur exhortatur? Quia gratitudinis laus est, quæ à Sponso auditur dulcius, auscultatur suavius. De Avicula quadam prædiximus, cui *Alauda* nomen à laudando, quæ grati animi gerit Hyeroglyphicum, eique inscriptio addita modo est: **PER SUMMA SUAVIOR ALES**. Accidit enim ita, namque et si semper vox huius aviculæ dulcem referat harmoniam, quo tamen volat altius, eo suavius modulatur. Hæc imago adumbrat gratum hominis animum: qui laudibus tanto intensioribus Dei debet mulcere amorem, quanto ad sublimiorem gradum beneficio eius ascendit. Ideo hanc vocem Laudis, & gratiarum actionis audire desiderat, quia vox dulcis, nec Deo dulcior alia vox: *Quia laudem, & gloriam meam refert*. Addit Alensis. Imò Chrysostomus hæc habet: *Gratitudinem nostram Deus amat*. Quia vox gratificantis animæ benè sonat. Hac ratione Deus esurientes implevit bonis, ut laudes postea retorquerent in munificentiam dantis.

98 *Suscepit Israel Puerum suum, recordatus misericordie sue*. Hic columba nitidissima Maria (*) læta præ gaudio, ex quo Dei filium concepit in utero, iterum incarnati verbi magnificat misericordiam, quam fecit in Israel præcipue, dispersos congregans ex Israel, & ad se trahens: Ideoque dicit, *suscepit* quod idem est ac *ad se capit*, ut docet B. Angelus del Pas. *Præcipue enim Israeliticus populus suscepit Puerum Iesum, idest sibi promissum*. Inquit Doctorum Doctor, divi Thomæ Præceptor, noster Alexander Alensis. *Suum* innuit, quia ex Israel carnem suscepit, ad ipsum curandum quantum de se fuit, vnde Math. c. 15. dicit, *non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt Domus Israel*. Hoc autem non meritum est hominis, sed donum divinæ pietatis. *Vel suscepit Israel Puerum suum*: Quia suscepit Deus humanam naturam in unitate Hypostatis verbi, (A) eamque assumpsit, idest ad se sumpsit. Sic Jacob factus est Israel, nempe *vir videns Deum*, quando *verbum caro factum est, & vidimus gloriam eius*. Vide clementiam mediatoris, qui nostram suscipere dignatus est naturam, ut susciperet Israel Deum, tanquam

Puerum suum. Quod David demonstravit, dum de hoc incarnationis mysterio dixit, *Inclinavit Cælos, & descendit*. Psal. 17. Vbi de verbi incarnatione Regium vatem agere, communis sententia est. (B) Sed cur ad hoc Cælos fatetur inclinari? Ne Deus loco circumscribitur, ut absque Cælorum mutatione, non possit in uterum virginis descendere, ibique nostram induere humanitatem? Absit. *Sed inclinavit Cælos, sicut vas, ut totum effunderet*. Inquit meus Alensis. Inclinatio inde fit in capite, quod qui se inclinat, pedibus appropinquare facit. Cumque caput Christi sit Deus, pedes vero natura humana, ut totus Deus ad hominem descenderet, sicque Israel susciperet Puerum suum, valde se cum Cælis inclinavit, cum ad homines venit. Statue stellatum vas, pendule in aere inversum, solem cum Gnoma continens: **ET SE, ET MELIORA REFUNDIT**. Vide Cælum, illum, de quo Deus ipse per prophetam testatur, *Cælum sedos mea*. Isai. c. 66. *Qui etiam si quasi æs solidati sint*, Job. cap. 37. cum tamen venit plenitudo temporis, quod misit Deus filium suum, non passus est eos in sua firmari soliditate, sed ad terram, & inverti, & inclinari, ut optimum quid in eis contentum incomprehensibiliter, una cum Cælo mergeretur in terram, quo facilius susciperet Israel Puerum suum, nempe Deum, in virginis utero factum hominem. Communem Magistrum Augustinum Parentem auscultati liceat: *inclinavit Cælos, (C) ut descenderet ad hominum infirmitatem*. Vas enim patulo hians ore non guttatim, sed large contenta diffundit odorabilia, aut medicantia. Ideo Cælum, quod vas est omne bonum continens, & se, & meliora refundit. Totum ergo quod de Cælo venit, in virginis utero se inclusit, ex quo tanquam ex vase Cælis puriore, nostræ se communicaret naturæ. *Sic etiam ipse hominem ad se suscipit, quem per gratiam ad se trahit, unitque per gloriam, quam communicat*. Fatur B. Angelus del Pas.

99 His adhuc immoretur; Hæc omnia ad Marianam columbam transferentes, quæ Cælum animatum fuit; ex quo Deus in eam descendere decrevit, ut homo fieret. Ipsa alijs melius suscepit ex Israel Puerum suum, verbum videlicet ex eius purissimis sanguinibus opere Spiritus Sancti factum hominem. Ideo ei Angelus alloquens dixit: *Spiritus Sanctus superveniet in te*. Luc. cap. 1. Supervenit Spiritus S. in Virginem, & ultimo instanti (D) *consensus virginis expressi, fuit in*

12. in 3. d. 2. q. 2. art. 1. & 2. ex D. Aug. l. de Eccl. dogm. tom. 3. c. 2. (B) Psal. 17. v. 9. Alex. Alens. in Gloss. super Psal. 17. Thom. Iorg. Avguanus. Lyra. Iacob. Chrysopolit. Castiod. Genes. Lorin. & omnes, cum D. Aug. ibi. Deus in Incarnatione Cælos inclinavit, ut se totum ad nos diffunderet.

(C) D. Aug. in Psal. 17. v. 9. Lyra. & Alens. Div. Ambrosii. Milleloq. p. 4. l. de bon. virginit. B. Angel. del Pas. loc. cit.

(D) Luc. c. 1. v. 35. Magister

(*) B. Angelus del Pas. in c. 1. Div. Luc. lib. 2. c. 51. Alex. Alens. in Cant. Magnificat. v. 9. Beda in Luc. cap. 1.

(A) Subt. Doct. in 3. d. 1. q. 1. art. 1. 2. & 3. late. Quodl. 19. 5. Met. q. 1. & 9. Metaph. q.

ter sent. in 3. d.
2. cap. 3. Subt.
Doct. ibi. q. 1. 2.
C. 1. d. 2. q. 3
art. 2. n. 5. d.
3. q. 2. ex D.
Dam. l. 3. de or-
thod. Fid. 5. 2.
B. Angel. del
Pas. in c. 2. Luc
lib. 2. c. 32.

Cur Spiritus
Sanctus (non
Pater) in Ma-
riam superve-
nire dicitur?

(E) Subt. Doct.
in 1. d. 5. q. 1.
d. 2. q. 7. ad
4. d. 3. q. 6.
in 1. d. 12. q. 2.
ad 2. d. 11
q. 1. d. passim,
omnisque sua
Schola, & DD.
Elychius orat. 2
D. Ambr. l. 2. in
Luc. c. 1. Venan-
tius Carm. 3. in
Biblioth. PP.

(F) Rup. Abb.
de dici. offic. l.
10. c. 13. Div.
Isid. orig. l. 7. c.
10. Laur. Cer-
var. Tom. 2. Al-
leg. B. Angel del
Pas. super Mag-
nificat. cap. 51.
Alex. Avenis in
Cant. Magni-
ficat.

utero virginis verbum homo. Docet Subti-
lis Præceptor. Sed cur, de Spiritu Sancto
potius, quam de Patre dicitur in Deipa-
ram supervenisse; maxime cum incarna-
tio, quæ est opus ad extra, à tota Trini-
tate procedat effective? B. Angelus scite
satisfacit dicens: *Quia incarnatio amor
est, qui Spiritui Sancto tribuitur; & quia
non ex meritis nature assumpta, sed ex
gratia Spiritus Sancti propria assumpta est;
congruitque incarnationis termino, qui erat
hominem fieri Sanctum, & Dei filium:
quorum utrumque attribuitur Spiritui San-
cto.* Supervenit autem, quia prius in ea
fuit per gratiam, sed nunc supervenire di-
citur propter abundantioris gratiæ pleni-
tudinem. Alia addamus, ex Theologia:
siquidem æternus Pater verbum produ-
cens per formalem dictionis actum sibi
consubstantiale, tum essentiam, divinaque
attributa, ac perfectiones (E) ei commu-
nicat: Pater autem, & Filius itidem per
actum voluntatis, qui formaliter volitio
non est, sed activa spiratio Spiritum S.
produciunt, eique consubstantialiter se
communicant, ac omnia quæ in essentia
includuntur. Hic autem divinæ terminan-
tur productiones cum Spiritus Sanctus
nulli ad intra alteri producibili termino
communicetur, aut possit communicari.
Quid ergo? Manebit ne divinus ille Spiritus
infecundus! Prorsus nequaquam, ete-
nim superveniet in Mariam, *Quæ comple-
mentum est Trinitatis*, iuxta Elychium:
Immo, *nunc primum additur*, (asserit D.
Ambrosius) *Spiritus S. superveniet in te.*
Antehac enim nullibi Spiritus Sancti su-
perventio in aliquem exprimitur; *Sed af-
fectabat olim* (loquor cum Venantio) *la-
tere Dei amor, & quasi verecundus rege-
batur Seraphim alis.* Vnde ignis supra
aram proponitur accensus, ad sphaeræ cœ-
lestis se intromitens ignem amabili am-
plexu, cum dicto: CUM FLAMMA,
FLAMMA QUIESCIT. En expres-
simum superventionis Divini Spiritus ad
Mariam, symbolum. *Etenim divinus amor
ignis est, (F) quo Angelus magni consilij
dudum impleverat aureum Thuribulum
corporis sui, & nunc assumptus in Cælo
agebat quod dixerat, ignem veni mittere
in terram, & quid volo nisi ut ardeat?* Ha-
bet Abbas Rupertus. Maria etiam lux, &
flamma est, quia *illuminatrix* dicitur, cu-
ius lampades, sunt ignis, atque flamma-
rum. Ideo Spiritus Sanctus, qui ignis, &
Charitas est, ad hunc ignem supervenire
festinat, *ut cum flamma, flamma quiescat,*
& Mariam fecundans, non amplius lateat
nec quasi regatur verecundus, sed Ma-

riam gloriatur sui amoris pro comple-
mento habuisse. Idcirco in Mariam su-
pervenit, *idest super id, quod in ea erat, ve-
nit: Quia prius in mente venit, unde gra-
tia plena modo supervenit, quia super ple-
na.* Inquit Doctorum Doctor Avenis. Ex
hac demum superventione, suscepit Is-
rael puerum suum. Vnde dicere potuit;
etiam cum Deum hominem ad me ve-
nientem suscepi, salus tua suscepit me.
Psalm. 72. Hoc modo autem recordatus est
dominus misericordiae suæ, nempe promissio-
nis misericorditer factæ. Ait Alexander
Avenis Magister D. Thomæ. Ab hac enim
videbatur oblitus differendo verbi incar-
nationem; nunc vero adimpletum est tem-
pus misericordiae, quod antea Patribus
promisserat. (G)

100 Sicut loquutus est ad Patres no-
stros, Abraham, & semini eius in secu-
la. Id est, ad Patriarchas, & Prophetas.
Explicat Lyranus. *Id autem totum factum
est, (ait B. Angelus del Pas) ut fidelis, &
absque ulla iniquitate apud omnes, ut sem-
per Deus inveniretur: sicut enim a princi-
pio loquutus est per Angelos ad Patres
illos antiquitate, & sanctitate celebres, &
quidem nostros, utpote Abraham, quem
primo vocavit, & fecit de promissis certum,
Gen. cap. 17. deinde semini eius, videlicet
Isaac, Iacob, & David, quibus filium in sa-
cula heredem regni promissit, in quo uni-
versa procul gentes benedicerentur.* Gen.
c. 22. & Psal. 131. His enim præcipue Pa-
tribus perpetuam promissit Deus miseri-
cordiam, dum Christum ex eorum semine
nasciturum promissit. Sic id per Isaiam
dominus firmat, dum memor foederis
cum Patribus de missione filij initi, hæc
habentur: *Quomodo descendit imber, &
nix de Cælo, & illud ultra non revertitur,
sed inebriat terram, & germinare eam fa-
cit, sic erit verbum meum, quod egreditur
de ore meo.* (H) Isai. cap. 55. verbum hoc,
id est filius, semper à Patre nascitur: sicque
hic repetitur promissio, seu foedus de
Messia, Redemptione, & gratia per ipsum
toto orbi impertienda: *Quod foedus effi-
cacissimum, & firmissimum est.* Inquiunt
Lyranus, & Menochius. *Vel verbum meum,*
refertur ad verbum Domini per Prophe-
tas dictum, ut docet idem interpretum
Princeps. Modo, cur Promissum hoc im-
bri, ac nivi comparetur, sedulo inquiramus.
Imber sensim in terram cadens,
non solum eam fecundat, imo ita arcte
ei conglutinatur, ut amico foedere in
vnum cespitem coalescant, nec amplius
dissolvantur, ut vberes vndeque fruc-
tus proveniant. Hinc Cælum conspicitur plu-

(G) Idem Alex.
ibidem.
Lyran. in Gloss.
ad c. 1.
Luc. vers. 55.
B. Angelus del
Pas. in Luc. c. 1
l. 2. c. 52. Avenis.
loc. cit. Menoch.
in Luc. c. 1. v.
55.

Promissio fa-
cta Patribus
de Verbi In-
carnatione, in
quibus sym-
bolizatur.

(H) Isai. c. 55.
vers. 10. & 11.
Lyra in Gloss.
ibi. Menoch. in
Bibl. max. Idem
Lyranus, & ex
eo Menochius.
Berchor. in di-
ction. Tom. 2.
verb. Pluvia
imber. Anglic.
lib. 11. c. 7.

Imber, quid
fit?

pluviam, terram irrigans, æstum temperans, illamque fecundans, inscriptione addita. ARUA TELLURIS OPTIMAT Imbuitur enim terræ cavitatibus, (Ideo imber dicitur) & quanto superiore ex Cælo descendit proximior, tanto suavius imbibitur; ex quo partus dulcissimi coalescunt. Divina promissio facta Patribus de incarnatione, imbri iure comparatur, à supremo Triadis folio sese ad Patrum corda derivans, eorumque (quia fidelis) votorum aliqualem temperans æstum, (I) quousque in effectum prodiret: animumque imbuens sacro videndi verbum hominem desiderio, dulcissimos hinc extrahebat amoris affectus, quibus loquendo ad Patres nostros Deus eorum animam impinguabat, arcto sese promissi vinculo ut avidius paterent eos asciscens. Vnde incarnationis, & promissum, & opus in Pluvia dignoscuntur, nam *Arua Telluris optimat: Id est, Dei Filius desursum descendens à Patre lumen, & de virginis visceribus quantum ad humanitatem, cum terra, id est cum humana natura per incarnationem incorporatus fuit.* Inquit Pietaviensis. Ad aliud modo textus argumentum deveniamus. *Quomodo descendit nix de Cælo, sicut verbum meum.* Ait textus per Isaiam, cap. 55. Nix eximiam arvis affert utilitatem, (K) oculisque ob candorem spectabile delectum immitit, ac in ventre nubis ex frigiditate dealbatur, ut sic cadens in terram, calorem & in terram, calorem ad interiora propaginum revocat, easque impingat. Lætitia, & felicitatis symbolum nix est; (refert Menochius, & Tirinus) vnde denigratus olim videbatur Israel, angustiis undique circumseptus, quia moras agebat Messias promissus: At Deus Verbum suum misit, ut dealbaret eum, & indueretur lætitia, *sicut loquutus est ad Patres nostros.* Vnde Nix in montis fastigiato vertice proponitur, cum scripto: **SICQUE LOCATA PERENNAT.** Iustissime etenim solet nix in montibus perdurare. Mons, sermo Dei est, qui in sermone completur, in verbo scilicet Incarnato, per quod implevit omnia, & quæ scripta sunt per Prophetas; quare per Christum ad nos usque derivatur nix gratiarum, quia de plenitudine eius omnes accepimus, mentesque impinguantur, virtutes accrescunt, nec deficit (non deficientibus nobis) influxus gratiæ eius, quo super nivem dealvamus; sicque in summo sanctitatis vertice locata pereneat. Hæc, quæ Deus *loquutus est ad Patres nostros, Abraham, & semini eius,* implet modo

& fide impletionis effectus usque ad finem sæculi durabit, quousque ex semine Abraham non deerunt, qui per imitationem fidei, in Christum credant. Docet Alexander Alensis. Atque adeo semper nix ista divinæ miserationis ad nos descendet, cum non sit finis misericordiæ, dum non finiuntur miseriæ: in sæculo autem futuro misericordiæ effectus cessabit, quia miseria evacuabitur. Satis autem sit de expositione conceptuali in Capticum *Magnificat.*

CAP. XVIII.

HERMON DEIPARAM SIMBOLICE figurans nobilitatur, eamque plurimis commendat elogijs.

101 **M**ONS Hermon (etsi à nonnullis geminum esse montem tradatur) iuxta Marij opinionem (cui potius assentiendum est) ad orientem terræ sanctæ (L) non procul à Gelboa situs est, ac mons modicus, herbis ac pascuis fecundus. Hic à Jordane circa radices fluentis aquæ profluvio irrigatur, circa verticem verò vberima roris perfusione perfunditur. Vnde in eo pecora, quæ domino in Salomonis Templo mactanda offerebantur, nutriebantur prius, quia graminum copia ibi pro eorum impinguatione reperiebatur: Ideoque Propheta Regius dixit, *Ros Hermon descendit in Montem Syon.* Psal. 132. Nec intelligendum aliter est, nisi quia cum Hermon sit valde fructuosus, & pascualis virtute roris ibi descendens, inde animalia in Templo Monti Syon offerenda, pingui adipe ex roris abundantia nutrita deferebantur. Nec iuxta literæ corticem textum intelligi oportet; (M) tum, quia Hermon valde à Syon distat. Tum etiam quia demissior ille est, & modicus respectu huius. Quare mystice per montem Hermon Deiparam significari, eique suis intexere floribus coronam, fatur Alanus de Insulis. Interpretatur autem *Hermon; lumen exaltatum*; quia pecudum pinguedines lumen augebant altaris, eo quod ignis sacrificij tali pabulo fovebatur, ut tenet Glossa (N) Maria lumen est, stella est, ut saepe diximus; *quæ etsi pro conditione naturæ equalis sit cæteris* (ait Abbas Absalon) *tamen donis, & meritis supra omnes exaltata est* Imò teste DD. Maximo Hieronimo, super omnes choros Angelorum est exaltata, quod & canit Ecclesia. De hac igitur exaltatione Mariani luminis,

H 3 quam

(I) Menoch. in Bibl. max. ad l. 2. Reg. c. 33. v. 4. Imber est favor divinus, in Davidem, quo eo proventus est ut de terra illius, posteris scilicet suis, pluvia celesti in Virginem descendente, Christi Domini eximium germen existeret.

Perch. loc. cit. D. Ambr. de Nat. Dom. ser. 2.

(K) Plin. lib. 17. c. 2. Theophrast. l. 2. de caus. Plant.

Trin. & Menoch. in Michael.

Arguan. in Ps. 67. v. 15. Alex.

Alens. in Cant. Magnificat.

Nix significat & Christum,

& divinam de eo venturo

promissione Patribus fac-

tam.

Vide D. Bon. & B. Angel. del Pas

in c. 1. Luc. v. 55.

(L) Marius de Calaf. tom. 4. Conc. Hebr. Anglic. l. 10. c. 13. Berch. in Red. lib. 11. c. 2. n. 5. Ps. 133. v. 3. Lyr. in Glos. ibi.

(M) Anglic. loc. cit. Lyr. Alens. Incobus de Val. Arguan. & Genebrard. cum alij. Alanus de Insulis Elucid. in Cant. Cant. de B. Virg. c. 4. Maria, in Monte Hermon figuratur.

(N) Glos. apud Anglic. loc. cit. Absalon Abb.

ser. 47. de B. Virg. Maria. D. Hier. ser. de Assumpt. tom. 9. epist. 10. & l. de Nom. Hebr. Aug. Anconitan. in salut. & Annunt. Angel. quæst. 4. Dy. a. Carthus. ser. 1. de Conc. Maria. (O) Eccl. c. 44. v. 17. D. Hier. loc. cit. Berchor. in Red. l. 11. c. 17. & l. 12. c. 22. Idiota de Virg. Maria. c. 2. D. Ber. ser. 2. de Deip.

Maria, quasi Cedrus exaltatur in Gloria.

(P) D. Anton. Paud. ser. Dom. 6. Quadrag. B. Amadeus, de B. Virg. Rapt. 8. Corn. à Lap. in cap. 41. Ezech. D. German. orat. in Nativ. Virg. Palma, Mariam exaltatâ ad Cœlos refert.

quam in supremo seraphim ordine possidet, atque de eius in cœlum Assumptionis laude, tractandum occurrit: *Ratione autem maternitatis Dei Beatissima Virgo Maria* (cum Dionisio Carthusiano meditor) *dignitatis est quodammodo infinitæ*. Supergreditur vnde hic Hermon Virgineus Angelicorum montium altitudinem, supra quos exaltatur, proximior Maria Deo. Hoc deducitur etiam ex illo Eccl. c. 24. quod virgo præcinit de se ipsa: *Quasi Cedrus exaltata sum in Libano*. Cedrus altissima, (O) divina maiestas est, quæ in Libano suæ Gloriæ Mariæ (dum assumeretur) occurrit, & eam secum in throno collocavit. Ideo bene sicut Cedrus exaltatur, quia qui divinum in ea relucet, dum assumitur. Non Cedrus absolute dum exaltatur, conspicitur: Sed quasi Cedrus, quia Mariam sola divinitas supereminet, ipsa autem supra omne creatum Deo innixa elevatur: *Nemo equalis est tibi*, (Alloquitur Mariæ Idiota scius) *nemo maior te, nisi Deus*. Sicque viridi in summitate montis Cedrus procerâ depingitur, cum hac notula: IN SUMMO SUMMA MANET. Mirus certe Virginis Deiparæ typus in clavis propè Deum loco exaltatæ, docet Seraphicus Doctor de cuius celsitudine hæc Div. Bernardus mellicus scrivit: *Virginis gloria supereminens est, tantoque excellentior Angelis facta munere singulari, quanto differentius præ ministris nomen matris accepit*. Sic in summo summa manet: Etenim ut Angelorum domina obsequentes sibi Angelos præcellit. Huiusmodi luminis virginæ in sublimiori gloria exaltati myltice etiam ludit subsequens eiusdem cap. textus. *Quasi Palma exaltata sum in Cades*. Ut Palma extollitur, quæ modo Cedrus erat. Palma siquidem virgo est, (ut habet D. Antonius Paduanus) quæ arbor est victorialis, (P) vnde etiam antequam Virgo valediceret mundo, ac repertetur in cœlum, ei Gabriel Angelus ramusculum Palmæ de Paradiso attulit, examini vsque ad vallem Josaphat feretro processurum. Triumphalibus ergo Maria exuvijs ante assumptionem ornatur, ut iam victricis rem iure optimo agens, innotescat Cœlum adores se intrans mirifice perornaturam: idcirco appellatur *quasi Palma*, quæ sui ipsius in summo vertice corona est; ut erudite notat Celeberrimus Cornelius à Lapide: vnde mutuatus ansam quidam conficiendi epigramma, hanc Palmæ ex Claudiano subdidit inscriptionem: SE IPSA CORONAT. Hoc Mariæ propriissime congruit, quæ *pulebritudinis dia-*

dema (diximus) à D. Germano vocatur: Ideoque sibi ipsa ut coronetur, sat est; quia palmam refert, suis virtutum elatis coronatam, & suæ Gloriæ predicat altitudinem. (Q) Sic ut Palma exaltatur Maria, quæ ut Hermon, lumen exaltatum est, etiam illi superiorum Civitati lumen miris accrescens gloriæ splendoribus. Id pangat D. Bernardus: *Mariæ præsentia totus illustratur orbis; adeo ut & iam cælestis patria clarius rutillet virginæ lampadis irradiata fulgore*. Sed cur in Cades potius, quam alio in loco Maria cernitur exaltata? Cades interpretatur *sanctitas*, aut *translatio*, quod aptius ad Mariæ transitum refertur: quando & anima, & corpore ad plenitudinem Sanctorum translata, in ipsius Trinitatis sede reposita (ait D. Bernardinus) *naturam etiam Angelicam sollicitat ad videndum*. Ibi exaltatur Marianum lumen, etenim à dextris Dei assistit B. Virgo, (contendit Senensis Apostolus) *cum in potioribus bonis æternis ultra omnes Beatos post Filium suum exaltata est, ex cuius splendore post filium suum tota lucefcit civitas Beatorum*.

102 Exaltatum lumen Hermon est, & Maria, quæ illuminata dicitur, in hoc monte signatur; vnde *omnia quæ in Cælis sunt* (R) per glorificationem suam inæstimabiliter decorantur. Canit Anselmus Sic est mons iste in vertice montium, dum sua claritate omnes illuminat ordines Beatorum, ut docet Richardus. Hoc prævidens Isaïas dixit c. 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum*. Thronus hic excelsus, & ad superiora elevatus, Maria est, ut scribit D. Bernardinus. Sed modo Chaldaicam speculemur lectionem sic habentem: *Elevatum in cælis excelsis, & de splendore gloriæ eius replebatur templum*. (*) Non ad quaecumque Virgineus Dei thronus elevatur cœlum, sed ad excelsius, *ratione dignitatis altissimæ*; (Pergit D. Bernardinus.) *Quia Virginis altitudo sublimissima est super summos, quoadiu durat imperium prolis*. Additque Hyeronimus: *In cælis non fuit sublimior locus, regali folio, quo Mariam Mariæ filius sublimavit*. Vnde mirum non est, si Templum gloriæ gloria plenum est ex copiosa Gloria Mariæ, dum etiam cœlum exultat in sua exaltatione. Audiatur Anselmus: *Virgo, nova quidem cœlum gloria decoravit, quia priorem gloriam eius ex præsentia, ultra quam dici possit magnificavit*. Thronus ergo Deitatis imagine ad sublimia exaltatus depingitur, cum hac littera: ELEVOR, ATQUE ELEVO. Et sanè ita est; etenim quæ sedet in throno

(Q) Honorius in figil. apud Novar. umbr. virg. l. 4. c. 53. n. 1706. D. Ber. ser. 1. de Assumpt. Daniel Agric. stella 5. coron. 5. D. Bern. Sen. ser. 12. de Assumpt. & ser. 13. art. 1. l. 4.

(R) D. Anselmus l. de Excellent. Virg. c. 8. Richard. à S. Laur. lib. 1. c. 3. D. Bern. Sen. ser. 12. in Assumpt. Mariæ, art. 1. c. 2. Maria, Thronus est Dei, & exaltatus, Deum exaltans. (*) Bibl. Cald. in Max. ad c. 6. Isaïæ, v. 1. Bibl. Arab. & sept. ibi. D. Bernard. loc. cit. D. Hier. ser. de Assumpt. D. Anselm. loc. cit. c. 8. Div. Bernardin. loc. adduct. c. 2.

maiestas, dum thronus agitur ad sublimia, pariter exaltatur, & elevatur Thronus, dum ipsam levat, utrique commune faciens exaltationis consortium. Vide ergo Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum: quia immobiliter requievit super Virginem gloriosam Mariam ratione dignitatis firmissime, & altissima. Prædicat Bernardinus. Hinc apud Galatinum Nostrum, Virgo rectè solium gloriæ altitudinis dicitur, quia in cœlesti gloria exaltata super omnes choros Angelorum, facta est sedes Dei altissimi, (S) in qua sedet divina maiestas. Rectè ergo in cœlos assumpta dicere potest: *Elevor, atque elevo*. Etiam, & huius exaltati montis celsitudinem prædixerat olim suus Parens David, dicens: *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tue*. Psal. 131. Sed ante textus enucleationem, cur David Dominum enixe cum arca sanctificationis suæ in requiem surgere dicat, perquiramus. Verum enim verò, cum Maria assumpta est, multo ante Christus ascenderat fessurus ad dexteram Patris; sicque cum surrexerit ex morte gloriosus, cum Patre in Beatitudinis imperio regnaturus, unde cum Maria sanctificationis arca surgere in suam potuit postea requiem? At aptè: nam (Teste Amadeo Nostro) obeunte, & abeunte Virgine, *Christus Dominus modo naturali, & visibili descendit; relinquendo habitaculum cœleste*. (T) non autem surgeret, nisi descendisset; surgere enim est *sursum erigere*. Iure ergo David ait, *Surge*: idest, veni ad gloriam sempiternam. At, quare Christus comitante Beatorum acie, Mariæ elevandæ occurrit, eamque comitatur? Ut honorabiliorem faceret tantæ matris ascensum. Audi. Cum Dominus in Cœlum agilitatis dote agebatur, nubes suscepit eum, ei parans substando pedibus Thronum: Maria, cum ad Cœlum evehitur, ascendit innixa super dilectum suum, Cant. 8. sicque Christo nubes præparat Thronum, Christus Mariæ thronus est: ideoque sublimior Mariæ, quam Christo Thronus in exaltatione paratur. (V) Perbelle D. Parens Bernardinus: *O quanta dignitas, quam specialis gloria inniti super illum, quem reverentur Angelicæ potestates!* Sic Maria innitens filio super nubem innitenti conspicitur, cum scripture. CELSIOR IN SEDE QUIESCIT. Siquidem cum Maria nemo humilior fuerit: (tendit B. Amadeus) in Regno Cœlorum (Deo dempto) nemo maior, aut sublimior ipsa invenitur. Non enim propie stat à dextris, aut sinistris filij, sed ante ipsum, ita quo semper mutuo sese inspicunt, caputque Domini

paulo altius est capite Maria. Adiungat, & sequentia meus Senensis Apostolus, (X) *Virgo gloriosa in potioribus bonis filij sui Iesu, iuxta ipsum in Throno sublimata consedit*. Concinat ergo Regius vates, *Surge Domine in requiem tuam, tu, & Arca sanctificationis tue*: ut te videant in novo diademate, quo te coronavit mater tua, in hac die lætitiæ cordis sui. *Surge*, ut ipsa scandens innitatur dilecto, sublimiori omnium throno, ut sic landabilior, imò, & excelsior contempletur assumptio, quatenus tibi sic dicat innitens, *Celsiore in sede quiesco*. *Surge*, ut exurgat Arca sanctificationis tuæ, in Templo cœlestis Hierusalem exaltanda: idest, Virgo Maria. *Surge*, idest *obvius vade matri cum omni exercitu Beatorum*. Explicat D. Bernardinus.

103 Sic Hermon Virgineus super omnes Sanctorum colles evehitur, sic Mariæ lumen exaltatum in sublimiori Cœlorum loco purissimæ huic creaturæ constituto, videtur. Nec filij excellentia matris dum exaltaretur celsitudinem imminuit, aut absorbit, imò auxit, & quantum decuit suæ fecit supparem, non eandem. (Y) *Elevare, elevare, consurge Hierusalem*. Tradit Isaias, cap. 51. ubi de Virgine loquitur; quia *profecto ipsa fuit Hierusalem, que interpretatur visio pacis; etenim extitit tota pacifica, & Dei visione mirabiliter illustrata*. Sic à D. Bernardino mystice exponitur. *Consurge ergo, ad accipiendum premium à Christo*, inquit Lyranus noster. Bis autem *elevare* promitur; ut elevationem tam mentis, quam corporis in gloria designare ostendat. Non elevatur autem solummodo Maria, dum à terra in Cœlum levatur, sed & consurgit: *Consurge Hierusalem*. Ad quid ergo, si elevatur, consurgere perhibetur? Elevari sola poterat, Dei virtute iuvante; sola consurgere non poterat; etenim *consurgo* idem est ac *cum alto surgo*. Elevatur igitur Maria, cum à Deo exaltatur ad cœlestia; sed ultra *consurgit*, nimirum cum dilecto filio surgit, inter cuius brachia, ut in throno Virgō Deipara requiescit. Hierusalem igitur in solis corde depicta visitur, ad sublimius lata cœlum, ferens epigraphen: HÆC MVNIT, ET VNIT. Civitas siquidem à civium vnitate nuncupatur; vel à cieo, quod *advocare*, (Z) sive *coniungere* est. Mariana, cum Christo surgit, quem vnicum tanti habitaculi adsciscit civem, ac deinceps non aperietur, quia Dominus Deus Israel ingressus est per eam, & fixit tabernaculum in ea: unde vir non transibit per eam. Sic vnit sibi iustitiæ solem, cuius in corde vnita à suis munitur spiculis.

(X) B. Amadeus loc. citat. D. Bernard. Sen. supra. D. Aug. in Ps. 131. v. 8. Ayguan. ibi. Jacob. de Valent. & alij. D. Bernard. loc. adduct. art. 2.

(Y) Novat. in umbr. Virg. lib. 4. cap. 10. Exc. num. 73. Isai. c. 51. v. 17. D. Bernardin. ser. 12. art. 1. Lyra in sua Gloss. ad c. 51. Isai. vers. 17. Iansenf. in Catholic. verb. Surgo.

Maria, ut cœlestis Hierusalem, sine Christo non exaltatur.

(Z) Berch. in distion. tom. 1. Iansenf. Theat. vit. Hum. Civitatis, quid interpretatur.

(S) Galatin. de Arcan. l. 7. c. 18. D. Anton. Pad. ser. Dom. 5. post Trinit.

Maria, elevatur ut arca in sublime cœlorum.

(T) Psal. 131. v. 8. Ayguan. Aleasis. Jacob. Christopol. ibi. B. Amadeus de B. Virg. Rapt. 8. passim.

(V) Lorin. in c. 1. Act. Apost. v. 9. D. Bernard. Senen. de Assumpt. ser. 12. art. 1. c. 3. Thronus Mariæ, quando exaltatur, throno Christi ascendentis sublimior.

(A) Daniel
Agric. p. 2. Cor.
Virg. Stella 6.
Abulen. ad l. 3.
Reg. c. 2. n. 19.
Marius de Ca-
laff. Conc. Hebr.
tom. 4.

Maria, figura-
ta in Bersabee
& quare?

(B) Psal. 16. v.
15. D. Bernard.
Sen. late ser. 12
art. 2. Absalon
Abbas, de B.
Virg. ser. 3. &
in ordine, 16.

Assumptio
Mariæ in ali-
quo excellen-
tior videtur
Ascensione fi-
lij Dei.

(*) D. Bern.
ser. de Assumpt.
apud D. Bern.
Senens. tom. 4.
ser. 12. art. 2.

Maria, Mag-
nificencia Dei
dicitur, quan-
do super cœ-
los exaltatur.

lis, radijs illustratur, vnde ascendit ad
Empyreum Cœlum, ut Civitas munita
omni genere virtutum. Ait Noster Daniel
Agricola. (A) Sicque Hæc munit, & unit.
Tendamus hic ad illud Bersabee Salo-
monis matris, de qua hæc habentur lib.
Reg. 3. cap. 2. Surrexit Rex in occursum
eius adoravit eam, & sedit super Thro-
num suum: positusque est thronus matri
Regis, quæ sedit ad dexteram eius. Parem
fuisse thronum matris, & Salomonis, iu-
dicat Abulensis, id deducens ex reverenti
occurfu, & præcedenti adoratione. Sed ab
hoc deflectentes, Bersabee ad regale so-
lium elevata, mystice Mariam præfigu-
rat: interpretatur enim illa, *Filia septima*,
vel *Filia saturitatis*: quod Mariæ proprij-
simè adaptatur; numerus enim septena-
rius, virginalis est, & Virgini virginum
competit magis, quæ hodie filia saturitatis
aptius est, dum Filio dicit: *Satiabor, cum
apparuerit gloria tua.* (B) Salomon vn-
de Dei, & Virginis Filium designat, mon-
trantem erga Deiparam, mirificam obvia-
tionem; dum obviis in occursum exivit,
quasi parvipendens Regiam maiestatem,
latus inter brachia suam statim videre
genitricem. Insuper altissimam sublima-
tionem matris demonstrat, quia ipsi po-
situs est in Palatio Thronus. Denique of-
tendit cum ea arctissimam coniunctio-
nem, quia sedit ad dexteram eius. Ideo
pro nostro instituto Thronus, throno ad-
hærens pingitur, cum lemmate. NOS
MITIS VNIT AMOR. Quidvè, si Sa-
lomonem erga Bersabee non vrgeret
amor, parem sibi in maiestatis folio ma-
trem succumbere pateretur? Minimè qui-
dem. Altissimo locavit in folio cœlestis
Salomon Mariam, ei obviis dum animam
ageret, ut sibi prædilectam sociaret ma-
trem, agminibus stipatus Beatis, ut excel-
lentius quid in hac videretur Assumptio-
ne Mariæ, quam in Christi ascensione.

(*) Accipe D. Bernardum dicentem: *As-
sumptio Virginis, aliquid excellentius ha-
bet ascensione filij Dei, scilicet quoad
triumphalem occursum: Quia filio Dei so-
li Angeli occurrere potuerunt: Matri au-
tem ascendenti occurrit ipse Iesus cum tota
cœlesti Curia Beatorum.* Thronus ergo
matris excelso adhæreat filij Throno, ut
pateat quod *Hos mitis unit amor.*

104 His amplius immoremur, ut Ma-
riam luminis exaltatio amplius distenda-
tur: Quod videre erit ex illo Psal. 8. *Elevata est magnificentia tua super cœlos,
Deus.* Quod de Virgine in sua D. Parens
Bernardinus explicat Assumptione: Porro
singularis magnificentia Dei fuit Beata

Virgo: vnde merito elevata dicitur super
Cœlos, id est super Angelos. (C) Dicitur
Maria, Dei magnificentia: hæc enim vir-
tus est, qua quis efficere satagit res mag-
nas, quibus magno sumptu opus est. Dum
autem Maria elevatur omnibus impendit
cœlestibus, terrestribus, imò, & Gehennæ
emancipatis gratiosos beneficentiæ sumptus.
Maria (ait Richardus) vera est, &
unica filij imitatrix, ex quo ascendit in
Cœlum. Dabit enim, & ipsa dona homini-
bus: siquidem nec facultas ei deesse poterit,
nec voluntas. Cœlos siquidem Virgo as-
cendens (Bernardo testante) ipsius Iesu, &
supernorum gaudia civium copiosis cumu-
lavit augmentis. Vnde merito resonat in
excelsis gratiarum actio, & vox laudis.
Magnificentiam suam etiam erga viatores
monstravit, tractans efficaciter in Cœlis ne-
gotia nostræ salutis. Ascendit namque Vir-
go (scribit Melleus Doctor) ut fructus
terre sublimis, vnde data optima, & do-
na perfecta descendunt. Vnde dignum est,
ut in hoc exilio cœli communicemus gau-
dijs, eiusque participemus letitiam. Tan-
dem, ad vsque inferorum diras, tetralque
voragines Mariæ se diffudit Magnificencia,
cum ad Cœlos assumitur gloriosa. Adsic
ad hæc, interposita Scripturæ ratio, robo-
rata D. Ildephonsi dicto. Textus adduci-
tur ex Isaia dicente: *Populus, qui ambula-
bat in tenebris vidit lucem magnam: habi-
tantibus in regione umbræ mortis lux orta
est eis.* cap. 9. Proprium huius est mœstis
inducere lætitiā, solatium, hilarita-
tem. Mariam lux hæc designat, cuius
splendore omnia clarescunt, in qua sicut
lætantium omnium (D) habitatio est, vn-
de Andreas Cretensis nos invitans ait:
*Veneratione colamus festæ lucis splendo-
rem.* Solatium insuper hæc lux Virginea
affert, dum nostræ salutis medicamina ope-
ratur, iuxta Anselmum. Sed quibus hæc lux
exorta est? Quis eius splendore congau-
det? *Populus qui ambulabat in tenebris:*
aliquale etiam attulit gaudium habitanti-
bus in regione umbræ mortis: in diabolicis
vtique carceribus, in inferorum diris pœ-
nalitatibus: hi nimirum pœnarum non ex-
periuntur ictus, quo die Mariana lux to-
tum dum assumitur replet lætitijs orbem.
Pandat hoc Toletanus Antistes Ildephon-
sus sic: *Dicam aliquid plus si audeo, dicam
fidei præsumptione, dicam pia temeritate.*
*Totus mundus hodie condigna iubilatione
letatur, & gaudet: Tartarus solummodo
ululat, fremit, & submurmurat: Quoniam
gaudium, & lætitiā huius diei claustris in-
fernalibus reclusis aliquod remedium, &
refrigerium præstat. Non audent, ut opinor*
mi.

(C) Psal. 8. v. 2
D. Bernard. loc.
cit. art. 1. c. 2.
Richard. à S.
Laur. lib. 4. de
Laud. Virg. ex
D. Bern. ser. 1.
de Assumpt.

Magnificen-
tia, quid? Dei
Assumptionis
Virginis Inter
dictum habet
pœna inferna-
lis, iuxta D.
Ildephosum.
Res miral

(D) D. And.
Cret. de Nativ.
Virg. orat. 2.
D. Anselm. Cât.
de B. Virg. in
opus. cap. 12.
orat. 2. orig. in
Num. Hom. 27
D. Basil. l. quod
Deus non sit
Aut. Mal. D. Il-
dephons. de As-
sumpt. B. Ma-
riæ, ser. 5. 1. 8.
Bibl. Vet. Patr.

Sensim pon-
dera D. Ilde-
phonsi verba,
quæ de pœna
lensus, non de
pœna damni
intelligenda
profecto sunt.

ministri Tartarei boae attingere suos captivos: quo recolunt Redemptos illius sanguine, qui pro mundi salute est dignatus nasci de Virgine. Stupendum, sed credibile tanti Doctoris dictum. Vide vnde Mariæ latissimam magnificentiam, usque ad inferorum penetralia diffusam. Sicque lux solaris depingitur in superiori cœlorum axe, aduersantes transgrediens radio nubes, cum scripto: INVITIS LUMINA PRÆSTAT. Obstant enim nubes lucis splendori, nec patiuntur suis in spatijs immorari: At lux creditam sibi magnificentiam spargens, invitis se communicat, affert cum hilaritate splendorem. Maria, lux est, nam *illuminatrix* dicitur, à qua etiam quoquomodo solatia mutant sedentes in tenebris, & umbra mortis. Imò, Mariæ inesse virtutum (E) extrahendi ab inferno demersos, devotissimus iudicat Anselmus. Sic *invitis lumina præstat*, magnificentiam magnificans pietatis. Modo ad præcipuum nostrum sit redire argumentum. *Elevata est magnificentia tua super Cœlos.* Psal. 8. vbi Hieronymus: *Posuisti gloriam tuam super cœlos.* Ante Mariæ ascensum, cœli velut orbari plenitudine gloriæ videbantur, at elevata magnificentia Dei, idest Virgine gloriosa, etiam *magnificentia splendoris Dei* dilatata est, ut Syriacus habet. (F) Adhuc, & Lyranus noster legit: *Posuisti pulchritudinem tuam.* Sola autem inter naturalia dona, *pulchritudo maxime omnium amabilis; & gratior est pulchro veniens ex corpore virtus.* Elevatur ergo Maria ad cœlos, ut Dei amplius pateat pulchritudo, etenim creaturarum omnium *omnis pulchritudo ad Virginem comparata*, (docet S. Maximus) *deformitas est, & omnis Innocentia peccatum.* (G) Sic ergo elevata est, nam *altior est cœlo, & maior cœlis* Maria, Dei magnificentia. Sic cœlos elevata magnificat, nova gloria complet, pulchritudinem eorum adaugere, geminat claritatem. Ita Hermon Virgineus super omnes excelsos Sanctorum attolitur montes lumine exaltationis.

105 Virgo igitur, *completis omnibus Cœlo assumitur, cœlesti gloria vestitur*, lumen apud æternum, quod concipit lumen, exaltatur. (I) Obvius ipse Deus Assumenda virgini occurrit, ut sibi delectum ab initio tabernaculum, ut in eo quiesceret, vniret ad triumphum. Hoc Psalmista nos docet canens: *Surge domine in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tue.* Psal. 131. quem etiam iam textum in hoc cap. satis exposuimus de Virginis Assumptione, amplius tamen in verbo-

rum myltica discussione libeat immorari. Ut surgat in requiem dominus a Profeta expetitur, sed cum Arca, quæ ex imis surgens ad sublimia elevatur. Sed cur hæc? Nonne Christus etiam dormivit, & somnium cepit, exurrexit iam in æterna requie regnaturus? Plane sic: At Dominus Iesus, cuius inter brachia virgo spiritum exhalavit: vitibiliter ad eius obitum descendit. (K) Imo solum in ea perfectissimam sibi requiem statuerat; vnde illa dixit, *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.* Eccl. c. 24. idest, *in meipsa.* Exponit Lyranus. Quapropter, si requiem reliquit, si ad suam incorruptibilem visendam arcam descendit, cum ea surgat, idest sursum se erigat, cum ea, & in ea sine fine mansurus, plenaque in posterum requie potitus, scrinium virginale thesauri sapientiæ Dei in suo recondat Palatio, ubi requiem illa Cœlorum Regina reponat in illo, etenim dixit, *Requiem quæsi, & in hereditate Domini morabor.* Quia (ait Guilielmus forsan Parisiensis) *ibi summa pax est, & requies.* Sic Virgini patent Cœlorum aditus: cuius gloriam non est profecto facultatis humanæ adipisci nisi pro votis, ad plenius celebrandum: sufficere potest ille, in cuius gloriam cadit eius ad tronum Assumptio, & super summa cœlestium culmina civium exaltatio. In Noetica figuratam arca, prædicat meus Parens D. Bernardinus Deiparam ad Cœlos assumptam. Sic autem Spiritus Sanctus loquitur Gen. cap. 7. *Aque elevarunt arcam in sublime.* Fertur ad sublimia Navis, in qua præstantiora mundi recondita sunt ornamenta. *Inundavit aqua levavit arcam, & exaltata est.* Legunt Sept. Aquarum moles vectaculum præstant arcæ, ut exaltetur: quia illæ divino præstiterant vectaculum amoris, cum *Spiritus Dei ferebatur super aquas*, in exordio creationis mundi. Sed age, nam tunc etiam, aqua exaltante arcam, pariter exaltata est, & super omnes montes longius evecta. (L) Offeratur igitur Arca, quam Spiritus Sanctus (agitans se super aquas,) elevat ad sublimia, subdito epigramæ: DVCTVS AD ALTA DVCIT. Mariam accipe Arcam, ex Ambrosio, sicut Spiritum Sanctum appropriate amorem, aquis large sua munera diffundentem, ex Augustino. Hoc cœlesti foyente spiritu, hoc impellente amore, Mariana sursum agitur arca, ut potius ad æthera translata iudices, non ex moriendi necessitate, sed agitante eam divino prorsus amore. Dicat meus Parens, & magister communis Augustinus. *Dono hoc ac-*

tum è cœlo ad terram trahit, vel elevata cum illo triumphet.

(K) Lyr. ad c. 24. Eccl. v. 12. Amadeus loc. cit. & Gueric. August. Vechmanus Sabbatim. Marian. c. 3. Guilielm. Parisiens. q. 19. ad c. 24. Eccl. v. 12. Berch. in diction. D. Bernardin. Sen. ser. 12. art. 1. c. 1. Sept. in Bibl. Max. ad c. Gen. 7. v.

(E) D. Ansel. Cant. Opuscul. de B. Virgine, c. 12. erat. 5. quæ iuxta aliquos est D. Mauritiij Rothomag.

(F) Psalm. 8. v. 2. D. Hier. & Bibl. Syriac. in Max. Lyr. ibidem. Plat. de Pulchr. Virg. August. lib. de Nupt. 1. cap. 3. Maria, pulchritudo cœli.

(G) S. Max. apud Novarin. v. 1. v. 1. lib. 4. c. 15. exc. 54 n. 536.

(I) Ildephons. loc. cit. ser. 1. Gueric. ser. 2. de Assumpt. Psal. 131. v. 8. D. Bernardin. Sen. serm. 1. de Assumpt. Maria, Chris-

(L) Exaltata est aqua. Sept. Sixt. Biblioth. Reg. Cald. Syr. & Arab. & Haye in Bibl. Max. D. Ambros. serm. 80. B. August. de unit. Ecclesiæ, cap. 19. & lib. 13. Confess. c. 10. Maria potius ex amore, quàm ex necessitate obiit, & ad Cœlos exaltata est.

ascendimus, & sursum ferimur, inardescimus, & imus, quoniam sursum inus ad pacem Hierusalē. Spiritus Divini Thronus aqua est, quæ ipsum Maria amore trahentem ad summa tollit, unde ductus ad alta ducit, sicque exaltata arca, Spiritus S. pariter exaltatur, qui antea supervenerat in eam. Sistendus hic noster Amadeus ad Mariam omnia sic flectens. Spiritus Sanctus superveniet in te: superveniet in Affluentia, in plenitudine, & in effusione carnis, & anima: cumque repleverit te, erit adhuc super te, & super aquas tuas feretur factururus in te quidquam melius, & mirabilius, quam cum ferebatur super aquas à principio. Nil poterat dici circa rem opportunius. Spiritus Dei fovebat aquas, supervehebatur, volebat, (M) movebat se.

(M) B. Amadeus de Laud. Virg. Hom. 5. Gen. c. 1. v. 2. D. Basl. Terul. Bibl. Syr. Lippom. Procop. & alij ap. Ioan. la Haye ibi. Psal. 72. v. 24. D. Bernar. Sen. ser. 12. art. 2. c. 2. D. Anselm. in Psal. p. 2. v. 29. Quid dextra manus, & Mariæ cur hæc à Deo tenetur.

(N) Berch. in Red. lib. 2. c. 25. Angl. lib. 5. c. 28. Arist. lib. de iness. Animal. c. 4.

(O) Cælius lecl. Antiq. lib. 4. c. 3. Diodor. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 3. & lib. 2. cap. 19. Plin. lib. 11. c.

Aqua post inundavit, exaltata est, & spiritus illam vivificans. Quid amplius? *Aquæ elevarunt arcam in sublime; ut cum Deo, & ad Deum virginea arca videretur sublimata. Inferamus & alia Verba, utique censet meus Parens D. Bernardinus completa die, quo Maria ad Cælos exaltata est, sunt illa à Regio Vate sic decantata: Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Psal. 72. Fuit hoc completum, quando omnes Cæli cives viderunt Mariam ascendentem. Optime. Discutiamus singula. Dum Virgo ad Deum assumitur à Deo manus dextera virginis tenetur, ut sic Patris sacrata innoscat potentia. Id festive canit Anselmus. Ave mater, ex qua notam fecit Pater manum suam. Manum Mariæ, dum sublevatur, Deus tenet, nec contrahit, sed extendit, quia sic Palma vocatur, & non vno, sed duplici triumpho Maria ad Cælum evehitur. Dextram virginis tenet, qua pacis signum porrigitur, in requie intermorigura sine termino dominaturæ, (N) Per dexteram significatur premium debitum. Inquit Ayguanus. Vel dulcis protectio Dei, ut meus docet Lyra. Hinc manus Dei extenta manique annexa Mariæ depingitur, cum scriptione: NECTVNTVR FOEDERE SACRO. Sic enim Triastenet manum Mariæ, ut hæc assumatur ad initum cum ea fœdus obcundum triumphali adorea, qua ut Cælorum Regina potitur, ad apicem Regni evecta. Eminentiam namque dextera significat, (O) ac honoris symbolum olim iudicabatur, Pactaque complexis fiebant dextris: unde fidem in dextera sacratam instituerunt. Tenuisti ergo manum dexteram meam, Deo Maria, cum assumitur, fatetur: quia Angelorum, hominumque Reginæ*

insigni titulo honoratur, cum ea fidem paciscens eminentiori ipsam esse folio collocandam. Quare Alanus de Insulis Mariæ eloquia promens, (P) habet: *dextera eius, divinitas scilicet amplexetur me, ut divinitatis participem me faciat.* Hinc ad sequentia verba procedamus. *In voluntate tua deduxisti me. Psal. 72. sive, ut Arabica lectio habet. Voluntas tua dirigit me.* Non mea, ictique necessitas moriendi, etenim hæc ex culpa originali ortum habuit, quam non habui. Diem mundo clausi extremum, ut facerem voluntatem tuam, qua erga me raperis ad affectus, ut ad tuos rapiar in celestibus imperijs fruitura. Sed cur à divina voluntate Maria in Cælum deducitur? Num, quia cupiditas res est valde suavis, & delectatio de obiecto possessio, maximum voluntatis est signum? forte sic. *Velut apprehensa manu, in tua benigna voluntate, in tuo beneplacito, factus es mihi Ductor.* Exponit Titelmanus. Secundum voluntatem Maria deducitur: Nam voluntas, à qua velle, (Q) est aliquem complecti amore; est appetitus boni cum ratione, ac voluptate. Pingitur unde Maria Phoenix, veluti ad solem sibi lucis radios extorquentem avolans, & adduntur literæ: DVCOR AMORE. Ad castissimos Mariæ amplexus cœlestis inhiabat sponsus, & igneos sui amoris radios cordi impingens, è mundo voluntate deduxit, ad se traxit, nec passus est mundi strictissimis ergallulis retineri, sed vnicam solis Avem, beneplacito suo imperijs decrevit celestibus spatari. Sic voluntate deducitur, sic amore moritur Maria, Quæ Phœnici comparatur vnicæ avi, nam nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Ait Richardus à Santo Laurentio. Sicque deducitur in Dei voluntate ad Deum Regina Cælorum, quæ languens amore præ magno facie eius videnda desiderio, (loquor cum Ruperto) vix præsentis exilij moras sustinere poterat, quam totam incenderat divinus amor. Addit Sophronius. Atque adeo Virgo præ amoris magnitudine temporalia fastidians, mortua est. Ut quædam Glossa habet. Modo, quod verticuli superest, attendamus. Cum Gloria suscepisti me. Psal. 72. seu, ut alij legunt, *Postea in Gloria suscipies me: Vel glorificationem meam suscipies.* Et ita evenit: nam manum Deus dexteram Mariæ in amoris, & pacis æternum fœdus strinxit amore, & voluntate ad celestē Patriam deduxit, ubi glorificationem suam suscepit, quia in glorificatione Mariæ, ab Angelis glorificandus innotuit. Euthimius auscultetur.

15. Arist. Preblem. 3. c. 12. Lælius lib. 1. decad. (P) Alanus de Insulis, elucida. in Cant. Cantic. c. 2. Psal. 72. v. 24. Arist. lib. 11. de Anima. Et lib. 2. Rethor. Francisc. Tithelm. in Psal. 72. v. 24. Maria moritur, quia Deus vult: nos morimur, quia hoc culpa exigit.

(Q) Theatr. vit. hum. tom. 7. verb. Voluntas. Arist. lib. 1. Rethor. Richard. à S. Laur. lib. 7. de Virg. Rupert. Abb. in c. 5. Cantic. v. 8. Sophron. serm. de Assumpt. Deipare. Glos. in Cant. apud Biblioth. Virgin. tom. 1. pag. mibi 390.

Gloria Mariæ qualis?

(R) Psalm. 72.
v. 24. D. Hier.
& Bibl. Arab.
in max. Eusib.
Genebr. & Ale-
xis. ibi. & in c.
24. Eccl. Lu-
dolph. Carthus.
in Ps. 72. v. 24.

Gyrum coeli
circuit Maria,
quia ad gloriā
assumitur cū
gloria.

tur. (R) *Honoratum mihi in Civitatem tuam introitum donasti.* Post mortem scilicet. Exponit Genebrardus, & Alensis. Luminosus inde statuitur in Cœlo circulus virginea imagine obumbratus, ferens schema: INITIO, FINEQVE CARET. Ad gloriam cum gloria deducitur Maria quia gyrum Cœli circuevit sola; idest (ait meus Alensis) *Christum, qui est gyrum mirabilis continens omnia, quem circuit Beata Virgo.* Circulus finem ignorat, nescit terminum. Mariæ ad Cœlos deductio circulus est, etenim cum gloria deducitur, fuscipitur, collaudatur, vnde *initio, sineque caret.* Id cecinit Ludolphus Carthusianus. *Cum gloria immortalitatis in gloriam tuam deduxisti me.* O Felix ingressus, de gloria in gloriam, de lumine ad lumen, de humilitate ad solium, de solo ad Cœlum! Sic exaltatur Hermon Virgineus, dum in luminosa plenitudine sanctorum est detentio eius.

CAP. XIX.

HERMON, LUMEN EXALTATUM, de Transitu, exaltatione, & coronatione Mariæ alia ex Biblijs, alijsque in lucem profert.

106

(S) Anglie. loc.
cit. c. preced.
Marius de Cal-
las. ibi. Eccl. c.
24. v. 15. Lyra
in Gloss. ibi.

Transitus fœ-
licitissimus Ma-
riæ proponi-
turyac Histo-
rico, & mora-
li sensu expli-
catur.

Accepimus ex Anglico, Hermon lumen exaltatum interpretari: (S) vel ut Marius docet, *consecratum Deo*; quod iuxta mysticum sensum aptatur Mariæ, quia verbum in eius excrefcens Vtero in rationalem spicam, ut *in Civitate sanctificata similiter requievit*, Eccl. cap. 24. Idest, *ad divinum cultum electa fuit per specialem habitationem.* Docet Lyra. Sed iam ordinata serie perpendamus exaltationem fœlicitissimi transitus Mariæ. Tempore enim mortis adveniente, sibi que à Gabriele Archangelo in Domilio Montis Syon nunciato, æstuans cor intensiori amoris incendio, ei dulcissima adhibuit fomenta, non subtraxit: Et Æthneum cor non sustinens in se charitatis ardorem occludi, externis divini affectus iaculis intima sponsi petebat, corporeo ex carcere in eius cupiens cor emergi. Sic amoris frenare impetus non valebat, eiusque nec erat motuum arbitra, quos sedare divino absque imperio impossibile iudicabat. Ideo in Canticis hoc dulcissimo agrotans deliquio, sodales ad suam solandum ægitudinem sic advocat. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Cant. cap. 2. *Amore langueo*, (T) idest (notat Alanus

Insulensis) *ætæna vitæ desiderio.* Hic Mariæ languor, hæc ægrotudo, qua sola in imis fauciatur, nec valetudinem sine æterna sponsi fruitione consequetur. *Tanta etenim est dilectionis Christi vis, ut sponsa sua vehementer amanti languorem inducat.* Ideoque cum Davide canebat; *defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & Pars mea Deus, in æternum.* Psal. 72. Idest, *defecit in consideratione bonitatis tuæ anima, & corpus, quia tu es anima mea creator, & adimplens desiderium meum.* Exponit Celeberrimus Lyranus. Sic Maria iacens florido in lectulo pingitur, oculorum acie ad Cœlos intenta, cum scriptione: *ASPECTVS SANAT AMORIS.* Hæc enim indita amoris natura est, quod si cogitur, magis solet intendi: ut docet Menander. Sic Mariæ evenit, quæ sui dilecti dum ad proximos advocabatur amplexus, voti exæstans fomento, maiori ferebatur impetu ad suum finem; finem suum cito consequutura, & dum corporis detinebatur ergastulo, sacratissimæ charitatis (qua ardebat) incendio, tota in Deum agebatur, quem sui etiam iaculo pepigerat amoris. *Christus enim* (ex Hug. Viêt. & Damiano) *instar Charadrij est*, cuius aspectus medelam affert infirmo. (V) Languet ergo Maria, corde cœlestis sauciata filtro cupidinis. *Quia alij martyres passi sunt propter fidem, Maria passa est propter charitatem*: Inquit Pius Daniel Agricola. Dum ergo sic amore languida tenetur, solo amoris aspectu sanatur. Vnde nec repetere veremur Arnoldi Carnotensis dictum: *vna est Maria, & Christi charitas, vnus Spiritus.* Languet Deipara tempore sui transitus imminente, etenim *vbi maximus*, (X) *& honestissimus est amor, aliquando præstat morte, quam vita distrabi.* Sed ad Textum iterum revertamur. *Fulcite me floribus.* Cant. c. 2. vbi legunt alij: *Corroborate me.* (Y) Plus amatur quod non videtur, & avide illud quæritur, ut fruatur: dum tamen sic amati amans orbatur aspectu, periucundus rubor abest, pallet aspectus, extenuatur robur ex cordis deliquio animum occupante. Ideo Maria dicit, *corroborate me: Idest cor roborate*, quia deficit præ amore. Sic enim in primis morbum ex vehementi amore nasci compertum est, ut de Amnon, & Seleuci Regis filio tradidit. Mariæ anima ex amati mulcescebat desiderio filij, quem ardentissime cupiebat, & fere sui oblita in eum penitus ferebatur, sicque inquieto tenta amoris morbo, liquefactum cor corroborare petit: *Amor enim est ardor animi in proprio corpore mor-*

in Cant. Cantic.
elweid. c. 2. v. 5.
Alphosius Oro-
cus Encom. Virg
ex Cant. Cantic.
ex cap. 5. Lyra
in Gloss. ad Ps.
72. vers. 26.
V. M. Maria de
Agreda, Missic.
Civ. 3. p. lib. 8.
c. 18. Menäder
apud Stob.

(V) Hugo Viêt.
l. 1. de Best. c. 48
D. Petr. Dam.
lib. 1. Epist. 18.
D. Ambr. in Ps.
118. O. 7. 10.
Anglic. lib. 1. 24.
c. 22. Daniel.
Agric. in Coron.
2. Stella 10.
Arn. Carnot.
tract. de laud.
Mariæ.

Charadrij sin-
gularis virtus
& natura.

(X) Maxim.
lib. 4. Mariæ
languor ab amo-
re intensissimo
processit.

(Y) Bibl. Max.
ad c. 2. Cât. v. 5
Haye in conc.
ibi. Cœlius lib.
16. c. 15. lect.
Antiq. Reg. c. 2.
v. 13. Plut. in
demetr. Valer.
Max. lib. 5. c. 7
Plat. de amore.
Alensis, & Ha-
ye, ad cap. 2.
Cant. vers. 5.
Plinat. Hist. lib.
11. c. 37. Thea-
tr. vit. Hum. t.
2. verb. Cor.

Daniel Agric.
Cor. 8. Stella 3
D. Hier. ad vñf

mortui, in alio viventis. Ait Plato. Sic Maria in sponsum hians exarsit, & quasi corporeis viribus destituta, à fodalibus corroborari, seu cor roborari enixe petit. *Corroborate me.* Audiatur Alensis: *Amore langueo; idest pro amore eius poenas carnis sustineo.* Additque celeberrimus Parisiensis Haye: *Fulcimenti loco aliquid deliciarum amatoriarum petit adhiberi, aptum arcendis animi deliquijs.* Adde his cor Virginis apertum, quod (iuxta Anathomicos) ossibus gladij formam habentibus custoditur, & lancea per medium depinge transfixum, cum Gnoma: **VULNUS, OPEMQUE GERIT.** Et sane Dei amor Achillis hastæ comparatur, quæ vna simul vulnera, & sanitatem foelicissimam proliciebat; siquidem ipse vulnerat, & medetur. Job. cap. 5. Sic amor utrumque in corde petivit, & amoris solo pharmaco utrique opem tulit. Scite meus Daniel Agricola: *vulnerasti cor meum vulnere charitatis, & me ad amorem tuum delectabiliter attraxisti, ut te profunde diligerem de corde meo.* Vnde dixit Hieronymus: *Amor amore superatur.* Divinus namque cum infinitus sit, creaturæ nimio excedit amorem, atque adeo, & Mariam in deliquium venire facit, & ei pariter affert medicamentum, ac vulnus, opemque gerit. Alia perpendantur.

107 *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Cant. cap. 2. In quo significatur magnitudo amoris sponse, cuius vim ferre non valens, liquatur animo. Scribit Menochius. (Z) Sed cur de Malis potius, quam de alijs fructibus, ut amoris incendia temperet, reminiscitur? *Malus*, arbor est pomifera, (A) magna, umbrosa frondium densitate, ac sub ea habitantibus iucunda, amoris Symbolum, quatenus sub ea lusitabant amantes, eiusque fructibus non solum se mutuo petebant, ex illo Poetæ, *malo me Galatea petit*: imò illius in corticibus nomina inscribere solebant amantes; quare & *Malus*, & *Malum* cordis figuram proferens fructus, potissimum erat amoris Symbolum. *Stipate ergo me malis*, quia amore langueo: clamat Maria. Etenim Christus (quem toto prosequabar amore) *est sicut malus inter ligna silvarum, cuius iucundus, & dulcis amor est*, & in quo suos transcripsit amores; ideoque stipari hoc Malo petit, dum in ipso amore fundari cupit, vel potius cadere in amatum, ut in penetratione, vna cum ipso putetur. Ait Almeriensis Antistes. Id ipsum, & ipsa Sponsa confirmat, dum sic alloquitur: *Introduxit me in cellam vinariam, ordina-*

vit in me charitatem. Cant. cap. 2. Sui amoris exstuant cum Rege Sponso communicat affectus, eos impatiens indicans filiabus Syonitidis: (B) silentio enim eos obtegere haud valebat, quibus non tantum intima, sed, & externa cremabantur, ut nihil exstluandum amoris superesset incendio. Adverte, vbi Maria introducta fuerit, quidve in eam Sponsus ordinaverit. *In cellam vinariam* introducit, nempe in arcanam aternitatis contemplationem, docet Gregorius, & alij: vbi mentis excessu à divinis delitijs absorbetur, dum *per cellam vinariam cumulus voluptatum omnium designatur*: Imò, iuxta Alensem, *supernorum cognitio gaudiorum*, quam Mariæ adhuc in terris degenti suus sic Filius communicavit, (C) ut etiam mirabili gloriæ refulgentia appareret circumfusa, maximè dum eius corpus sacramentaliter fumeret in Eucharistia. Nec satis: Christus enim personaliter ad ipsam cito migraturam descendens, eam benedictionibus dulcedinis adimplevit. Insuper, & tota Trinitas abstractiva visione videndam se Mariæ tunc animæ obiecit, atque *in cellam vinariam cœlestium consolationum introductam*, inenarrabilibus fecit gaudijs potiri, quantum viatrici possibile est creaturæ. Ideo lectio Arabica habet: *Introduxit me in conclave suum secretius.* Sistatur tandem Alensis: *Introduxit me in cellam vinariam, idest in cœlestis regni affluentiam.* Quæ proculdubio sine Dei intuitu, & fructione, nil boni esset, ob absentiam summi boni. Ibi ergo introducta Maria vinumque bibens *Charitatis*, (D) & amoris, æstuat magis, ardetque desiderio intensiori vltimi finis. Quid autem in Mariam Deus ordinet, Charitas ipsa est. *Ordinavit in me Charitatem.* Cant. cap. 2. *In sola Virgine (ex creaturis) fuit Charitas ordinata, quæ dilexit Christum ex toto corde, quia sine intellectus errore; ex tota anima, idest voluntate sine corpore.* Charitatem autem in eam ordinavit, quia sola charitate, & amore petita cecidit. Ordinatur in Mariam Charitas, (E) non enim minor febris est amoris, quam calor: scripsit Ambrosius: vnde vulnerata obiit charitate, non alia ægritudine: cum enim Deus charitas sit, Mariam in se absumsit: & ferventissimo cordis ictu transfixa in ipsum abivit sine fine regnatura. *Est enim consequuta vitæ finem partui non absimilem*: vnde sine dolore peperit, & sine ægritudine, sola charitate lauciata discessit; quia Deus (ait ipsa) *ordinavit in me Charitatem, sive amorem contra me, tamquam exercitum vexillatum*, ut ex Syriaca lectio-

(B) Haye in
Bibl. Max. Cœc.
ad c. 2. v. 4.
D. Greg. Cassiod.
D. Bernard. &
Haymo apud
Cornel. à Lap.
ibi. Giffert. ibid.

(C) Alensis in
Cantic. V. Ma-
dre Maria de
Agreda, in
Mist. Civ. p. 3.
c. 18. n. 720. &
723. Bib. Arab.
ad c. 1. Cant.
v. 3. in Bibl.
Max.
Maria in ter-
ris agens, glo-
riosa fuit.

(D) D. Bern.
ser. 23. Guiliel.
& Alens. in
Cant. Alanus
de Insulis, ibi.
Maria, solo
amore defec-
cit.

(E) D. Ambr.
lib. 4. in Luc. c.
4. Andreas
Cretens. Bibl.
Syriac. apud
Cornel. à Lap.
in Cant. c. 2. v.
4. n. 6. Alensis
in Gloss. ad c. 2.
Cant. vers. 4.
Tirin. in Bibl.
Max. ibid.
Charitas Chri-
sti, & Mariæ
vna.

(Z) Menoch. in
Bibl. Max. ad
c. 2. Cant. v. 5.
Malus arbor,
& malus fructus:
quid?
(A) Anglic. lib.
17. cap. 97.
Theocrit. in epi-
thal. Helen.
Suidas. Virgil.
in Eglog. Pier.
Val. lib. 4. 5. Al-
meriens. Acad.
29. sect. 6. n. 96
Lyra, Menoch.
& Tirin. in c.
2. Cant. v. 5.

Maria, amo-
ris vulnus, cu-
rari poscit
amore.

ne plures referunt. Cum enim mors in homines irruerit ob culpam, non habuit vnde irrueret in Mariam: Quapropter Deus contra eam ordinavit Charitatem, seu Sponsi vexillum super eam dilectio, ut pateret devictam charitate fuisse Virgineam illam arcem, in qua expressum enitebat dilectionis vexillum. Scit Alensis. *Ordinavit in me charitatem, idest erga me, ut mihi prius suam exhiberet, & postea meam exigeret.* Sicque charitatem in Mariam Deus ordinavit (ait Tirinus) *ut Mariam sibi subijceret, omniaque sua in se raperet, & transferret.* Vnde ut huius mutui amoris Christi, & Mariæ pateat magis ordo, ponere sit binos *Adamantes*, mutua incalcescentes attritione; qua comperitum est sæpe, (F) ita aglutinari, ut alter ab altero nequeat faciliter divelli; & adhibe Gnomam. **IVNGIMVR ATTRITV.** Adamus à Græcis. *Vis indomita vocatur, & gemma amoris.* Quod Mariæ aptissimè congruit, quam mors vnde domare posset, non invenit; sicque Christi sola charitate, & iaculo attrita amoris, amore perit, in ipsius Spiritum mystice agglutinata, ex quo se mutua incessanter charitate petebant. Hæc promat Arnoldus Carnorensis, *Vna est Maria, & Christi caro, unus Spiritus, una charitas.* Quapropter hæ amoris gemmæ, intimoque vicissim amore cessæ dicere contendunt, *Iungimur attritu.*

108 Nec à præscripto discedamus argumento. Halat Maria Spiritum medicata ab amore, non aliundè sagitta. Inter mortis genera nobilius nullum amore, qui teneriter fauciat, delitiose necat, dum vitam agere impellit. Sola columba Oleæ furculum ad Noeticam detulit arcem, fedatæ indicem tempestatis: *Venit portans ramum olivæ virentibus folijs in ore suo.* Gen. c. 8. Pulchra oleæ pro Maria commendatio, *quæ est quasi oliva speciosa in campis.* Eccl. c. 24. sicut columba Spiritus Sancti typus, (G) *qui est amor productus*, ut Theologorum asserit Princeps. Modo singula perpendantur. Virentibus folijs transfertur oliva ad arcem; hæc etenim feretri habuisse figuram passim à Pluribus traditum est: quapropter Maria quæ oliva est campi, modo quo viruit, transfertur ad feretrum: quæ quia vitam hic agens (ait meus Parens, & Doctor D. Bonaventura) *tota amore divino ardens fuit, omnes se amantes incendebat, sibi que assimilabat.* Ideo sic defertur ad tumulum amore virens, & charitatis spiculo iaculata, ut non alio quam dilectionis tennerrimo languore censeretur obijisse. His

depictum adde supra bustum oleæ virentis ramum, cum scripto: **ME NVTRIT VNVS AMOR.** Sic enim ipsa Ruperti ore ad sponsum loquitur: *Dilecte mi, nullum tibi est absconditum cor, nullius occultus amor, tu scis quia amore langueo. Quorsum ergo tendit, vel quid efficit hæc adiuratio? eo nimirum ut percussa percussat, vulnerata vulneret.* En quomodo vitali huius cœlestis oleæ radici conglutinatur amor, ut ipsam nutriat, & amoris impetu etiam vivens, ac charitate frondescens ad sepulchri arcem agatur, ipsa dicente: *Me nutrit unus amor.* Nam B. Angelus del Pas scribit, *Beata Virgo unicum habet filium, in quo totus suus amor unitur.* Omnes amores (ait Anselmus) *excedit.* Sed amplius inquiramus, cur ore columbæ, non Aquilæ, Turturis, alteriusve avis arcæ fetetro oliva tumulanda defertur? Pauca adducam, non ingrata tamen. Ore columbæ oliva Mariana defertur ad *vesperam* mortis, ut Plures habent: siquidem non manu, sed rostro arripitur, oreque portatur: quia (H) *Os, quasi ostium dicitur, animæ nuncius, quo refunditur spiritus vitalis*, ait omniscius Anglicus. Ergo oliva virginea ab ore Spiritus spiritu vitæ donanda ad tumulum ducitur; ut ibi virentibus folijs chatitatis pinguescat, & ipsa per ipsam domus mortis, domicilium sistatur & vitæ. Arridet his D. Germani apophthegma, virgini sic alloquentis: *Faceßat in te sepulchrum, quando inexplicabilis sublimitatis divinum facta es sacramentum.* Noetica quapropter spectanda sese columba offert *portans ramum olivæ virentibus folijs in ore suo*, lemmate adiuncto: **SPIRITVS INTVS ALIT.** Hæc enim oliva speciosa Maria Spiritu vitæ à suo conceptu usque modo obumbrata, ab eius hausit ore vitam; *Quia Maria* (canit Richardus) *pieturata omni speciositate virtutum, irrigatur à Spiritu Sancto, qui est fons aquæ vitæ.* Nulla defecit huic olivæ gratia, nulla cœlestium pulchritudo charismatum: etiam in mortis fovea vitam non amisit, quam vitæ spiritus intus alit. Tandem cum columba Spiritum Sanctum præfigeret, soli huic educenda sacra illa committitur oliva. *Venit portans* (I) *ad vesperam, ramum olivæ.* Gen. c. 8. Nec sine mysterio id factum esse putemus, quia cum per columbam Spiritus Sanctus designetur, ut habet Philo Carpathius, & ipse divinus Spiritus Amor sit appropriata, ex Subtili Præceptore; nulli alteri nisi amori, quo ardebat divino, divina committi oportebat olea, ut in feretrum reportaretur, quasi quod transitus hic non

Masius, & alij. D. Bon. tom. ser. 1. de Virgin. Rupert. lib. 5. in Cantic. B. Angel. del Pas. D. Ansel. Cantuar. de Am. r. Virg. ad Fil. c. 4. Maria, non moriens Moritur, quia reviviscit in morte.

(H) Plures in Bibl. Max. c. 8. Gen. v. 11. Laur. tom. 2. Allegor. Berch. in distion. Anglic. lib. 5. c. 15. D. German. Constantinop. serm. de dormit. Marie. Richard. à S. Laur. lib. 8. de Laud. Virg.

(I) Gen. c. 8. v. 11. D. Ambrosii lib. de Noe, & Arca. c. 19. & alij cit. apud Bibl. Maxim. Philo Carpat. in cap. 6. Cantic. Doctor. Subt.

(F) Picinell. Mund. Sym. lib. 12. c. 2. n. 33. Bodin. lib. 2. Teatr. nat. Ionsponus clas. 4. Thaum. nat. c. 20. de Fossibilibus. Anglie. lib. 16. cap. 9. Arnold. Carnorens. Tract. de Laud. Marie. Mors Mariæ qualis?

(G) Gen. c. 8. v. 11. Eccl. c. 24. Subr. Doct. lib. 1. d. 10. g. unic. n. 2. Lyra in Gloss. ad c. Isai. 11. v. 2. & in cap. 16. Ioan. v. 33. D. Ambr. lib. de Noe, & Arca. Arias Mont. de Antiquit. Sacr. Script. Philo. Hebr.

subt. cit. Angel. à monte Pilofo, tom. 3. p. 4. d. 84. art. 2. n. 5. Dion. Carthus. lib. 4. de laud. Virg. a. 3. Metaph. orat. 3. de vita Deip. Guerric. ser. 2. de Assumpt. D. August. de Civit. Dei, lib. 11. c. 28.

alteri attribueretur, quam amor: *Qui Regina ne inertes in pharetra reliquisset sagittas, in sacrum Reginae pectus contorsit, forteque foelici erogavit.* Inquit cum plurimis Antistes Almeriensis, Oliva vnde Baccis, gemmisque onusta supra tumulum ponitur, cum lemmate: **PONDERE CÆSA IACET.** *Sic ut enim corpus pondere, sic animus amore fertur quocumque fertur.* Inquit meus Parens, & Magister Augustinus. Ex quo Spiritus Sanctus (Qui amor est) supervenit in Mariam, hoc grava pondere fuit, illo cecidit, illo vitam finivit, sicque hoc sacro *pondere cæssa iacet.*

109 Accedunt etiam, & his quæ retulimus, illa à David Spiritu prophetico prolata verba, quæ de dormitione Deipare, eiusque obitu sacro (K) exponuntur à nostro Paduano Thaumaturgo, *Misit de summo, & accepit me.* Psal. 17. idest, *Deus misit de summo, utpote de cælo.* Ait Lyranus. Misit Pater filium, qui etiam corporea Virginem visitatione in extremis vitæ motibus glorificavit, ut cum pluribus scriptum reliquimus, quibus, & noster subscribit Alensis: *Deus Pater filium de se summo misit.* Pater enim non dicitur missus: vnde in divinis sunt duæ Personæ mittentes, scilicet Pater, & filius: & dux tantum missæ, scilicet Filius, & Spiritus Sanctus. Docet Theologorum Phoenix, meus Subtilis Magister. Mittitur filius è Cælo, & Patre summo, ut Matrem comitetur euntem, in hoc gloriosorem sua eius faciens ascensionem. Filius ergo mittitur, ut Maria in gloriæ Regnis recipiatur. Sed vide ut etiam tertia mittatur ad Mariam Persona: *Misit de summo Spiritum Sanctum,* refert Jorgius; & *accepit me sponsam sibi.* Addit Ayguanus. Non patitur divinus spiritus, euntem ad divinitatis thronum, Mariam non accipere: eam accepit sponsam sibi amore defectam, & exhalantem in amoris manibus animam. Hinc manum (qua divinus præfiguratur spiritus) ex alto colligentem sit pingere venustum utique cum lemmate florem: **QVÆ COLVIT, TRANSFERRE IVVAT.** (L) Maria enim (teste meo Augustino) *Flos est campi, de quo ortum est pretiosam lilium convallium.* Hunc Spiritus Sanctus coluit, seminavit, & ad Beatitudinis coronam protinus exornandam, & accepit, & assumpsit; sicque virginem florem, in cælos manus, *quæ coluit, transferre iuvat.* Occubuit non materiali gladio, sed amoris ferro: vnde Damascenus Mariæ mortem *vitali è vita appellat excessum.* Phœnicis

enim instar Charitatis cremata rogo, non cadit; ab amore accipitur, & sic in cœlestem beatitudinem perennatura transfertur. Ipsa hoc cecinit: *Quasi Palma exaltata sum in Cades.* Eccl. c. 24. vrbs erat Cades in deserto *sin* in finibus Idumeorum, & interpretatur *sanctitas*, vel *translatio*, & aptissime Mariam in suo transitu, & exaltatione commendat: dum à sanctitate vitæ transfertur ad plenitudinem sanctitatis gloriæ, non passâ necis corporeæ violentiam, sed quæ dulciter ob amorem defecisse prædicatur. Legunt autem alij sic: *Quasi Palma exaltata sum in Engaddi.* Ad maris mortui littora sistitur Engaddi, ibique Maria quasi Palma exaltatur, Parcæ immitem non experta falcem; etenim alij ad mortis littora devenientes cadunt, & strangulantur, Maria sola experitur triumphalem exaltationem, ubi ceteri mortalium ærumnosum auspicantur finem. Adde, quod Engaddi interpretatur *oculus agni, vel foelicitatis.* (M) Maria autem, quæ à Deo ut pupilla sui oculi custoditur, dum suos claudit, foelicitè in Dei oculis exaltatur, nec in dormitione amitens lumen, nec amoris (quo æstuat) dimittens ardorem. *Virgo* siquidem, & *pupilla* cognitionem ineunt, præferunt nexum. Alia meditemur. Maria *quasi Palma* exaltatur, quæ sempiternæ Arbor est pulchritudinis, & *Phoenix* vocatur ab Hebræis, & Græcis, sicque reciproco, & nomine, & omine utraque gaudet. Inde cur Deipara in sui transitu exaltatione, qua ut palma perennatura ad cælos usque protenditur, Phœnicis instar exaltatur? Pennatorum, (nempe Phœnicum) natura est præferre titulum quo cremantur ardoris: Vnde à Claudiano Phœnix *solis* vocitatur *avis*; vivens enim magni Polorum luminaris amore æstuat, & irreverberato eum sequitur motu, eiusque ebibens lumina inardescit prorsus, intus spiritu ex eius aspectu effervescente. Moriens autem inter Cinnamomi, ac Balsami odoramenta à solis crematur igne: nec cadit, sed flammescendo nitidior reviviscit. Id profert noster Amadeus Virgini sic alloquens: *Tu, ô Maria divinis ignita colloquijs, tota effecta es velut ignis. O Phœnix congregans omnes species, & igne circumfusa supersubstantiali, ut cælum cælorum, & Cæli potestates Angelicas mirifico repleas suavitatis odore. Hæc utique* (subdit D. Zeno) *Phœnix est, quæ post monumentum festo exultat in tumultu, hæresque rediens ab ardore, quo interiit rediviva* (N) *sumit fomenta, quibus surgat. Audi Nazianzenum sic metro lepide alloquentem:*

Hebrai. Bibl. Complut. ad Max. ad c. 24. Eccl. v. 18. Damascen. de dorm. Deip. Maria non è vita aufertur, sed transfertur ad vitam.

(K) Psal. 17. v. 17. D. Ant. Pad. in Concord. Sac. Scrip. pro Fessiu. B. Maria. Vener. Mater Maria ab Agreda, 10. 3. Civit. Myst. loc. cit. & Almeriens. Psal. 17. v. 17. Lyr. & Alens. in Gloss. Subt. Doctor. lib. 1. D. 15. quæst. unic. num. 4. Jorgius in Ps. 17. Ayguanus ibidem. Maria amoris planta, feges amoris.

(L) Lauret. Cervar. Alleg. tom. 2. verb. Manus. D. August. de sanct. ser. 18. Ambr. Tarsin. confid. 3. concl. 2. Eccl. cap. 34. v. 28. Mar. de Calaf. tom. 4. Conc.

(M) Mar. de Calaf. loc. cit. Beda, D. Isid. Lauret. Haye, & alij. Novar. vmb. virg. lib. 4. c. 10. exc. 1. n. 80. Anglic. lib. 17. c. 115. Haye in conc. ad c. 29. 10b. v. 18. Menoch. Rabb. Salom. Bibl. Chald. & alij in Bibl. Max. Claud. de Phœn. Beat. Amadeus Homil. de laud. Mariæ. Maria, Phœnix ardens amore, ac eodem moriens.

(N) Almeriens. loc. ante cit.

cit. D. Gregor.
Nazianz. ser. 3.
ad. virg.
S. Zeno. ser. de
Resur. Richard
de S. Laur. lib.
7. de Laud. Vir-
gin.
S. Clemēt. Rom.
I. Const. Apost.
c. 6. D. Bon. in
spec. c. 14. virg.
apud Philip. Pi-
cin. in Mund.
symbol. l. 4. c.
56. n. 592.
Paul. Barryus,
p. 2. Anni Ma-
rian. c. 5.
Maria, divino
amore faucia-
ta vixit, &
amore inte-
rijs.

*Vt Phœnix moriens primos reviviscit ad
ortus,
In medijs annis post plurima lustra renas-
cens,
Atque novum veteri surgit de corpore
corpus;
Haud secus egregia redduntur morte pe-
rennes,
Dum pia divinis ardescunt pectora flam-
mis.*

Inde Phœnicem intra ramusculos arden-
tem odoratos pingere fit, gnoma ibi addita:
**MORITUR, QUO VIXERAT IG-
NE.** Nullis enim sibi obvijs egræ naturæ
qualitatibus Maria obiit, sed amore, quo
vivens ardebat, interijt: dum excitato
intensius igne divini spiritus, velut amoris
impatiens spiritum egit, animam Charita-
tis percusa cultro exhalavit. Vnde Didonis
illud Reginæ hic aptius Mariæ decantan-
dum obijcitur.

*Ille meos primus qui me sibi iungit amo-
res,
Abstulit; ille habeat secum, servetque se-
pulchro.*

Sic Phœnicis Maria emulata naturam, *mo-
ritur, quo vixerat igne: Non enim* (tendit
D. Parens Bonaventura) *Quis dubitare
potest omnino in Charitatis affectionem
transisse viscera Mariæ.* Hoc amore Ma-
ria conficiebatur, postque quatuordecim
peracta amoris lustra, in dies ferventissimè
acrescentis, se intra corporis non valens
limites contineri, necessum fuit vi dilectio-
nis ad suum dilectionis ultimum finem
avolare. Sic Jesuitica gravis, & elegans
subscripsit penna. Hæc Mariæ Assumptio,
Hic interitus, Hæc exaltatio.

110 Perscrutari liceat huiusce vitalis
Mariæ dormitionis vltiora elogia. Le-
gem de Adamitica nece subiit, quæ à pri-
mo creationis exordio huic ex gratia non
erat subdita legi. Sed moritur non lege
postulante, sed amore impellente. Hoc ut
probem illud iterum Davidis vrget, de
transitu Mariæ (O) à meo D. Paduano
Antonio explicatum: Sic enim habet
Psal. 72. *Tenuisti manum dexteram meam,
& in voluntate tua deduxisti me, & cum
gloria suscepisti me.* Vbi meditanda sedulo
occurrit lectio Chaldaica sic habens:
*Postquam compleveris gloriam, quam di-
xisti venturam super me, accipies me.* Glori-
æ complementum non in via, sed in Pa-
tria pensanda est, quæ in amore, & frui-
tione Dei potius consistit, ex Magistro
omnium Augustino, & Subtili Præcepto-
re meo. Maria autem non à Deo accipi-
tur, & in cœlos assumitur antequam Deus
suam in ea gloriam compleat, amorem

amore librans, sibi que fruendum ante
dormitionem præsentans, ut sic amor
quo deficit, quietetur, & iam in incepta
vltimi finis fructiva possessione quiescat.
Sic Nato alloquentem Deiparam Damas-
cenus describit: *Tu me ad te transfer, ad
te enim propero.* Additque Amadeus: *Fir-
miter tenendum est Christum Dominum
matri suæ apparuisse, & tunc Maria di-
xit, cor meum, & caro mea exultaverunt
in Deum vivum: Quia Christus Dominus
modo naturali, & visibili descendit.* Sic in
Maria compensatur amor viæ cum amore
Patriæ, initiative tamen. Auscultemur
eius ante prolata verba: *Tenuisti manum
dexteram.* Ad quid tenuit? *Ad educendum
me de sæculo.* Respondet Alensis. Con-
fecta siquidem amoris ietibus Maria, in
dulcissima cordis deliquia agebatur, dum
non minorem censuit Ambrosius febrem
esse Charitatis, quam ardoris: vnde (scri-
bit noster Titelmanus) matris instar Deus
manum Mariæ apprehendit, ne cadat
amoris iaculo sauciata, quam ad oscula
invitat vltiora. Binam depinge manum
se mutuo fringentem, cui adde epigra-
phen: **ET TRAHIT, ET STRIN-
GIT.** Vtique manum dexteram Mariæ
sua Deus tenet, quia æternæ vitæ in manu
eius delicias, dum stringit (inquit Car-
thusianus) recondit, eamque sic ad se, ut
eo complete fruatur, trahit. (P) Rime-
mur literæ subsequenter mysterium: *In
voluntate tua deduxisti me.* Ait Maria. *Vo-
luntas tua diriget me,* habet versio Ara-
bica. Id est, *deduxisti me secundum volun-
tatem tuam, non violentia.* Explicat irre-
fragabilis Doctor. Vtpote, *quia mors
Mariæ fuit pretiosissima.* Ut meus docet
Parens Augustinus. *Mortalitatem autem,
& moriendi necessitatem, transfuderunt
primi Parentes, (docet Sapiens Idiotæ) quia
peccaverunt, sicut immortalitatem transfu-
dissent, si non peccassent.* Maria ab hac ne-
cessitate eximitur, quia in voluntate, sive
beneplacito deducitur; non violentia, nec
coactione naturæ: etenim quod alijs è
vita deducendis est lex necessitatis, in Ma-
ria est voluntas, principium vti que pro-
ductivum amoris. Adhuc Bibl. Chald. Sy-
riaca, & Sept. habent: *In consilio tuo de-
duxisti me.* Psal. 72. Consilium ab impe-
rio discriminatur, quia hoc faciendum,
aut omitendum præscripto præcipit: Illud
blande suadet, non stringit. Præceptum
Adæ fuit impositum, ne de vetito ederet
ligno, mortis ut non incurreret necessita-
tem. Comedit, & necessitatem moriendi
incurrit inevitabilem. (Q) Maria non sic
è vita deducitur, sed ut ad sponsum ac-

Virg. Meta-
phrast. Amad.
Rap. 8. circa si-
ne. Alens. in Ps.
72. v. 24. D.
Ambr. cit.
Mariæ manus
teneretur, ne
amore ietia in
sepulchrum
cadat.

(P) Ludolph.
Carthus. in Ps.
72. v. 24. Arab.
ibid. D. Aug.
Hom. 4. quæ est
ser. 53. de San-
ctis. Idiotæ de
contempl. mor-
tis, l. 5. Bibl.
Chald. Syr. Gre-
gor. & Sept. cit.
Ioann. la Haye
in Bibl. Max.
Maria è vita
deducitur vi
amoris, non
necessitatis.

(Q) Lyra in
Gloss. ad c. 2.

(O) D. Ant. Pa-
dua in Conc.
fac. script. Pro
Festiv. Mariæ,
Psal. 72. v. 24.
Bibl. Chald. in
Max. ibi. D.
Aug. de Doct.
Christi. l. 1. c. 6.
Subtilis Doct. l.
4. d. 49. q. 5.
art. 1. n. 2. &
seq. Vener. Ma-
ter Mariæ de
Aged. in Mist.
Civ. p. 3. d. 8. c.
18. n. 120. Da-
mas. de Dorm.

Gen. v. 17. Ha-
ye, D. Ant. Pad.
Alens. Menoch.
Estius, Tiri-
nus, & alij in
Cant. 4. Lā-
dolph. Chart. in
Pl. 72. & v. 24.
D. Hier. tom. 9.
epist. 10. Alens.
in Glof. ad c. 3.
Cant. v. 6.
Maria, Holo-
caustū amo-
ris, ad cœlum
ut ad cœtrum
ascendit.

(R) Hailgrin.
apud Vivienū
in Tertul. Præ-
dic. tom. 4. Ma-
rian. Festiv.
Cant. 7. D. Tho.
à Villanov. ser.
de B. Maria
Magdalena. Ti-
rinus in Bibl.
Max. ad c. 3.
Cant. v. 6.

cedat, suadetur: *Veni coronaberis*. Seu
transibis ab hac vita misera ad felicem.
Inquit la Haye, ad Cant. 4. *Veni dicitur,*
ad maiorem excitationem: *Quia hoc iti-*
nere confecto Beata erit, & victrici corona
caput cinget. Subdit Menochius. Quare
concludit versiculus: *Cum Gloria suscepisti*
me. Psal. 72. Scilicet, *cum Gloria immor-*
talitatis. Declarat Cartusianus. Adnec-
tantur his, quæ de Mariæ gloriosa dor-
mitione habentur Cant. c. 3. *Quæ est ista,*
quæ ascendit per desertum, sicut virgula
fumi. Sept. legunt *de deserto*, & Mariæ
adaptantur hæc verba in sua Assumptione
à D. Hieronymo, (vel à quolibet illius
epistolæ Auctore) sic dicente: *Ascendebat*
Dei genitrix de deserto præsentis sæculi,
virga de radice Iesè olim exorta, sed mira-
bantur electorum animæ præ gaudio que-
nam esset, quæ etiam meritorum virtuti-
bus Angelorum vinceret dignitatem. Sic
etiam Alensis literam applicat, dicens: *As-*
cendit per desertum, id est de mundo ad Cœ-
lum. Quæ est ista? id est quanta laude, &
admiratione digna! Sed quare ut fumi vir-
gula in altum tollitur? Hailgrinus respon-
det: *sicut virgula fumi, (R) quia fumus agi-*
lis ex calore ignis nascitur, & in sublime
evehitur, humano se substrabit aspectui. En
verum Mariæ mortis specimen, cuius spiri-
tus ex divini amoris igne procedens, sur-
sum fertur, quia inquietum cor manet
donec apud Deum in alto commoretur.
Iterum Hieronymus adit hæc scribens: *Bene*
Maria ascendit quasi virgula fumi,
quia divinis extenuata disciplinis, & con-
cremata intus in holocaustum incendio pi-
amoris, & desiderio charitatis. Ignea igitur
virgula splendescens, in altumque se
tollens pingitur, cum inscriptione: **CAR-**
CERIS IMPATIENS. Ignis enim si-
cut feris coarctari recusat, *sic amor, qui*
ignis est, (iuxta Augustinianum Valenti-
num Abtistitem) abscondi non valet, ac
intra pectoris angustias difficillime con-
cluditur, quin erumpat. Id ipsum in Ma-
ria evenit: namque crebris amoris ictibus
agitata, *ascendit velocissimo, & rectissi-*
mo filo ad Cœlum, ad thronum, ad sinum
eterni Patris, sicut virgula fumi. Inquit
Tirinus. Nunc ad virgæ Iesè ascensum de-
flectamur, de qua sic vates Evangelicus
loquitur: *Egredietur virga de radice Iesè,*
& flos de radice eius ascendet. Isaia c. 11.
virga hæc proculdubio Maria est, ut habet
interpretum Princeps Lyranus, & Rab-
bini omnes, ac commentatores cum illo:
sicut etiam flos ascendens, (S) Christus
est Mariæ filius. Aliqui habent, *egredietur*
planta custodita. Et quidem id inter pu-

ras creaturas Mariæ potius competit, quæ
& custodita fuit à labe originis per præ-
servativam redemptionem, & à sui esse in-
stanti primo multiplici stipata Angelo-
rum custodia. Modo egressus virgæ, &
floris perpende discrimen: Nam flos as-
cendit, quia Christum denotat. Propria
hic virtute, non aliena suffultus ope ad
cœlos credimus ascendisse: virga autem,
utpote Maria dum egreditur, assumitur, &
Cherubicis manibus in cœli folio collo-
catur. Hoc dulce vaticinium (T) licet de
Christi nativitate à cunctis fere expona-
tur doctoribus; nos tamen utriusque
egressum ad cœlos triumphalem, ex gram-
maticali sensum non impigebit deducere.
Virga igitur hæc, quæ extenuata ut vir-
gula fumi ascendit per desertum, de radi-
ce Iesè hodie egreditur à Christo socian-
da, & ab Angelis pompa triumphali as-
sumenda. At cur de radice Iesè potius
quam de David egreditur, cum egressus
animæ eius fuerit in Monte Syon, ubi
erat Arx, & domus David? Sane, non sine
mysterio factum id esse existimo: *Iesè*
enim interpretatur *Incendium*; quod divi-
ni imago est amoris, cuius est corda cre-
mare flamma nitidissima Charitatis. Ab
hoc Maria incendio egreditur, hoc hæc vir-
ga crematur, nec poterat tantus ignis in
pectore coerceri, etenim quoad hoc non
erat arbitra sui. Aptè virga lauri trium-
phalis inter vivos carbones plantata pro-
ponitur ferens scriptum: **ACCRESKIT**
IGNIBUS IGNIS. Huic virgæ
nomine salutatur à Ioanne Geometra
Maria, dum sic ei canit: *Salve procera lau-*
rus, (V) sic itidem à Richardo de S. Laur.
Maria *laurus* dicitur, à laudibus sibi à solo,
& cœlo incessanter impensis: *Virga lauri*
ignem concipit attritu, fuitque olim læti-
tiæ nuncia. Vide Mariam, ignem eternum,
(qui Deus est Deut. c. 4.) concipientem;
atque charitatis ipsius in corde dum illa
conservat ardorem, quando rubor eius
atteritur palliore mortis, flammæ perpe-
tuo conservantem, ita ut igne cœlestis
spiritus nec eius deperdatur integritas, aut
minuatur gratiarum viriditas, sed augea-
tur eius *vis ignea charitatis, & accrescat*
ignibus ignis. Nec hoc mirum, quia *Virgo*
(scribit noster Adamus Delphius) *ipsum*
dilectionis fontem de se genuit. Vnde nec
Angelorum charitas, non eorum solum, qui
in ministerium emittuntur, sed nec ipsorum,
qui familiariter Deo assistunt, & ab incen-
dio nomen habent, hoc ipsorum seraphim,
cum hac conferri debet. Siquidem de in-
cendio is ignis amoris egreditur, & co-
alitur in perpetuum duraturus. Regnum
dum

2. in Isaiam, c.
6. Rabbin. apud
Estium. Sym-
mach. Theodo-
tion, & alij in
Bibl. Max.

Maria, virga
est, Christus
flos: ascensus
utriusque dis-
crimen.

(R) Adamus
delphius. Heft.
Pint. Cornel. à
Lap. Glof. ord.
Tertul. Lyra in
c. 11. Isai. v. 1.
Vener. Mater
Maria de Agre-
da, Mistic. Civ.
p. 1. & 3. latè
Beda tom. 3. de
Nom. Heb. in-
terpret. D. Gre-
gor. l. 1. Mor. c.
3. & in Ezech.
Hom. 8. Aug. q.
in judic. 36.
Hier. ad c. 1.
Michea. Georg.
Venet. Cant. 2.
Tom. 7. c. 4.

(V) Ioan. Geo-
metr. apud Pi-
cicinel. lib. 4.
mund. symb. c.
16. n. 205. Ri-
chard. à S. Lar.
de Laud. Mar.
lib. 12. p. 6. c.
32. spect. nat.
ex Plin. lib. 15.
Adamus Del-
phius in Hom.
1. de. Assumpt.
Maria, quæ
charitate lan-
guit, Char-
itate mortua
est.

(S) Isai. c. 11.
v. 1. Lyr. in Glof.
ibi. Rupert. lib.

dum occuparet Annibal (Cluniacense testante) Mater quædam obvia nato, quem superstitem haud opinabatur è bello, in eius subitus irruens amplexus inopinata, præ amore protinus vitam egit, obijtque innati affectus corde iaculis ulcerata. Id ipsum evenisse comprehenditur in Maria, quæ filium scivit occisum, ut Princeps sic huius mundi ejiceretur foras: cui cum occurreret moribunda, inter eius calidissima suavia præ dilectione spiritum exalavit. Unde (X) *Virgo in charitate, & ex charitate mortua est.* Astringit Hieronymus. Hisque annectatur textus, Cant. c. 5. ubi sponsus syonitidas de sponsa alloquens filias, in hæc verba prorumpit: *Messui myrram meam, cum aromatibus meis.* Id est (scribit Alensis) *messui immortalitatem, & ideo debes venire, & tu similiter accipere.* Loqui autem sponsum ad Mariam, ambigit nullus: ipsa enim est quasi myrra electa, quæ moriens metitur, dum ad Cæli horrea à filio adsportatur. At Tigurinam lectionem expedit prænotare, dum habet - *Distinxi myrram meam*: id est, valde mihi strinxi, vincivi mihi; ut sic magis intimus elucescat nexus amoris. *Myrram meam elegi*, habent Biblia Syriaca: etenim quæ est specialiter myrra electa, non nisi gratuita electioni supputaretur amputanda, & ex arbore vitæ tollenda. *Messui myrram*; Mariam è solo traxi, & ad Cælum duxi. Arbore hac locupletatur Arabia; quæ interpretatur *occasus*: nec sine mysterio, nam in Morte Mariæ eius ditatur umbraculo Ecclesia, Cælum præsentia ornatur. Præciosior autem Myrra (ut meus docet Anglicus) est cuius gutta per se sponte manat, solis ardore stipite in Augusti mense percusso, eam sudante; quæ enim ferro incissa arbore elicitur, (Y) villior iudicatur. Maria, electa myrra est, cuius corporeus cortex radio charitatis à sole iustitiæ ictus, sponte in Augusto manat, liquatur, etenim *anima eius liquefacta est*, seu *egressa est in sermone eius*: sicque metitur, quia ictibus amoris occumbit vulnerata. Hinc sit solem pingere radios super arborum myrræ agglomerantem, hancque lucidas emittentem guttas, cum chemate: SIC PERCUSSA FLUIT. Non enim aliter præciosior myrra ab arbore derivatur, quam instrumento intensissimi ardoris à sole promanantis. Ad hæc addat Alanus Varenensis sic virginem salutans: *Tu myrra electa, imò plusquam electa dedisti suavitatem odoris. Unde post filium tuum curremus etiam in odorem unguentorum tuorum.*

amore, quis non iudicet? Non diffiteberis, si attendas. Deus enim amor est, charitas est, Ioan. Cant. 1. c. 4. ergo qui in charitate manet, & in Deo; qui sic amor igneus est: cumque nulla ferventius creatura Deum amaverit, quam Maria, ferventissimo in illum motu acta, tota irrequieta abibat, absque vlla cessationis spe; quia *desiderium* (ut docet Victorinus Hugo) *est fames amoris*; (Z) *Unde Deum amans anima amore non satiatur, quia Deus amor est, quem qui amat, amorem amat: amare autem amorem circulum facit, ut nullus sit finis amoris.* Maria ergo, quæ in Assumptione Gyrum Cæli circumvit sola, seu una cum ipso (Deo) habitavit, ut Syriacus legit; idèd Christum circumvit, qui est gyrum mirabilis amoris, ut explicat Alensis, & sic finem cum principio, mortem amoris annexit principio increatæ charitatis. *Pone me ut signaculum super cor tuum.* Cant. c. 8. aiebat sponsum, rationem subiungens: *Quia fortis est ut mors dilectio.* Nullo extero vult illam Christus (Matrem videlicet) occumbere tello, non naturæ morbo, sed charitatis spiculo; sicque, se ut sigillum cordi impactum enixe videri exoptat, quia amor eius validus est ut mors, habet Versio Tigurina. (A) *Dilectionis eximie Gnoma hæc est: Quod enim valde diligitur, super cor poni dicitur:* ait Lyranus noster: idèdque in præcordijs se petit sigillari Mariæ, ut numquam ab eius amore valeat amoveri; & ita fuisse factum pietas statuit, vrgget ratio, fides non hæsit, & Divæ Brigittæ dictum, ore virginis concludit sic: *Cum Filius meus nasceretur ex me, sensi quod quasi dimidium cor meum nasceretur, & exiret ex me.* Sed cur ut sigillum cupit Christus in corde Mariæ imprimi? Dicam aliqua. Cor, etiam minimum pili nequit ferre ictum sine nocumento, quin statim moriatur homo: est enim principium vitæ, idèd illo læso læditur, & ista. Dicitur autem cor à cura, vel sollicitudine, qua totus per illud homo in rem effertur amatam. *Pone ergo me* (inquit Christus Mariæ) *ut signaculum, seu sigillum super cor tuum*, ut ex quo sentias dulciter levem ictum, moriaris amore: & sic innotescat te charitate vulneratam interijisse, & me de te pariter triumphasse. Olim enim in sigillis (B) trophea inscribebantur, Plutarcho docente: Idèd in sigillo, dum cordi virginis imprimitur: hæc Gnoma est, *Deus charitas est*: Atque adèd charitate fauciata obijt Maria. Ponitur ergo Christus cordi Deiparæ sigillatus, cum notula: **IMPRIMIT ID, QUOD HABET.**

(X) Cluniat. Raulin. de Assumpt. Virg. ser. 2. D. Hier. ser. de Assumpt. D. Anselm. de Excellent. virg. c. 4. Alens. in c. 5. Cant. v. 1. Bibl. Tigur. & Syriac. in max. ibi. Richard. à S. Læur. de laud. Virg. l. 2. p. 6. c. 10. Maria, Myrra in morte. Quare?

(Y) Anglic. lib. 17. cap. 101. Plin. l. 12. c. 15. Platearius. Constantin. lib. Gra. dum sept. apud Menoch. in cap. 5. Cant. vers. 6. Alanus Varenf. de Virg. Maria serm. 2.

(Z) D. Ioan. in Cant. 1. c. 4. v. 16. Guilielm. Estius, cum Lyr. ibi. Hug. Viet. de grad. charit. Eccles. c. 24. v. 8. Alens. in Gloss. ibi. Mariæ cor sigillatum charitate, seu Deo fuit, & in vita, & in morte, sicque amore icta occubuit.

(A) Cant. c. 8. v. 6. Bibl. Tigurina in max. B. Brigitta Revel. lib. 1. c. 35. apud Cornel. à Lap. in cap. 8. Cant. vers. 6. Avicenna, 3. Cant. Fernel. lib. de Part. Hum. corp. c. 7. Angl. l. 1. cap. 36.

(B) Plutarcho, in Timol. apud Novarin. Sac. Elect. l. 1. c. 29 n. 140. Alan. de Isal. Elucid. in Cant. c. 8. v. 6. Novarin. Sac. elect.

lib. 3. cap. 18. n. 538. Ambr. Ca-
iber. Opusc. de
Immacul. Con-
cept. Virg. l. 2. S.
Loca ex Aug.
D. Paul. 1. ad
Corinth. c. 6. v.
17. Lyr. in Glof.
ibi. Vener. Ma-
ter Maria ab
Agreda Myfl.
Civ. p. 2. l. 6. c.
29. n. 1511. &
feqq. Subt. Doct.
& omnis sua
Schola cum illo
in 4. d. 10. q. 2.
& d. 49. q. 16.
in 2. d. 2. q. 7. ad
2. & 4. & d.
10. quæst. 2. &
Quæd. 10. Alif.
4. p. q. 11. art. 1
Ochumus, cum
fuis Nominali-
bus, & alij.

BET. Charitas igitur, & amor cum Deus sit eam in corde Mariæ sigillat, quæ sollicita ut sponso fruatur, evolat in ipsum amoris spiculo in cordis medio iaculata, & tota toti Deo intenta. Accinit id Alanus de Insulis dicens: *Super cor virginis, & super brachium dilecti sui ut signaculum ponitur, quia in cogitationibus Virgo filium imitabatur.* Ni forte in Christo, qui cordis materni sigillum fuit, Deiparam ipsam velimus intultram: Quando quidem in signaculis mos erat olim imagines eorum, quos diligebant inscribere, ait Novarinus. Quis autem charior filio matre eius? Certe nullus: Quia Christus, & Beata Virgo, (tenet Ambrosius Catherinus Pius Dominicanus) *Unum quodammodo erant, unus spiritus, & una caro: iuxta quod scriptum est, qui adhaeret Deo, unus spiritus est cum illo.* Quod intelligitur, secundum affectionem docet Lyranus. Ad dam cum Venerabili Nostra Matre Maria ab Agreda, quod Virgo vna cum Filio ad dexteram Patris ascendente, ad Caelos corporaliter evecta est, ibique per trium dierum spatia deguit, perfectiorem exercens potentiarum usum, nec absens cœnaculo ex Dei potentia vnum in duobus locis corpus ponente: (quod repugnat minimè, veridico Doctore Subtili teste:) quod si virgini congruissè videretur, (ne Ecclesia eius præsentia dulci orbatamœreret) nutui ipsius commendatum aderat, vtrum vellet ibi perpetuo permanere. Unde mansio hæc transitoria, & ad tempus fuit, etenim sic convenientius videbatur. Hoc roborare quodammodo videtur illud Davidis Psalm. 23. *Attollite portas Principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Rabbi Salomon apud Lyranum nostrum hunc exponit Psalmum literaliter de constructione Templi Salomonis, ad quod cum deferretur arca à Sacerdotibus, ut poneretur intus iuxta Sancta Sanctorum, portæ clauferunt se, donec Sacerdotes canerent Psalmum cxxx1. & tunc portæ apertæ sunt, & arca introducta in locum suum. (C) Alij de Christi descensu ad inferos. Plures verò, (& nos cum ipsis) sermonem esse dicimus Angelorum inter se, superiorum videlicet cohortantium eos, qui ordinis inferioris sunt, ut Christum inspiciant ad Caelos cum gloria, & triumpho ascendentem. Quid autem est, quod Cœli portam attolli oportet, & elevari, cum id non urgeat, dum Christus propria virtute penetravit Caelos? Dicam. Attolluntur portæ, idest valde in altum tolluntur, & à terra dum elewantur, levantur. Ut Chris-

stus igitur inter, portam attollit, & elevat per quam intratur: quia porta Cœli est Maria, sine qua nullus reperitur aditus in gloria Alanus Varenfis id testatur dicens: *Ipsa eadem Virgo, Porta Civitatis Cœlestis Hierusalem est, per quam patet aditus in Cœlum.* Sicque à Christi valida manu pulsata sit in Cœlo videre portam, hoc lemmate: **ELEVAT, UT INTRET.** Pulsat filius ianuam, quæ Maria est, secumque ad Cœlorum sublimia portat, innumeros in posterum aditus cunctis mortalium ostensuram; etenim sola *Maria Porta facta est Cœli*, (inquit D. Parens Augustinus) & *Princeps primo ingressus est per eam*, Ezech. cap. 44. ut postea eum insequeuti Sanctorum plures, ad Cœli Palatia ingrederentur, pervium sibi Mariæ aditum conspicientes. D. Paduensis Antonius id latè claudit. Sic ergo Christus vna secum, cum ascendit Portam Cœli elevat, ut intret: siquidem foribus antehac Cœli Palatia orbabantur, sed Maria cum filio elevata, elewantur & portæ æternales, ut intret Rex gloriæ captivam ducens captivitatem.

112 At, videamus quomodo IESVS è Cœlorum descendens sublimitatibus, ut Matrem amoris languore visitet accumulentem intraverit in Castellum, in Arcem Montis Syon, vbi Maria spiritum inter dilecti amplexus emisit, (D) ipsam ad æthera levaturus. Ultra Andræam Cretensem, Venerabilem Sororem Nostram Matrem Mariam ab Agreda audiamus. Solum sibi Rex gloriæ ineffabilis paravit splendoris, quo totum replevit cœnaculum, descenditque innumeris Angelorum Choris stipatus, omnibusque Cœlestibus Cœlestis Hierusalem accolis, ipsam, & reverentibus, & adorantibus; ac suo eam filio benedicente, sic cum ea loquuto: *Veni Mater mea dilecta, ad solium tibi ad meam parato dexteram, veni coronaberis.* His Angelorum dulcissima subsequuta est harmonia, quam ex Apostolis aliqui cum Divo Ioanne sensibilibiter perceperunt. Moxque illud Cantic. 2. *Surge, propera amica mea* decantato, nullo alio irruente morbo, Maria præ amore expiravit. In iubilum, & mœrorem pariter discipuli cum Apostolis aguntur; nec mysterio vacat, ut gaudium cum tristitia miscatur, dum Christus in castellum ingreditur, ut Maria è castello egrediatur. Et enim (ait Cluniacensis cum D. Bernardo) *consurgere potest quæstio*, (E) *luctui magis, an gaudio insistendum sit hodierna die*, (Scilicet, quo Maria moritur) & certè vniunque parti dubitationis ansa præbe-

(D) Vener. Ma-
ter Maria ab
Agred. loc. præc.
D. Andr. Cret.
in Encom. de
dorm. Deiparæ.

Nota de Tran-
situ Mariæ quæ
dam scitu dig-
na.

(E) Cluniac.
Raulin. 2. part.
ser. 41. D. Ber.
ser. 1. de Assump

Nota circa
Evangelium
Festæ Assump-
tionis Mariæ.

(C) Psalm. 23. v.
7. Estius, Lorin.
Titelm. Iacob.
Christop. & alij.
Alan. Varenf.
de Laud. Dei
Genit. serm. 1.
D. Parens Aug.
in ser. D. Anr.
Pad. serm. Dom
3. post Trin.
Maria, quo ti-
tulo dicitur Ia-
nuæ Cœli.

tur.

tur Mariam namque videre sollicitam cum Martha, fatigari ictibus amoris erga dilectum, ac fervoris circa ipsam spiritu ductam interius dilectionis spiculo iaculari, & Phœnicis velut ardore mori crematam charitatis, tristitiam mortalibus ingerit, auget dolorem. Mariam cernere, cum Maria, meliori parte, quam elegit ditatam, in Divinis contemplationibus per triduum ardentius antè obitum sopitam, ad Domini castissima suavia assumptam, in hæreditate eius morantem, (F) in Reginam Cœlorum communi plausu renunciata, hæc causa sunt ut pertentent gaudia pectus, & hilarescat incessante tripudio uterque polus. Sed cui insistere debemus gaudio, an luctui? Vtrique. Sat id ex Evangelio patet sic in Assumptionis festo canente: *Intravit Iesus in quoddam Castellum.* Luc. c. 10. Castellum hoc Maria fuit, in quod Dominus in mundum veniens intravit, & mundissimo receptus est hospitio. In Cœlum quando intrat Maria, ex Evangelio auditur, *intravit Iesus*: nulla aptior electio potuitque deprehendi pro Virginis Assumptæ gloria. Sublimior siquidem Beatitudo est, quæ compræhensiva est, ex subtili Theologorum omnium Principe, (G) ideò, propria Dei, nec possibilis creaturæ: hæcque cum ad Beatitudinem adiscitur, in eam intrat, non gloria in creaturam, ex D. Matth. c. 25. *Intra in gaudium Domini tui.* Vnde ut nobilior Mariæ Gloria hodie elucescat, quibusdam veluti compræhensionis immensæ umbris explicatur, dum Iesus Deus, & homo, & substantialis gloria, in eam intrat, ipsa ad Gloriam Beatitudinis intrante. Cœlum explicatur symbolice in Maria contentum, ipsamque continens, Divinæ immensitatis imago, cum scripto: **NIHIL EXTRA.** *Est enim Deus* (teste Isidoro) *totus in omnibus, & omnia in ipso.* At verò in Maria singulari modo, *tanquam in proprio tabernaculo habitat*, ut D. Petr. Dam. D. Bonav. & alij Patres docent. Sic Maria cum Cœlum intrat, *cœlestem gloriam portat, per quam domini gloriam perspicue intueri nobis datum est.* Claudit Damascenus. Audiatur autem pro coronide Cantuariensis Præles. *Dies enim illa, non solum te, Domina ineffabiliter sublimavit, sed Cœlum ipsum, quod penetraisti, necnon cuncta, quæ in eo sunt nova, & ineffabili gloria decoravit.* Nova quidem Cœlum decoravit, quia priorem gloriam eius ex præsentia sui, ultra quam dici possit, aut cogitari, magnificavit. Intrat in Mariam Deus, intrat omnis desiderabilis

gloria, ergo quarendum est *nihil extra.* Ad propositum redeamus intentum. *Intravit Iesus in quoddam Castellum.* Luc. 10. Quæsitū obijcitur hoc Castellum quodnam fuerit, in quod divertitur Iesus, ut arcem vndique virtutibus munitissimam, à terrenis sitibus sequæstratam, secum assumat ad gloriam: etenim militice Maria, sive animus eius est immobile illud Castellum, (H) quod intravit Iesus, *quadrupartito plane robore, videlicet fossa, flumine, muro, & colle.* Docet Abtalon Abbas. Sensus tamen sequenti literalem, iuxta Lyranum nostrum, hoc Castellum Bethania vocabatur, cuius vocis interpretatio est *domus cantici, vel afflictionis.* Perbelle quidem. Dicat namque Bernardus luctum hodiè cum gaudio commisceri: *Quantum enim de Mariæ præsentia Cœlum exultat, numquid non consequens est ut tantum luceat hic noster inferior mundus eius absentiam?* Intrante ergo Iesu in Virgineum hoc Castellum, (caltum utique lilium) ut Castellum elevetur, sit Cœlestibus Spiritibus Bethania exultationis, domus utpote cantici, quia in Syon arce dulcissima resonant pleetra Angelorum, dum Regina transferunt ad Cœlum. At terræ Bethania, ut domus obviat afflictionis, *nam plangendum nobis, magis quam plaudendum esse videtur*, dum mundus tali pignore viduatur. Inde Lyra pingitur, cum Maria è vivis discedit, habens epigraphen: **VERSA EST IN LACHRYMAS.** Spoliata siquidem fidibus Lyra nostræ lætitiæ est, potius tragico resonans nostris auditibus sono, etiam si manibus Angelicis icta, suavem per ætera audiatur diffundere melodiam. Hinc illud Job arridet cap. 30. *Versa est in luctum Cythara mea.* Id est, *gaudium meum.* Explicat Lyra. Vnde Castellum, in quod intrat Iesus, Bethania afflictionis est mundo: Bethania cantici exultationis Cœlo.

113 Dum tandem Maria è mundo migrat, (I) inopinata quadam Spiritus agitatione Apostoli omnes per Orbis plagas dispersi, Angelico ducatu eos comitante, in cœnaculum Montis Syon ferebantur, ubi & brevi temporis spatio adducti sunt. Hoc expectabat ratio, hoc mutus Virginis, ac Apostolorum affectus, hoc utrorumque affectuosissima charitas. Ex Textu Sacro id deducam; etenim Job c. 29. habetur: *In nidulo meo moriar, & sicut Palma multiplicabo dies.* Alios video legentes: *Sicut Phoenix multiplicabo dies.* Quod Mariæ adaptatur potius, inquit Vivienus noster ex alijs: etenim Phœ-

(H) Abtalon. Abbas ser. 44. de Assumpt. Virg. D. Angel. serm. de Assumpt. in Ev. D. Luc. c. 10. Lyra in Gloss. ibi. Estius Mag. Hist. B. Angel. del Pax. Marius, Haye, Origin. & alij. D. Bern. ser. 1. de Assumpt. Lyra in Gloss. ad c. 30. Job. v. 31.

(F) D. Ildephons. ser. 2. & seqq. de Assumpt. D. Damascen. orat. 2. de Dorm. Virgin. D. Prosper. lib. 1. de vit. Contempl. Cluniac. serm. 3.

(G) Subr. Doct. lib. 1. d. 13. q. unic. d. 5. num. 15. §. Quod autem, & passim alibi. Matth. c. 25. v. 21. D. Isid. de Sum. bon. lib. 1. c. 2. B. Angel. del Pax. c. 25. in c. 1. Luc. D. Petr. Dam. ser. 1. de Nat. Mariæ. D. Bonav. in Luc. c. 1. Dani. Agrie. Stella 11. Corin. 4. D. Joan. Dam. loc. cit. D. Angel. de excell. Virgin. c. 8. D. Epiph. orat. de Laud. Virg.

Maria, Castellum est, in quod Iesus intravit ad Cœlos elevatus.

(I) Vener. Mater Maria ab Agreda loc. præcit. cap. B. Amadeus Rapt. 8. & ult. in calce. Job. c. 29. v. 18 Tertul. de Resurr. Carn. c. 13. Jacob. Monach. de Nativ. Virg. Ric. à S. Laur. lib. 7. de laud. Mariæ. Vivienus in

in Test. Prædicatione. 7. m. 3. Lyræ in Gloss. ad Job. 29. Andree. Enco. de dorm. Virg.

nix Orientis ales est, de singularitate famosus, iuxta Tertulianum: & Maria, Virgo est singularis, & singularis substantiæ, ac naturæ. Nec perperam mori in nidulo dicitur, in quo Avis nascitur, nam Maria morituræ in Thalamum tumulus vertitur, ut recipiant æterna tabernacula rediuvam, dum sic confidentia suæ securitatis describitur, ex Lyrano. Moritur Maria ut Phoenix in nidulo, ubi ales non moritur, sed nascitur: Sic Virgo Mater, (ait Andreas Cret.) qua ipsum vivere pepererat, consequuta est vitæ finem partui non ab similem, nam mortuæ caro non interiit. Præterea autem Mariæ mortis cum Phœnice similitudinem, quid amplius singularitatis in hac volucre inquirens, quod Mariæ iure valeat occasui adaptari. Audi igitur. Præsentiente internuntio interitu Phœnice, turmatim (quo impulsu nescio, fortè naturæ erit) accedunt Aves ex Orbe collectæ, unicam funerali pompa veneraturæ, quam singularissimam reverentur ex qualibet specie. Sic id Claudianus fatur.

Unicus extremo Phœnix procedit ab Euro.

Conveniunt Aquilæ, cunctæque ex Orbe volucres,

Vt Solis mirentur Avem.

Idipsum in Deiparæ obitu accidisse compertum est, sic Damasceno testante: *Apostoli qui passim toto Orbe dispersi erant, velut Aquilas quasdam Dei Filius compellens, atque in unum cogens, convolarunt: ubi enim fuerit corpus, illic congregabuntur, & Aquila.* (K) Sic Phœnix finit in odoribus ævum. Sic Maria morti propinqua, tantus è domuncula suavissimus dispergitur odor, ut credas Phœnicem inter cinnama, & nardi levis aristas extremum clausisse diem. Hinc supra Rogum Phœnix ponitur, circum circa adstantibus innumeribus volucribus, cum inscriptione: ET SVO FVNERE GAVDE F. Nimirum, quia gratulabundo corpore mox longiorem consequutura est vitam. Quod roborat idem Sacer Textus: *Sicut Palma multiplicabo dies.* Job c. 29. Palmæ terra in qua feritur nidus est unde provenit; alijs verò sensitivis terra non nidus est, sed tumulus: ideò sicut Phœnix, & sicut Palma dies suos multiplicat Maria, quia in morte non cadit, sed elevatur, vivit, non perit, ideòque suo funere gaudet. Ingeram alia. Moritur Maria, (L) die Augusti 13. quod Moyses in Monte, orationis non interdicto peccato, veniam Populo peccanti consequitur: Fortè, (nam omnia in figura contingebant illis) quia

Maria in monte illo figurata describitur, & die quo ad æthera exaltatur in vertice montium, fit cunctis condonatio reatum universalis. Erat etiam veneris dies, quo Virgo vitam finivit. Nec grandi caret mysterio: Virgo namque Deum à primo sui esse ardentissimè dilexit, hicque amor in ea perseveravit, ac languorem dulcissimum induxit: Ergo æquum ut moreretur in die veneris, quæ Nomen vocabatur amoris. Idipsum aliquantulò ipsa testatur. *Fortis est et mors, dilectio.* Cant. c. 8. Hæc duorum ligatio dicitur, quo cum Nato Maria vincitur, nam ei vehementer amanti languorem inducit, & amore ipse elanguit. Nec mirum, quia valida est et mors, charitas, ut Sept. habent, morti autem obstitit nullus, omnes cedunt: etenim *inexpugnabilis impetus eius.* Ponit Symmachus. (M) Mors quatenus a culpa, non à natura profilit, (ut Seneca id tenens erravit, & Pelagiani postea) mortuum impingere haud Mariæ potuit, quæ prima noxa caruit: at cedens amoris arma, in illam quæ mater est pulchræ dilectionis, die numini sacrato amoris, irruens amore impingitur ut & mors, causa, finis, ac effectus totum id amoris adscribatur, dum aliter Maria non vincitur. Tabescentem inter incendij æstus itatue ventum Papilionem, & adde: DONEC AMORE PERIBO. *Sicut enim mors animam avellit à sensibus carnis, sic charitas.* Docet communis Magister Augustinus. Impetere Mariam mors ausa non est. Eam dilectionis matrem, & fontem contemplatur, & charitati fortitudinem impendens, ut a valido dilectionis iaculo obiret percussa, tempore quo Amoris nomen dominabitur, amorem in eam impatiens accessit. Omitto alia alibi dicenda.

114 Hora vespertina tertia moritur Maria, qua Christus etiam in Cruce pendens Spiritum in manus Patris commendavit, Marc. c. 15. (N) Sol itidem obscuratus est; Avesque gregatim, & animalia Cælestia diverſi generis in domum montis Syon convenerunt, lugubri cantu deplorantes sacratoris illius suppelletilis amissionem, quotquot audiebant ad planetum similem provocantes. Quadrupedia pariter per tres dies ad eius excubantia Sarcophagum, Homines plangere cogebant ululatu: quo tota commota est Hierusalem. Hoc aliquanti coniectura Sacer Textus depinxit, dum sic loquitur de Hierusalem, Isai. c. 51. *Elevare, elevare, consurge Hierusalem.* Quem locum de transitu Mariæ aptè meus Parens D. Bernardinus

bli. Virg. p. 1. pag. mibi 470. p. 2. lit. A. vide Orozum Augustin. in Cant. 5. de Amore Saphico Maria latè.

Maria, quæ mense, die, & hora moritur

(M) Sept. & Symmach. in Bibl. Max. ad c. 8. Cant. v. 6. Anglic. lib. 8. c. 26. D. Aug. Ad D. Hieron. Epist. 39. B. Amadeus, & Mater Maria ab Agreda 3. p. lib. 8. c. 19. m. 742.

(K) Claudian. de Phœnic. D. Damasc. orat. 2. de Assumpt. B. Amadeus loc. cit.

Maria Phœnix, Apostoli Aquilæ.

Philipp. Piccin. mund. Sym. lib. 4. c. 56. num. 586. Anglic. lib. 17. Berchor. in Red. & dilection. Biblioth. Virg. & alij.

(L) Venerabilis Mater Maria ab Agreda, adducta. Gloss. ad c. 24. Exod. adducta à Bi-

(N) Marc. c. 15. num. 25. Menoch. in Bibl. Max. lib. D. Bernardin. Sen. Tom. 4. serm. 1. de Assumpt. & 12. in ord. à 1.

In obitu Mariæ omnes creaturæ doloris intumescibilia signa dederunt.

dinus exponit, siquidem ipsa è terris ad superos elevata, & innixa ascendens super dilectum suum fuit sicut Hierusalem, quæ interpretatur visio pacis: ac bis dicitur, elevare, ut elevationem tam mentis, quam corporis in gloria designare ostendat. Modo Propheta subtexit. (O) *Filij tui dormierunt sicut Oryx.* Ad quid ista dormitio in filiis, cum elevatur Hierusalem: siquidem obscurati, & conturbati sunt, (ut legunt alij) mœstitiam in obscuritate bestium monstrantes, in conturbationem dolorem? Quia elevata est Hierusalem? Fortè. Quia Maria à nobis abdicata est: *Ideo tanta est afflictio, quod dormierunt somno mortis*: Somnus enim morti frater adscribitur. Cur autem Orycis instar dediti homines, (quos iuxta Pictaviensem figurat) somno lethali præoccupentur, inquiramus ex ipsius animalis natura. Orycem Ægyptus nutrit, (P) Plinio, & alijs feram: Procopio, ac Iuvenali avem: Toto autem hyeme dormit, & in exortu stellæ Caniculæ expergit, eamque intuetur, ac si vellet nutibus adorare. Ipsa autem post dies ad Occasum vergente, ita tristatur, ut ferè dolore lanietur. Vnde Oryx (vel fera, vel avis) statuitur attente emergentem respiciens caniculam, (cuius finalis decessus in Augusto est) & lachrimans, ac eiulans, hanc epigraphen monstrat: DAT SIC ABSENTIA PLANCTVM. Elevatur itaque Maria ad Cœlestem regnaturam Civitatem; elevatur ut stella in Occasu, dum modo occidit, sicque humanum genus, cui ortus huius stellæ gaudium annuntiavit, plangit inconsolabiliter: illudque Oryces feræ, & aves sociato comitantur fœdere, à tumulo in Valle Josaphat excisso non discedentes, & inconsolabili eiulatu plorantes. In circumiacente quadam Helleponti insula, prærupta visitur Rupes, in qua Mennonis sepulchrum adest, ad quod Aviculæ (quas Mennonides vocant) affuefunt accedere, pennas amore largiente, ut ibi per dies aliquot soli evertentes aureos cespites, supra lapidem imitant sepulchralem, indefessum de Mennonis obitu demonstrantes mœstitudinis argumentum. Aves non tantum ad Mariæ tumulatum accedunt corpus, sed millia millium Angelorum, (Q) innumera multitudo hominum, ac quadrupedum etiam, præsis dolore cordibus ut doleant, ut plangant, ut ferè usque ad mortale animalia deliquium deveniant. Stupendum plus aliud addicam: Quo Maria mortua est die, duæ ex proximioribus

cœnaculo domibus mulieres, mundo vale dixerunt, & præter ipsas vir alius etiam Jerosolymis vitam finivit, tresque hi simul in peccato mortali: vnde ob finalem impenitentiam lata in eos est sententia damnationis æternæ. At, interuentu Mariæ, vitæ restituuntur, delicta in procul facientes, ac de eis dolentes, in gratia tandem perierunt. Mirandum utique prodigium, sed virtuti Mariæ haud insolitum. Quod quodammodo (ultra quæ circa hæc dixi supra num. 104.) ex Job deducitur, qui hæc habet cap. 29. Mariæ à pluribus applicata: (R) *Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædā.* Hoc Mariæ accommodat Glossa à Bibliotheca virginali adducta. Conterit Maria *dentes iniqui*, idest diaboli, eius insidias nudando: & de dentibus illius, quem iam comedebat, & deglutiebat miserabiliter, auferebat prædā, idest miserum peccatorem. Sed quo pacto opem etiam Maria præsestis impendat, eosque revocet à faucibus inferni, & à violenta rabie diaboli, Doctor Seraphicus sic explicat: *Maria interpretatur Domina quia Domina in Cœlo, Domina in Mundo, Domina in Inferno.* Non arctatur hinc, illucque eius dominium, quod utique termino circumscribitur indefinito, ideòque imperium suum ad Gæhennam usque porrigit, & extendit, ut hæc ad suum nutum suam prædā evomat, cuius molaria Virgo invicta potentia frangit. Ideò Anselmus (S) in hæc prorumpit: *Si in Inferno demersus fuero, eo me requirēs, & inde extrahēs, & reddēs filio tuo.* Propterea fluvius limpidissimus (Mariæ symbolum) ab oris ad transversas usque Maris nigri oras depingitur currens, cum lemmate: ET SALSIS DVLCIA PRÆBET. Mare hoc nigrum, (quod & Mare mortuum, & lacus Asphaltites) Infernum representat, iuxta Originem: *In quo vestimenta proiecta magis quam laventur, sordidantur, & ideo nullus piscis potest ibi vivere.* Ait meus Lyranus. Lacum hunc etiam fluvius misericordiæ à Maria derivatæ percurrit, quatenus in ea est *omnis spes vitæ*, quæ etiam à damnatis sit prorsus subducta, Virgo tamen suo pietatis influxu solamen præstat, & refrigerium. Meæ censionis Odilonis Abbatis sub signo auctoritatem: *Letitia huius diei (utpotè transitus Mariæ) Claustris infernalibus inclusis remedium, & refrigerium præstat.* Sic Mariæ umbra lapsus in profundum amaritudinis pelagus umbraculum porrigit, vitam (ut

(O) Isai. c. 51. v. 17. & 20. Ioan. la Haye in Bibl. Max. ibi. Forer. & Chald. Lyra in Gloss. & Menoch. ibi. Theat. Vir. Hum. Verb. Moss.

(P) Berch. Reduct. l. 10. c. 74. num. 1. Anglic. lib. 18. cap. 78. Juvenal. Sat. 11. Procopius apud Corn. à Lap. in Isai. Pliu. l. 2. c. 40.

Isai. l. 1. c. 1. 2. c. 1. 3. c. 1. 4. c. 1. 5. c. 1. 6. c. 1. 7. c. 1. 8. c. 1. 9. c. 1. 10. c. 1. 11. c. 1. 12. c. 1. 13. c. 1. 14. c. 1. 15. c. 1. 16. c. 1. 17. c. 1. 18. c. 1. 19. c. 1. 20. c. 1. 21. c. 1. 22. c. 1. 23. c. 1. 24. c. 1. 25. c. 1. 26. c. 1. 27. c. 1. 28. c. 1. 29. c. 1. 30. c. 1. 31. c. 1. 32. c. 1. 33. c. 1. 34. c. 1. 35. c. 1. 36. c. 1. 37. c. 1. 38. c. 1. 39. c. 1. 40. c. 1. 41. c. 1. 42. c. 1. 43. c. 1. 44. c. 1. 45. c. 1. 46. c. 1. 47. c. 1. 48. c. 1. 49. c. 1. 50. c. 1. 51. c. 1. 52. c. 1. 53. c. 1. 54. c. 1. 55. c. 1. 56. c. 1. 57. c. 1. 58. c. 1. 59. c. 1. 60. c. 1. 61. c. 1. 62. c. 1. 63. c. 1. 64. c. 1. 65. c. 1. 66. c. 1. 67. c. 1. 68. c. 1. 69. c. 1. 70. c. 1. 71. c. 1. 72. c. 1. 73. c. 1. 74. c. 1. 75. c. 1. 76. c. 1. 77. c. 1. 78. c. 1. 79. c. 1. 80. c. 1. 81. c. 1. 82. c. 1. 83. c. 1. 84. c. 1. 85. c. 1. 86. c. 1. 87. c. 1. 88. c. 1. 89. c. 1. 90. c. 1. 91. c. 1. 92. c. 1. 93. c. 1. 94. c. 1. 95. c. 1. 96. c. 1. 97. c. 1. 98. c. 1. 99. c. 1. 100. c. 1. 101. c. 1. 102. c. 1. 103. c. 1. 104. c. 1. 105. c. 1. 106. c. 1. 107. c. 1. 108. c. 1. 109. c. 1. 110. c. 1. 111. c. 1. 112. c. 1. 113. c. 1. 114. c. 1. 115. c. 1. 116. c. 1. 117. c. 1. 118. c. 1. 119. c. 1. 120. c. 1. 121. c. 1. 122. c. 1. 123. c. 1. 124. c. 1. 125. c. 1. 126. c. 1. 127. c. 1. 128. c. 1. 129. c. 1. 130. c. 1. 131. c. 1. 132. c. 1. 133. c. 1. 134. c. 1. 135. c. 1. 136. c. 1. 137. c. 1. 138. c. 1. 139. c. 1. 140. c. 1. 141. c. 1. 142. c. 1. 143. c. 1. 144. c. 1. 145. c. 1. 146. c. 1. 147. c. 1. 148. c. 1. 149. c. 1. 150. c. 1. 151. c. 1. 152. c. 1. 153. c. 1. 154. c. 1. 155. c. 1. 156. c. 1. 157. c. 1. 158. c. 1. 159. c. 1. 160. c. 1. 161. c. 1. 162. c. 1. 163. c. 1. 164. c. 1. 165. c. 1. 166. c. 1. 167. c. 1. 168. c. 1. 169. c. 1. 170. c. 1. 171. c. 1. 172. c. 1. 173. c. 1. 174. c. 1. 175. c. 1. 176. c. 1. 177. c. 1. 178. c. 1. 179. c. 1. 180. c. 1. 181. c. 1. 182. c. 1. 183. c. 1. 184. c. 1. 185. c. 1. 186. c. 1. 187. c. 1. 188. c. 1. 189. c. 1. 190. c. 1. 191. c. 1. 192. c. 1. 193. c. 1. 194. c. 1. 195. c. 1. 196. c. 1. 197. c. 1. 198. c. 1. 199. c. 1. 200. c. 1. 201. c. 1. 202. c. 1. 203. c. 1. 204. c. 1. 205. c. 1. 206. c. 1. 207. c. 1. 208. c. 1. 209. c. 1. 210. c. 1. 211. c. 1. 212. c. 1. 213. c. 1. 214. c. 1. 215. c. 1. 216. c. 1. 217. c. 1. 218. c. 1. 219. c. 1. 220. c. 1. 221. c. 1. 222. c. 1. 223. c. 1. 224. c. 1. 225. c. 1. 226. c. 1. 227. c. 1. 228. c. 1. 229. c. 1. 230. c. 1. 231. c. 1. 232. c. 1. 233. c. 1. 234. c. 1. 235. c. 1. 236. c. 1. 237. c. 1. 238. c. 1. 239. c. 1. 240. c. 1. 241. c. 1. 242. c. 1. 243. c. 1. 244. c. 1. 245. c. 1. 246. c. 1. 247. c. 1. 248. c. 1. 249. c. 1. 250. c. 1. 251. c. 1. 252. c. 1. 253. c. 1. 254. c. 1. 255. c. 1. 256. c. 1. 257. c. 1. 258. c. 1. 259. c. 1. 260. c. 1. 261. c. 1. 262. c. 1. 263. c. 1. 264. c. 1. 265. c. 1. 266. c. 1. 267. c. 1. 268. c. 1. 269. c. 1. 270. c. 1. 271. c. 1. 272. c. 1. 273. c. 1. 274. c. 1. 275. c. 1. 276. c. 1. 277. c. 1. 278. c. 1. 279. c. 1. 280. c. 1. 281. c. 1. 282. c. 1. 283. c. 1. 284. c. 1. 285. c. 1. 286. c. 1. 287. c. 1. 288. c. 1. 289. c. 1. 290. c. 1. 291. c. 1. 292. c. 1. 293. c. 1. 294. c. 1. 295. c. 1. 296. c. 1. 297. c. 1. 298. c. 1. 299. c. 1. 300. c. 1. 301. c. 1. 302. c. 1. 303. c. 1. 304. c. 1. 305. c. 1. 306. c. 1. 307. c. 1. 308. c. 1. 309. c. 1. 310. c. 1. 311. c. 1. 312. c. 1. 313. c. 1. 314. c. 1. 315. c. 1. 316. c. 1. 317. c. 1. 318. c. 1. 319. c. 1. 320. c. 1. 321. c. 1. 322. c. 1. 323. c. 1. 324. c. 1. 325. c. 1. 326. c. 1. 327. c. 1. 328. c. 1. 329. c. 1. 330. c. 1. 331. c. 1. 332. c. 1. 333. c. 1. 334. c. 1. 335. c. 1. 336. c. 1. 337. c. 1. 338. c. 1. 339. c. 1. 340. c. 1. 341. c. 1. 342. c. 1. 343. c. 1. 344. c. 1. 345. c. 1. 346. c. 1. 347. c. 1. 348. c. 1. 349. c. 1. 350. c. 1. 351. c. 1. 352. c. 1. 353. c. 1. 354. c. 1. 355. c. 1. 356. c. 1. 357. c. 1. 358. c. 1. 359. c. 1. 360. c. 1. 361. c. 1. 362. c. 1. 363. c. 1. 364. c. 1. 365. c. 1. 366. c. 1. 367. c. 1. 368. c. 1. 369. c. 1. 370. c. 1. 371. c. 1. 372. c. 1. 373. c. 1. 374. c. 1. 375. c. 1. 376. c. 1. 377. c. 1. 378. c. 1. 379. c. 1. 380. c. 1. 381. c. 1. 382. c. 1. 383. c. 1. 384. c. 1. 385. c. 1. 386. c. 1. 387. c. 1. 388. c. 1. 389. c. 1. 390. c. 1. 391. c. 1. 392. c. 1. 393. c. 1. 394. c. 1. 395. c. 1. 396. c. 1. 397. c. 1. 398. c. 1. 399. c. 1. 400. c. 1. 401. c. 1. 402. c. 1. 403. c. 1. 404. c. 1. 405. c. 1. 406. c. 1. 407. c. 1. 408. c. 1. 409. c. 1. 410. c. 1. 411. c. 1. 412. c. 1. 413. c. 1. 414. c. 1. 415. c. 1. 416. c. 1. 417. c. 1. 418. c. 1. 419. c. 1. 420. c. 1. 421. c. 1. 422. c. 1. 423. c. 1. 424. c. 1. 425. c. 1. 426. c. 1. 427. c. 1. 428. c. 1. 429. c. 1. 430. c. 1. 431. c. 1. 432. c. 1. 433. c. 1. 434. c. 1. 435. c. 1. 436. c. 1. 437. c. 1. 438. c. 1. 439. c. 1. 440. c. 1. 441. c. 1. 442. c. 1. 443. c. 1. 444. c. 1. 445. c. 1. 446. c. 1. 447. c. 1. 448. c. 1. 449. c. 1. 450. c. 1. 451. c. 1. 452. c. 1. 453. c. 1. 454. c. 1. 455. c. 1. 456. c. 1. 457. c. 1. 458. c. 1. 459. c. 1. 460. c. 1. 461. c. 1. 462. c. 1. 463. c. 1. 464. c. 1. 465. c. 1. 466. c. 1. 467. c. 1. 468. c. 1. 469. c. 1. 470. c. 1. 471. c. 1. 472. c. 1. 473. c. 1. 474. c. 1. 475. c. 1. 476. c. 1. 477. c. 1. 478. c. 1. 479. c. 1. 480. c. 1. 481. c. 1. 482. c. 1. 483. c. 1. 484. c. 1. 485. c. 1. 486. c. 1. 487. c. 1. 488. c. 1. 489. c. 1. 490. c. 1. 491. c. 1. 492. c. 1. 493. c. 1. 494. c. 1. 495. c. 1. 496. c. 1. 497. c. 1. 498. c. 1. 499. c. 1. 500. c. 1. 501. c. 1. 502. c. 1. 503. c. 1. 504. c. 1. 505. c. 1. 506. c. 1. 507. c. 1. 508. c. 1. 509. c. 1. 510. c. 1. 511. c. 1. 512. c. 1. 513. c. 1. 514. c. 1. 515. c. 1. 516. c. 1. 517. c. 1. 518. c. 1. 519. c. 1. 520. c. 1. 521. c. 1. 522. c. 1. 523. c. 1. 524. c. 1. 525. c. 1. 526. c. 1. 527. c. 1. 528. c. 1. 529. c. 1. 530. c. 1. 531. c. 1. 532. c. 1. 533. c. 1. 534. c. 1. 535. c. 1. 536. c. 1. 537. c. 1. 538. c. 1. 539. c. 1. 540. c. 1. 541. c. 1. 542. c. 1. 543. c. 1. 544. c. 1. 545. c. 1. 546. c. 1. 547. c. 1. 548. c. 1. 549. c. 1. 550. c. 1. 551. c. 1. 552. c. 1. 553. c. 1. 554. c. 1. 555. c. 1. 556. c. 1. 557. c. 1. 558. c. 1. 559. c. 1. 560. c. 1. 561. c. 1. 562. c. 1. 563. c. 1. 564. c. 1. 565. c. 1. 566. c. 1. 567. c. 1. 568. c. 1. 569. c. 1. 570. c. 1. 571. c. 1. 572. c. 1. 573. c. 1. 574. c. 1. 575. c. 1. 576. c. 1. 577. c. 1. 578. c. 1. 579. c. 1. 580. c. 1. 581. c. 1. 582. c. 1. 583. c. 1. 584. c. 1. 585. c. 1. 586. c. 1. 587. c. 1. 588. c. 1. 589. c. 1. 590. c. 1. 591. c. 1. 592. c. 1. 593. c. 1. 594. c. 1. 595. c. 1. 596. c. 1. 597. c. 1. 598. c. 1. 599. c. 1. 600. c. 1. 601. c. 1. 602. c. 1. 603. c. 1. 604. c. 1. 605. c. 1. 606. c. 1. 607. c. 1. 608. c. 1. 609. c. 1. 610. c. 1. 611. c. 1. 612. c. 1. 613. c. 1. 614. c. 1. 615. c. 1. 616. c. 1. 617. c. 1. 618. c. 1. 619. c. 1. 620. c. 1. 621. c. 1. 622. c. 1. 623. c. 1. 624. c. 1. 625. c. 1. 626. c. 1. 627. c. 1. 628. c. 1. 629. c. 1. 630. c. 1. 631. c. 1. 632. c. 1. 633. c. 1. 634. c. 1. 635. c. 1. 636. c. 1. 637. c. 1. 638. c. 1. 639. c. 1. 640. c. 1. 641. c. 1. 642. c. 1. 643. c. 1. 644. c. 1. 645. c. 1. 646. c. 1. 647. c. 1. 648. c. 1. 649. c. 1. 650. c. 1. 651. c. 1. 652. c. 1. 653. c. 1. 654. c. 1. 655. c. 1. 656. c. 1. 657. c. 1. 658. c. 1. 659. c. 1. 660. c. 1. 661. c. 1. 662. c. 1. 663. c. 1. 664. c. 1. 665. c. 1. 666. c. 1. 667. c. 1. 668. c. 1. 669. c. 1. 670. c. 1. 671. c. 1. 672. c. 1. 673. c. 1. 674. c. 1. 675. c. 1. 676. c. 1. 677. c. 1. 678. c. 1. 679. c. 1. 680. c. 1. 681. c. 1. 682. c. 1. 683. c. 1. 684. c. 1. 685. c. 1. 686. c. 1. 687. c. 1. 688. c. 1. 689. c. 1. 690. c. 1. 691. c. 1. 692. c. 1. 693. c. 1. 694. c. 1. 695. c. 1. 696. c. 1. 697. c. 1. 698. c. 1. 699. c. 1. 700. c. 1. 701. c. 1. 702. c. 1. 703. c. 1. 704. c. 1. 705. c. 1. 706. c. 1. 707. c. 1. 708. c. 1. 709. c. 1. 710. c. 1. 711. c. 1. 712. c. 1. 713. c. 1. 714. c. 1. 715. c. 1. 716. c. 1. 717. c. 1. 718. c. 1. 719. c. 1. 720. c. 1. 721. c. 1. 722. c. 1. 723. c. 1. 724. c. 1. 725. c. 1. 726. c. 1. 727. c. 1. 728. c. 1. 729. c. 1. 730. c. 1. 731. c. 1. 732. c. 1. 733. c. 1. 734. c. 1. 735. c. 1. 736. c. 1. 737. c. 1. 738. c. 1. 739. c. 1. 740. c. 1. 741. c. 1. 742. c. 1. 743. c. 1. 744. c. 1. 745. c. 1. 746. c. 1. 747. c. 1. 748. c. 1. 749. c. 1. 750. c. 1. 751. c. 1. 752. c. 1. 753. c. 1. 754. c. 1. 755. c. 1. 756. c. 1. 757. c. 1. 758. c. 1. 759. c. 1. 760. c. 1. 761. c. 1. 762. c. 1. 763. c. 1. 764. c. 1. 765. c. 1. 766. c. 1. 767. c. 1. 768. c. 1. 769. c. 1. 770. c. 1. 771. c. 1. 772. c. 1. 773. c. 1. 774. c. 1. 775. c. 1. 776. c. 1. 777. c. 1. 778. c. 1. 779. c. 1. 780. c. 1. 781. c. 1. 782. c. 1. 783. c. 1. 784. c. 1. 785. c. 1. 786. c. 1. 787. c. 1. 788. c. 1. 789. c. 1. 790. c. 1. 791. c. 1. 792. c. 1. 793. c. 1. 794. c. 1. 795. c. 1. 796. c. 1. 797. c. 1. 798. c. 1. 799. c. 1. 800. c. 1. 801. c. 1. 802. c. 1. 803. c. 1. 804. c. 1. 805. c. 1. 806. c. 1. 807. c. 1. 808. c. 1. 809. c. 1. 810. c. 1. 811. c. 1. 812. c. 1. 813. c. 1. 814. c. 1. 815. c. 1. 816. c. 1. 817. c. 1. 818. c. 1. 819. c. 1. 820. c. 1. 821. c. 1. 822. c. 1. 823. c. 1. 824. c. 1. 825. c. 1. 826. c. 1. 827. c. 1. 828. c. 1. 829. c. 1. 830. c. 1. 831. c. 1. 832. c. 1. 833. c. 1. 834. c. 1. 835. c. 1. 836. c. 1. 837. c. 1. 838. c. 1. 839. c. 1. 840. c. 1. 841. c. 1. 842. c. 1. 843. c. 1. 844. c. 1. 845. c. 1. 846. c. 1. 847. c. 1. 848. c. 1. 849. c. 1. 850. c. 1. 851. c. 1. 852. c. 1. 853. c. 1. 854. c. 1. 855. c. 1. 856. c. 1. 857. c. 1. 858. c. 1. 859. c. 1. 860. c. 1. 861. c. 1. 862. c. 1. 863. c. 1. 864. c. 1. 865. c. 1. 866. c. 1. 867. c. 1. 868. c. 1. 869. c. 1. 870. c. 1. 871. c. 1. 872. c. 1. 873. c. 1. 874. c. 1. 875. c. 1. 876. c. 1. 877. c. 1. 878. c. 1. 879. c. 1. 880. c. 1. 881. c. 1. 882. c. 1. 883. c. 1. 884. c. 1. 885. c. 1. 886. c. 1. 887. c. 1. 888. c. 1. 889. c. 1. 890. c. 1. 891. c. 1. 892. c. 1. 893. c. 1. 894. c. 1. 895. c. 1. 896. c. 1. 897. c. 1. 898. c. 1. 899. c. 1. 900. c. 1. 901. c. 1. 902. c. 1. 903. c. 1. 904. c. 1. 905. c. 1. 906. c. 1. 907. c. 1. 908. c. 1. 909. c. 1. 910. c. 1. 911. c. 1. 912. c. 1. 913. c. 1. 914. c. 1. 915. c. 1. 916. c. 1. 917. c. 1. 918. c. 1. 919. c. 1. 920. c. 1. 921. c. 1. 922. c. 1. 923. c. 1. 924. c. 1. 925. c. 1. 926. c. 1. 927. c. 1. 928. c. 1. 929. c. 1. 930. c. 1. 931. c. 1. 932. c. 1. 933. c. 1. 934. c. 1. 935. c. 1. 936. c. 1. 937. c. 1. 938. c. 1. 939. c. 1. 940. c. 1. 941. c. 1. 942. c. 1. 943. c. 1. 944. c. 1. 945. c. 1. 946. c. 1. 947. c. 1. 948. c. 1. 949. c. 1. 950. c. 1. 951. c. 1. 952. c. 1. 953. c. 1. 954. c. 1. 955. c. 1. 956. c. 1. 957. c. 1. 958. c. 1. 959. c. 1. 960. c. 1. 961. c. 1. 962. c. 1. 963. c. 1. 964. c. 1. 965. c. 1. 966. c. 1. 967. c. 1. 968. c. 1. 969. c. 1. 970. c. 1. 971. c. 1. 972. c. 1. 973. c. 1. 974. c. 1. 975. c. 1. 976. c. 1. 977. c. 1. 978. c. 1. 979. c. 1. 980. c. 1. 981. c. 1. 982. c. 1. 983. c. 1. 984. c. 1. 985. c. 1. 986. c. 1. 987. c. 1. 988. c. 1. 989. c. 1. 990. c. 1. 991. c. 1. 992. c. 1. 993. c. 1. 994. c. 1. 995. c. 1. 996. c. 1. 997. c. 1. 998. c. 1. 999. c. 1. 1000. c. 1. 1001. c. 1. 1002. c. 1. 1003. c. 1. 1004. c. 1. 1005. c. 1. 1006. c. 1. 1007. c. 1. 1008. c. 1. 1009. c. 1. 1010. c. 1. 1011. c. 1. 1012. c. 1. 1013. c. 1. 1014. c. 1. 1015. c. 1. 1016. c. 1. 1017. c. 1. 1018. c. 1. 1019. c. 1. 1020. c. 1. 1021. c. 1. 1022. c. 1. 1023. c. 1. 1024. c. 1. 1025. c. 1. 1026. c. 1. 1027. c. 1. 1028. c. 1. 1029. c. 1. 1030. c. 1. 1031. c. 1. 1032. c. 1. 1033. c. 1. 1034. c. 1. 1035. c. 1. 1036. c. 1. 1037. c. 1. 1038. c. 1. 1039. c. 1. 1040. c. 1. 1041. c. 1. 1042. c. 1. 1043. c. 1. 1044. c. 1. 1045. c. 1. 1046. c. 1. 1047. c. 1. 1048. c. 1. 1049. c. 1. 1050. c. 1. 10

vita gratia indulgeant) indulget, eos liberans à maris mortui morte secunda, dum *falsis dulcia prabet.*

115 Probos itidem subsequutus Authores, hoc prosequi non vereor argumentum. De Maria siquidem dicitur Eccl. cap. 24. *Profundum Abyssi penetravi.* Abyssi nomine (T) aut Infernus ipse, aut damnati significantur, qui profundioribus addicti sunt ergastulis. *Omnia ergo quae sub terra sunt Virgo potentia penetravit:* Inquit Alensis. Quatenus, *ambulans in omnibus profunditatibus*, eas luce suae consolationis perfudit. At, si obeunte Maria nullo, eius anima detinetur ergastulo, quia caruit omni noxarum vinculo, cur penetravit Abyssum? Cur descendit ad Infernum? Audi. Non descendit invita, sed liberandi aliquos causa, & vitam impendendi ut resipiscant. Inde lectio Arabica ponit. *Ambulavi in omnibus profunditatibus.* Ambulavit enim, *idest secuta nil timens abiit.* Ambulavit, quia *spatiabatur*, sibi qui (dum viatores erant) fuerant sedulo, contemplans addicti. Ambulavit, quia à Deo absentes illos, à sua non abdicabat pietate, *sed ut praesentes cogitans divine adhuc misericordiae representandos*, si revocare dignaretur ad vitam. Ambulavit, quia miserans operabatur affectu, ad ditiores, & tutiorem locum illos traducere satagens, si Deo placeret. Claudat omnia meus. D. Parens Bernardinus sic: *Beata Virgo dominatur in Regno Inferni, propterea inquit Eccl. cap. 24. profundum Abyssi penetravi.* Nullus ergo locus ab eius sequestratur imperio, omnes ambulat invisens, & luce suae charitatis perfundens. Sol Maria est, illiusque propium obiecta sibi toruarum nubium densitate (etiamsi obstant) haud radios coercere ne diffundantur, imò acriori vi per illarum tantillam abruptionem distendit, continens Gnomam: **INVITIS LUMINA PRÆSTAT.** Damnati autem nubes sunt teterrimae soli iustitiae oppositae, quatenus pro statu illo sunt continuè in aliquo malo velle, (ut Subtilis Praceptor docet) ideòque inviti obtenebrantur caliginosis carceribus. At, Maria solis instar, nec deflectit oculos, nec suae radios abstrahit pietatis: (V) *Imò quantitas poenae damnaturum, ex dei misericordia, & intercessione Beatae Virginis, citra condignum taxatur.* Inquit Rutilius Benzoni. Privilegium autem hoc, quod de tribus mulieribus damnatis praemissimus, non passim (credo) omnibus erogari, nec secundum

normam legis communis, aut summum, rigidumque ius, sed supra communem legem debuisse eminere. De quo plura videas in Mariali magno, in Bibliotheca Virginali, & alijs. Interim alia inscrutemur. Die Mariani interitus Sacratissima Virginis Anima etiam Purgatorijs detentos poenis visitavit, solata est, & eduxit. (X) Quotquot enim evadunt ab illis temporaneis cruciatibus animae, Mariae debent, ut ipsa Divae Brigittae comperitum est revelasse. De hoc extat figura in educatione filiorum Israel à captivitate, & dura duri Pharaonis servitute. Gratus Deo populus ille oppressionibus Aegyptijs gravabatur, quapropter Moyse Deus praecipit, ut educat, dirigens in terram felicissimam promissionis. Iterato Moyse se ab huiusmodi ducatu excusat, tandem divina cadens voluntati: *Moses reversus est in Aegyptum, portans virgam Dei in manu sua.* Exod. cap. 4. solus non audet Moyse ingredi Aegyptum; virgam arripiens, eiusque innixus virtuti ingreditur: *quia (exponit Princeps exponentium Lyranus) per eam erant miracula Dei fienda:* Praecipuum autem, & primò à Deo intentum, fuit educio Israelitarum, iuxta illud Exod. 3. *Vidi afflictionem populi mei.* (Oculo compassionis ad ipsum liberandum. Subnequit Lyranus) Mysteriorum insulam. Aegyptus Populi Deo chari, & carcer, & afflictionis teterrimum domicilium: siquidem interpretatur: *Tenebrae, tribulans, vel ad angustiam redigens*, estque evidens Purgatorij symbolum, sicut Virga Mariae rectissima Imago, ex mente Augustini, ac aliorum. Suis fisci suffragijs Pij nituntur hunc Aegyptum intrare, ut dilectos à Deo, Deo reddant: at oportet una secum asferre Virgam Dei, nempe Mariam, cuius ope pelluntur tenebrae, reatus culpae finitur, redigens animas ad angustiam locus in Paradisum abiit, tribulatio fugit, ac Coelestis desiderata Promissionis patria celerius appropinquat. In exiguo id nobis contulit Anselmus, Virginem ita alloquutus: *Tu Virgo, Mater es iustificationis, & iustificatorium, genitrix reconciliationis, & reconciliatorium, Parens salutis, & salvandorum.* Cui subscribere videtur haec Ambrosius Coranus: *Tu Virgo gloriosa, sola Patrona humani generis, tu afflictorum medica singularis: quia in te, de te, & per te, quidquid boni recipimus, & recepturi sumus, recipere cognoscimus.* (Y) Omnia enim bona, quae nobis impenduntur, per manus ad nos deveniunt Ma-

boc agente in umbr. Virg. lib. 4. cap. 15. Exc. 88. per totum. Marial Magn. Biblioth. Virg. & plures.

(X) *V. M. Maria ab Agreda loc. cit. B. Amadei Raptu 8. & Plurimi ex DD. B. Brigitta apud Blonum, c. 13. in umbr. Virg. Novar. lib. 4. cap. 15. Exc. 86. n. 785 Exod. c. 4. v. 20 Exod. c. 3. v. 7. Lyr. in Gloss. ibi. Lauret. in Sylo. Alleg. D. Aug. in Psalm. 110. v. 9. Tiran. ibi. Absalon. Abbas serm. 1. de Assumpt. qui est ordine 43.*

Maria, victos è Purgatorio extrahit.

(T) *Lyra in Gloss. ad cap. 3. Dan. vers. 55. Menoc. in c. 31. Exech. v. 15. Hage in Apoc. cap. 20. v. 3. in Conc. Lit. Bibl. Arab. & Lyra, Hage in Conc. Lit. ad 2. Reg. c. 3. v. 20. & Gen. 5. v. 22. in Conc. Berch. 1. 1. diction. lit. A. D. Bern. Sen. fer. 3. de Nom. Mariae, art. 2. cap. 2.*

Quanta sit pietas Mariae, etiam erga damnatos.

(V) *Berch. in di rest. Lauret. Cervar. Subr. Doct. lib. 4. d. 46. q. 4. a. 3. n. 8. §. Hac tria. Rutilius Benzoni c. 32. apud Novar. latè de*

(Y) *D. Anselm. in opus.*

ve Beat. Virg.
orat. quæ inci-
pit, Maria tu
illa &c. Ambr.
Coranus ser. i.
de Assumpt.

De exaltatio-
ne, & corona-
tione Mariæ.
(Z) Marius de
Calasio, Tom.
4. Conc. Hebr.
in indice. B.
Angel del Pas.
D. Bonav. in
luc. D. Anton.
Pad. D. Isid. Be-
da. Haye, & alij
D. Aug. serm.
27. de Verbi.
Dom. Gueric.
Abb. serm. 1. de
Assumpt. Luc.
c. 10. v.

(A) D. Aug.
loc. cit. Venerab.
Mater Maria
ab Agred. Myst.
Civ. 3. p. 1. 8. c.
19. B. Ama-
deus loc. cit. D.
Isid. Beda. Ma-
rius de Calass.
Haye Tom. 18.
& plures.

Maria, Castel-
lū est in quod
intrat Iesus.

Cant. c. 3. v. 6.
Cornel. à Lap.
ibi. Alex. Alenf.
in Gloss. ad cap.
3. Cant.

Cœlum, sic
desertū, cum
Maria assu-
menda est.

Mariæ. De cuius gloriosi transitus gloria,
sic dixisse satis.

116 Nunc autem, quia iam de exal-
tatione Virginis missa fecimus aliqua, ali-
bi etiam alia daturi, vna simul paucula
de eius Assumptione, & Coronatione pro-
ponentur. Ex nomine salutatur festivita-
tis obiectum: etenim si Hermon lumen
exaltatum dicitur, Maria etiam exalta-
ta interpretatur (Z) Sola Maria sedens
secus pedes Domini, imaginem præse-
fert futurorum in gloria gaudiorum, dum
sic exaltata Deo fruitur: cui per intimum
charitatis actum vnitur. Affabre Abbas
Guericus loquitur: *Nunc autem, & in
ea, & cum ea sicut interminabili ævo,
sic incomprehensibili modo habitans sa-
tiat eam Beatificantium gloria visionum.
Foris quidem glorificatæ carnis formam
exhibens; intus vero glorificantis Ver-
bi formam imprimens.* Vides igitur vt
quid IESVS in Castellum intrare dica-
tur, vt Mulierem Beatificet eum reci-
pientem, vt eam exaltet, & ad sui ele-
vet fruitionem. Ipsummet præbet ansam
Evangelium, his insistendo. *Maria se-
dens secus pedes Domini optimam par-
tem elegit.* Luc. cap. 10. Totum Deiparæ
in tua ad Cœlos Assumptione congruit:
*Etenim quanto humiliter hic sedebat, tan-
to amplius capiebat.* Docet meus Parens,
& Magister Augustinus. Mortis instan-
te hora, ad pedes etiam Domini. (A) Ma-
ria procubuit, sed tunc meliorem par-
tem elegit. Nato præsentialem apparen-
ti innitens, eiusque dulcissima visione
recreata congaudens. Maria ergo fedet,
sicque sedens exaltatur, quia Maria est,
& exaltata. Intrat IESVS in eam, quia
Maria illa (quæ nostræ typus est) cog-
nominatur Magdalena, idest Turris,
vel magnificata. Inde deducere erit, Cas-
tellum, sive Turrim, in quam intrat IE-
SVS MARIAM esse, ac Mariam præfi-
gurasse: Vt hinc innotescat quanta sit
magnificentia, & exaltatio Mariæ, vt
prius Deus descendat intraturus in eam,
quæ Turris est, & Castellum, quam ipsa
ad Cœlos intret magnificanda iuxta Tri-
nitatis solum. Cœlum venit ad Turrim,
properat ad Mariam, vt suo antea vide-
retur imperio subjacuisse, cuius nondum
ascenderat ad thronum. Id amplius ex
Canticis deduci conijcio, vbi sodales
sponsa de eius miratæ ascensu, in hæc ver-
ba prorumpunt: *Quæ est ista, quæ as-
cendit per desertum sicut virgula fumi?*
Cant. cap. 3. Vbi celebratissimus Corne-
lius introduci sponsam decore, ac mag-
nificè incedentem, asserit. Sed quid

opus est incedentem per devias solitudi-
nis ambages, ita laute, & magnificè or-
nari? *Laude tamen, & admiratione dig-
na est sponsa* (inquit Alensis) *quia as-
cendit per desertum, idest de mundo ad
Cœlum.* Cœlum enim desertum dicitur,
hodiè maximè. (B) *Intra Trinitatis glo-
riam cum Maria sola amplius alijs* (ex
nostro Divo Bernardino) *sic evecta, ad
plus Trinitatis gloriam diligendam, capiendam, & fruendam, quam omnis alia
pura creatura simul sumpta.* Cur est, Cœ-
lum in solitudinem, & desertum mutari,
& abiisse? Dicam, cum Maria in Cœlos
assumitur, non solum Angeli, & Beato-
rum animæ occurrerunt. (Testibus Me-
litone, Damiano, & Damasceno) sed
ipse Dominus IESVS, ac Trinitas tota
ineffabili modo ad Montis Syon cœna-
culum descendit, vt charissimam sibi
sponsam inviseret, ac ad Cœli Palatia
progredi invitaret. Tunc ergo Cœlum
in desertum abiit: *Desertum namque di-
citur, quia deseritur, nec incolitur, aut
inhabitur.* Morienti Mariæ omnes oc-
currunt incolæ Cœlestes, Pater Filiam
visitat, Filius Matrem, Spiritus Sanctus
sponsam, vnde (iuxta humanum dicendi
modum) Cœlum, & deseritur, & de-
sertum fit, quia (Mariam, vel sociantes,
vel subsequentes incolæ) illud omnino
vacuum reliquerunt. Confirmat id ipsum
visio illa, quam Div. Ioannes meminit,
hæc habens: *Vidi Civitatem Sanctam
Hyerusalem, descendantem de Cœlo à Deo.*
Apocal. cap. 21. idest, *electorum socie-
tatem perfectæ charitate unitam.* Expo-
nit Lyranus. Nova dicitur, ob novum
gloriæ statum, & descendere dicitur, vt
delectos ad se assumat, inquit Parisiensis
Haye. (C) At, Div. Ildesonsus rem ad
Mariæ exaltationem transmittit, sic fans:
*Mater illa Cœlestis hodiè advenit orna-
ta moninibus suis de qua dicitur, vidi Ie-
rusalem descendantem de Cœlo à Deo, vt
Reginam mundi, Beatam scilicet Ma-
riam secum eveberet ad sublimia: ideo
descendit.* Non patiuntur incolæ (ascen-
sura Regina) Cœlestis Civitatis sacris
in Elysij spatiari, in delitijs Paradisi
detineri, sed acervatim Mariæ obuiant,
eique migranti occurrunt, desertam (vt
ita dicamus) Patriam illam relinquen-
tes, nec ad terras verentur subire descen-
sum, expectantes tripudio ascensuram.
*Amor enim omnia tentat, audacia, &
confidentia Præceptor est:* Atque adeo
vim patientes Beati in sistendo, à Deo
descendunt, quia erga Mariam amor im-
pellit, & cogit, qui magis intendi solet,

(B) D. Aug.
in Psalm. 62.
D. Greg. Hom.
34. D. Bernard.
Sen. Tom. 4.
serm. 12. de As-
sumpt. Melit.
Sardenf. de Tran-
situ Mariæ cap.
7. in Bibl. PP.
Tom. 2. D. Da-
mian. de As-
sumpt. serm. 40.
D. Damascen.
orat. 2. de As-
sumpt.
Anglic. J. 14. c.
51. Lyr. in Gloss.
ad c. 21.
Apoc. vers. 2.
Haye in Conc.
ibi.

(C) Haye in
Conc. Liter. ad
cap. 1. Apoc. v.
2. D. Ildesons.
de Assumption.
Virg. ser. 2. Ioan.
Stob. apud Ebo-
renf. D. Petr.
Dam. 1. ser. de
Assumpt. Ma-
riæ.

Cœlum de-
sertum fit, &
Mariæ obviū,
ad Cœlos assu-
menda.

si cogatur. Sed quid novitatis? Aulici vbilibet profiliunt, comitantur Regem, qui cum Cœlestis Ierusalem IESVS sit, ipso è Cœlis ad Matrem, ut evehat, descendente, & omnes Cives illi fœlices niveis amicti stolis comitantur. Scitè hoc claudat, (& nos cum illo, de Hermon virginali exaltato) meus D. Bernardinus his: *Surrexit Iesus Festivus, & letus, & regali decore laureatus, & totam Beatorum Civitatem commovit, ut omnes Cœli Cives occurrerent Virgini Matri ascendenti.* (D) Metas igitur ultra hand calamus progrediatur tritas, & aliqua de alijs montibus in Mariæ commendationem attingat.

(D) D. Bern.
Sen. ser. 12. de
Assumpt. 1. cap.
2. art. 2.

CAP. XX.

LIBANUS MARIANUS
alijs etiam montibus mysticè exaltatur, & redimitur.

117 **N**ON fat est, intra præfatos collium limites nostrum Libanum contineri: qui etsi alijs propinquius sublit, alij tamen commoti sunt, etenim super hunc virgineum, Cœli distilaverunt à facie Dei Synai: ideòque remotissimi etiam, montes in circuitu eius: Scilicet, montes amabiles, (E) montes excelsi, qui quasi murum illi faciunt, ut habet meus Parens Augustinus. Ideò enim circumadesse advocantur, ut corona montium cingatur, inquit Menochius. Nec immeritò, ad Imaginem enim circuitus efformata dicitur corona. Adfint igitur virginei montis montes in circuitu, ut comptiorem ei adaptent coronam virtutum, lauream maiestatis, vnde promiscuum texetur Mariæ diadema, ex varia Montium eam etiam à longè salutantium suppellectili, Sacris Oratoribus non in iucunda: cor enim, animumque mulcent quæque ad Mariæ gloriam (etsi tenui ornatu) asciscuntur. Quia verò de *Amana* fatis supra egimus, ad subsequentes montes deveniamus.

(E) Psalm. 67.
v. 9. Psalm. 144.
v. 2. D. Aug. ibi
Iacobus Christo
polit. Alensis in
Gloss. Menoch.
in Bibl. Max.
ad Psalm. 124.
v. 2.

Maria, mons
in vertice mō
tium, à quibus
gloriosè coro
natur.

Ararath mont,
eius situs, & in
terpretatio.

ARARATH MONS.

Primus *Ararath* occurrit Mariam prædicaturus, & iure: siquidem mons altissimus est Armeniæ, in eoque requievit Noetica Arca, (F) Symbolum Mariæ. Sicut enim ille omnes alios illius regionis montes altitudine excedit: sic *Mariæ altitudo supra omnes Sanctos effulget.* Interpretatur autem *Ararath*, iuxta Mariam, lux currentis: & mystice

(F) Antonius
Rampegolius
August. in Fig.
Bibl. de B. Virg.
ad illud Tob. 13.
lucē splendida,
&c.

gaudium, quod miseris immittit Maria Mortalibus; designat, etenim dum tribulationibus eos obrepit caligo, Arca virginea in monte lucis sedet, ut inde ad subveniendum currat, opemque tribulationis impendat. Idipsum Arca Noetica demonstrat, quæ toto penè sub aquis orbe obruto, & pacis propè inducias Cœlo monstrante, requievit super montes Armeniæ. Gen. cap. 8. Reliquias huius Arce adhuc tunc à Provincialibus Colonis demonstrari, fatur Iosephus: imò Berosus ex ea asserit scaturire medicinale bitumen, quo homines utebantur ad expiationem. Nec satis. Ex quo Navis in prærupta illa summitate requievit Hædera vestiri cepit, & ornari, sicque in postetum vestita remansit. Cur hoc? Hædera arbuscula est nimium refrigerans, vnde Jonæ adversus solis æstum præbuit umbraculum. Ex ramusculis etiam mutuo collisis ignis excutitur; vnde planta hæc, & lumen dispensat, & levamen. Hæc igitur viridi amictu Arca Mariana ornatur, ut spes mortalibus detur, suum properaturum lumen, ut à tribulationis caligine eruantur, & ex ea derivatum iri medicamen, quo perpetuo opitulentur. Id totum in exiguo clausit Bernardus dicens: *Maria omnibus omnia facta est, & de plenitudine eius accipiunt universi, scilicet ager curationem, tristis consolationem.* Nec id mirum, etenim Arca illa Mariæ Typus, ex lignis compaginata erat cedrinis, (G) Teste Moyse Barceph: estque arbor illa summe proficua, omni ferè tempore poma ferens visu grata, odore iucunda, cuius quædam species, *Medica* nuncupetur, fœsis umbræ solatium præbens. Deipara sic, Arca in qua salus mundi novem mensibus requievit, in monte sita lucis currentis ad subsidium, cunctis istud largè erogat, nil prætermittens solatij, quod non impendat misero peccatori. Quare sic eam Seraphicus Doctor salutatur: *Ave tutissimum afflictorum omnium refugium.* Insuper, & Damascenus sic: *Ave unicū molestiarum levamen, Ave omnium dolorum cordis medicamentum.* Inde Arcam in summo montis vertice locatam, ac lumine circumseptam, (residuo orbis caligine obvoluto) ad quam confugiant ex aquarum inundatione homines, tibi propone, lemmatè addito, **HÆC SOLO SOLA SALUS.** Maria siquidem, ut pronuntiat Hesychius: *Arca est, Arca Nos latior, illustrior. Latior est, etenim ipsa est Cælum vivum, ipsis Cœlis latius.* Ut docet Damascenus, cum

Alanus de Insu
lis elucid. in
Cant. cap. 6. D.
Greg. lib. 1. c. 1.
in lib. 1. Reg.
Marius de Ca
lass. loc. cit.
Greg. 14. mer.
c. 5. & 1. & 17.
mor. c. 11. Io
seph. & Bero
sus apud Angl.
1. 14. c. 3. Div.
Bern. in serm.

(G) Anglie. lib.
17. c. 23. Moy
ses Barceph
Comment. de
Paradiso, p. 1.
c. 14. Tom. 1.
Bibl. Patr. Div.
Bonav. opusc.
25. Damascen.
serm. de dormit.
Virgin. Hesych.
orat. 2. de Laud.
Deip. D. Bon.
de Laud. Mar.
Virg. n. 4. Da
masc. orat. 1. de
Nativit.

cum incomprehensum comprehendat, omnesque nos miseros in vterum pietatis, ne mergamur, excipiat, quia sedula ampliatur ad clementiam, & amoris dulcedine ad misericordiam. Longior est, quia eius adiutorium ad omnes extenditur, quin aliquis à suo pijsimo umbraculo arceatur. Id sic cecinit Anselmus.

(H) D. Anf. Cantuar. in opusc. orat. ad Virg. incipit, Maria. Philip. Abbas in Biblioth. Virg. tom. 1. pag. mibi 300. Castianus, apud Alexiam de Salo, in Art. amand. Deiparam, privi. 4.

Maria festinat ad nos subvenendum.

(H) Mater Dei est mater nostra, ad quam omnis conversus impossibile est pereat. Illustrior tandem, quia in Maria præclarior reperitur gratia, superior erga homines beneficentia, in puritate etiam respectivè ad Angelos incomparabilior excessus: quod sic cecinit Abbas Philipus: *Beata Virgo à nullo illustrium vincitur in aliquo.* Sic nostræ hæc salvationis arca, in luminoso sedet Ararath, ut currat opitulatura his, qui inter procellosas tribulationum voragines periclitantur, etenim: *Hæc solo sola salus.* Id cum Calsiano obfigno. *Tota salus humani generis sita est in multitudine gratiarum Virginis Mariæ.* Currit ergo in Ararath lux Mariana nostræ salutis sitibunda, ut illuminet his, qui in tenebris sedent. In Judea exurgens Maria abiit montana cum festinatione, in Civitatem Juda, & salutavit Elisabeth. Luc. c. 1. *Profecta est studiose, cum diligentia, agilitate.* Alij verunt. Cur sic festina, nec ullam patiens moram, in præruptos montium scopulos Virgo tenerrima ascendit? *Cur que in intimis penetralibus versabatur*, (inquit Ambrosius) *non à publico virginitatis pudor: non à studio asperitas montium: non ab officio prolixitas itineris retardavit?* In Virginis vtero lux latebat, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, illiusque naturæ propium est (I) velocissimum habere motum: Cumque huius accessio lucis in profectum abiret Ioannis, *Jesus in vtero festinabat*, Maria lucis thalamus currebat, ut ille adhuc in ventre Matris positum Ioannem sanctificaret. Clamat Origenes. Inter caliginosas Origineæ labis umbras clausus tenebatur Ioannes, ideò salus per Mariam festinat, quia non est qui se abscondat à calore eius, quem infans sensit in vtero. Docet Ambrosius. Abiit igitur Maria cum festinatione, velut ex vtero Ararath, qui est lux currentis progrediens: atque adeò (cum Lipomano loquor ad aliud tendente) cucurrit, ne quis alius charitatis affectum præriperet. Quare Baptista, cuius animus repletur spiritu principali, & prævenitur benedictionibus dulcedinis, non solum letatur, nec gaudium vno sal-

tu declarat, sed multis, ac penè innumeris subsalit exultans. Profert noster B. Angelus del Pas. Vnde solis omnia vivificans luminare proponitur celerrimo gressu totum illustrans orbem, cum notatiuncula: **CELERRIME SUBVENIT ORBI.** Ita Maria electa ut sol festinat lucem communicare Ioanni, quia eius gratia, tarda molimina nescit, ut afferat Ioanni eam, quæ purgatus ab originali culpa, augetur in gratia. Sic currit lux ex Mariano Ararath, ut subveniat, nec subterfugiant sedentes in tenebris, tantæ lucis vividam consolationem. Hoc nobis proponit Andreas Cretensis, sic Mariam alloquens. (K) *Ave per quam letitia fulget. Ave per quam nocumentum deficiet: Infans Ioannes cuius agnoscens solutationem gavisus est, & saltibus, ac cantibus clamabat: Ave Aruum germinans fertilitatem misericordiarum. Ave mensa ferens abundantiam propitiationum.* Et claudit. *Ave, quoniam à te oritur multiflua illuminatio. Ave peccati auferens sordem. Ave poculum miscens exultationem.* Nil ad rem exactius dici potuit.

(K) Andr. Cret. in Hom. de B. Genitr. Maria. orat. 2.

Nota Ioannis Baptiste encomia ad Virginem, eam ex Elisabeth ventre salutatis.

ABARIM MONS.

118 **M**oons Abarim (L) parans Israelitis mansionem, iuri Moabitaram adscribitur, situs contra Jericho, supra Jordanem. Num. c. 21. ubi Isebarim vocatur: *Estque mons magnus, unde melius videri poterat terra promissionis.* Tradit Lyranus. Hic Marianum ad Libanum adit, mystice salutaturus, quia montes in circuitu eius. Interpretatur autem transitus, vel acervus frumenti. Tum, quia ex eius fastigiato vertice Maria, nos ad terram promissionis Coelestem transeuntes manuducit, quovis que ad terminum foeliciter perveniamus. Maria enim una est post Deum via, unus nobis ob tam insignes virtutis gradus in Paradisum accessus. Ait Alanus Varenfis. Tum, quia nobis larga panem vita velut Viaticum ut impenderet, in vtero excepit: *Quia ut acervus tritici grano illo intumuit*, (subdit noster amadeus) *quo omnis renatorum seges excrevit.* Ipsa nos transeuntes dirigit, ipsa trahit. Nato Domino Pastores loquebantur ad invicem: *transeamus usque Bethleem, & videamus hoc verbum, quod factum est.* Luc. c. 2. Felix transitus à nocte ignorantie ad veritatis lucem, à caligine mundi ad visionem Verbi. In nocte viatores agregant, in visione Verbi Beatos.

(L) Ioan. la Haye in Bibl. max. t. 18. in indic. Num. Hebræor. Marius de Calist. 4. Conc. Hebr. Lysa in Glos. ad c. 32. Deut. v. 49. Alan. Varenf. ser. 3. de Virg. Maria Daniel. Agric. stella 5. coron. 11. B. Amad. de Laud. Christi. pa. re, Hom. 6 Luc. c. 2. v. 15. Bibl. Pers. in max. Exod. c. 33. v. 20. D. Bern. ser. 22 in Cant.

Per Mariam facile transitur ad Deum, lecus sine ea,

K Sic

(I) Luc. c. 1. v. 39. D. Ambr. l. 2. in c. 1. Luc. Anglic. l. 8. cap. 40. Orig. Hom. 7. in Luc. Div. Ambr. loc. cit. Lipom. in Gen. c. 18. n. 1. B. Angel. del Pas. in c. 1. Luc. v. 4. Tirin. ibi, in Bibl. Max.

Maria, sol velox ad omnes vivificandum.

Sic progrediuntur, sic transeunt. *Transseamus usque Bethleem, & aspiciamus, hoc Verbum.* Habet alia lectio. Pervium modo datur iter ad Verbum, quod antea erat nimio absconditum, testante ipso, *non videbit me homo, & vivet.* Exod. c. 33. etenim (vt Bernardus docet) *ante non se movebant homines, dum Verbum erat apud Deum: at ubi caro factum est, tunc venerunt festinantes, tunc cucurrerunt.* Transeuntium gressus vidimus, inventionis seriem videamus. Transeunt, vt videant Verbum: *Sed invenerunt Mariam, Joseph, & Infantem.* Luc. c. 2. Cum transitus meditatur, nulla de Virgine Verba promunt: Eam Pastores obtegunt silentio; sed Verbo non fruuntur sine Maria. Eis transeuntibus primò obijcitur, vt facile perveniant, vt dirigantur. (M) Scite meus Seraphicus Doctor D. Bonaventura. *Per hoc instruimur, quod si volumus Christum invenire prius ad Mariam debemus accedere.* Hinc Coturnix depingitur gregatim ad vberiora pascua inveniendum transeuntibus aliàs è longinquo (ne praeda fiant accipitis) dirigens, ac epigraphen portans: DIRIGO NE PEREANT. Sic enim aves huiusmodi pertranseunt pinguioribus herbis pabulanda, ductrice vna praeunte. Sic nos ad tabernacula Angelorum transimus, & ad utiliora Paradisi (Quæ est terra Promissionis) pabula vt ibi in Verbo concupitis omnibus sine fine perfruamur bonis. At hoc non fit nisi hac nos Mariana ducente avicula, quam sic Andreas Cretensis salutatur *Ave Fidelium dux.* Ave Pons traducens terrestres ad Cælum. Ipsa igitur est mons altissimus Abarim, cuius altitudo difficile accessibilis est humanis intellectibus. Claudis insuper hoc Alanus Varenfis dicens: *Maria ostium est sacratoris illius tabernaculi, & ianua Regni Cœlestis: divinum promontorium nobis in hoc solo iactantis seculi laborantibus, atque estuantibus, ac Cœlestis specula Paradisi, unde insidias omnes antiqui conijciamus hostis.* Nisi ergo transeamus per Mariæ vmbram, devius vtrique erit accessus ad gloriam. Vt ad eius ascendamus montem, qui est mons Domini invitat ipsa dicens: *Transite ad me, omnes qui concupiscitis me, & à Generationibus meis implemini.* Eccl. c. 24. Pensanda sensim est Syriaca lectio dicens. (N) *Defflectite ad me, & proventibus meis optinis voluptatem capietis.* Defflectere autem, est ad tutiorem proficisci locum, minus tuto relicto. Ad Mariæ montem nos vt

defflectamus oportet: *Quia sicut omnis ab illa aversus, necesse est vt intereat, ita omnis ad eam conversus, impossibile est vt pereat.* Ait Seraphicus Doctor. Transeuntibus ergo ad Promissam nobis æternam hæreditatem, Maria ad se nos defflectere cogit dicens: *Transite ad me, per cognitionem, & amorem: omnes qui concupiscitis me, nam omnibus possum satisfacere: & à generationibus meis implemini, illuminationibus divinis.* Exposuit Lyranus. Itidem de ea sic metricè canit Alanus de Insulis.

*Hæc est fons expers limi, lux nubila pellens,
Spes miseris, medicina Reis, tutela Beatis,
Præscriptis redivis, erranti semita, cæcis
Lumen, delectis requies, pausatio festis.*

Venite ergo transeuntibus à mundo ad Patriam, & ascendamus in montem Domini, & docebit nos vias suas, & ambabimus in semitis eius. Isai. c. 2. Atque adeo. Mons pingitur domo in fummitate eius erecta, cuius magnitudo (sole ad occasum vergente) ex umbra deducitur, effixum habens lemma: VMBRA REFERT MAGNUM. Vmbra etiam nomine opitulatio intelligitur, iuxta illud, *sub umbra alarum tuarum protege me.* Psal. 16. Mons Maria est, quam Spiritus Sanctus, altissimi virtus obumbravit, id est divina umbra imaginem induxit, vt docet Athanasius. (O) Ideò magna hæc umbra est, cuius Angeli magnitudinem pertingere non valent. Hoc umbraculo fessos Israelitas, ad Patriam transeuntibus recreat, fovet, protegit. Canat hoc Abfalon Abbas. *Festinet ad umbram protectionis Mariæ, qui longè est: teneat, nec dimittat, qui iam apprehendit: quia ipsa est dux securitatis peregrinantibus, & pervenientibus ad viam portus salutis.* In hoc ergo monte saluum te fac, quisquis ad Cœlestem pervenire Hierusalem desideras: Beata enim Virgo obumbrando nos protegit, & montium altitudinem, & sublimitatem ex umbra colligimus. Affert Novarinus. Nullus ad promissam transit Patriam, nisi à Virgine obumbretur, quia in Cœlestem etiam Hierusalem, suam iactat Mons Mariæ umbram. Inde dicit ipsa Eccl. 24. *In Hierusalem potestas mea.* Sive vt alij legunt, *dominatus meus vel imperium meum peremptorium.* (P) Hierusalem (vt manet dictum) idem est ac videbit perfectum; ibique vique Mariæ potestas extenditur: vt pateat

Glos. ad c. 24.
Eccl. v. 26 Alanus de Insulis,
in Anticlaudia
no. 1. 5. de Epit.
B. Virg. Isai. c.
2. v. 3.

Maria, est
mons viatorum,
& protegens,
& obumbrans.

(M) D. Bon. in
Luc. c. 7. v. 15.
(P) 16. Berch. in
Red. Mor. l. 7.
c. 19. Anglic. l.
12. cap. 7. Andreas
Cretens. in Hom. de B.
Dei Genitric. Maria,
orat. 2. Alanus Varenf. in
Laud. Mariae,
ser. 3.

Maria, Promontorium,
Mons, & specula est miseris
ad Patriam peregrinantibus.

(N) Eccl. c. 24.
v. 26. Bibl. Syriac. in Max.
D. Bon. in spec.
Virg. c. 3. Lyra
in sua aurea

(O) Ps. 16. D. Athanas. (serm. de Deiphar. Abfalon Abb. de Nativ. Virg. serm. vnic. qui est 47. in ordin. Guilielm. Parisiens. in Postill. c. 23. Eccl. Novar. vmbra. Virg. l. 4. c. 10. ex curs. 14. n. 184.

(P) Eccl. c. 24.
v. 15. Bibl. Syr.
& Arab. in

Max. Richard.
à S. Laur. l. 4.
de Laud. Virg.

Mariz potes-
tas Coelo la-
tior.

(Q) Theophil.
in Luc. cap. 1.
apud B. Angel.
del Pas, ibi.
Chrysippus ser.
de Laud. Virg.
Alexius à Salo,
in Arte amand.
Virg. c. 3. Tirin.
in Bibl. Max.
ad c. 5. Cant. v.
4. Anglic. l. 16.
c. 87. Richard.
lib. 2. de Trin.
cap. 15.
Andr. Cretenf.
in Hom. de B.
Dei Genitr.
orat. 2.

transeuntes ad perfectum videre, Mariæ oportere sub umbra, sub clientela immorari; etenim suæ est potestatis, vel illic eos intrmittere, aut eliminare. In hunc modum id colligit Richardus à S. Laur. in Hierusalem superna potestas mea; imperandi scilicet quod volo virtutibus Angelicis, & animabus sanctis, & faciendi ad beneplacitum meum, & quos volo introducendi. Hic proponitur tabula geographica angusto globulo vtriusque orbis continens vastitatem, & reddit epigraphen: IMMENSUM MINIMIS ARCTAT. Mariæ præclarum hoc symbolum est, quæ, & immensum continet vtero, imò, & sub eius umbraculo aufugientes ut ad superos reducantur orbis, amplectitur, omnibus subveniunt. Id Theophylactus habet, ore virginis sic loquens: Tabula sum pictoria, pingat pictor, quod voluerit. (Q) Pictor Deus est, qui prius nos ut ad Paradisum introducat, an in virginis umbra depicti sistamus, attente respicit. Ideo à Chrysippo radix omnium bonorum salutatur. Oblignet hæc Pius Alexius à Salo: Beata Virgo adepta est creaturarum omnium superiorum, inferioremque imperium. At, cur non quælibet imperij ratio, sed Mariæ datur imperium peremptorium, discutiamus. Imperium auctoritatem præfer, & excellentiam: unde merito per saphirum significabatur, qui, & Ecclesiæ Principibus in eorum creatione ideò porrigitur, etiam modo. Lapis siquidem hic Gemmarum gemma vocatur, interque varias ipsius virtutes, ex præcipuis una est, quod fores resolvit obstructas. Hæc gemma in Abarim viatoribus obijcitur, quæ Mariæ typus est, ut peregrinantibus ad Cœlestem Hierusalem usque, iussu, ac virtute ipsius valvæ pateant, faciliuntur ingressus. Verè igitur Maria peremptorium possidet imperium, cuius maiestas nulla creata potestate premitur, cuius potestas nulla mortali, aut Angelica possibilitate præpeditur. Unde sic ab Andræa Cretenf. salatur Maria: Ave Paradisi Ianuarum apertorium. Ave omnium generationum letitia, Ave fidelium dux, per quam induti sumus gloriam. Sic secure fit transitus per Abarim virgineum, ad Cœleste tabernaculum.

119 Adytus igitur ad Cœlestem Transituris Patriam per Mariam paratur, absque cuius opè non pervenitur. Ideo oportet, ut in Amana Peregrinationis, & transitus nostri, Mariæ protegamur umbraculo, ut sic expeditiores perveniamus ad finem. Dimas ille, latronis

sancti nuncupatione celebris, vi cruciatuum pressus, transitum è vita parabat ad mortem: dumque à Deo sequestratus (etsi corpore Deo propinquus) aliquantulum resipisceret, dulcissimum intuitus è cruce pendentem Iesum, sic eum alloquitur: Domine memento me dum veneris in Regnum tuum. Luc. cap. 23. Obtenebratum antehac cor habebat, (R) sed à perpetuo illo lumine obscuratos illuminante, lumine fidei respersus est, atque ad consequendam fidem, non fuit illa extrema hora, sed prima. Docet meus Parens, Magister Augustinus. Mira procudubio mutatio! Cognovit enim sensum Domini (Addit B. Angelus del Pas) desuper illustratus: Quia dextera Domini fecit virtutem, & in virum alterum mutatus, factusque fidelis, confidenter petit unam à Domino, ut inhabitet in domo Domini omnibus diebus vite sue. Opere pretium hic non omittere duxi, quæ scribit Amadæus noster de Pio hoc latrone: utpote, in Ægyptum cum pergerent IESVS, MARIA, & IOSEPH, ille (puerulus adhuc) squamosa lepræ asperitate torquebatur: & qua Virgo Infantulum Iesum laverat aqua lotus, statim sceleratam illam exiit, & sanus evasit. (S) Modo ad proposita redeamus. Unde tam repentina huius latronis conversio? Primario à Deo facta est, excitante auxilio: secundario autem, quia Virgo, media inter Christi, & Latronis crucem, pro Latrone, ut converteretur orabatenixe, ait D. Damianus: etenim à Dima obsequium sibi in montanis Iudeæ factum, ne à latronibus afficerentur convitijs, dum fugerent in Ægyptum, hoc summo omnium beneficio compensavit. Per confessionis viam, transitorius erat ad Patriam: at oportuit antea sub Mariæ umbraculo contineri, ut sic secutior foret emissio transitori. Hæc de simili sunt voces Doctoris Seraphici: In umbra alarum tuarum, Domina, requiescam, quia delectabile est mihi refrigerium suum. Sic sit depingere Syrticam gemmam, quæ liparea dicitur, cuius immites etiam feræ ita latantur aspectu, ut immotæ eius intuentis venustatem maneant, & ducantur, sicque à venatoribus (dum canum nil sagacitas proficit) facile irretiuntur. Adde Gnomam: ATTRAHIT OBIECTA. Statim enim ut oculis obijcitur, irrationalia vi quadam trahuntur obiecta. Talis est Virgo, (inquit Pictaviensis) quæ pro certo ad se trahit feras, idest indomitos peccatores, & ideò mediante auxilio suo

(R) D. Cyrill.
Ierusalem in
Cat. Græc. Ca-
thec. 13. Luc. c.
23. v. 42. Div.
Augustin. serm.
120. de Temp.
B. Angelus del
Pas, l. 24. c. 42.
in Luc. c. 23.

Bonus latro,
cū Puer esset,
lepra labora-
vit: sed à Iesu
mundatus est.

(S) B. Ama-
dæus de B. Virg.
Rapt. 7. D. Petr.
Dam. apud An-
ton. Escob. Tom.
1. in Evang. l.
11. sect. 7. §. 1.
num. 5. D. An-
selm. apud Lu-
dolp. Caribuf.
de vit. Christi,
c. 13. D. Bonav.
in Psalt. Virg.
Anglic. l. 1. c. 6.
61. Berchor. in
Redu A. l. 1. c.
91. n. 1.

Nisi per Ma-
riam, non per-
venitur ad
Deum.

venam

venator Christus plures accipit, & convertit. Sic nobis per Mariam, felicem Abarim præparat transitum ad Hierusalem supernam. E contra accidit ab hac se segregantibus umbra. *Miserationes Dei commendat nobis probatas in nobis*, inquit meus Parens Augustinus explicans Psalm. 106. ubi David hæc de Israelitis

(T) D. Aug. in Psalm. 106. v. 4. & 7. *Lyra in Gloss. ibi. D. Hier. & Tirin. in Bibl. Max.*

canit: *Viam Civitatis habitaculi non invenerunt. Populus Israel frequenter fuit captivatus, & si non totaliter, tamen particulariter ad omnem positionem terrarum in circuitu terræ promissionis existentium, & per consequens inde potuerunt redimi, & in Iudæam reduci.* Arguit Propheta Israelitas, quod via Civitatis nihili facta, ultro per viam inaquosam incedentes erraverunt: *Sed Deus deduxit eos in viam rectam: ut irent in Civitatem habitationis.* vers. 7. Quænam via hæc, quidve Civitas sit, inquiramus.

(T) Via in qua erraverunt, est deserta via, ut habet Hieronimus, ideo erraverunt non inveniunt Civitatem habitationis, seu viam ducentem ad Civitatem, in qua habitare possent. O insania Hebræorum! Civitas habitaculi (exponit Doctorum Doctor Alensis) dicitur militans Ecclesia, que est transitoria, & transiens, & non habet nisi habitaculum, quia est in via. Civitas verò habitationis est Ecclesia triumphans. Quia primam reliquerunt viam, non pervenerunt ad alteram. O nimio infelices, nisi divina pietate suffragarentur! Sed attende, quod non invenisse pervicacia fuit, mentis torpor, animæ procacitas: Quandoquidem via, quæ ad Civitates ducebant expedita, & absque villo erat obstaculo complanata: *Ut facilior ad eas omnibus pateret accessus.* Civitas autem

(V) Alex. Alens in Psal. 106. v. 4. & 7. Novar. l. 4. v. 16. Virg. c. 10. Exc. 81. n. 757. D. Ioan. Damasc. ser. de Dormit. Maria D. Parens Aug. de Civ. lib. 21. c. 4. Philip. Picinell. l. 12. cap. 24. n. 196. Job. c. 9. v. 26. Lyra in sua Gloss. ibi. Albert. de Marquesi, in Cœliloq. Moral. de B. Virg. cap. 76.

(V) una vniçe Maria hominibus constituta est, ut apud Damascenum sic ipsa fatur: *Ego Civitas refugij ad me confugientibus.* Quid inde novum errasse, qui transeuntes in Abarim renuerint viam huius Civitatis invenire? Ne in tribulationis immergamur abyssum, viam hanc non deferamus, nec oculos à Mariana Civitate deflectamus. Magnetica cautes in quadam Indiæ insula reperiuntur, iuxta quas transeuntes sic tenaciter attrahuntur naves, ut immotæ illic nullum naufragij experiantur discrimen. Idèoque scopulus in medio æquoris magneticus pingitur, eique Navis connexa, cum lemmate: HÆRET, NE LONGIUS ERRET. Omnes nos per Abarim incedimus transeuntes ad portum usque Civitatis futuræ, quam in-

quirimus, *Quasi Naves Poma portantes:* Job. cap. 9. Quare nautæ fessinant propter desiderium portus, inquit Lyranus. Expedit verò ne in periculosum incidant maris sæculi naufragium, ad Petram refugij levare oculos, ei intimè adhærere, ut sic securitate fruantur. Sic Franciscanus quidam habet: *Super Mare Beata Virgo habet virtutem, quia eius pietas ostenditur super illos, qui sunt in tribulationis amaritudine positi.* Absalonis etiam Abbatis verba de his audiamus: *Omnes miseri, omnes in amaritudine criminum fluctuantes: ab ipsa opem refugij exposcunt, (X) & consolationis beneficia consequuntur.* Sic summa felicitas est, præter Dominum, Mariam videre, adhærere Mariæ, & in suæ protectionis munimine demorari. Ut namque Ambrosius Augustinianus hæremita lepide scribit: *Maria mons est adamantinus, (cuius naturæ est ad se trahere) cui quæ ininitur edificatio, non cedit tempestatibus huius sæculi.* Huic monti transeuntes, ne erremus, hæreamus.

120 Abarim insuper Acervus frumenti dicitur: & Mariæ venter, acervus tritici vallatus lilijs. Vtpote quia interiorius fecundus in prole. Exponit Princeps interpretum. (Y) Felix Maria fuit in cuius castis visceribus superveniente igne Sancti Spiritus, coctus est panis ille Cœlestis; qui de se dixit, ego sum panis vite. Ioann. cap. 6. Rem ergo ad Eucharistiam deflectamus, in qua frumenti adipe satiat nos Dominus, & Virginis Mysterium à Div. Gregor. Nissenio vocatur. Acervat vnde Maria (Virgineus veluti Abarim) divinum dispensandum hominibus frumentum, (Z) quod a fructu fortitur vocabulum, fruitque benedictus fructus ventris sui. Nam Christus Dominus de carne Mariæ carnem accepit, in ipsa carne hic ambulavit, & ipsam carnem ad manducandam ad salutem dedit. Habet Theologorum Magister Augustinus, cui subscribens Div. Basilus ait. *Christus est granum frumenti: qui exceptus in Virginis utero excrevit in rationalem spicam.* Similitudinariam Carmeli speciem caput habuisse Mariæ asserit sponsus. *Caput tuum ut Carmelus.* Cant. cap. 7. ubi plures legisse comperio, sicut coccinum: Quod à Cocco dicitur, ab illicis frondibus celerrimè in vermiculum, transmutatum. Sic divinum utriusque Verbum; absque divinitatis amissione, humanam induens naturam transmutatur in vermiculum, ipso restante Psalm. 21. *Ego sum vermis.* (A) Hic ergo Cœle-

(X) Absalon. Abbas, de B. Virgin. Maria, ser. 3. in ord. 22. Bibl. Virg. Tom. 1. pagin. mibi 487. lit. C. Anglic. l. 16. c. 9. Ambr. Gentilis de Anunt. Mar.

(Y) Cant. cap. 7. v. 2. Lyra in Gloss. ibi. Ioan. cap. 6. Lyra ibi. D. Ber. de Nat. Dom. serm. 2. D. Greg. Nissen. de vit. Moysis post med.

Eucharistia dicitur Mysteriū Virginis Mariæ.

(Z) Anglic. 17. cap. 65. Berch. in Red. lib. 12. c. 59. n. 1. Div. Aug. in Psalm. 98. D. Basil. Seleuciensis orat. Iacobi. in Cæbol. Plin. lib. 4.

(A) Psalm. 21. v. 7.

v. 7. *Lyr. Titel-
man. Alenf. &
omnes ibi. Lyr.
& Tirin. ad c.
7. Cant. v. 5.
Marius de Ca-
las. tom. 4. Cœ.
Hebr.*

Mariæ, caput
apte Carmelo
Monti assi-
milatur.

(B) *Marius,
Hare. D. Hier.
Id. Beda, &
alij, D. Greg.
Nazian. orat. 2
in Pasch. Plu-
tarch. in vit.
Fab. Max. D.
Cypr. Epist. 54.
Daniel. Agric.
Cor. 10. stella
10. idem Cor.
8. stella 6. Pict.
in dict. Dion. Alyj.
Aldrov.*

Mariæ, &
Christi vna,
& eadem esca
in Eucharis-
tia.

Cœlestis vermiculus sui sanguinis cruo-
re Beatorum stolas mirificè rubricavit,
ipsique lacteo sanguine agni dealbave-
runt eas. At Maria non solum nivea deal-
batur tinctura, sed in ipsum vermiculum
abit mutata, ut non duæ, sed vna sit
Christi, & Mariæ caro, ut prædixi-
mus cum Augustino. Ideo caput eius ut
Carmelus: quod alijs corporis supere-
minet partibus; seu mens, quæ animæ
pars est superior, & speculum omnis per-
fectionis, ut habent Lyranus noster, &
Tirinus. At, cur Maria (sumpta per sy-
necdochen parte pro toto) amenissim-
o, & nimia fructum vbertate, pin-
guescenti comparatur Carmelo? Hic
Mons Ptolemaidi ad mare imminens, fe-
rax admodum est vini, & interpretatur,
(B) *Agnus coccineus*, vel *spica plena*.
En periucundum Eucharistiæ Symbo-
lum, in qua *Agnus quidem accipitur*,
(Nazianzeni verba promens) *propter
innocentiam, veterisque nuditatis indu-
mentum: talis est enim victima pro nobis
cessa, scilicet Christus*. Agnus ergo coc-
cineus est, sanguine cuius virgineum as-
pergitur altare, ex quo nobis diffundi-
tur, ut lavemur. Spica itidem plena omni
gratiarum vbertate agnus ille monitra-
tur: nec mirum, etenim spicas falce
demestas sponte fuisse sanguine cruenta-
tas, compertum est, Authore Plutarcho.
Imò dominica vocatur saturitas à D. Cy-
priano, in campo Virginis, & lata, &
exorta, ut nobis proficiat ad salutem. Id
rectè noster sic pandi Daniel Agricola:
*Maria campus propter florigeram amœ-
nitatem: ibi enim crevit frumenti illius
pretiosum granum, quo pascuntur Aves,
& animalia, Angeli scilicet, & fideles in
Sacramento Altaris*. Carmeli ergo instar
Maria est, quia cum Agno Eucharistiæ
coccineo idem est, divisionem non pati-
tur, sed charitatis amplectitur identita-
tem. Nam in hoc Sacramento (loquor
cum præcitato Authore) *fit illud no-
vum, & mirabile scilicet quod duo erunt
in carne vna, idest Maria, & Filius,
Virgo, & Christus*. Ergo Maria ita Eu-
charistico conglutinatur Agno ut ple-
nam referat gratiarum spicam, quatenus
sunt duo in carne vna, dum Carmelus
Encharisticus indivisam conservat vnita-
tem cum Maria. Inde pro scopo nostro
nobis obijcitur, quidam novi Orbis no-
vus utique fructus, ac novitate plenus,
peponem æmulans, cuius ex maturef-
cente pabulo agniculi velut candidissimi
(Pictaviense docente) species in medio
apparet, qui vna cum parente ambrosiam

sapiens editur à colonis. His adnecte epi-
graphen: EX UNA FIT ESCA DUO-
BUS. Hoc idem in Eucharistia accidere
contemplamus: Nam agnus ex sanguine
Parentis coalescens, in pinguem surgit
animarum adipem, primogeneam à matre
traductam carnem non amittens, sed in
nostrum Viaticum expendens. (C) Vi-
tra Arnoldum nobis antehac propalan-
tem, *vnam esse Mariæ, & Christi car-
nem*, percipiat Ambrosij dictum: *Præ-
ter naturæ ordinem Virgo generavit, &
hoc, quod conficimus corpus, ex Virgine
est*. Carmelum sapit vterque, Mater, & Fi-
lius: *Hic Agnus coccineus*, illa ovis lactea,
sanguinem suum, ex quo Christi conficia-
tur caro à nobis pabulanda, propinans,
ita ut *ex vna fiat esca duobus*. Vide Car-
meliticum, purpureumque agnum in al-
tari mactatum, ex purissimis Mariæ san-
guinibus confectum, ut Patres cum Ama-
deo habent, non absimilem, vel qui pur-
pureo vellere olim nasci visus est, vel qui
galeatus sanguineis punctis ab ove ni-
vea processisse perhibetur. Ita in altari
Christus proprio sanguine coronatur, &
cum Panis sit, ac spica plena, vna cum
matre ex his vberimis spicis, (ut olim)
fidelibus cunctis supereminens adapta-
tur corona. Ad alia huiusmodi proceda-
mus, ut in Abarim Mariano, qui *acer-
vus frumenti est*, frumentum Cœleste
quo amplius saturemur, inveniamus. De
illo enim pane vivo, qui de Cœlo des-
cendit, hæc Maria cecinit: *Dilectus
meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter
lilia*. Cant. c. 2. Sive ut habent alij, (D)
ego sum illius, qui pascit. Ita ut ab eo non
discriminer, tota in eum abeam, ut simul
eum, & me sit conspiciere vnum. *Est
mihi omnia: Pastor, sponsus, via, veri-
tas, & vita*. Ita meditatur Seraphicus
meus Parens Franciscus, itidem, & Am-
brosius. Modo hic sponsus non pascit so-
lum, sed pascitur, & oblectatur, ut sentit
Nissenus. Pascitur namque lilijs, quia
Avidissimus puritatis, & inter ipsa lilia
pascit oves: *Nam pascens est* (ait Ber-
nardus) *ita puto: nihilominus pascitur
ipse, & quidam escis, quibus libenter ves-
citur, profectibus nostris*. Sed vnde nam
lilia hæc inter quæ pascit, & pascitur
sponsus? Signari hic Sacramenta, Eucha-
ristiam maximè, Ambrosij sententia est,
plurimumque Patrum. Vnde liliorum me-
minisse sponfam, sacramentum est non
Mysterio vacuum: Teste enim Herodoto,
mos apud gentes aliquas inolevit, pla-
centulas sibi ex candidis liliorum nucleis
adaptare, quibus suavitate præstantibus

(C) *Arnoldus
Carnoten. loc.
adduct. de Lau-
dio. Maria. D.
Ambr. de Init.
Miss. c. 9. B.
Amad. Rap. 4.
Post, P(al. de
Creat. Hom.
Spartian. apud
Theatr. vit.
Hum. tom. 2.
Verb. Divina-
tio. Marin. lib.
10. Rer. Hisp.
Plut. in vit.
Alex.*

Agnus in ca-
pite figuram
coronæ ha-
bens ab ove
editus est.

(D) *Cant. 2.
v. 6. Bibl. max.
D. P. N. Fran-
ciscus in opusc.
D. Ambr. apud
Tirin. ibi. D.
Bernard. Psal.
44. D. Ambr.
ser. 14. in Pf.
118. v. 1. Hero-
dot. lib. 2.*

Olim ex lilijs
siebant suavis-
simi Panes.

vescebantur. Hæc parat, ut his pascatur, & pascatur Christus: hæc prævia parat, & Maria. Audi. Mappa, qua Dominus dum in nocte cœne accumberet, usus est, Mariæ manibus pie creditur elaborata, in qua permixtum lilia acu depicta visuntur, in qua ipse primo suum corpus appositum, (E) statim à Discipulis sumendum: & sic picturata hodie in Ulyssipone adoratur. Sic qui alios pascebat, virgineis lilijs pascebatur, ut datus convescens in edulium, Mariæ etiam portiunculam nobis porrigeret in alimentum, & lilia in pacem, Panis in lilia mirificè charitatis glutino verterentur. Scitè id affert ita Damianus: *Christus inest Mariæ matri identitate, quia idem est cum illa. Habitat enim Dominus in Virgine, cum qua unius nature habet identitatem.* Si igitur una natura est, caro una, Mariæ quid, in Eucharistico pro nobis transit proculdubio alimentum. Ipse enim Iesus candidus est, ac electus ex millibus: Maria autem electa ut Sol, cuius venter, acervus tritici vallatus lilijs. Atque adeo cum ibi foveatur, nutriatur ibi caro Christi in Sacramento velanda, ex huiusmodi pinguescit floribus Marianis. Hinc procul delusione facta alludit priscorum fabula, liliū videlicet ex Iunonis lactea procreatum fuisse pluvia: Vnde ei adstrinxerunt lemma: COELESTI SEMINE NATUM. Uterque enim, liliū est, *Maria lacteum propter candorem virginitatis*, ait meus Parens Div. Antonius Paduanus: (F) Liliū itidem Christus gratiarum vestimento, & purpureo circumamictus. Docet Alanus Varenfis. Hoc acervatur in illo: utrumque sapit esca Sacramentalis, ne fastidies.

121 Nec tam cito sistere nos oportet à tam spectabili argumento; etenim Panis ille Cœlestis Eucharisticus, non est nobis nisi per Mariam porrigendus, ab eaque munifica dispensatrice dispensandus. Hisce alludere verba videntur Adolescentularum Hierusalem sic mysticæ huic sponsæ Sacratissimæ alloquentium: *Exultabimus, & letabimur in te, memores vberum tuorum super vinum.* Cant. c. 1. Dicitio Hebraica *Dod*, & vbera significat, (G) & amorem: vnde amores sponsæ pluris fieri prætiolosissimo vino, hic testantur invenculæ: Quapropter alios legisse comperio; meliores sunt amores tui vino: Sive, Recordari faciemus charitates tuas de vino. Ant, predicabimus amores tuos vino præstantiores. Sed cum vinum meracissimum sit Sacramen-

tum filij Dei, ex nostro Daniele Agricola, & DD. passim, cur vbera, & amores sponsæ Virginis præferuntur huic omnis gratiæ poculo, in quo divinum quid, etsi non ex vi Verborum, per concomitantiam contineri fides, ac veridicus Subtilis præceptor autumat? Sanè Hiperbolico vtuntur Solymæ Virgines eloquio, cum nil sit præstantius Deo: at cernentes vberum fontes lac promanasse, quod in vinum verterentur Salvatoris, & salutis, ut tanti boni causam sic pluris faciunt, ut ferè vinum Sacramentale haud vereantur oblivioni dedisse, quasi quod sibi sit lac memorasse vberum Mariæ, quod cunctis proponitur ut gratiarum pignus Sacramentale. D. Petrus Damianus ad hæc sic adfit: *O Beata vbera, quæ dum tenues lac puerilibus labris infundant, Angelorum cibum, & hominum pascunt. Manat enim liquor ex vberibus Virginis, & in carnem vertitur Salvatoris.* En causam, cur vbera præferuntur Eucharistico vno, quia id ab illis emanat, & laudem (cum sit vnum cum Matre) communem esse iudicat, non diversam. Propterea sit contemplari candidissimam ovem fœcundo pascentem vbere agnos, vnumque alijs pulchriorem, adhibito lemma: OMNES PENDEMUS AB VNA. En germana Mariæ effigies, cuius lacte pascitur ille, quo in altari pascimur, & sic ab illa vnice pendet noster salutis negotium, lac, quod in Panem transit Angelicum, in delicias omnium. Vnde à Seraphico Præceptore (H) vocatur Maria: *Mammilla orphanorum, & parvulorum, & ab Abbate Philiberto: Nutrix nutritoris omnium.* Ideo oportet nos prædicare eius vbera, & amores, dum sic omnes pendemus ab illa. Hoc idem adstruere videtur pia sponsa Christi, anima videlicet, dum inhians voto, hoc Cœlesti ut pasceret alimentum, sic clamabat: *Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ.* Cant. c. 8. Dei filius hic frater dicitur ratione humanitatis assumptæ, & sugens vbera matris, idest Virginis Mariæ, quæ non solum dicitur Mater Christi, sed etiam totius Ecclesiæ. Explicat interpretum maximus, noster Lyranus. At aliorum lectionem perscrutemur sic habentium: *Quis det te mihi quasi fratrem.* Ut tuo videlicet amore fruatur, te charitate amplectar, & intime nos faciat una vita sodales. Præcipue autem hic pia anima optat Christum primo vbera sugere virginalia, ut sic pinguescat panis Eucharisticus, quo in Sacramento alatur; eique demum quasi frater sit, ne ab

ad q. 2. & passim. Conc. Lateran. c. firmiter, de Summ. Trinit. Trid. sess. 7. can. 1. & sess. 13. vide Subt. D. l. 4. d. 10. q. 2. art. 2. & d. 11. latissimè. D. Petr. Dam. apud Novar. Agn. Euchar. 1. 4. cap. 54. Exc. 177. num. 1743.

(H) D. Parens Bon. apud Lyr. Philibert. Abbat. 1. 1. Cant. c. 14. Lyr. in Gloss. ad c. 8. Cant. v. 1. Bibl. max. ibi & lectio Siriac. ac alij. Apponius, & Gish. in Cant. apud Corn. à Lap. in c. 8. v. 1. D. Ant. Pad. Aut. Gel. 1. 13. Noct. Attic. Januensis in Cathol. Oecumen. in c. 10. epist. 1. ad Cor.

Frater, quid est ethymologicè.

(E) Novarin. 1. 5. Sac. Elest. de Agn. Euchar. c. 39. Exc. 38. m. 459. D. Petr. Dam. ser. 2. de Nativ.

Mariæ lac, & sanguis in substantiâ humanitatis Verbi transivit.

(F) D. Ant. Pad. ser. Dom. 6. Quadr. Alanus Vares. ser. 5. de Laudib. Mariæ.

(G) Cant. c. 1. v. 4. Gish. ibi. Bibl. Max. Menoch. à Lap. Titelm. & alij. Daniel. Agric. Coron. 7. stella 7. Subt. D. l. 4. d. 8. q. 1. & q. 6.

ea valeat charitate separari. Apponius sentit ita, Cornelius, & Gislerius. Hac de causa Christus infantili specie se D. Parenti Francisco, Paduensi Antonio, alijsque se diffusivandum praeuisse historiae tradunt. Sed cur, inquiramus modo, in Eucharistia Christus quasi frater, non quasi Rex munificus, vel ut sponsus dilectus aptatur a sponsa, ex quo vbera suxit materna? Frater, idem est ac fere alter. Hoc anima exoptat, hac avidius appetit, ut Christum manducans, fere Christus, iudicetur, in quo maneat, & Deus in ipsa. Festive id profert Oecumenius: *Agglutinat nos Christo sanguis ipsius, propter ipsam participationem, non secus ac membra caput.* Olim in calicibus depictos erat cernere pastores, qui pascendi tenellos instrumento quasi vterentur agnos. Hic autem Christum, Bonum utrique Pastorem, non pictum, sed realiter physice credere est existentem,

(I) & quasi sugentem vbera matris, cuius lacte ut Pastor nos pascit, ita fraterna charitate, ut in eius abeamus substantiam, & ipse in nostram. Festive id lussit B. Algerius dicens: *Per unitatem spirituales, ita concorporales, & sacramentales sumus Christo, ut dicamur panis dominicus, dicamur etiam corporis Christi cibus, & sanguinis eius potus.* En divina fraternalis unitas, quae a Mariae vberibus pendet. Vtriusque tenax habenda est memoria Christi, & Mariae, dum caelestis escae avidi properamus ad altare. Prisci siquidem suorum simulachra

Numinum, (K) aperte mensis apponi curabant, & praesidere ipsis putabantur. Nos nefandos abiurgantes ritus, Dei filium, eiusque Matrem huic Sacratissimae mensae, & aditare, & praesidere fateamur obsequentes. Id omne Officium clarescit vaticinio, dum de his tempore legis gratiae haec habet: *Vivent tritico, & germinabunt quasi vinea: memoriale eius, quasi vinum Libani,* cap. 14. Fideles vivunt tritico, id est Eucharistiae Sacramento, quod conficitur de pane triticeo, & hic panis dat vitam mundo. Exponunt Lyranus, & Parisiensis Haye, cum alijs. Illi namque sunt (ait Montanus) qui sedentes sub umbra Libani, eius suavissimo recreantur odore. Sed cur quasi vinea germinare dicuntur, qui sacramentali viventes tritico memoriam servant vini, quod Dominus Discipulis dedit, quando memoriam fecit mirabilium suorum, & dedit escam timentibus se? Vineae vitium confita multitudo est, istaque nomen a se invicem innectendo sortiuntur, vniuf-

que naturae sunt vitis, & Palmes, vinea, & vinum, soloque accidentali separantur discrimine. Maria de se praedicat: *Quasi vitis fructificavi suavitatem odoris.* Eccl. cap. 24. Filius autem eius de se ipso clamat, *ego sum vitis vera.* Ioan. cap. 15. ex his Eucharistica coalescit Vineae, cuius Sacramentale vinum, in nostrum vertitur nutrimentum, per quod *unum corpus summus in Christo.* Ad Rom. cap. 12. *Sic iusti germinabunt quasi vinea; Quia vinea Domini Sabaoth, domus Israel est.* Isai. 5. Tribus vnde ex his vis vitibus vna spiritualis vinea coalescit. Quia Maria Christum protulit palmitem, & fructum benedictum ventris: hoc hominem Deum facit, ipsum in Eucharistia deificando: Nam

(ut docet Lyranus) *per hoc Sacramentum homo unitur Christo, qui est principium vitae spiritualis: quia per charitatem amans est in amato, & est converso.* (L) Sic (addit Menochius) quod in me manet, & ego in illo; id est intime mihi coniungitur, caro ipsius carni meae miscetur, ita ut unum quid efficiatur. Frumentum illud a spica virginea, vinum a vite Mariana profluit: ergo quid etiam Mariae est, quod in nostrum conficitur alimentum. Ambrosium libeat audire: *Liquet quod praeter naturae ordinem Virgo generavit, & hoc quod conficimus corpus, ex virgine est.* (M) Sub umbra igitur Libani Mariani homines viventi tritico germinabunt quasi vinea; quia vinum, & triticum Christus est, in quem convertuntur. Novissimam ad haec Cyrillus apponat manum: *Sicut enim si quis liquefactae cere aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commisceat necesse est; qui carnem, & sanguinem Domini recipit, cum ipso ita coniungitur, ut Christus in ipso, & ipse in Christo inveniat.*

Sic Botrus & ferax, & speciosissimus ex palmitem pendens obijcitur cum Lemmate: *NECTIT CVM PALMITE VITEM.* Vinum enim, quod de Botro liquatur, dicitur quasi in vite natum; uterque autem a trunco procedit, eademque in tribus natura est. Sic Botrus Cypri dilectus Iesus, manens in Palmite hominis, suamque ei communicans naturam, vitem Marianam ut vitae spiritualis principium agnoscit, & radicem; sicque ille in Sacramento *nectit cum Palmite vitem.* Hoc idem innuere sponsa videtur, dum ait: *Bibi vinum cum lacte meo, comedite amici, & bibite.* Cant. 5. alij habent, *Manducaui panem meum.* (N) Ad Divini Verbi epulas Mariam sibi fidos invitare, tenent Alensis, Menochius, Tittel-

(L) Eccl. c. 44. Ioan. c. 15. Isai. c. 5. Ioan. c. 6. v. 57. Lyr. in Gloss. ibi. Menoch. & Tirin. in Bibl. Max. ibi.

Quid Mariae a nobis in Sacramento Eucharistiae sumitur (M) D. Ambr. de int. Miss. c. 9 D. Cyril. l. 4. c. 17. Anglic. lib. 17. c. 83. Berchor. in Reduct. mor. lib. 12. c. 182. n. 1. Levin. Len. emendat. in expl. Herb. Bib. c. 25.

Mariae lac in Sacramento Altaris fideles sumunt.

(N) Anonym. apud Metaph. ex Novarin.

(I) Tertul. l. de Pudic. B. Algerius lib. 1. de Sacram. Altaris, c. 3.

(K) Arnobius, Athenaeus l. 8. cap. 13. Statius in Sylv. Offic. c. 14. v. 8. Lyr. & Haye in Bibl. Max. ibi. Arias Mont. apud Cornel. à Lap. in Officium. D. Ant. Pad. serm. Dom. 6. Quadrag. Angl. l. 17. c. 179.

Maria vitis, quare? Christus vitis, & vinum.

Agn. Euch. lib.
5. c. 39. exc. 38
n. 459. dlenf.
Menoch. Ti-
telman. Cornel.
Gisler. alijque.
Novar. Vmbr.
Virg. l. 4. c. 12.
Exc. 43. n. 430
Richard. à S.
Laur. de Laud.
Mar. lib. 1. c. 2.

Quare potius
lac suum, quàm
carnē suam,
Maria vocat
Eucharistiam

(O) D. Aug.
ser. de Assumpt.
Avicen. l. 1. ten.
3. doct. 1. c. 2.
Salvian. l. 5. de
Provid. Tirin.
in Bib. Max. ad
cap. 5. Cāt. v. 1.
Angl. l. 5. c. 34.
Cornel. à Lap.
in c. 5. Cant. v.
1. Arias Mont.
& alij.

Infantes, dum
vbera sugunt,
materni cor-
dis amorem
alliciunt.

telmanus, Cornelius, alijque: & hoc alli-
citiva charitate, quasi dicens; *congaudente
mibi in spiritali convivio in presenti.*
Sed num Maria, quæ panem Cœli con-
cepit, peperit, educavit, etiam alebatur
& ipso? Proculdubio. *Bibi (inquit) vinum
cum lacte meo.* Imò id adstruit Anonymus
quidam hæc dicens: (O) *Maria ad divi-
na mysteria quotidie accedebat, & filij
corpus visceribus inferebat, quod prius in
utero gestaverat.* Idcirco vinum bibisse
Maria asserit cum lacte suo: lac enim quo
filium nutrit, filius in vinum Eucharisti-
cum transmutavit; dumque sugebat matris
vbera infans, illa gaudebat sciens sui, &
animatum lac illud futurum delicias, dum
in sui nati corpore in carnem esset, ac san-
guinem vertendum, ac à fidelibus degus-
tandum. Id pie meditatur Novarinus, cui
astipulatur Richardus ita: *Si Beatificat
Mariam mulier, quæ adhuc carni, & san-
guini eius communicare non meruit; lon-
gè magis à nobis beatificanda est, qui eius
carne, & sanguine reficimur in altari.*
At cur Maria non carnem suam, (cum
vna sit Christi, & Mariæ ex præducto
Arnoldo Carnotensi) sed lac suum hoc
appellasse proponit Sacramentum? Ali-
qua dicam. Olim mero lacte victitabant
Magnæ in epulo Matris Deorum, isto-
rum eam quasi nutricem rememorantes.
Maria veri Dei magna mater, *quæ nos-
trum lactavit cibum, & Angelorum,*
mensam Eucharisticam quasi Cœlestis Ma-
terfamilias nobis proponit, & tenellos
velut infantes divino imbuat lacte, quo
satis est cibo ad fruendum omni bono. Pro
votis insuper huic almæ Parenti est, nos
filij, & suas æmulari virtutes, ideò lac
propinat, nos vt charos amplectens in-
fantes; etenim *nutrices mores suos, in
pueros quos alunt (Avicenna testante)
transmittunt:* Ideò ait, *Bibi vinum meum
cum lacte meo: comedite amici, & bi-
bite.* Idest (addit Tirinus) *adimplemini,
vt nil in vobis vivat, aut vigeat, quam
Dei amor, nil cogitetis, quam quod idem
amor præscribit.* Virgo igitur nos lacte
suo Cœlesti pascens depingitur, addita
scriptura: CVM LACTE FVNDIT
AMOREM. Vbera enim, & amores ea-
dem voce Hebraica *Dodin* significantur:
Imò, Nostro Omniscio Anglico docente,
Mamilla suprà pectus cordi ideò sunt vi-
cinæ, vt huius calore sanguis & decoqua-
tur, & albescat. Cor autem centrum amo-
ris est, vt diximus cum Clemente Alexan-
drino; ideòque puer mammarum sugens
liquorem etiam maternos sibi rapit affec-
tus. Id etiam in casu evenit Maria claman-

te; *comedite, & bibite, sive saturamini
amores, seu summe dilecti;* nam Mamilla
virginea hæc: *Cum lacte fundit amorem.*
Lac hoc, & vinum filio dedit, isto nos Ma-
ria in Eucharistia alit: sicque Cœlestis exur-
git Mons *Abarim* acervans *frumentum
electorum, & vinum germinans Virgines.*
(P) Idest, *sequentes vestigia Christi.*

ARMON, ET ARNON Montes.

133

ARmon, Marianum Lyba-
num salutaturus advoca-
tur, cuius significatum est *mons præparatio-
nis, doni, vel muneris:* (Q) Nec Mariæ
incongruum, quæ præparatur à Deo, vt
mons domus Domini in vertice Montium,
ad quem fluunt omnes gentes, etenim
*per ipsam dona omnia Cœlestia ad nos de-
rivantur,* inquit Tirinus. Præparata fuit
Maria ab æternitate, vt omni pulcritudine
pulchrior in Conceptione, & vt *divinum
munus* (assert Andreas Cretensis) in Na-
tivityate. Vndè ad huius gloriam (tendit
ille) *Verbi vt Matri, ipsa dono offerenda
sunt verba.* Per hanc magnum in nos salu-
tis munus procedit, quia in ea, & per eam
nova lux oriri visa est. Vndè ex illibatis
scripturæ pratorum floribus Mariano mu-
neri nobis in sua nativitate exorto sertum
lati textatus. Adsit primum ex verbis D.
Mathæi Mariæ Nativitatem recensentis,
cap. 1. sic: *Liber Generationis Iesu Chris-
ti.* His Ecclesia vitur ad prædicandam
Virginis Nativitatem. Sed cur dicitur Li-
ber Generationis, non verò Nativitatis?
Ratio ex Simone de Cassia est, vt *Concep-
tio, & Nativitas eius æquæ iter pro mira-
bilibus attollantur.* Hic autem apposite
Salvator, & *Jesus* vocatur, & *Christus:*
At *Jesus* nomen est Personæ; *Christus,*
nomen naturæ. (R) Explicat Lyranus.
Mirari autem, & stupefcere est Mariæ na-
tivityatem in Verbi generatione ideatam
reperire; quod factum puto, quia *laus
nati (Amadeo dictante) genitrici exu-
berat, & honorem Mariæ partus divi-
nus accumulatur.* In divina autem Verbi
productione idem est nasci, ac gigni: *Fi-
lius enim exit à Patre quomodo natus,*
iuxta Augustinum. Atque adeò Mariæ
Nativitas, vt divinum quid relucet; Nas-
ci velut gigni est: Virtutem partus à gra-
tia mutuatur, & dedignatur sapere quid
humanum; ideòque appropinquat ad
divinum: *Non enim imperfectionis est
in Verbo Eterno (docet Subtilissimus
Præceptor) semper gigni absque omni
inquisitione prævia: nam semper Filius*

(P) Daniel
Agric. stella 7.
cor. 7. Lyra in
Gloss. ad c. Za-
ch. 9. v. 17.

(Q) Amos c. 4.
v. 3. Bibl. Max.
Cyr. Cor. Ma-
rius de Calass.
Haye, & alij.
Tirin. ad c. 44.
Ezech. v. 3. An-
dr. Cret. orat. 1.
de Nativ. Ma-
ria. Simon de
Cassia, lib. 2. de
B. Maria c. 17.

In Mariæ Na-
tivityate mo-
dus æternæ ge-
nerationis re-
lucet.

(R) Lyr. in Gloss.
ad c. 1. Math.
Amadeus Hom.
1. de Laud.
Virg. D. Aug. 5.
de Trin. c. 9. &
14. Theologor.
Princeps Subt.
Doct. l. 1. d. 9.
q. vnic. n. 5. &
6. ad 2. & 3.
D. Germ. Hom.
de Nativ. Virg.

Maria Sol in
ortu, divinum
ebibens splen-
dorem, & de
lumine lumē.

natus est, & per hunc sermonem significatur Nativitas ut perfecta. Ut si per Divinæ Personæ generationem Mariæ Nativitas spectanda est, proculdubio omni humana generatione, & nativitate eminentior est: quatenus in eius carne purissima, sine voce, & scriptura ipse inscriptus Deus, & Verbum per diem legitur, ut Sanctus Germanus docet. Exoriens Sol depingitur, sic luminis in suo absorbens Orbe claritatem, ut tota in eo videnda sistatur, non alibi, cum inscriptione: LUMINA CUNCTA BIBIT. Sole etenim exorto, velut in luminum centro omnes Planetarum superiorum, inferiorumque influxus agglomerantur, quasi quod alia supersint perperam sole orto. Sic Maria, quæ progreditur electa ut Sol, ita supereminens Excelsumque attingit Nativitatis principium, ut quale quid generationis æterni Verbi attingat, eius lumen incomprehensum mox contentura. (S) Recte electa ut Sol (ait Abbas Absalon) esse dicitur Beata Maria, quia sicut Sol claritate luminis, & maiortate cæteris sideribus antefertur, sic illa in Cælestis vitæ gaudio & gloria sanctis omnibus præponitur. Sic lumina cuncta bibit; Divinitatis lumen, Regum in Nativitate splendorem. Sic mons hic Marianus præparatur, ut lapis ab eo sine manibus, idest sine humano opere excidatur, habet Ricardus à S. Laurentio. Sed unde præparata in Verbi Æterni Matrem nobis nata procedit? Salomon annuntiavit: Procul, & de ultimis finibus (ait Prov. c. 3. 1.) pretium eius. Finis ultimus, ad quem omnis anhelat rationalis creatura pervenire, Deus est: à quo Maria ut Cæleste donum hodie in mundum mittitur ditatura. Ideoque huic huius capitis versiculo litera Aleph præponitur, quæ Principem designat, estque latine prima nascentium vox; indicans Mariam Oriri à primo principio Principem, ut per eam mortales ad Deum mortalitatis habitu indutum loqui familiariter incipiant. Ideò D. Andreas Cretenensis sic de ea fatur: Elegit Deus hanc puellam præ amore, quem habebat erga eam, in quam tota divinitas influeret, & quæ Dei, & hominis genitrix fieret. Idcirco Princeps à summo principio, nempe à Deo, qui noster est ultimus finis, Maria mundo datur, ut Regina Oritur mundo.

(T) Circa textum legunt alij: *Distans est à margaritis pretium eius*. Fortis ergo mulier ista (Virgo Maria scilicet ex Absalone Abbate) ita mundo Oritur pretiosum munus à Deo datum, à quo est

omne bonum, ut margaritæ valor comparatione eius parui fiat, nimium in valore distet, nec æquat. Margarita Cælesti genita rore in conculis nascitur marinis, candidarum omnium gemmarum præcipua, iuxta meum Anglicum. Nec tamen id totum candidioris Cæli margaritæ pretium adæquare potest: siquidem, si gemma illa ex ficcis nascitur conchylibus; ex sterili matre, Maria nascitur: si è Cælo lapis ille ducit Originem; Maria de se ait, *ex ore altissimi prodigi primogenita*. Eccl. 24. *Quia ipsa est principium Christi, qui est os Patris, & dignior omni pura creatura*, docet Alensis. Vnde salutatur ab Adamo Brovero sic: *Ave pretiosissima margarita, & humanæ naturæ gemma singularis Maria*. Quare prætiosius puræ totius creaturæ donum nobis nascitur, quia procul, & de ultimis finibus pretium eius. Nunc melleus concinat ita Bernardus: *De ultimis finibus, non de terra, sed de Cælo, nec de Cælo proximo terris pretium huius mulieris, sed à summo Cælo egressio eius*. Vnde nascitur, & egreditur Maria meditare, & Margaritam pingere prætiosissimam, sub qua lepida Verba Ausonii in encomium Veneris data, Catholice libeat apponere sic: NATATA SALO, SUSCEPTA SOLO PATRE EDITA COELO. Hæc per omnia Marianum præsignant ortum: etenim Maria (ultra quod *Mare* interpretatur.) Apud aquas probaticæ Piscinæ Hierosolymis ex Anna nata est, quæ dolorum causam ablatura erat. Solo unio hæc excipitur, ipsum suo locupletatura valore. È Cælo editam ex Bernardo satis transmissimus, nec in hoc ulterius libeat immorari, cum à Cælo pretium habeat.

123 Cum Maria nascitur ut mysticus Mons Arnon, præparatur Deo gratificationis donum ipsi libandum: quia ad hoc nata est, (ait Anselmus) ut per eam nasceretur Dominus Iesus Christus, (V) verus Deus, & verus Homo. Ideò hic in libri capite ponitur, Maria in fine: ut sic innotescat ab his duobus nostræ salutis negotia pendere. Liber ergo Natalis Mariæ, liber inscribitur generationis Iesu Christi. Matth. c. 1. Finis autem sic se habet: *Maria, de qua natus est Iesus*. Ibi. Vide Mariæ cum Christo reciprocam unionem: *Principium enim in unaquaque re maximum*, ut docet Plato: *Idque primum est, quod primo principio est propinquius*. Christus ut Deus rerum omnium primum principium est, cui nil Maria propinquius, cuius nomen exponitur

10. Absalon, Abbas ser. 16. Anglic. lib. 6. c. 62. Alens. in Gloss. ad c. 24. Eccl. D. Aug. Hom. 3. quæ est ser. 35. de Sanctis. Adamus Broverus in Salut. Angelic. Coron. c. 1. D. Bernard. Hom. 2. super Missus est. D. Hieron. Bedæ, D. Isid. Mar. de Calaf. Haye, & alij. Cedren. Dam. & alij apud Ant. Escob. in Evang. volum. 3. lib. 1. in Paraphr. n. 6.

Maria Cæli margarita, à quo pretium eius.

(S) Absalon Abbas ser. 43. de Virg. Rich. à S. Laur. de Laud. Mariæ, lib. 4. Belarm. in Grammat. Hebr.

Aleph, quid significat.

(T) S. Andr. Cretenf. opusc. de B. Virgine, c. 8. Haye in Concord. lit. Bibl. Max. ad c. Prov. 3. 1. v.

(V) D. Ansel. Cant. orat. ad Virg. c. 12. Montib. c. 1. v. 1. & 16. Plat. lib. de Republ. Aristot. lib. 5. Metaphr. D. Ambros. in Milleloq. lib. de bono Virginit. p. 4. Subt. Doct. 1. 1. d. 8. q. 5. a. 2. n. 17. §. 7. Hæc instaurat. 3. lib. de Primo rer. Pren-

Princ. latissimè ac passim.
D. Far. Dam.
Apud Alexium à Salo in art. pie amand. Dei par. stella 4.
Subt. Doct. in 4. d. 4. 6. q. 4. 8.
in Physic. passim. Albert. de Marquisis in Cœliloq. lib. 6. cap. 56. Alanus Varès. de Laud. Mariæ ser. 3.

Maria, cur in fine Arboris Genealogiæ Christi collocatur.

(X) D. Epiph. de Laud. Virg. Chrysipp. Presbyter. serm. de Laud. Virg. Richard. à S. Laurent. lib. 2. p. 1. Anglic. lib. 17. c. 136. D. Bernard. in serm. Cassian. apud Alexium à Salo in Arte pie amandi Mariam. privil. 4. Daniel. Agric. Cor. 2. stella 6. Abulch. in c. 1. Matth. q. 17.

nitur, *Deus ex genere meo*. Unde si veritas principij, & conclusionis (vt Sublior docet Magister) duæ veritatis adequata non sunt, sed una: Profecto conclusio libri à Matheo pro Mariæ Natalitio deducta, cum principio, quod prima veritas est, coheret ita: vt sanè quasi vna generatio, & Nativitas sit pensanda. Pro his mihi D. Petrus Damianus occurrit dicens: *Deus in Virgine est eximie, & non dumtaxat per essentiam, præsentiam, & potentiam, vt in cæteris creaturis, verum modo longè excellentiori identitate: quandoquidem filius ipsius idem ille est, qui est filius Dei: & quia caro est de carne eius, & os ex ossibus eius*. Idem ferè asserit D. Anselmus. Finis atque adeò si illud est, cuius gratia cætera fiunt. Rectè Maria finis libri est, & quamdam dignitatem Christus à Maria habuit, à qua habuit humanitatem. Ait noster Albertus. Unde Nativitatis eius gratia textitur in libro Nativitatis Salvatoris: *Quia Christus per Mariam censendus, quia tota est in filio, & filius in illa*. Insuper alia circa hoc meditemur. Liber Generationis Iesu Christi, ille est, & in Maria finitur. Quare? Arborem Mathæus erexit Generationis Christi, & Marianæ Nativitatis, cuius inscripti nomina Regum, nascuntur flores. Radix autem Mariæ est, imò totius gloriæ radix à D. Epiphanio vocatur, (X) & à Chrisypso salutata monstratur sic, *Ave radix omnium bonorum*. In hac autem arbore rami tortuosis cernebantur ambagibus à rectitudine devij, vt de Davide, Salomone, Rahab, alijsque innotescit facile: vt ergo tam rami, quam Regij flores, & fructus ad suam pristinam redeant venustatem, vt radix arboris Maria ponatur: etenim vt à radice quod attrahitur de humore transmittitur ad nutrimentum plantæ, & illius vtili transmissione flores, fructusque mirè proficiunt: Maria salutis, & bonorum vt sacratiore radice, illi crebrius meliorantur, & à deperdita charitatis salute redimuntur. Illa enim (accinit Richardus) est causa salutis generis humani, & complementum post filium suum, eorum, quæ facta sunt, & quæ futura sunt. Ad hoc enim Maria Deiparens nascitur, vt omnibus omnia fiat, (loquor cum Bernardo) ac copiosissima caritate debitricem se faciat, omnibus suum aperiat, vt de plenitudine eius accipiat æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus letitiam, & tota Trinitas gloriam. Ideò ponitur in arboris genea-

logica fundamento, quia tota salus generis humani sita est in multitudine gratiarum Mariæ. Promittit Cassianus.

124. Ultra dicta inferamus, & alia. Pro festivo Mariæ Natalitio D. Mathæus generationis Iesu Christi librum suscipit componendum, Matthæi arithmetica vsque ad num. 16. dispositum. Liber Generationis Iesu Christi. Matth. cap. 1. In eo tres disponuntur Thesauradecades Regum, Patriarcharum, & Sacerdotum, vt inter Insulas, diademata, ac sacrificia natum hoc divini amoris pignus Maria censeatur, quæ iam ab exordio in regno gratiæ Regina stabilitur. Regina Cœli dicitur Maria, eo quia non solum excellit dignitatem omnium Sanctorum, sed etiam omnium Cœlestium virtutum. Scribit noster Daniel Agricola. Sed cur Evangelista sic genealogiam excogitavit, & Mariam quasi vicinam unitatem, & complementum possuit? Maria, de qua natus est Iesus. Abulensis ad hæc respondet, quod ratio ob quam id voluit facere, fuit propter mysteria numerorum. Attende. Erat Mathæus olim Publicanus Telonio assidere assuetus, vbi vectigalia exactè numerabat, numerationis redituum intentus omnimodè negotio. Artis autem numerativæ Profitentium proprium est sextim pecunias distribuere, & per partes numerare; post vero Summam omnium seorsim collocant, velut omnium compendium unitatum. Maria ergo vt nata est, post tres Thesauradecadum collectiones collocatur, vt pateat ipsam nasci Summam omnium quæ in Genealogiæ numeris dispersuntur. (Y) Id tangit celebris Bernardinus de Buis, in hac prortumpens verba: *Beata Virgo in se habuit perfectionem omnium ordinum Angelorum, & hominum*. Excessit Maria Abraham in fide, Isaac in obedientia, David in misericordia, Salomonem in scientia, & soli sibi ipsi æquavit in pudicitia. En causam, cur vt nata ponitur seorsim in fine, vt omnium perfectionum Summa. Nec satis id. Liber Generationis Iesu Christi. Matth. c. 1. Hos Thesauradecadum ordines Mathæus distribuit, vt & numero satisficiat, & tempori. Docet Hieronimus. Sed qualis numerus? Quale tempus? Siste. Pro Marianæ Nativitatis cultu hanc Ecclesia à Spiritu Sancto edocta nobis lectionem decantat: *Mariæ, de qua natus est Iesus*. In hoc satisfacit plenè numero, & tempori. Numerus Thesauradecadis cuiuslibet Quartusdecimus est, qui est criticos inter numeratus, & morbi augmentatio-

Maria nascitur vt omnis perfectionis summa.

(Y) Lyra in Gloss. ad cap. 9 D. Matth. v. 9. Bernardus de Buis. ser. 9. de oper. virtut. B. Virg. Matth. cap. 1. v. 16. Theatr. vit. human. 2. verb. Dies.

(Z) *Anglic. lib. 9. c. 16. Galen. lib. de dieb. de-cret. Lyr. in Glos. sa ad c. 1. Luc. v. 31. D. Hier. Beda, Haye, Mar. de Calaf. & alij.*

Maria in Septembri nascitur, morbofis diebus, & tēpori salutem impertitura.

(A) *Idiota. de Laud. Virg. S. Ephren. Syrus. Div. Chrysost. Hom. in Luc. c. 1. Anton. Genuens. in Figur. Bibl. de B. Virg. ad c. 6. Cant. Anglic. l. 12. c. 22. Philip. Pic. mund. Symb. l. 4. c. 16. n. 241. D. Cyril. Alex. lib. de Vnig. Incar. c. 3. Petr. Galat. lib. 3. c. 18. B. Angelus del Pas lib. 2. in c. 1. Luc. c. 28. Subt. Doct. lib. Predicam. de Actione. Luc. c. 2. v. 12. & 15.*

Christus nec videtur sine Maria, nec invenitur.

tionis, aut diminutionis indicativus. Tempus etiam, quo Maria nascitur Autumno hyemis initia præstat, estque instabile, (Z) calamitatibus perniciosis subiectum valdè, vt Galenus docet, & Physici cum eo. Vndè nascitur vulgare illud prologium: *Morbi autumnales, vel longi, vel mortales.* Vt ergo, & tempori, & numero satisfaciatur Matheus, post tres quaterdenas Mariam nobis assignat natam: *Maria, de qua natus est Jesus.* Qui salus est, & per quem (indicat Lyr.) *salus humani generis futura erat.* Vnde fontem salutis Mariam, imminente morbi periculo natam, vt critico quaterdeno Cœlestem adhibeat medicinam, in Thesaradecadum calce Evangelista possuit, vt ex quo appareret morbus, aperiretur vena salutaris. Sic Idiota sapiens scripsit: *Per Mariam salus hominibus refunditur.* (A) Tempori etiam fit satisfactio, nam nata Maria non in deterius abit; imò humanum genus exitiali laborans ægitudine, tempora cernit in melius mutata, non subdita ærumnis, sed medicata flore virginitatis. Id canat cum Chrysostomo Antonius Genuensis ita: *Totum tempus præcedens adventum Virginis, fuit nox, in qua egrotabat humanum genus: sed hac benedicta radiante aurora, curata est ægrotudo humana.* Ideò in Thesaradecadum fine, & Autumno nata proponitur, vt per ipsam radicitus nostra infirmitas profligaretur. Hinc avolantem pingere fit *Charadrium*, Avem utique albissimam, solius oculi ictum super ægros iacentem, quæ protinus salute donat sic inspectos; Cyathumque adhibe licore medico plenum, quem evertit, cum epigraphe: **NON OPUS EST MEDICINA MODO.** Enim vero si Avis illa satis est ad medendum, frustra alia adhibentur medicamina. Maria ergo, quæ salutem attulit mundo, mundum nata à morbo lethali liberat, quia de ea natus est Iesus, quod nomen nostra continet salutis processum, principium, medium, & finem. Ait B. Angelus del Pas.

125 Plura discutiantur. Nascante Maria, *Liber Generationis Iesu-Christi*, Matth. cap. 1. In lucem prodit. Cur hæc? Series Regum, Patriarcharum, ac ducum, ex quibus Christus secundum humanam naturam ducit Originem, eius humanæ generationis aptè augusta recenset fundamenta: Imò, & stat bene hic rememorari Deiparam, *de qua natus est Iesus*: Sed cur eius Nativitati congruere Evangelium prædicatur, cum soli

Christi generationi congruere videtur? Imò maxime: etenim generatio ad esse geniti vt actio ordinatus, & Christus quoquo modo sine Maria, etsi quæretur, tamen minimè videtur, nec invenitur. Nunciata ab Angelis Domini Iesu Pastoribus Nativitate, hoc (inquiunt) *vobis signum: invenietis infantem pannis involutum.* Posthac festinant natum videre, dum mutuo dicunt, *videamus hoc Verbum.* Luc. cap. 2. Conciti iter attripiunt, & quem solummodo infantem venerari cupiebant, solum non, sed *invenierunt Mariam, & Infantem positum in Præsepio.* Luc. cap. 2. Num Mariam quærebant Pastores? Id silentio obtegatur. Quare ergo prius Maria, quam infantulus Iesus invenitur? Meus Parens, Seraphicus Doctor rationem reddit: *Si volumus Christum invenire, prius ad Mariam debemus accedere.* (B) Sic modo, cum Mathæus Christi generationem recenset proximam eiusdem Nativitati, Mariam non est passus silentio retineri: Exorta enim aurora, quod sol cito oritur est evidens consequentia. At cur in hoc Evangelio Nativitatis Marianæ, Patrum nulla fit mentio Mariæ? Advocantur Phares ex lege naturæ, ac scripta, Patres; & evehantur tot secula (ait S. Methodius) *vt dignitatem Matris Dei suspicari valeamus.* Vt enim scitè monstrat Bernardus: *Hæc benedicta Puella tantam perfectionem attulit universo, quod ulterioris perfectionis non est capax.* Joachim autem, & Anna non memorantur, sed haud recensiti sistuntur. Ideò non memorantur Mariæ Parentes, quia non ad siccitatem nata Maria, sicut solent pueri (inquit D. Ildephonsus) & puellæ nasci. Alij nascuntur ad fundandam filiationem, sed Maria ad fundandam maternitatem: Ideò dicitur, *Maria, de qua natus est Jesus.* Quia *Nativitatis filij, Mariæ Nativitas exordium fuit.* Adstruit Almericensis Antistes. (C) Secundò, Parentum Mariæ quando nascitur, nulla fit in Historia Evangelica mentio: sed tantum, quod de ea *natus est Iesus.* Matth. cap. 1. quia radix Mariæ non à natura, sed à gratia pensanda est. Sic eius ortum Isaias prævidit dicens cap. 11. *Egredietur Virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascendet.* Jesse Davidem genuit, à quo Christus secundum humanam naturam Originem duxit, & à quo radix ista nascendo procedit; scilicet (exponit Noster Lyranus) *Virgo Maria, quæ dicitur Virga flexibilis per pietatem.* Symmachus hic legit, *Germen novum.* Etenim

(B) *D. Parens Bonav. in Luc. c. 2. v. 16. D. Method. Hom. de B. Virg. D. Bern. ser. 6. de Gloria Virginis.*

Cur Parentes Virginis non memorantur in Evangelio suæ Nativitatis.

(C) *D. Ildeph. ser. de Nat. Virg. Benedict. Antist. Almeriens. Acad. 27. sect. 5 n. 45. Isai. c. 11 v. 1. Lyr. in Gloss. ibi. Jer. c. 31. v. 22. Lyr. in ibidem.*

Maria; cur Virga dicitur egressa à radice?

creavit Dominus novum super terram, quando femina circumdedit virum. Jer. 31. Id est (tendit Lyra) Christum de Virgine natum. De qua natus est Jesus. Sed à primo non invertamur scopo. Maria de radice potius, quam de trunco nasci perhibetur. Egre ditur Virga de radice. In Virga cum trunco notatur coherencia; à radice Nativitas, & processio; & floris productio. Id omne in Maria expeditum, modo ineffabili videtur. Nam erat profectio ipsa talis, ac tanta, ut illi minimè reperiretur similis. Nam Spiritus Sanctus (affert. D. Laur. Justin.) sibi ipsam in sponsam delegerat: (En Virgam in trunco charitatis maritatum) sapientia in matrem: (En vnde natum videmus Nazarenum florem) & Eternus Pater in Filiam. In his tribus radicatur Virga, in amore ut sponsa, in Filio ut Mater, in Patre ut nata. Vide ergo radicem, à qua Maria egreditur omnino divinam esse, ipsamque natam non partum esse naturæ, sed gratiæ: quapropter in suo, & ortu, & genealogia naturæ Parentes cernuntur obliterati. Vnde fas repetere sit (D) illud Virginis ad filium alloquentis, à Nazianzeno adductum: Simul atque nata sunt Patris tui, ut arbitrator, ex mente summa, me meus nutrit Pater. Inde Amaranthum (sive Agnum-Castum) purpureo flore ornatum, ac Cælo pendulum pingit, cum scripto: SOLA SOLO CONCISSA VIRET. Etenim plantula hæc etsi terræ nullas infigat radices, purpureum florem, viroremque non amittit. Talis (scribit Pieta-viensis) est Beata Virgo, cuius nullæ apparent Joachim, & Annæ radices in Evangelio, benè, quod nata sit ut Dei, & hominis Parens fiat, de qua natus est Jesus. Matth. cap. 1. Flos huiuscè Virginalis Amaranthi, agnus castus est, de quo dicitur Isai. cap. 16. Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deserti. Id est, Christum, qui dicitur Agnus Ioann. 1. emitte de petra, id est de Virgine Maria. Sic Lyranus, & Alensis, cum alijs.

126 Nec ab isto itinere discedamus. Cœlestis proculdubio nativitas Mariana est, nil sapere terreum videtur, superam redolet originem, eo quia Maria, ut nasceretur, præelecta à Deo in Dei Matrem Oriente Maria Chorus sodalium Sponsa, in hoc dubium cordis lætificativum aguntur: Que est ista, que progreditur quasi Aurora consurgens? Cant. cap. 6. Progradiendo enim (explicat Parisiensis Haye) successivo quasi exortu suo prof-

picitur, & videtur. (E) Sic etiam alij habent. Non absolute surgere, sed consurgere nascendo videtur, quia ut alibi vidimus, consurgere est, cum alio surgere; id est cum Deo, sine quo Maria nunquam: siquidem ut notat Augustinus Parens: Summam habet cum Persona infinita coniunctionem, & ad divinitatis confinia propius accedit. Modo cur quæ solis speciem excedit gratia singulari, non ut Sol nascitur, sed ut Aurora progreditur? Num, quia Aurora suo emicante iubare lætitiæ, & indicit, & inducit? Fortasse, nam eius Nativitas gaudium annuntiavit universo mundo. Sed prescrutemur alia. Hoc inter Auroram, & Solem intercedit discrimen. Aurora à nullo creato gignitur, à nulla mortali prævia luce nascitur; suusque à solo Cælo est ortus, quasi quod tanta lux, quæ Mater est Solis, creatos fugiat habere Parentes. Non sic Sol, etsi à summo Cælo egressio eius, qui ab Aurora gignitur, ab ea nascitur; vnde domus Solis appellata est. (F) Quare, quantumvis angusta, dum humana sint crepundia, nata nescit, quæ ut Aurora à superis venit. Apud Alcinum quidam Anonymus hæc profert: Talem Auroram talis dies, & talem diem talis Aurora decuit. Et recte quidem Auroræ implesti officium. Ipse enim Sol iustitiæ de te processurus, in te lucis sue radios copiose transfudit, cui soli simillima, & veri Solis imago expressissima. Auroram igitur, Virginem instar pulcherrimam, solem orbi emittentem obijce, hæc nota insignem: E COELO LVX BINA FLVIT. Nam nata Virgine (ut Patris æterni nata) surrexit Aurora, quia Maria veri prævia luminis, nativitate sua mane clarissimum illuminavit. Inquit D. Petrus Damianus. Eo enim die Sol duplo alijs refulsit, & Luna in nocte penè solari radio coruscavit. Adstruit Pelbartus. En mons divinæ præparationis Maria, quæ sic in altum erigitur, ut in terrenis radicari haud videatur fulturis. Iterato textum speculemur. Maria nascitur, seu progreditur quasi Aurora. Cant. cap. 6. Proprium enim huius est, cum oritur, hominibus lætitiæ, agris solatium, Aviculis melodiam, cunctisque incutere creaturis solamen (G) Imò hora illa Auroræ risus appellatur. Sic Maria nascens gaudium annuntiavit universo mundo, dum hic ab Adamo ad Mariam usque, mœsticiam, ploratumque protenderit, conquestus de primorum parentum transgressione: ut docet Expositorum Sacre Paginæ Princeps, Lyranus

(E) Haye in Bibl. Max. Conc. Liter. ad c. 6. Cant. v. 9. Plures ibi. D. Augustinus apud Alexium à Salo, in Arte pie amandi Dei parvam stellam 4. Anglic. lib. 9. c. 21. Abalon. Abbas, ser. 1. de Assumpt. qui est 43.

Notanda sunt hæc de Aurora.

(F) Angl. loc. cit. Berchor. in Reduct. Mor. l. 5. cap. 53. & in diction. tom. 1. Anonym. apud Alcin. Hom. serm. de Nativ. Virg. D. Petrus Dam. serm. de Assumpt. Pelbartus in Maria. l. 5. p. 2. serm. 2.

(G) Angl. antea datus, Pi. Hav. Pelb. & alij. Lyra in Gloss. ad cap. 7. Sap. v. 3. Rupert. Abb. in Cant. ad c. 6. vers. 9. Damasc. Orat. de Nativ. Mariæ.

(D) D. Laur. Justian. ser. de Purif. Mariæ. Nazian. Carm. de Christo Patiente, tom. 2. in Tragicomed. Anglic. lib. 17. cap. 15. Berchor. in Reduct. Mor. lib. 12. cap. 14. Isai. c. 16. v. 1. A'ensis ibi. Haye in Conc. Lit. Lyra, Adamus Delphius. Ambros. Hierem. ser. de Annunt. dub. 2. Menoch. Tirin. Cornel à Lap. & Galatinus.

Maria, quare nascitur ut Aurora.

Maria vt Aurora nascendo
rifum, mortali-
um ceteri
emittunt plan-
ctum.

meus. Aptè vnde stella, quæ *Lucifer*, vocatur Sola Cælo revidens apponitur, addito epigraphe: **COMPENSAT GAUDIA NASCENS.** Maria etenim dum mundo oritur, hilaritatem, ac tripudium vbique transfundit, caligines eliminat, revocat solatium. Abbas Rupertus id omne clausit hoc modo: *Quando nata es, o Virgo Beata, tunc vera nobis aurora surrexit; Aurora prænuucia diet sempiterni: sic natiuitas tua, Natiuitas ex semine Abrahæ, finis Dolorum, & consolationis fuit initium; finis tristitiæ, & letitiæ nobis extitit principium.* Aptè. Vide cur Maria nascitur vt Aurora, & quomodo *compensat gaudia nascens.* Conijce etiam, Mariam mundo editam in inviolabile gaudij pignus, & munus, à Deo in æternitate præparatum, cuius Mons *Armon*, veram portat effigiem, speciem representat. Hoc à Damasceno sic expenditur: *Ad natalitium festum nos conferamus, atque Annæ epithalamium carmen paulis per modulemur filiam diuinitus datam, ac promissionis pignus utero gerenti.* Sed quid in his immoror? Maria de se, quod nascitur profert, *Quasi oliva speciosa in campis.* Eccl. c. 24. Sic enim olivam uberem, speciosam vocavit dominus nomen suum. Ier. c. 11. *Ob pinguedinem gratiæ.* Exponit Menochius. (H) Hæc Virginalis olea in Syon firmata est, siue mansit. ibique radices eius imperium egit, & diuinæ in Matrem electionis data est confirmatio. Inquit Lyranus. Indè speciosa oliva est, siue (vt monent alij) *Specialis.* Quare? Quia distilavit oleum letitiæ ardentem amantibus: *Misericordie, criminosis post lapsum redeuntibus: Vnde speciosa in ramis, speciosa in folijs, speciosa in germine, speciosa in liquore?* Forfan. Ita enim Absalon Abbas affert. Specialis est Mariana oliva, nec cum cæteris computanda: Quando quidem nata in Dei radicatur Hortu, Dei Genitrix mox futura. Imò *specialis*, quia Parentes tantæ prolis à Deo seliguntur, *Ioachim, & Anna;* ille *præparatio Domini*, Hæc *gratia* interpretatur. Sicque *specialis*, & arbor, & fructus gratiæ nascitur; sicque à Domino præparatur nascitura. Mons igitur *præparationis Armon*, Joachim figurat, & Annam; ex quibus, vt *oliva specialis*, & *speciosa* pullulat Maria, cuius fundamenta in montibus sanctis. Psalm. 86. idest, in Joachim, & Anna, qui tanquam spirituales montes dulcedinem stilant. Accinit D. Damascenus.

127 Nunc ad *Arnon* non pigeat pro-
perare: qui in fastigiatam protenditur rupem in limitibus terræ Arnonharum, ac Moabitarum, & interpretatur (I) *lux filij*, vel *exultans*. Præclarus vtique Mariæ Nascentis typus: *Quia dies à dian dicitur, quod est claritas:* (scribit noster Daniel Agricola) *ideò enim appellavit Deus lucem diem, quando scilicet placuit ei, quod Maria nascente, inciperet mundo diescere tenebroso, & per diem de die, idest filium de Matre illuminaretur omnis homo veniens in hunc mundum.* Ab hoc instituto non discedamus. Vt nova lux Maria mundo nascitur, siquidem ipsa est *sole speciosior in aspectu, & nomen eius splendidius sole.* Inquit Anonymus quidam pius. (K) In lucem ergo Maria *lux filij*, nascitur, vt per eam orbis contempletur lucem, ebibens ex eius diffusionem cum splendore hilaritatem. Anteivit productio cæterarum omnium rerum creaturarum molitionem, & velut increata lucis portio, in hunc orbem diffusa est, tenebras statim propulsatura. *Fiat lux, & facta est lux.* Gen. cap. 1. Hæc lux prima die facta (vt Theologorum Princeps Subtilis Præceptor concludit) *non erat accidens sine subiecto: sed tunc fiebat corpus luminosum, cuius forma notior erat lux: Et ideò describitur subiectum ignotum per terminum notio-rem.* Agè, nil subtilius. Sed quare modo prima nascitur illa lux, cuiusque est manifestativa subiecti vtique ignoti? Prima creaturarum omnium lux nascitur vt omnia alia (exponit Lyranus) *per illam manifestentur.* Illud autem quod per lucem manifestabatur ignotum, corpus erat solare, siue nubes lucida, quæ cum corporea sint, qualitatis lucidæ adminiculo vt manifestarentur oportebat ornari Imò, ex illa luce corpus solis factum est postea quarto die, & ita illa lux solem in rota lucentem emulatur, quod ab eo eam mortalis nequeat obtutus discriminare. (L) Vnde dicit Pater, *fiat lux, & facta est lux: quod apertius Ioannes glossat: Verbum caro factum est.* Promittit meus Paduensis Antonius. En lucis, ac solis tanta indiscriminatio, vt nec sol sine luce, nec lux appareat sine suo sole. Audiendus modo Daniel Agricola: *Per hanc lucem signatur Beata Virgo, quæ prima die gratiæ reparationis mundi creata est, de qua formatus est Sol iustitiæ Christus.* Imò (testis Paduanus Thaumaturgus) *die, qua dixit Deus, fiat lux Christus natus de Virgine Maria, tenebras, quæ erant super faciem abyssi,*

(I) *Marias de Calass. tom. 4. Conc. Hebraic. D. Hier. epist. ad Fabiol. Haye tom. 18. d. Nom. Hebr. Daniel Agrice in Coron. Virg. 10. stella 7.*

Maria nascens, mundum vt nova lux illuminat.

(K) *Gen. c. 1. v. 3. Sub. Doct. l. Sent. 2. d. 13. q. unic. art. 3. ad 1. Lyr. in Gloss. ad c. 1. Gen. v. 3. & v. 14. D. Bon. in Hexam. Div. Ambr. Basilius. Haye. D. Ant. Pad. Cornel. & alij.*

(L) *Lyr. loc. cit. abunde. Efr. Magist. Hist. Scholast. c. 6. ad Gen. 1. Daniel Agric. in Coron. 11. stella 1. D. Anton. Pad. in c. 1. Gen. v. 3.*

Maria lux est, & Mater Solis.

ideſt, cordis humani, effugavit. Nāſcitur ergo *lux filij Maria*, Soli ſoli ut vehiculum inſervitura, ut orbis latificativa, ut gratia ſplendoris ſpectatiſſima idea. Quare globulus in Cœlo luminofus depingitur plagam Orientalem verſus, in medio purpureſcens, velut ſolem properantem pariturus, adhibito lemmate: **NASCITUR, VT SOLEM PARIAT.** Sicut enim ex illa primi diei luce formatus, & natus eſt Sol, ſic ex Maria ortus eſt Sol iuſtitia Chriſtus Deus noſter: Vnde per *Armon* montem recte figurata deſcribitur, quia *filij lux* eſt, & ut lux naſcitur, filiuſque Dei, ut homo ex ea; ſicque *naſcitur, ut Solem pariat.* Id canit Alanus Varenius ſic: *Omni luce longè ſuperior Domini Mater erit (M) quæ ſolem peperit iuſtitia.* Adde, quod *Lux Virginea* iſta, ſine omnium gaudio non oritur, non apparet. *Lux oculorum leſtificat animam.* Prov. cap. 15. ſcribit Salomon. *Sicut enim oculus in reſ ſpecioſiſſimas intendens* (ait Pariſienſis Haye) *voluptatem in cor tranſmitit*; ita lux, ſua pulchritudine oculos etiam invitos trahit: *ut patet cum poſt tenebras lux red- datur*, addit Menochiuſ. Oculorum verò viſ, & pulchritudo maxima, ſita eſt in pupilla quam circulus ambit, cui nomen *Corona*. Illa autem pupilla dicitur, quia pura eſt; inſtrumentum verò viſus, criftalinuſ humor albuſ, luciduſ, & claruſ: vnde oculorum tunica pupillam ad viſionem iuvant eliciendam, eique parent, ipſa in medio omnium ut Regina cadente. Quapropter mediante luce rei obiectæ ſpeciem in ſe recipit, & animæ iudicio tranſmittit. Hucuſque meoſ Angli- cuſ. Hebraice autem oculus *Hain* dicitur, quod eſt *lux*, vel *ſplendor*. Sic lux Oriens latificat animam; Sic Maria, quæ lux eſt, Mater, & Virgo, (N) inter tot Regiæ ſobolis purpuras ut pupilla oculorum omnium ſedet, Regina veræ lucis, *de qua natus eſt Ieſuſ*, lux etiam *illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ioan. cap. 1. Vnde *corona pretioſa Regum* à D. Andræa Cretenſi vocatur. Diciturque *illuminata*, & *illuminatrix* (inquit Auguſtinianuſ celebriſ Aegidiuſ Romanuſ) *ob abundantiam luminofitatis in ea, quia ipſa eſt lux immediata ipſi ſummæ, & æternæ luci.* (O) Sicque de læta Nativitate Virginis tota Cœleſtis, & Terreſtis curia iubilavit, & gaudet, ac collaudat filium Dei. Promit Ambroſiuſ Tarviſinuſ. Modo oculus oculis obijcitur, è pupilla in medio ſui Orbis coronata radios aggro-

meratim effundens, addita ſcriptione: **TE PRÆEUNTE SALUS.** Et appri- me id proprium oculorum eſt noxiuſ præcavere incurſuſ, ne offendamuſ, & caliginofa quæ noſ laterè patebatur of- fendicula, ne in eiſ labamur patefacere, & cor, & ſenſuſ gaudioſa agitatione per- fundere. Mariæ hoc potiuſ competit, dūm vera *Virgo pupilla* Dei oculorum eſt, ac ſtatim, ut mundo naſcitur, & progreditur ut Regina, noſtroſ reparat caſuſ, & infauſtoſ prævidens occurſuſ, & lætitiā impendit affluenter, & ſalu- tem. Id laute cecinit D. Andræaſ Cretenſiſ: *Maria eſt prima primi lapſuſ Pa- rentum reparatio: Univerſa itaque crea- tura gaudeat, quippe hodie nata eſt nobiſ iuvencula; ex qua eſt ſaluſ, ac per quam totiuſ mundi redemptio.* Indè *Ar- non* monſ, qui *lux filij exultans eſt.* Li- banuſ hunc Marianuſ adeat ſalutaturuſ, dūm mortaleſ ibi cuncti properanteſ cum gaudio eam ſalutamuſ dicenteſ, *Te præeunte ſaluſ.*

128 Nunc ad ea, quæ luci conſona ſunt, & Mariæ naſcenti congruunt, acce- damuſ. (P) Id Omnificuſ noſter Angli- cuſ erudite demonſtrat. *Lux* (inquit) *eſt ſibi ſoli ſimiliſ.* Maria lucis ſupernæ ſine dubio munera obit, *nam nec pri- mam ſimilem viſa eſt, nec habere ſe- quentem.* Vnde Alanuſ Inſulenſiſ in hæc prorumpit: *Maria, & humana na- tura Verbi dicuntur convalleſ ratione ſi- militudinis, quia Virgo ſpecialiter fuit Chriſto ſimiliſ, & Chriſtuſ ſimiliſ Ma- riæ.* (Q) En cui Soli nata Deipara ſimi- litudinis emittit relationem, ut ne ve- reamur ipſam appellare *Lucem*. Illud Regij vatiſ arridet Pſal. 118. Vbi Deum ſic ſupplex orat. *Faciem tuam illumina ſuper ſervuſ tuuſ.* Apparere, videri fac, ſive (ut legunt plureſ) *Splendorem fa- ciei tuæ lucere fac: aut facieſ tuāſ lucere fac.* Quid? Simpliciſſimuſ nonne Deuſ? Quomodo ergo non faciem, ſed facieſ habere perhibetur? Vtique Deuſ parti- buſ orbatur: At analogica eſt lectio, & ſimilitudinaria. Ortum ibi Pſalmiſta præſtolabatur Salvatoriſ, vbi myſti- ce ſignavit etiam Nativitateſ, & Ma- triſ. Advertaſ hominiſ faciem in ſpeculo relucentem, quæ vna eſt, & di- verſa. Vna, quia effigiatuſ ſimpliciter vnus: diverſa, quia ſpeculariſ ob ſpecu- lum eſt diſtincta. Nunc David Chriſtuſ videre natuſ enixe flagitabat, vnde illu- minari ab eiſ faciebuſ petebat: ſiqui- dem (iuxta Hieronimuſ) à Chriſti fa- cie exhibant divinitatiſ radij, pariter, &

Ambr. Tarvi- ſin. ſerm. 18. in Sabb. conſ. 2. D. Andr. Cre- tenſ. orat. 2. de Nat. Mariæ.

(M) Alanuſ Va- reniuſ, de Laud. Virg. ſerm. 1. Prov. c. 15. v. 30. Ioann. la Haye in Con- cor. liter. Bibl. max. ibi. Me- noch. in Com- ment. Barthol. Anglic. 5. c. 5. 6. & 7. plenè, & erudite. D. Iſid. l. Orig. 12. c. 2. Conſtant. & Ga- len. etiam in l. de uſa part. Laur. Ferriertuſ Tract. de viſuſ Nobiliſ. Ariſt. l. de Senſu, & Senſib. cap. 2. Theatr. Vit. Ho. Tom. 5.

(N) Pupilla, & Virgo, græ- ce idem. Nov. umbr. Virg. l. 4. cap. 10. Exc. 1. n. 80 D. Chry- ſoſt. Hom. 22. ad Pop. Antio- ch. Iſidor. Pelu- ſiot. lib. 5. epiſt. 146. Andr. Cret orat. 2. de Virg. in calce.

Maria lux eſt, pupilla eſt, oculus, corona.

(O) Aegid. Ro- man. in expoſit. ſalut. Angel.

(P) Angli- cuſ. l. 8. c. 40. per totuſ.

Prima lucis proprietas, eſt eſſe ſibi per omnia ſimiliſ. Quod Mariæ naſcenti com- petit.

(Q) Alanuſ de Inſul. in Cant. c. 2 & 8. Pſal. 118. v. 135. Bibl. Cald. & rtiſ in Bibl. max. Tirin. ibi. Subt. Doct. l. 1. d. 8. q. 1. art. 1. n. 6. ad 1.

(R) D. Hier. apud Biblioth. Virg. t. 3. pag. mibi 85. B. Amad. Rapt. 5. post Psalm. Primor. Parent. Alan. Varent. de Laud. Mariae, ser. 5. Marius de Calaf. Haye, Laur. Beda, D. Andr. Cret. de Nativ. Virg. orat. 2. D. Aug. Ambros. Her. in Praefat. de Annunt. Mariae, Lyr. in Gloss. ad c. Luc. 2. 42. Rupert. Abbas super. Cant. 1. 6.

Maria concepta, & nata, ex manibus Dei prodit.

à Deipara, (R) cuius videbatur resplendere ut Sol, quia solem gerebat mente, & corpore. Has facies expetit, has desiderat, quarum una alteram representat. Virgo enim (scribit Alanus Varenfis) post Dominum Iesum Christum splendor Gloria Divina, & similitudo utrumque proximior supernae Trinitatis est. Mare depingitur caeruleis undis Coeli speciem representans, hoc insignitum epigraphae: Vnda refert Coelum. Tranquillum siquidem pelagus aetherei Orbis sic exhibet imaginem, ut aliud iudices Coelum Sole, ac stellis promiscue picturatum. Mare Maria est, & interpretatur; cuius Natalitio haec promittit D. Andreas Cretensis: *Letare Coelum super illa, te enim imitata, Dominum quem non capis, nihil in arctum cogens capere meruit.* Vnde haec vnda refert Coelum, Coelique Dominum, Sacratissima similitudinis expressione. Ergo, vel soli Christo, vel nulli Maria similis, sed sola sine exemplo nascitur lux haec fulgida mundo. Id Ambrosius Heremita modulatur: *Oriens splendor lucis aeternae femineo utero circumdatur, carne vestitur, carnea corona coronatur.* Quare *Benedicta inter mulieres praedicatur.* Id est, super omnes mulieres. Explicat Lyranus. *Nam nec inter Angelos, & homines, similem, vel primam habet, vel sequentem habitura est.* Reddit Abbas Rupertus. Ad haec etiam Job advocatur, qui in Deum suos referens sermones, sic scribit c. 36. *In manibus abscondit lucem, & praecipit ei ut rursus adveniat.* Alij habent, *Palmarum obiectu lucem tegit.* Cum enim in luce effigiatam viderimus Mariam, antequam Oriatur, in manu Dei tenetur, etenim iustorum animae in manu Dei sunt, ut Deo fruantur: & concepta solum, nondum nata, inter divinas tegitur palmas, fruendo concepta, qua fruuntur iustorum animae Essentia Divina. Ita lucem Marianam Deus ab aeterno dilexit, ut suo absoluto decreto in Filij Matre praedestinaverit, & ut rem maxime dilectam, ut perpetuo memoriae mandaretur, (ait Lyranus alibi) in manibus descripsit: (S) Atque adeo in manibus hanc abscondit lucem, & à manibus felicissimum auspiciatur ortum, etenim per eius virtutem, & dispositionem nascitur, & caliginoso haec lux conceditur orbi. Sed ad aliud mens agatur. Nascendo Maria liber fuit, in quo continetur omnis scientia, quae pertinet ad salutem. Docet Richardus à S. Laur. Mos autem, vel legentibus est manusculas pro signanda re sin-

gulari, librorum marginibus apponere, ut mentem retorquant ad rem vnicam prae notandam. Divina manus Libro Mariae apponitur, ibique lux inextinguibilis praeparatur, ut innotescat cunctis librum hunc Marianum solo Divinae lucis adminiculo esse legendum, & ut vnicum, ac singularem manu Dei esse prae notatum. Sic Deus notam facit manum suam, cum natam, & notam in Nativitate fieri praecipit lucem Marianam. Ita Anselmus pandit Mariae dicens: *Ave Mater, ex qua notam fecit Deus manum suam.* Proinde merito ab Ecclesia plauditur Maria, Virgo singularis, etenim lux est Christo, & sibi soli similis.

129 Hanc filij lucem exultantem Mariam, consequitur secunda dignitas quod nempe sit summè multiplex in efficacia: (T) Mariae, etenim tanta est, (docet Bernardus) *ut quemadmodum Sol Oritur super bonos, & malos indifferenter, sic Maria omnibus se clementissima praebet, & omnium necessitatibus amplissimo miseretur affectu.* Ipsa enim Oritur pulchra ut luna, cuius efficax splendor noctem peccatorum illuminat, ipsorumque cor turbulentum, & reddit placabile, & immutat. Vnde ipsa nascens dicere potest illud Eccl. 24. *Penetrabo omnes inferiores partes terrae, & illuminabo omnes desperantes in Domino.* Nascens Maria omnia penetrat, & pectora mortalium etiam durissima lenit: Forteque ideo Romae trans Tyberim die, quo Maria nata est fons olei erupit, firmans in campo natam speciosam olivam. Penetrat igitur lux instar solis ad intima usque terrae, terrenorum videlicet hominum, quatenus Mariae precibus emolliuntur, totusque mundus per eam ad Deum trahitur; ut habet noster Amadeus. Lux itaque Maria est, illiusque proprium, tantam habere penetrationis efficaciam, ut etiam in abditis terrae visceribus aurum, aliaque metalla, ac gemmas producat, humanis vñibus ut adaptentur. (V) Maria (Bernardo annuente) *nostram noctem illuminat. Tolle hanc maris stellam, quid nisi caligo involvens?* Sistatur modo, & ille. *Maria est omnibus quidam ignis acutus, penetrans Divino amore corda omnium, inflamans, purificans, & illuminans, omnia mala consumens, & omnia in Deum convertens.* En huius efficaciam lucis penetrativam, ut non sit qui se abscondat à calore eius. Haec Mariana lucis intermorituta virtus solis luce signatur, qui in absconditis terrae cavitatibus aureos cespites, & quidquid luxu-

Maria, liber est singularis, manu Dei exaratus, scripta ferens lucem, quae illuminat mundum.

(T) Anglic. Laudatus, Picav. D. Ambr. & Basl. cum D. Bon. in Hexam. D. Bern. ser. de Virg. Albert. de Mar. quesij in Coeli loq. Mor. c. 74. B. Amadeus de V. Virg. Rapt. 8

Die, quo Maria nata est, Fons olei Romae manavit.

(S) Job. c. 36. v. 32. Lyr. in Gloss. ibi. alij in Bibl. Max. Lyr. ad c. 49. Isa. v. 16. Richard. à S. Laur. de Laud. Mariae, passim D. Anselm. de B. V. p. 2. Psalterij.

(V) Anglic. sepe adduct. loc. cit. Picav. in Reduct. 1. 5. c. 39. num. 4. D. Hier. apud Pincinell. 1. 1. mūd. Symb. c. 5. n. 148. Biblioth. Virg. in t. pag. mibi 506. Dagniel.

*Agric. in Cor.
Virg. 10. Coro-
na, stella 9. la-
te, & pulchre.
Alens in Glos.
ad c. 24. Eccl.
v. 41. Bibl. Ti-
gurin. in max.
ibi. Haye in Cō-
cor. Liter. Cor-
nel. Jans. ex-
purg. ad c. 24.
Eccl. D. Anf.
opus. de Cruce,
B. Virg. & bon.
latr.*

*Maria vt
aqueductus
de Paradiso
exiuit.*

*(X) Daniel.
Agric. Coren.
12. stella 7. D.
Ber. apud eun-
dem Alanus de
Insulis in Cāt.
Cant. cap. 6.
B. Amad.
Rapt. 5. in Terf.
Marię. Piſſav.
Verb. Aqueduc-
tus. Alan. Var.
ser. 3. de Virg.
Maria. Haye
in Conc. Lit. ad
c. 48. Eccl. v.
24. Alens. in
Glos. Richard.
de S. Laur. tit.
15. l. 9.*

rians hominum ambitio pro voto habet
præfositatum in sinuosis pelagi anfracti-
bus, tacita virtute per occultos se immer-
gens, meatus penetrando producit; hunc-
que præfert titulum: **NASCENS DAT
FOENORA TERRÆ.** Sic evenit no-
bis ex Virgineæ lucis ortu, quæ omnia
vivificat, & illuminat: ipsaque est Sol
omnibus se communicans, quem Deus
Oriri facit per Nativitatem in mundo.
Adsit iam noster Daniel Agricola hæc
mittens: *Maria Sol dicitur, quasi sua
omnibus largiens: quia quidquid habet,
quantum in se est omnibus communicat,
& bonis, & malis, ac toti mundo suffi-
ciens.* Sic enim lux hæc Mariæ nascens
dat foenora terre. Dicit hæc lux Oriens
mundo, vinctos in mendicitate, & ferro,
& sua locupletes efficaci gratia reddit.
Hoc deduco ex illo itidem Eccl. 24. *Ego
quasi fluvius Dorix exiui de Paradiso.*
Adscribit totum id D. Thomæ Præcep-
tor, & Doctorum Doctor Alensis, Dei-
paræ Virgini donis gratiarum feraciter
exuberanti. At lectionem Tigurinam
perſcrutari oportet sic habentem: *Vt
aqueductus in Paradisum pertineo.* Qua-
propter (vt Jansenius advertit) nomen
Dorix potius insertum est ex aliqua mar-
ginali versione: Vnde sensus erit, ego
sum quasi fluvius, qui exiui in Paradi-
sum. Nascens Maria in Paradisum exit,
quia Paradisus Christus est, inquit An-
selmus; & Maria vt aqueductus exi-
vit à Patre per creationem, & recreatio-
nem, à quo nobis attulit aquam vivam,
ideſt Christum Deum, & hominem.
Idcirco (monet Bernardus) tanto tem-
pore defuerunt hominibus fluentia gratia-
rum, quia nondum natus fuerat aqueduc-
tus. Hodie ergo nascitur, vt humanam
Christi naturam, quam sibi Filius Dei
vt Hortum preparavit, fluentis Virginei
sanguinis, ac lactis, quibus Hortus ille
impinguaretur in benedictionibus dulce-
dinis assumeret. (X) Ideò Aqueductus
nascens Virgo est, quia ipsa, una est post
Deum via, vnus ob tam insignes virtutis
gradus in Paradisum accessus. Subdit
Alanus Varenſis. Sed cur, & Aquedu-
ctus, & Dorix nominatur? Alensis præ-
cipue satisfaciatur: Quia Dorix interpre-
tatur medicina; & Maria est abundans
medicina omnium: Eva enim percussit, &
Virgo sanavit, nam vt habetur Eccl. 43.
medicina omnium (aut sanatio ex alijs)
in festinatione nebule. Quæ malis sine
mora medetur. Scribit Parisienſis Haye.
Dicitur autem Aqueductus Maria quan-
do nascitur, siquidem est fecundans,

ideſt abundans aquis per gratiarum ple-
nitudinem. Ex Richardo de S. Lauren-
tio. Infundit enim vni *Charitatem*, pu-
dicitiam alteri, humilitatem huic, illi
mansuetudinem, & omnibus Deum ho-
minem, nam de ea natus est Iesus, qui
vocatur Christus. Sic alveo omnes re-
creantur gratiarum vberissimo, dum Ma-
ria nascitur mundo. Annis ergo propo-
nitur per arida quæque arua irrigando
transiens, Mariam hoc emblemate refe-
rens: **NASCENS IAM DITAT EUN-
DO.** Quanto enim magis à sua scaturigi-
ne se fluvius eliminat, tanto vberiore
aquarum conciliat molem, quia ditescant
campi, & flores, ac fructus amplius pro-
veniant. Idem excellentiori modo accedit
in Maria, in qua est gratia omnis via, &
veritatis; ideſt, à qua procedit vita gra-
tiosa, & notitia luminosa. Quo Lyranus
clausit totum in exiguo.

130 Summè communicabilis lux
est, nil ea vtilius, disparia concilians fœ-
dere luminoso, Hæc tertia lucis proprie-
tas mariæ proprius accomodatur. Nasci-
tur enim in arham, & pignus nostræ
Redemptionis; iuxta Abbatis Absalonis
dictum. (Y) *Multa autem filia congre-
gaverunt divitias.* Prov. 31. *Virtutum,
& laudis.* Sed Maria supergressa est uni-
versas. Ideſt, eminet. Quapropter cum
sit summè dives largius alijs suæ miseri-
cordiæ dona communicat, cuius pietas
semper suscipit incrementum. Ideò spon-
sus Cœlestis eius contemplans ortum,
hæc habet: *Quæ est ista, quæ progreditur
pulchra vt luna.* Cant. c. 6. *Quæ promi-
net ex ortu suo.* Legunt alij. *Nullum au-
tem luminari tam simile Soli, quam
Luna.* Dat Richardus. Soli autem iusti-
tiæ Christo, nulla creatura similior Ma-
ria: vt dedimus. Progreditur ergo, seu
in exorta suo prominet vt Luna: *Cuius
pulchritudo* (tendit idem) *antequam
appareat, accenditur; accensa manifesta-
tur, manifestata completur.* Virgo sic
præventa redemptione præſervativa, in
sui eſſe instanti primò, Divinæ gratiæ,
& Charitatis iugi arſit incendio, iam
tunc Deum amans amore efficacissimo.
Manifestata fuit in sua Nativitate; etenim
Cœlestibus vndique eius ortus fuit por-
tentis decoratus. Octavo Septembris die
nascitur, in noctis medio, quasi à nocte
antiquæ legis legem gratiæ cito exorturâ
discriminans vt Aurora. Mater haud mi-
nimos sensit parturientium anfractus. (Z)
Gabriel Archangelus in sinum agitur
Abrahæ, lætum agens nuncium fœlicita-
tis æternæ appropinquare diem, eo, vel

*(Y) Absal. Ab-
bas ser. vnic. de
Nat. Vig. qui
est 47. Prov. c.
31. v. 29. Cor-
nel. Jans. ibi
Haye, & plu-
res. Richard. de
Sanct. l. 4. t. 22
Cant. c. 6. v. 9.
Bibl. max. &
Haye ibi. in Cōc.
Lit. Richard. de
Laud. Marię,
l. 7. tit. 4.*

*Prodigia in
Nativitate
Marię facta
recensentur,*

*(Z) Venerab.
Mater Maria
ab Agreda in
Myſt. Civ. p. 1.
lib. 1. c. 21. n.
329. Cedren.*

Damascen. & alij apud Ant. de Escob. loc. cit. Peibart. in Mar. lib. 5. p. 2. ser. 2. Ant. Le-nuens. de Myst. Arca, n. 12. Da-niel. Agric. Co-ron. 7. stella 6. Ambr. in He-xam. Angl. 8. c. 29. Pictav. in Red. 5. c. 29. per totum. Alanus de In-sulis in cap. 6. Cant. de Virg. Daniel. Agric. Cor. 9. stella 11. vide Richard. a S. Laur. loc. cit. Richard. Victor. c. 27. in Cant. D. Anselm. in opusc. medit. 6. D. Anast. Syn-erat. 1. de Nat. Mariæ; (ni sit D. Andreae Cretens.) D. Ant. Pad. serm. Dom. 4. Adv. D. Petr. Dam. orat. 3. de Nat. Mariæ. Pictav. in diction.

maximè quia apparuit nata stella matu-
rina. Aquæ salutaris Piscinæ Hierusalem
ex tunc habere vnde ægrôtis præstarent
medicinam. Eodem die sol duplo reful-
sit, præter solitum, lunaque in noctis
medio solis intar pleno iuvare promi-
cabat, cuius in globo non illa, quæ so-
let ex terreis genita vaporibus nubes, sed
stella fulgentissima apparuit. Annus etiam
ille erat iubilæi, & remissionis; etenim
nascebatur illa, quæ omnibus misericor-
diæ sinum aperit, in qua est vniuersorum
remedium: *Et quantumcumque quis mor-
bo peccati maculatus fuerit, in Beata
Virgine lavacrum invenit, & feces pec-
catorum abluit.* Concludit noster Da-
niel Agricola. Tandem manifestata luna
completur, dum Maria gratia plena ma-
nifestatur. Nunc, cur eius gloriosa Na-
tivitas cum lunæ ortu debeat comparari,
inquiramus. Luna exoriens, lumen re-
ceptum à Sole, ad terram benigna refle-
ctit; cumque omnium sit planetarum ter-
ræ vicinior, fuscus ei communicatur,
ideoque de ea sic Ambrosius loquitur:
*Mater est roris, humoris ministra, domi-
natrix maris, temporum mensura, emula
solis.* En cur Maria vt luna nascitur, vt
terræ propinquior per assidua ei benefi-
cia communicetur. Nam sicut luna noc-
tem irradiat, ita Maria nos illuminat
solem iustitiæ pariendo. Mariam enim
Deus fecit, vt præfesset nocti; id est ad il-
luminandum peccatores. Lunæ vnde nas-
centi, & à Sole plene illustratæ subiunga-
tur litera: **ACCEPTUM COMMU-
NICAT ORBI.** Siquidem (Richardo
Victorino ducente) *velocius occurrit
Mariæ pietas, quam invocetur, & cau-
sas miserorum anticipat.* More, inquam
Lunæ, non sibi lumina arripientis sola-
ria, sed vt in telluris proficuum vertat.
Adsit luculenter Anselmus: *Quando na-
ta es in mundum Virgo Sanctissima, im-
pensum est vniuersæ Christianitati gau-
dium, spes vitæ, & solatium, & tunc
illuminatus est mundus.* Hæc etiam lon-
gius synaita Anastasius sic protendit: *Ho-
die natura prius è terra orta, Deita-
tem primò accipit, pulvisque ad supre-
mum gloriæ apicem sublimis excurrere
per Mariæ ortum contendit, & Deus re-
galem insiciens purpuram, davidico san-
guine purparavit.* Sed finem meus Div.
Antonius Paduensis huic rei imponat,
*Beata Virgo Maria idèd fuit plena,
vt de plenitudine eius omnes nos accipe-
remus.* Vide, quomodo nascens hæc
Cœlestis luna, quidquid gratiæ, benefi-
cij, aut virtutis à Divino recepit sole,

Acceptum communicat orbi. Nil etiam
Mariana luce nobis nascente vtilius.
Nam *Mariæ Nativitas orbi* (ex D. Pe-
tro Dam.) *totius extitit humanæ salutis
exordium.* Vtile dicitur, quod ad vren-
dum est congruum ratione bonitatis, aut
commodi. In hoc omnes virginea lux ex-
cedit: Quæ (ab Alano Varenfi) voca-
tur, *manus omni munere superius, decus
innumerabilibus pretiosis ornamentis, &
totius salutis nostræ mirabile pignus.* (A)
Votum pro Adventu Messæ reddens
David, in hæc verba prorumpit: *Emitte
lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me
deduxerunt in montem sanctum tuum.*
Psal. 42. *Ipsa consolabuntur me.* Habet
Syriaca. Per lucem autem in vno sensu
opem Cœlestem designat, auxilium, ac cus-
todiam, quibus vbique prosperetur, &
afflictionis tenebræ evanescant. At Au-
gustinus, Chrysostomus, & Hefychius
per *lucem* Verbum designari volunt: Di-
dymus per *veritatem.* At vtrumque ve-
rum est: Qui enim dixit, *ego sum lux
mundi*, Ioan. cap. 8. etiam dixit c. 14. *Ego
sum veritas.* At, in sensu mystico hæc
aliter meditemur. Dum Maria mundo
nascitur, lux est: sicque de eius Nativita-
te Div. Andreas Cretensis hæc profert:
*Veneratione colamus festæ lucis splendo-
rem.* Prius autem de Mariana luce, quam
de Christo ineffabili veritate David lo-
quitur, quia *per lucem* (addit Daniel
Agricola) *signatur Beata Virgo, quæ
prima die gratia creata est, de qua for-
matus est Sol iustitiæ Christus Iesus.*
Inde oportuit primò expetere ortum lu-
cis, quam manifestationem veritatis. De-
sideratur ergo vt *lux* Maria, quia eius
mira fecunditas, & beneficentia, omni-
bus mundi partibus vtilissima est, &
causa cur Cœlestia corpora in inferiora
influunt. Christallinum statue speculum,
solaribus perlustratum radijs, eosque sta-
tim ad alios reflectens, & Gnomam ad-
hibe: **LUMENQUE A LUMINE
REDDIT.** Sic lux Mariæ nascens, radios
à Divino Sole sibi impensos in nostram
reflectit vtilitatem. Quare sic pro ea lo-
quitur noster B. Angelus del Pas: *Com-
placuit Deo, sibi me ex omnibus matrem
eligere. Et ecce mysterium mecum operari
omnium mirabile, honestum, atque utile
vniuersis; vnde me tanti beneficij fontem,
& Parentem agnoscent.* Cui annectamus
Theologiæ clavem Ægidium Romanum
hæc scribentem: *Maria interpretatur
stella maris illuminata, & illuminatrix.
Quia ipsa est illuminata à Christo filio
suo, qui est sol iustitiæ, & illuminat pec-*

Maria, inter-
puras creatu-
ras nulla mun-
do vtilior.

(A) Alan. Va-
rensi. de Virg.
Maria, ser. 2.
Psal. 42. v. 3.
Haye in Conc.
ibi. Bibl. Lyr.
in max. Tirin.
ibi. Ioan. c. 8.
& 14. Lyrin.
ex D. August.
& c. Andr. Cret.
de Nat. Mar.
serm. 2. Daniel.
Agric. cor. 11.
stella 1. Theatr.
vit. Hum. Tom.
4. Angl. & Pic-
tav. sepe adduc.
B. Angelus del
Pas, in c. 1. Luc.
l. 1. c. 45. Ægid.
Roman. expo-
sit. in Salut. An-
gel. in Princip.

Lux, disparia conciliat, & congregat, sic Maria nascens peccatores conciliat Deo.

catores, quia mundo lucem attulit, quando edidit Salvatorem. Nil aptius, ut intelligamus quando nascente Maria, lumen à lumine reddit.

(B) *Angl. l. 8. c. 40. Ezech. Reduct. l. 5. c. 39. n. 4. Absalon Abb. ser. 1. qui est 14. de Purific. Mariæ D. Ant. Pad. ser. Dom. 5. post Trinit. Daniel Agric. Richard. à S. Laur. & alij plures Exod. c. 24. v. 10. Bibl. max. ibi. Alanus Varenf. de Virgin. Maria ser. 1.*

Maria Thronus, & mensa Cœlestis est.

(C) *Lyr. in Glos. ad c. 24. Exod. v. 10. Hæc in Conc. lit. Bibl. max. ibi. Rubeus lib. 1. c. 2. Angl. lib. 16. cap. 87. Daniel Agric. cor. 12. stel. D. Aug. 27. q. 2. Dan. Agric. Coron. 8. stella 1. Angl. loc. cit. latissime. Pictav. in Reduct. l. 11. cap. 118. n. 1. & 2.*

131 Lucis etiam proprium est disparia, & mutuo invicem obvia conciliare; elementa siquidem, & mixta maritat. (B) Media autem Virginea luce mundo Oriente, facta est reconciliatio inter carnem, & spiritum, inter hominem, & Angelum, inter hominem, & Deum, inter Iudæum populum, & gentilem. Ita Sacre Philosophatur Absalon Abbas. Cum Deus populo Israel Decalogi nova traderet præcepta, ad se Moysen adscribit, qui vna simul cum Aaron, Nadab, & Abiu, montis Synai per sinuosos ascenderunt aufractus, atque Textus: *Viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis Saphirini, & quasi Cœlum, cum serenum est.* Exod. c. 24. Vna simul apparent thronus, & in Throno Deus: cum enim Thronus Dei Maria sit, ut perbelle meus Parens Div. Paduanus Antonius docet, dum Maria appareret mundo, iam Deus in ea videtur, ut in Throno, quia de *Ea natus est Iesus.* Thronus ille aspectum sibi Cœli vendicabat, cuius imaginem Saphirus præfert, ut pluribus placet. Alij sic vertunt: *Opus mensæ Saphirinae.* Quæ Mariam (inquit Alanus Varenf.) representat; Nam ipsa est mensa propositionis, panem Cœlestem, qui de Cœlo descendit, non tam referens, quam sacratione continens ratione, In ea (seu mensa sit) *Viderunt Deum, non in essentia sua, sed in similitudine humana.* Explicat celebrior Bibliorum Commentator Lyranus. (C) At, cur de Saphiro sibi Thronus paratur à Deo? Summe pretiosa hæc gemma est, ita ut *gemmarum gemma* vocetur, supremo olim numinum sacra, ac gratissima: vnde ob propè divinas eius virtutes Pontificibus in primis, Regibus, ac summis viris dignam iudicarunt Prisci. Hæc sane omnia Mariæ potiore iure adscribuntur mystice, quæ Cœlestis Saphyrus est, & gemmarum; *Virgo scilicet Virginum; quia* (docente meo Parente Augustino) *opprobrium Virginitatis abstulit, & sic omnes Virgines per imitationem sui genuit.* Unice etiam Deo dilecta, & gratissima est, & modo Sacerdotibus. Regibus, viris illustribus, & Christo præcipue semper adscripta. Matth. c. 1. *Mariæ, de qua natus est Iesus.* Præcipua autem virtus, quæ spectatur in Saphyro (iuxta Dioscoridem) est quod sit *discordiarum reconciliativa, & summe*

valet ad pacem obtinendam; estque carbunculi mater, in cuius medio velut in ventre reperitur. Hæc Anglicus. Inde merito Deus Mariam apparere vult, eamque statuit ut Saphirinum mortali oculis natam videri Thronum; ut hinc pateat per Mariam eum in se reconciliare ima summis, pacis stabiliens inducias, non ultra orbem ob perpetrata crimina deleturus, dum temperans zeli antiquioris ardorem, mitem carbunculus reservat in vtero matris lucem. Totum mystice compleat Pictaviensis sic: *Saphirus per omnia est Beata Virgo, Deo similior, & omnes alias creaturas excedens, peccatores Deo Patri reconcilians & Deum cum humano genere. Invenis huius Saphiri, idest in vtero Virginis benedictæ fuit inventus carbunculus, Dei filius per incarnationem.* Saphirum ergo speciem Cœli representantem, imò Stellam (ut sic videre est) in medio habentem statue in montis supercilio, adhibita scriptura: *ORBI DAT FOEDERA BINO.* Etenim etfi ex purioribus terræ pulveribus Solis virtute coalescat, in se Cœlum etiam stellatum rapere videtur Saphirus: atque adeo Cœlum, & pulvis maritantur in vnum, ineuntque fœdus, ac pacem. (D) Interim ad Mariam retorqueat Andræas Cretensis sensum: *Per Mariam Pax venit, qua medius ipse reconciliator intercessit, terrestribus cœlestia coniungens, & novam in Cœlum redeundi semitam mortalibus patefaciens.* Sic Nascentes Deipara Orbi dat fœdera bino. His alludere videtur Textus, quem de Nativitate Mariæ D. Antonius Paduanus intelligit, nempe Num. cap. 24. ubi dicitur: *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel.* Et Stella, & Virga Christus est, ut cum Ruperto plures habent: *se d Maria dum oritur stella est, eo quod lucem sæculis meruit generare perennem.* Promittit D. Angelus del Pas, (E) cui assentitur Absalon Abbas hæc promittens: *O Maria, maris Stella, quæ recte Viantes dirigit, errantes reducis, periclitantes ad portum salutis restituis. Virga insuper est percussus Ducis Moab, idest dæmones, corrigens peccatores, & vigilans super electos.* Eundem Abbatem pium audire sit: *Quenam putas alia est Virga, nisi Beata Dei genitrix?* Sed modo, cur ut *Stella* nascatur ex Iacob, & *Virga* ex Israel, perquiramus: cum potius, è contra videretur aptius debuisset prodire. Stellæ etenim à stando dicuntur; quamvis namque motu quodam vi-

Maria Saphiro cur comparata?

(D) *Anglic. & Dioscori. apud ipsum. Vlysses Aldrovand. Pier. Valer. & communiter omnes, hæc de Saphiro referunt. D. Andr. Cretens. in Hom. de B. Virg. orat. 1. de Annunt. Rupert. Abb. in c. 24. Num. v. 17. Estius, Hæc in Conc. liter. Menoch. Alensis, Eugubini. Titelman. & alij.*

Christus Stella, & Virgo Virga, & Stella.

(E) *B. Angel. del Pas, super Missus est. Absalon. Abb. ser. 2. de Assumpt. qui est 44. & ser. 1. de Annunt. qui est 20. Angl. l. 8. c. 33.*

Maria quando nascitur, Cœlū in terram transformat.

deantur trepidationis revolui, firmiter in firmamento stant. Virgæ autem ex solo coalescente trunco coalescere solent: Vnde ergo est, quod ex Israel Cœlesti (interpretatur namque *Vir videns Deum*, seu *habens principem Deum*) prodeat terrestris Virga; & ex Jacob (qui *calcanæus*, vel *planta* dicitur) Cœlestis derivetur stella? Imò potius oppositum evenire, erat consentaneum. Absit. Nam etsi verum sit, quod Israel (F) comprehendensorem agat; Jacob verò viatorem, & terrenum: Tamen nascente Maria, Cœlum flores, & Virgas, terra verò producit stellas: quia per ipsam omnia compaginantur. Cœlumque munus terræ obit, & terra Cœli. Sic eam Chrysostomus appellat *Cœli*, & *terre æquilibrium*. Quatenus utpote concordī fœderæ æquat cum terra Cœlum. Iridem pinget tumultantes sub se procellas sedantem, hoc lemmate insignitum: **FOEDERAT SIC ORTA PROCELLAS.** Ad hunc enim finem signum illud à Deo positum est Gen. c. 9. Estque nubes rorida, radijs solaribus multiformiter informata, pacemque ac concordiam inter mundum, & Deum designat: Ideoque in se amicabili nexu vnit quatuor oppositos elementorum colores; Ex igne rubeum, ex terra viridem, ex aere lacteum, & ex aqua cæruleum: Ut docet meus cum Beda, Anglicus. Mariam Arcus ille prænotat, ut ita canit celebratissimus meus Bernardinus de Busto: *Profecto recta Virgo est arcus fœderis sempiterni positus in nubibus Cœli, ne interficiatur omnis caro, nam ipsa illum nobis genuit, qui fecit utraque unum.* Pro casu nil ultra desiderabatur, ut pateat quod *Maria fœderat sic orta procellas.*

132 Addamus ex Anglico alia lucis encomia, nobilitatem præcipuè, qua *nobilius nihil*; omnibusque rebus decorem tribuit, & pulchritudinem. (G) Mariæ augustam Genealogiam hoc clare innuit, quæ huius & forma est, & complementum, suæ antiquæ sobolis trunco cœlestem communicans venustatem. Sic eam iterum pia salutatione Chrysippum extollentem audiamus: *Ave fons lucis omnem hominem illuminantis. Ave Solis ortus, qui nullum potest ferre occasum.* Nobilitatem nobilissimæ progeniei nobilitat Maria, lucem Cœli Spheram in exortu nobilitantem emulata. Radicem nobilissimæ arboris, in qua Christi exaratur genealogia, probavimus supra satis à Maria; ut à radice Iesse oriri; vnde

Regibus, Patriarchis, ac Ducibus cunctis Nobilior est; siquidem ille est nobilior à quo genus incipit, inquit Pythagoras. Modo ad lucis, in qua Maria figurata est redeamus originem, quam Deus visibilibus creaturarum fecit primævam, dum primò die dixit; *Fiat Lux*, & *facta est lux*. Gen. cap. 1. Nil speciositatis cernebatur in orbe, adhuc enim erat rudis, indigestaque moles, terra inanis, & *tenebræ super faciem abyssi; ideoque aer existens supra vacuum, tenebrosus erat.* Ideò Lux ut elementa, mixtaque manifestaret, & caliginem pelleret, prima die creata est. Nec ob id solum, (inquit Anselmus Laudunensis) *sed bene prius fit temporalis lux, ut per eam cetera viderentur.* Nil rapit oculorum aciem sine luce; Obscurum quidquid obijcitur: atque adeo ut quælibet iuxta suum statum res nobilitetur a luce sua visibilis nobilitas exorditur. *Ingenius enim non celat facta.* Docet Euripides. Claudebantur creata omnia sub velamine noctis, ni a luce, eiusque extraherentur ad manifestationem sui esse, lucidissimo splendore. Mariam in luce ideatam prospiciamus suæ regis arboris radicem, à qua quidquid nobilitatis in Regibus, Splendoris in Patriarchis, Venerabilitatis in Sacerdotibus invenitur, mutuatur. (H) Quid? *Christus etiam a sola Matre traxit nobilitatem, & dignitatem* (assert Albertus de Marquesijs) *à qua sola habuit naturam humanam. Sicut ergo Filius fuit Nobilissimus omnium, Rex Regum, sicut ipse nobilissimus fuit ita post eum ipsa fuit nobilissima creaturarum.* Venustam vnde sit ponere concham margaritifera, colore obductam argenteo, generata in ipsius sinu unione, ac his verbis insignitam: **MATRE PULCHRA FILIA PULCHRIOR.** Pulchritudinem, ac decorem (instar Conchæ margaritifere) assert Maria toti suorum progenitorum soboli: Quantumvis enim à D. Joanne Damasceno Anna Mariæ Mater *summis laudibus digna* vocetur; Maria tamen ab ea, & genita, & nata, prope infinitis excedit gratiæ ornamentis. Adest Anonymus (Forte D. Ildefonsus) hæc scribens: *O tu Maria, tu es Mater naminis, sancto nitore radians; & super luminis claritate terram illuminans, tu laus Sanctorum, cui potestates Angelicæ famulantur.* En quomodo clarescit filia Parens, soboles Cœlesti nata, truncus virgulto; etenim *Matre pulchra, filia pulchrior.* Quid igitur honorabilius, ac nobilius luce hac Mariana, quæ per *Arnon* signata, etiam

dun. in Gloss. interl. ad c. 1. Gen. v. 3. Lyr. ibi.

Maria Christi humanitatem etiam nobilitat.

(F) B. Angel. del. Par. in c. 1. Luc. c. 51. D. Chrysost. super missusest. Anglic. lib. 11. c. 5. ex Beda, Berchor. lib. 5. c. 20 n. 3. Bernardin. de Busto. p. 9. ser. 2. assimil. 10.

Maria, Arcus Fœderis in Nativitate.

(H) Euripid. apud Ioa. Stob. Alber. de Mar. quæsi in Cœli loq. mor. c. 56. ex lib. 6. Herat. lib. 1. Odor. Anglic. lib. 16. cap. 62. D. Ioan. Damascen. lib. 4. de Fide Orthodox. c. 15. Anonymus (vel Ildephos.) in Coron. Virg. c. 6. t. 2. Biblioth. Virgin. p. mih. 367.

(G) Anglica. & Piclav. loc. ubi supra recensitis Chrysipp. Pref. br. ser. de Lau. Virg. D. Ber. ser. 7. Eyschius, & innum. PP. Pythagor. apud Ioan. Stob. Hæye in Bib. max. ad c. 1. Gen. v. 2. in Conc. lit. Lyr. in Gloss. Anselm. Lau.

Maria, etiam Christo homini nobilitatem indidit.

(I) *Arist. lib. 2. Retor. Bactius lib. 3. Prof. 6. de consel. Philof. D. Greg. Nazian. orat. 18. Eccl. c. 24. v. 16. D. Ansel. cit. in opusc. ca. 12. Bibl. Tig. & Arabig. in Max. Lyra in sua Glos. Arist. lib. 4. Ethic. D. Damascen. ser. de Nativ. Mariae.*

Maria nascens suos Nobilitat progenitores, & Filium Dei, vt hominem.

(K) *Alenf. in sua Glos. Plin. Sen. l. 2. 4. Theatrum vit. hum. verb. Virga. Berchor. in dictionar. passim Lyra passim. vide Titelman. Haye, Tyr. Menoc. Alenfem, & ferè omnes, in Psal. 109. v. 2. B. Angel. del Pas, lib. 2. in c. 1. Luc. expof. c. 29. & 20. D. Ben. ibi. Lyra. Alenfis, &*

Lux est exultans Filius? Filio dempto, proculdubio nihil. At, si perpendamus Nobilitatis essentiam, quæ aliud non est (I) quam *laus veniens ex meritis parentum, seu maiorum claritas*, haud dicere verëbimur ex Alberto proximè adducto, Christi humanitatem à matre nobilitatis, mutuasse splendorem: verum enim vero fuit *Natiuitas gloriosa Virginis Mariæ ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David*. Christus autem ex ipsa, vt homo. *Radicavi in Populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius*. Eccl. c. 24. Canit ipsa Maria, & ita patenter conspicitur, dum in augusta Genealogica arbore radicem agit nobilitas Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Ad hoc enim misericordiosissima Regina nascitur, (iterum profero cum Anselmo) *vt per illam nasceretur Dominus noster Iesus Christus, verus Deus, & verus Homo*. Textum autem comperio alios sic legentes: *In illustri Populo sum radicata*. Sive, *inter Populum nobilem crevit in parte Domini*: Id est, *dona mea firmitus stabilivi*. Exponit Lyranus. In Populo honorificato nascens Maria honorem Excellentissimum Matris Dei acquirit honorata: *Honor enim est premium virtutis* ex Philosopho: Idèd præminere iure debet quotquot prævios habuit honore progenitores. *Novissimus* in ea (ait Damascenus) *mons Dei nascitur, qui præcellit omni colli, omnique humano cacumini, ac præeminentie nature Angelicæ. Sanctior Synai sublimitas, quam nec fumus, nec caligo, nec procella, sed Spiritus Sancti splendor lucifluus tetigit*. Sic Populum nobilem nata Maria nobilitat, dum radices ex tunc virtutum infixit. Sed cur etiam in parte Dei huius est nobilitatis hæreditas? Aptè Alensis: Id est, *Dei, qui es meus filius*. (K) Omnium Regum, Patriarcharum, ac Sacerdotum nobilitatem sibi Maria iure vendicat, & in Dei filium, & suum retorquet: à qua vt à radice procedit. Hæreditaria, non casualis est hæc nobilitas, quæ Mariæ ortæ clara ex stirpe David adscribitur, & à qua Christus vt homo, filius David nominatur. Sic vterque inter Populum nobilem, & honorificatum crescit, in honore virtutum omnes proculdubio excessurus. *Rebus autem præcipuus honor in primis debetur*: Ex seniore Plinio. Sceptrum depinge Nobilitatis Regiæ, ac imperialis notissimum argumentum, quod aliud non est, quam Virga ex trunco discerpta, ac in formam gracilio-

rem excisa; huicque iunge gnōnam: **ARBOR ERAT QUONDAM**. Ex stipite enim in latiore crevit virgulam, quæ data est pro potestatis insigni. At, superioritas hæc à trunco pendet, ex quo virga crevit in sceptrum. Quapropter Angelus Luc. cap. 1. *Christi Patrem dicit David, quia factus est ex semine David secundum carnem*. Explicat B. Angelus del Pas. Hoc autem idèd est, quia Beatissima Virgo descendebat ex familia David per Natham, secundum lineam paternam; sicque fuit super folium David sublevatus Christus, quantum ad ius hæreditarium, quia ex Maria conceptus, & natus. Atque adeo virga hæc, quam emisit Dominus ex Syon, vt Christus dominaretur in medio inimicorum suorum, *Arbor erat quondam*, etenim ex radice Mariæ nobilitatam crevit in virgam. Claudat Damascenus dicens: *Haud dubie Maria rerum omnium Domina, ac Regina creata est, quandoquidem Mater est ipsius creatoris*.

133 Tandem lux summæ est efficaciæ (L) sine sui diminutione, quod multiformiter adaptatur Mariæ. Tanta apud Deum est huius Virgineæ efficacia lucis, vt peccatorum corda emolliat adamantina, & in melius transmutata, magnetica Cœlesti quadam vi iterum ad Deum, à quo vltro recesserant, reducantur. Sed quis imperium huius lucis subterfugere, aut audebit, aut poterit? *Tu Domina* (cum Virgine loquens Anselmus inquit) *omnibus adiutoribus melior, & excellentior es, & quod possunt omnes, tu sola potes sine omnibus*. Hinc suum ipsa expendens dominatum, quæ sapientia est, omnem superascendens scientiam, & generans æternalem, quasi aliam agens, sic fatur Sap. cap. 7. *Cum sit vna, omnia potest: & in se permanens, omnia innovat*. Ubi alij legunt: *Animas transcendit, amicos Dei instruit, omnia per ipsam renovantur, & in omni ævo tranquillitas reddit animas piorum, & confirmat*. Quis non miratur intensissimam in sapientia vim, vt trahat omnia, omnia emollescat, quæ in perniciem discriminatim abibant? Id certe Ethnicum agnovisse ex Ovidio liquet 2. de Pont. *Emollit mores, nec finit esse feros*. Et sane ita est, etenim (vt Tullius scribit) *si sapientia oculis videri posset, omnes in amorem sui compelleret*. Hoc omne Mariam præcipue decet: namque si *Sapientia magis dicitur Mater, quam Pater*, Mariæ etiam hic præcipue titulus adaptatur, quæ Matrem se vocari non confunditur. Do-

alij. D. Ioan. Damasc. apud Alexium dSalo, in Arte pie amand. Deip. c. 3. Tert. adu. Marc. lib. 4. cap. 1.

(L) *Anglic. & Berchor. sepe Laudati. D. Ansel. in opus. c. 12. orat. 3. ad Virg. D. Bern. Athanas. & Damasc. apud Alex. à Salo. Alenf. ad cap. 7. v. 27. D. Anselm. Hymn. 2. de Laud. Deip. Bibl. Syr. & alij in max. & in Corona lit. Parisiens. Haye. Cic. 3. de Finib. Guarrie. Abbas ser. 3. in Assumpt. Virgine. D. Ansel. Hom. in Evan. intravit Iesus. Galatin. de Archian. lib. 7. c. 2. Alanus de Insulis ad c. 6. Cant.*

Maria non solum est Mater increatæ Sapientiæ, sed creata Sapientia est.

cet Guarricus Abbas. Ideoque stupet Anselmus in hac prorumpens: *Quid de Deo non sapiebat, in qua Sapientia Dei latebat?* Imò Galatinus extendens amplius pennæ volatum hæc ex Rabbinis transtulit: *Propter Sapientiam creavit Deus Cælum, & terram, hoc est amore internata Virginis, quæ est mundi Sapientia.* Maria vnde, cum una sit specialis, perfectæ virtutum plenitudine, una fuit Virgo inter omnes dignissima, & inter omnes unica. Affert Alanus Insulensis. Hæc igitur omnia potest, transcendit animas, amicos Dei instruit, omnium corda renovat, & in iustitia confirmat. Arnoldum Bonævallis Abbatem audiamus: *Maria constituta est super omnem creaturam, & sub pedibus suis continet omnia subiecta: Nec à Dominatione, vel potentia Filij Mater potest esse seiuncta.* (M) Ideò columba domestica, rostro, melle, & Ambrosia delibuta, qua sibi aggressum turmam attrahendo associat, (vt in Syriæ, ac Phœniciæ partibus solito fit) ponitur, & Lemmate insignitur: **MANSV ESCERE COGIT ODORE.** Dum enim (ait Basilus) odoramento aliquo esca linitur, devix facilius columbæ, & attrahuntur, & mitefcunt. Maria, quæ *Virgo singularis est, & inter omnes mitis*, ac unica sibi columba vocatur à Sponso, mel, & lac sub lingua habet, imò vita, & dulcedo est: ideo omnes nos trahit post odorem vnguentorum suorum, ita vt nostram sibi alacriter vendicet libertatem. Hæc omnia pius complectitur Anselmus scribens: *Maria mox ubi in mundum per humane generationis lineam venit, patuit porta vitæ, ianua salutis, via reconciliationis, aditus recuperationis: ipsa enim est palebra ad intuendum, amabilis ad contemplan- dum, delectabilis ad amandum.* Sed quid novitatis si hæc Sapientix mater, & Mater Sapientia, gyrum Cœli circuevit sola, profundum Abyssi penetrat, & in omni gente primatum habet? *Vbiq; cuncta*, (Pergit Anselmus) *quæ Deus bona, & utiliter fecit in eo statu, quo condita fuerunt, destiterunt esse; & per hanc Beatissimam Virginem in statum pristinum revocata sunt, & restituta.* Nam sicut Deus est Dominus omnium, sic Maria est Domina rerum, singula congenite dignitati, per illam quam meruit gratiam restituendo. Sic suarum nos virtutum manifestare cogit odore. Celebrans Ecclesiasticus Solis virtutem Lucidissimam, in hæc verba prorumpit: *Sol in aspectu annuncians in exitu, Vas ad-*

mirabile, opus excelsum, tripliciter exurens montes. Eccl. cap. 43. Sol Mariæ typus est vtique celebratissimus, iuxta doctorem Doctorum Alensem: Sicut enim ille suo lumine illustrat alia luminaria Cœli sideris; ex Nostro Lyrano: sic (ex meo Parente D. Bernardino) merito in Mariam respiciunt oculi totius creature: quia in illa, & per illam benigna manus omnipotentis quicquid creavit, recreavit. Magnitudo igitur opificij Solis stat in virtutis efficacia, in luminis excellentia, & in cursus celeritate. Hoc triplici modo montes exurit in aspectu, nempe cum nobis oritur: quia tunc (Pergit celeberrimus Lyranus) citius percurrit capita montium; & diutius, quia vsque ad occasum. Sol vnde Planetarum Princeps, quia adventu suo diem facit, ideo sic nominatur, (N) quia solus, & vnicus est, imò nec est qui se abscondat à calore eius, idest ab eius virtutis efficacia, qua vim vitalem animantibus, & stirpibus communicat, ac veluti in homine cor, beneficia quoque versum diffundit; hocque ita efficaciter, vt quatuor se superioribus etiam Lumina impendat Planetis: in terræ visceribus aurum, gemmasque ac in mari vniones producit, & abditissimos terræ marisque recessus sua efficacia penetrat, sine suæ virtutis detrimento. Nec satis, etenim excellentia luminis omnibus rebus formam administrat, eas renovat, nutrit, custodit, perficit, illuminat, discernit, & vnit, diemque spectatissimum facit. Tandem celeritate cursus, ab ortu suum decorat occasum, lucis spicula prius retorquens ad cacumina montium, & paulatim omnia vivificat, calefacit, & confortat. Sic tripliciter exurit montes: idest multo magis, ac triplo plus. Inquit Menochius. Modo ad Mariam revertamur. Ipsa enim in exorta suo Sol veluti gaudium annunciat Vniuerso mundo; imò (Promit Ambrosius Tarvisinus) in Natiuitate Virginis tota Cœlestis Curia iubilavit. Vas fuit admirabile, plures ob causas (scribit Noster Daniel Agricola) quia nunquam tale inventum est, nullum enim aliud Vas potuit maius se continere, continebat enim suum continens. Sed cur huius Virginei Solis virtualis efficacia triplici numero commendatur? Quia hic numerus semper reliquis perfectior habitus est, cum in eo solo reperitur ratio principij, medij, & finis; ideoque summam Dei perfectionem ostendit. In Maria considerare quidem est summam vtique perfectionem; vnde Anonimus hæc

(N) Cic. l. 2. de Nat. Deor. Anglic. lat. lib. 8. c. 28. Pictav. lib. 5. c. 28. Abubusar in introduct. tract. 3. differ. 3. Menoch. in Biblia Max. ad c. 43. Eccl. v. 4. Ambros. Tarvisin. in serm. de B. Virg. confid. 2. conclus. Daniel Agric. in Coron. 9. Stella 8. Abulens. in Paradox. de Vase mirabile Maria, c. 2. & 3. Cœl. Rhodig. l. 1. c. 9. Eflus in Bib. Max. ad c. 39. Exod. v. 29. Marcob. 1. de som. scipion. Georg. Venet. Cap. 1. tom. 3. c. 2. D. Aug. de Music. Anonym. in Coron. cap. 5.

Triplex effectus à Maria in nostram utilitatem procedens.

(M) Arnold. Carn. de Laud. B. Virg. D. Basil. epist. 175. de Judith. D. Anselm. in opusc. c. 9. & cap. 12. orat. 8. & c. 11. Eccl. c. 24. v. 8. omnes populos acquisivi habent alij in Bibl. Max. vide Lyrano. Haye, Menoch. & Tiran. ibi. Eccl. c. 43. v. 2. & 4. vide in Biblia Max. plura, tū ex lect. var. tū ex Com. lit. Alens. Lyrano, ad c. 43. Eccl. v. 2. D. Bernard. Senens. Ser. 2. de Assumpt. Iansen. expurg. & Lyrano. ibi. v. 4.

Maria, ob plura soli comparata.

hæc illi cecinit: *Sicut in comparatione Dei nemo bonus, sic in comparatione tui, o Maria, nulla alia pura creatura invenitur perfecta, quamvis comprobetur eximia.* Principium habuit Maria primum, quia sola ipsa de vitimo fecit primum, & de primo ultimum: imò omnia, & omnem creaturam in homine reduxit ad illum, quem sibi Deus personaliter univit. Habet etiam medietatem in suo situ, ut per omnes lineas ad eam aequaliter a nobis ductas gratiæ, & misericordiæ deriventur. (O) Nata quoque Maria rationem finis habuit, *nam noctem finit* (ait Noster Agricola) & diem inchoat, fuit enim finis legis, & inchoatio gratiæ. En Sol in exortu suo tripliciter exurens montes, idest omnes creaturas intellectuales, quas superexcedit, *eo quia excellentia Matris tota ab excellentia Filij derivatur, ratione cuius excellit omnem etiam Angelicam dignitatem.* Solem ergo libeat exorientem, montesque radijs verberantem depingere adhibita epigrapha: **SIC OMNIA PERFICIT ORTV.** Maria Sol dicitur, quasi sua omnibus largiens: quia quidquid habet, quantum in se est, omnibus communicat; & post misericordiam Dei nil utilius, & efficacius est humanæ creaturæ eius misericordia. Addit ille. Sol est multiplici mundum ditans effectus: *Nam sicut Deus die Sabbathi opera naturæ complevit, (Accinit Ambrosius Tarvisinus) sic in Virgine gloriosa opera recreationis perfecit.* Sicque omnia perficit ortu.

CAP. XXI.

BETHEL MONS, ET
Civitas, Marianam domum
commendat.

134

Montem, ac urbem Bethel esse, & vocari hæsitat nullus, qui Bibliorum libris insistat; imò, & quæ ab expositivis dicuntur: etenim Gen. cap. 28. Cum profectus Jacob de Bersabee pergeret Aran, per Chanaam iter faciens, (P) incolæ terræ timuit, Patris sui memores Isaac, qui sæpe eos bellis valde gravaverat, maxime cum cepit Urbem Cariathiarim: Vnde apud aliquem ex Provincialibus timuit noctu hospitem agere, ne in odium Patris sui per insidiam necaretur. Pervenit igitur ad quemdam locum, utpote ad montem *Moria*, qui est à latere montis Syon, cuius ad radices sita est Hierusalem, de quibus suo loco ad Laudem Deiparæ

etiam aliqua discutientur. Modo quia æquum est ab incepto itinere non deviare, de Bethel solummodo nostrum erit hic argumentum. Missum tamen facio Bethel non solum cum Morta, sed cum Syon sæpè confundi: Vnde putat Anglicus Bethel non unum solummodo, sed plures vocari montes in Iudæa vicinos Hierusalem. Quod & mihi haud displicet. Bethel ergo (vel pro monte, vel pro Civitate sumatur) Mariam ut præconiceret, accedit; etenim inaccessibilem, quam Deus inhabitat (annuente Gregorio) lucem significat, Mariæ symbolum, in qua ut in lumine lumen Filij videmus incompræhensibile, sui vteri virginalis ergastulo compræhensum, ut doceat Victorinus, & Cyprianus. Mons ergo Bethel eminentiam virtutum in Maria designat: Etenim montes erant fecundi, & aromaticis arboribus abundantes: Quæ omnia virtutes, quibus hæc Virginea Domus Dei culta est, designant. Ideò opere pretium duxi, aliquales percurrere titulos, quibus insignitur hæc sacra Domus Dei. In Bethel fatigatus Jacob quiescit, quia locus ille penitus Deo sacer, nocturnas ab hospite insidias arcebat. Qui sub Mariæ tutela sistitur, nullos pavet occursum, quibus terreatur. Psalmus Laudatorius nuncupatur ille à David compositus in quo Deus illum requiescere, & habitare in terra Israël permisit; (Q) Vnde in illo sic habet: *Domine, quis habitabit in Tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Psalm. 14. Requiescere in Maria exoptat, qui (ut diximus) idem cum Bethel reputatur. Sic Lyranus habet. Petit ergo velut alter Jacob in eodem requiescere monte, qui Virginem obumbrat: quatenus sic iam sequestratus à bellis, ab insidijs segregatus hostilibus, nil se mali timeat incursum. Etenim hic non requies, sed quassatio vndique occurrens reperitur: in monte autem requies contemplatur, quia vndique contra hostes Munitur. Sed cur *Moria*, seu Bethel ad votum pro requie adificat? Quia ibi domus Domini erat ædificanda: Cum autem hæc Mariam designet, ideò nullibi melius requiescere posse asseverat, quam sub umbra Mariæ; ideoque illam pro voto habet. *Ipsa enim (ait Glossa) est mons, domus totius securitatis, de quo dicunt fideles, Benedict tibi Dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus. In quo quis habitabit, nullas timebit insidias.* Mons vnde (in cuius summitate erecta visitur domus) trans-

Anglic. ibi. c. 4.
D. Greg. Magn.
ad lib. 1. Reg. c.
10. Lauret. Cer
va. t. 1. alleg.
Hugo Vict. &
D. Cyprianus
apud Alan. Va
renf. Serm. 3.
D. Ignat. Mar
tyr. epist. ad
Smyrn. Alanus
de Insulis in c.
2. Cantic.

(Q) Ps. 14. v. 8.
Lyræ, Titelm.
Alens. & alij
ibi. Sed Lyræ
præcelsus in Prol.
Psalm. Lorin. Ay
guan. Jacob. de
Val. Jerem. c.
26. v. 18. Tiri
nus in Bibl.
Max. ibi. Gloss.
adduct. à Bibl.
Virg. t. 1. pag.
mibi 498. lin.
8.

Maria est
Mons, & do
mus, in qua
& munimur,
& quiescimus
à mundi tur
bulentij. se
gregati.

(O) Daniel
Agric. Coron. 2.
stell. 6. & Co
ron. 9. stell. 12.
D. Ansel. lib. de
Excel. Virg. c. 1
Ambr. Tarvi
sin. Serm. 1. con
sol. 1. concl. 1.

Maria, Do
mus est reme
dij, & conso
lationis.

(P) Hebræi, &
Joseph. adducti
à Lyræ. in sua
Aurea Gloss. ad
c. 28. Gen. vers.
11. Magist. e.
78. Hist. Schol.
ad c. 28. Gen.
Anglic. l. 14. c.
25. Piæ. lib.
11. c. 15. Re
duct. & idem

cendens tempestuosos nubium occurfus pingitur, habens epigraphen: IN TE SOLO QUIES. Quaticur enim nimbis fulgurantibus orbis vastitas; sed in superexcedentis summitate montis nubium densitates, semper tranquillum, semper serenum est. Hic mons, & domus Mariam designat, ad quam si confugiant peccatores, nullas adversitatum (præcipue spiritualium) experientur procellas, sed requiescent placidi in hac domo, & monte sancto Dei. Id devote, ac pie cecinit sic Absalon Abbas: *Certe mala nostra, quæ fecimus, docere nos possunt, quam iucundum sit sub ramis Mariæ quiescere: ubi gratior est serenitas post imbrem, quies post laborem.* (R) Ibi quies perfecta, quies reperitur, ubi nullis homo adversitatibus perturbatur; eique omnes corde humili dicere tene-mur, *in te solo quies.* Nil nos perterreat, dum ad huius montis, & domus Dei metas confugiamus, siquidem procul ab his sit omne, quod nos valeat perturbare. Loquens de altero ex circumiacentibus Hierusalem montibus, in hæc prorumpit Evangelicus vates: *Requiescet manus Domini in monte isto.* Isai. c. 25. *Requiescere autem manum Domini super aliquem tropo Hebraico pro gratia, & favore sumitur.* Inquit Parisiensis Haye. At, non est abbreviata manus Domini: Isai. c. 59. Unde nec potestas eius incurrere diminutionem valet, quo minus ad suæ voluntatis libitum opituletur nobis. Quare igitur, & quo in monte manus Domini sic dicitur requiescere? Subsequentia textus audiamus. *Extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum.* v. 10. Hic autem reiectans manus, & brachia, hæc fatigat, ut & corpus allevetur, nec submergatur. Sic Dominus huic manum suam supponit monti, (S) dum sua in gratia eum, eiusque incolas conservat. Hic autem mons, quem Deus fulcit manum supponendo, est mons Syon Valli Josaphat imminens, ut docet Lyranus, in quo Deus potentiam suam mirabiliter executi, inchoando ibi Cœlestes delicias. Ait noster Adamus Delphius. Hic ergo mons omnium gentium varietate cultus, & ad quem fluunt omnes gentes, Mariam (inquit Arnobius) designat: utique mons, ex quo natus, & in quo conceptus est Christus: *Mons ex quo citra ullam manu in operam excidi voluit corporeo modo lapis angularis Christus.* Ait cum Damasceno Agellius. Huic igitur specioso monti manus Domini supponitur, ut requies-

cat, ut fulciat, & habitantes sub umbra illius, ut eius favoribus expectati, monti debeant, quod manus Domini eis subveniat, conservet in gratia, ut natans manus eius sublevet, ne in teterrimum demergantur abyssum. Ad hæc iterum Anselmum advoco Deiparæ canentem. *Ave Mater ex qua notam fecit Pater manum suam, & populus in brachio, redemit unigenito.* Manus vndè ex alto super floridum expansa montem, hunc, eiusque obumbrantem accolas, sit depingere, addito emblemate: OBNOXIA PELLIT. Sic Deus cum fecerit in Maria potentiam in Brachio suo, manum applicuit, ut ad eius umbram advolantes protegeret, & ne in casus inciderent infelicitatis obliquos. Daniel Agricola hæc omnia dixit, dum hæc dixit: *Protegit nos Maria respectu misericordie suæ quoad nos; sed iustitiæ quoad demones, vitia, & peccata.* Ad hunc ergo confugiamus montem, ubi manus Domini, & Mariæ Umbra, obnoxia pellit. Hinc Bernardus dulciter de Maria cecinit: *Sicut ad remedium, & negotium seculorum, respiciunt qui in Cælo sunt, qui in Purgatorio, qui præcesserunt, qui præsentibus sumus, qui sequentur. Qui sunt in Cælo, ut restaurentur. Qui in Purgatorio, ut eripiantur; qui præcesserunt, ut Profete fideles inveniantur, & qui sequuntur, ut glorificentur.*

135 Bethel igitur, Mariam clare præfiguratur, quæ domus Dei est (inquit Jacob. Gen. c. 28.) quia ibi beneficia, & mysteria Divina (explicat Lyranus) erant complenda. Undè Maria salutat ab Elisabeth, in hac Divina prorumpit encomia: *Fecit mihi magna, qui potens est.* (T) Id est; *mirabilia communicavit, qualia nemo unquam compræhendit.* Ait Perpinianensis Angelus. Per Mariam enim transit ad nos, ut per portam Cœli gratia collecta à Christo, que se diffundit in omnes, impleta legis iustificatione, & deletio nostri exitij chirographo, vndè mansit nostri natura illustrata, verbo carnem assumente in ea: Quæ omnia in domo Dei completa sunt in Incarnationis mysterio, à quo cætera magnalia pendent, ut PP. docent. Hoc probare videtur id, quod idem Jacob à somno expergefactus pronunciat. Gen. 28. *Quam terribilis est locus iste? Fessus ibi succubuerat ex itinere, quievit placidus, Cælo noctis excubias custodiente, ubi etiam Dominum innixum observavit scæle. Undè ergo mons ille terribilis apparuit? Num ut olim in Synai audita sunt*

2. D. Ber. ser. 2.
de B. Virg. ad-
ductus tom. 3.
Bib. Virgin. ab
Antonio Ge-
nuesi. in Fig.
Bibl. ad illud
Matth. c. 17.
Ecce nubes lu-
cida.

(R) Absalon.
Abb. de Assump.
Mar. serm. 3.
in ord. 45. Isai.
c. 25. v. 10. &
c. 59. v. 1. Haye
in Bibl. Max.
Conc. lit. ad c.
25. Isai. e. Ada-
mus Delph. ibi.
Lyr. Cornel.
Alenf. Titelm.
& plures.

Maria, Mons
in manu Do-
mini funda-
tus.

(S) Lyr. in Ps.
36. v. 24. Haye
in Bibl. Ma-
xim. ibi. & in
Conc. lit. v. 17.
Adam. Delph.
cit. in cap. 25.
Isai. Arnob. in
Psalm. 64. apud
Laur. Alleg. in
c. 3. Abac. v. 2.
D. Anselm. in
Opusc. de Beat.
Virg. p. 2. Psalm.
Daniel. Agric.
in tract. de En-
com. Mariæ,
Coron. 4. stella

(T) Gen. c. 28.
v. 17. Lyr. in
Gloss. ibi. Luc.
c. 1. v. 49. B.
Angel. del Par.
D. Bonav. &
Bed. ibi. D. Cy-
rill. Alex. in
Scol. de Unig.
Incarnat. Cli-
thov. c. 8. de Vi-
sit. Mariæ. Eu-
dox. Bern. sup.
Magnif. An-
dræas Hieroso-
lymit. de An-
nunt. & alij.

Per Mariam
omnia Divina
beneficia no-
bit abunde de-
rivantur.

(V) Bibl. Chaldaica. in Max. ad c. 28. Gen. v. 16. B. Angel. del Pas, loc. cit. Hays, cum Lyra, in Gen. cap. 28. Ambr. Cather. lib. vinc. de consumm. Gloria Christi, & Mariæ, in calce. D. Prosper. lib. 2. de vocat. Gen. c. 1. Arnold. Carnot. Tract. de Virg. Maria. Bibl. Chald. in Max. Hays in Conc. Lit. Procopius Gazeus ibidem Lyra latè ibi v. 12. 16. & 17.

In Maria, velut in domo Dei, sua Deus mysteria patefecit.

sunt fulgura, voces, & tonitrua, quibus insuetus fortè, circumactum peregrinis nubium erroribus caput, componere nequireret, & procellam putaret serenitatem? Non terror damnificus erat, sed benignus; (V) de divina benignitate miratus. Docet Lyranus meus. Sicque habent alij. In veritate gloria Domini habitat in loco isto. En cur pavescens exclamat. Nox terra peccati totum occupaverat orbem; at locum, qui Mariam præfignat, pavidus adorat, etenim sibi nulla fœditate, sed Gloria Domini plenus apparet: Hocque primum mirabile est (cannit B. Angelus del Pas) quod Deus in ea fecit, dum fecit immaculatam eius Conceptionem. Sic mons iste Jacobo apparet, vt gloria Domini circumfusus: Etenim (vt Pius habet Dominicanus Ambrosius Catherinus.) Soli Christo, & in eius gratiam Matri suæ hoc damus, quod consummati sint in gloria: Nam ab originali fuerunt immunes, Christus iure suo, mater ex privilegio. Mons hinc lunarem excedens spheram, quasi Celum in summitate clarescens pingitur, addito emblemate: INDICAT AUCTOREM. Namque vt habet S. Prosper, consono speciei suo concentu protestatur gloriam Dei. Hæc replet domum Dei Mariam, dum mysticus Mons apparet, cui tota se infudit sic, vt Filij, & Matris gloriam non communem, sed iudicet Bonavallensis Abbas eandem: vt verè in ea habitaret gloria Domini, ex quo creata est domus Dei. Hoc modo pavorem, admirationem ingerit, inducit venerabilitatem, & dum ad fastigium gratiæ, & Gloriæ erigitur, indicat Auctorem. Accedamus interim ad alia. Terribilis est locus iste. Gen. 28. Vbi habet Chaldaica lectio: Non est locus communis, sed locus in quo beneplacitum est Deo. Erat enim Religiosus locus ille, reddit Procopius; ideoque magno honore, & tremore colendus. Quapropter (sciscitor mons) mons ille Bethel hanc sibi omnium Religiosam conciliat venerationem? Lyranus mens est, quia ibi Jacob de mysterio Christi habuit pleniorum cognitionem. Vidit enim scalam significativam graduum generationis, per quos Christus ab Abraham, usque ad Virginem Mariam, quæ ipsum peperit, descendit. Futuram vidit edificationem Templi, in quo Divinus Cultus vigeret. Hæc aliaque sibi cælitus patefacta sunt ibi: cumque tot in vno agglomerarentur mysteria loco, in quo etiam Dominus Jesus offerendus erat,

vt habetur Luc. 2. Ideò ex clamat Jacob: Quam terribilis est locus iste! Quam spectandus est locus, in quo Deus specialiter habitat, nempe Maria: (X) Omnia quippe in illa purissima Matre (accinit Alanus Varenfis) mysteria, & Sacramenta subnectit scriptura. Mons inde ipsemet Bethel proponitur septus vndequeque divino lumine, domo in qua Deus habiteret, in summitate montis Angelis circumadstantibus apparente, cui adde epigraphen: CLAUDIT SUBLIMIA QUÆQUE. Nil, Deus quod potuerit facere, remanet spectandum in Maria, in qua ex quo Deus humanam naturam induit, Sacramenta omnia gratiæ referavit. Nil circa hoc, ultra desiderabile Anonymus reliquit scribens: Sicut Sol Oriens mundo in altissimis Dei, sic species tua, ò Maria, in ornamento totius aulae Paradisi: nam per te referantur arcana Cælestia; in te latent mysteria cælica, ex te manant Ecclesiæ Sacramenta: gaudia accumulas Angelis, salutem paras hominibus, ex te enim defluunt charitatis aromata, suavitatis unguenta, odoramenta virtutum, & præbes Cælestis Hierusalem cunctis Civibus voluptatis spiramentum. Vide vnde stupor procedat, ob montis vtpote tam Sacra Mysteria continentis Deificum splendorem, quo repletur Marianus Bethel, in quo Deus magna, & inscrutabilia fecit. Inquit Magister D. Thomæ noster Alexander Alensis. Sic claudit sublimia quæque. Nunc ad alia huius sacræ Bethelice domus meditanda accedamus attributa, in Mariæ vt gloriam cedant.

CAP. XXII.

MARIANUS BETHEL DOMUS
Gratiæ, Mariam Gratijs plenam prædicat.

136 **N**on est hic aliud, (Jacob è somno evigilans ait) nisi domus Dei. (Y) Quia Deus hic præsentem, & familiarem se exhibet, quasi in domestico suo Palatio. Addit exponens Tirinus. Sed ad rem aptius Tuiensis Abbas Rupertus. Dominus est in loco isto, subaudiendum est, præsentia gratiæ. Verè domus Dei, in qua creaturis vniverfa dispensat Deus dona gratiæ: Etenim omnes gratiæ fœminis hætenus sigillatim præstitæ, in Maria sunt accumulatae. Promittit noster Adamus Delphius. Ipsa etenim gratiam, quam nulla alia meruerat, consecuta est, vt gratiæ reple-

(X) Lyra in Gloss. ad c. 28. Gen. v. 17. Alanus Varenfis. de Laud. Mar. ser. 3. Anonymus, apud Biblioth. Virg. tom. 2. in Coron. Virginis c. 21. pag. mibi 379. col. 1. Alexand. Alensis in Gloss. super Cant. Magnificat. v. 4.

In Maria, gratia omnis Sacramentorum includitur, & ad homines derivatur.

(Y) Gen. c. 28. v. 17. Tirin. apud Bibl. Maxim. ibi Rupert. Abbas tom. 1. de Trinit. & oper. eius, lib. 7. in Gen. c. 23.

Maria obumbrata sub Titulo domus Gratiæ.

(Z) *Adamus Delphius de Deipara Hom. in Fest. Annut. D. Ambros. c. 1. Luc. D. Greg. Thaum. ser. de Annunt. instit. de rer. divis. & l. unic. C. de Thes. Prov. c. 12. v. 2. Haye in Conc. Lit. ibi Bibl. Tigur. Arias Mont. Radulph. Neblens. in max. D. Basil. Hom. in Luc. c. 12. Anglic. l. 13. c. 2. Richard. d. S. Laur. l. 9. tit. 2. D. Ambr. Greg. & Beati. Amad. Hom. de Laud. Christi. & Mariae 7.*

Maria, omnis gratiae Domina.

(A) D. Ans. in opus. p. 2. Psal. Arnold. Carn. in Tract. de Laud. Mariae. Nota dubium

repletur Auctore. (Z) Scripsit Ambrosius. Vnde merito dicebat Greg. Thaumaturgus, quod in Maria effusus est totus gratiae Thesaurus. Siquidem Thesaurus inventus in proprio fundo (iuxta regulam iuris) totus est inventoris. Auctor autem gratiae in Maria se clausit viscera factus homo. In Maria igitur quaerendus est ut inveniatur, ut per eam large hominibus dispensetur. *Qui bonus est hauriet sibi gratiam a Domino.* Habetur Prov. c. 12. *Idest* (explicat Parisiensis Haye) *quidquid ipse vult, a Deo obtinebit.* Vtpote beneplacitum, favorem, & benevolentiam. Ut plures vertunt. Perpendas verbum illud, *hauriet*, quod *idem est ac attrahere aquam de puteo*: Cuius proprium est largiores, ac salubriores exhaustum continuo effundere aquas, ut Basilii mensque Anglicus docent. *Maria puteus est aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano*, idest (explicat Richardus) *a Christo, cui perenni ut fonti vicinus, vel Spiritu Sancto, qui bonis omnibus Virginem repleverunt, ut & ipsa de sua plenitudine gratiarum nobis impartiat.* Oportet igitur situlam huic puteo nostri immergere cordis, ut vbetiores hauriamus gratias pietatis. Puteo hinc haec inscribitur auctoritas: **COPIOSIOR HAUSTU.** Qui ex profundissimo gratiarum puteo bibunt, adhuc sitiunt, evaditque copiosior, quo magis nostrae succurrit egeitati, fluunt autem cum impetu beneficiorum aquae, quia moras non patiuntur sustinere Misericordiae eius: ideo maxima copia, & altissimo reiectamento ad nos usque profiliunt, quin deficiant, quia est puteus iste, *copiosior haustu.* Haec pie luffit noster Amadeus sic: *His, tantisque bonis exuberans sponsa, sponsi mater unici ut puteus aquarum viventium, & vivificantiam, quae fluunt impetu de Libano, a Monte Syon, usque ad circumfusas quasque, & exterarum nationes, pacis flumina, & gratiarum emanationes caelica infusione derivabat.* Annectantur his, quae de seipsa Maria fatur Eccl. c. 24. *In me Gratia omnis via, & veritatis.* Sed quomodo gratia omnis in Maria? Num quia Aluo auctorem gratiae continuit, & vtero aluit? Sane ob id eam sic veneratur Anselmus: *Ave mater gratiarum, quae peperisti Dominum.* Ipse omnem gratiam respicit ut Dominus: ut Domina ipsa. (A) *Maria namque* (ex Arnoldo Carnotensi) *lingua Syriaca, Domina dicitur: Christus enim Dominus, Maria Domina.* Omnes igitur gratiae sub suo

continentur dominio, easque distribuit prout vult. Sed cur ibi non vocatur Mater gratiae, cum gratiae Mater sit, & Mater pulchrae dilectionis vocetur? Mater dicitur, quia singulari nutriendo foetui manum porrigit, nec de altero sibi cura est, aut intime diligit. Non ergo Mater gratiae a Salomone Maria vocatur, quasi quod hanc, aut illam singulariter impartiat, & foveat: Imò in ea omnis gratia, etenim nulla seiungitur ab illa. Omnis denique gratia reperitur in Maria. *In me omnis gratia.* Idest (ait Lyranus) *a me procedit vita gratiosa, & notitia luminosa.* (B) Cum enim Maria illuminatrix sit, intellectum ne erret, illuminat; & ut vita emortuum cor peccatoris vivificat, gratiam impartiendo. *in rebus etiam per tempus oris* (notat meus Parens Augustinus, cum Fideliori suo Discipulo, Subtilissimo Praeceptore) *summa gratia est hominem fieri Deum.* Haec autem gratia a Maria ut a causa processit, cuius ex purissimis sanguinibus humanitas illa deificata formata fuit, Maria ad eius efformationem active concurrente, ut docetur a Subtiliori Magistro. Ideò ab Epiphania, & Seraphico Magistro, *gratia Virginis* vocatur immensa: Quia in ea gratia omnis via; idest operans, cooperans, & consummans. Exponit Alensis. Maria namque operarios ubique sustentat per gratiam in presenti. Cum etenim pulchra sit ut Luna, ideo intensius, & sensibilius in inferioribus operatur. Auxilium, & beneficia nobis porrigit: Per ipsam enim Sancti meruerunt accessum ad Deum, quia ipsa est inventrix gratiae, (Teste Bernardo) *mater salutis, fortis auxiliatrix fidelium contra demones, & septiformem turmam vitiorum.* Iustificantem nos gratiam, nobis Maria adinvenit, vnde Angelus dixit, *invenisti gratiam apud Deum.* Vbi Doctorum Doctor Alensis: *Non dixit, habuisti, vel meruisti gratiam. Quare? Res habita, ut propria custoditur, sed inventa restituitur his, qui perdiderunt: ideo bene dicit, invenisti gratiam, quasi non tibi soli retinendam, sed tanquam aliis restituendam.* Nos ad bene operandum excitat, adiuvat, inducit: ideoque pie ut ad eam confugiamus, clamat, *in me gratia omnis via.* Idest per me obtinetur omnis gratia, & quae in bona vita consistit, & quae in veritatis agnitione sita est, & ad vitam aeternam consequendam necessaria. Glossat Jansenius. Lucerna vnde (quae gratiae typus est) accensa ponitur, minutissimis ad complu-

Quare Maria dicitur Mater pulchrae dilectionis, & non gratiae.

(B) Lyr. in Gloss. ad c. 24. Eccl. v. 25. D. Parens Aug. l. de Trin. 13. c. 19. Sub. Dost. in 3. d. 2. q. 2. art. 2. n. 15. ad 5. & in 3. d. 2. q. 5. art. 2. n. 4. & 5. D. Epiph. orat. de Laud. Virg. D. Bon. in spec. Mariae, c. 5. Dan. Agric. cor. 11. stella 6. D. Ber. apud eund. Daniel. Agric. de Nom. Mariae, cap. 2. Alex. Alens. super Missus est Jansen. cor. rect. in c. 24. Eccl. v. 25.

Mariae gratia omnes illuminat,

res rades accendendas lacertulis delabens, epigraphen monstrans: OMNES AB VNA. Etenim per Mariam omnia refecta sunt, iuxta Anselmum, & ipsa est lux vera, quæ post Deum illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Genuit enim lumen, quod omnes illuminatos illuminavit. (C) Ipsam iterato

(C) D. Anf. apud Bibl. Vir. 1. 1. pag. mibi 512. col. 2. lit. C. Ambros. Tartusin. ser. de B. Virg. in Sab- batis, confid. 2. concl. 2. D. Bern- ard. ser. 4. de Assumpt. apud Masfrum in oper. mor. disp. 28. q. 4. art. 5. n. 120. D. Bern- ard. Sen. ser. 61. 1. Fer. 4. post Pasch. art. 1. c. 8.

(D) Daniel Agric. cor. 9. stella 1. Lyr. in c. 50. Eccl. v. 10. Novar. in Sched. Sacro. Propb. l. 8. c. 4. per totum. Gen. 27. v. 3. Judic. 18. v. 11. & passim, ac D. Anast. Syn. l. 7. in Hex. Richar. à S. Laur. l. tit. 42. Subt. Doct. in 3. d. 4. q. 1. art. 2. n. 6 Dan. Agric. cor. 9. stella 5. Appon. in Cant. c. 6. v. 9.

audiamus. In Plenitudine Sanctorum detentio mea Eccl. 24. Transiit homo, tanquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ. Psal. 1. At Maria in Sanctorum plenitudine stabilitur, ibique firmiter radicitur, ibique est (docet Lyranus) mansio eius per gratiam. Sed cur Mariæ gratiæ detentio plenitudine Sanctorum adscribitur? Num fortè, quia omnes Sanctorum virtutes tam novi, quam veteris testamenti à Virgine plenitudinem susceperunt? Non incongruum sic fateri erit. At Bernardum in hæc luculenter prorumpentem audiamus: Ideò in plenitudine Sanctorum Mariæ detentio fuit, quia in mirifica perfectione sua, plenitudo perfectionis omnium Sanctorum illi non defuit. Si Sanctorum speculemur acies, hunc cernemus gratia opitulandi ditatum, hunc sapientiæ dono plenum, illum speciali prærogativa præcavendi noxios animæ casus effulgentem, alium morbos effugantem, mores custodientem, alijque alios gratijs coruscantes. At in maria non ita evenit; nam (Testante meo Parente D. Bernardino Senensi) in omnium gratiarum effluxus quandam iurisdictionem habet Virgo, de cuius utero quasi de quodam divinitatis oceano rivis, & flumina emanabant omnium gratiarum. Nec id fati. De Maria siquidem exponitur, (D) quod Eccl. 50. dicitur. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Vas aureum fuit Maria, contentivum sapientiæ, quæ per aurum designatur. Instar naviculæ auræ, argenteave olim vasa fuisse Novarinus ex dictionario Syro Chaldaico refert, similemque formam habuisse vas illud argenteum, in quo repositus fuit Moyses. Ultra docemur, quod vasis nomine in sacris literis bellica quælibet adnotantur instrumenta. Nec sine mysterio omnia. Maria enim in vase aureo figurata, nobis affluenter hinc cœlestia, quibus exuberat, propinat dona, continendi modum reddens mirabilem: quia cum Deus sit in omni creatura per essentiam, (Pandit Richardus) in solis iustis per gratiam, his duobus modis in ea fuit, ac novo, & mirabili modo per unionem. Vas istud Navigij instar est, nam nobis Maria facta

est quasi navis institoris, per quam Cœli cibaria misit Deus hominibus in abundantia, quamque supremus institor navem sibi fabricavit plenitudine omnium gratiarum, & quam suis mercibus onerat pretiosis. Addit meus Daniel Agricola.

Tandem vas istud mirificum securos nos ab hostium occurribus tueretur: Quia Maria impijs aeterno igni deputatis terribilis est ut castrorum acies ordinata. Ait Apponius. Sed cur solidum vas istud Virgineum proponitur? Quia in eo nullus unquam vacuitati locus. Ideò Spiritus Sanctus in istud vas mirificum non evenit, sed supervenit: Quia prius (Glossat cum Bernardo B. Angelus del Pas) in ea fuit per multam gratiam, sed supervenit propter abundantioris gratiæ plenitudinem. (E) Continebat enim Maria suum continens, quem totus non capit orbis, unde aliquid infinite maius se continuit; ideò solidum. Amplius: Contentum à vase formam vasis accipit, ut in campanellis à modulo formam mutantibus apparet: Maria autem forma Dei appellatur ab Augustino, cui Deus per omnia similis fuit in assumpta humanitate. Nullum ergo aliud vas potuit maius se continere, quod sola Maria fecit, vas utique à Deo excogitatum ante sæcula. Ornatur etiam omni lapide pretioso, idest virtutibus, & gratijs omnibus, quibus Maria decorata est Plaudat dicta Bernardus sic: Maria plena sibi, super-plena nobis, de cuius plenitudine omnes accipimus. Sic licebit Margaritifera depingere concham gemma solis radios intus ebibente prægnantem, adaucto lemmate: A COELI LUMINE DIVES. Cœlico enim rore imprægnatur, accrescit nitore solis, ita ut præcipua gemmarum sit, & vocitetur, (F) aliorumque gemmarum omnium sibi vendicat venerationem, omnium præcipuam. Ad Mariam rem vertamus cum Damasceno eam sic salutante: Hæc est concha, quæ Cœlus divinitatis fulgetra in utero concepit, ac peperit Christum, ingentis præstij unionem. Idem ferè S. Ephraem Syrus habet. Sic plena omni gratiarum plenitudine Maria est, quia Deo plena; vasque est solidum, à Deo electum, omni lapide pretioso ornatum.

137 Fufius Mariæ gratia commendatur, quæ usque ad Divinum sibi adificandum beneplacitum diffusa est. Adeamus cum fiducia ad Thronum gratiæ. Ad Hebr. 4. ait Paulus. (G) Quod & de Maria ratiocinatur Abfalon dicens: Beata Virgini non defuit dignitas conditionis,

Maria, cur vas auri solidum.

(E) B. Ang. del Pas, cum D. Bern. super Missus est D. Aug. Hom. 3. qui est ser. 35. de Sanctis Dan. Agric. in cor. 7. stella 9. latè, & abunde. D. Bern. ser. de Aqueduct.

(F) Anglic. lib. 16. c. 62. Div. Ioa. Dam. orat. 1. de Nat. Virg. S. Ephraem Syrus.

Maria Thronus est Divinæ gratiæ.

(G) D. Paul. epist. ad Hebr. c. 4. v. 16. Abfalon Abbat.

de Virg. ser. 2. de
Assumpt. qui
est 44. Theophi-
last. in epist. ad
Hebr. c. 4. v. 16.
Alex. Alensis
ibi. Adamus
Delphius in epi-
stol. ad Hebr.
Gloss. Interlin.
ibid. Div. Ioan.
Christ. Alex.
ab Alex. Cael.
Rhodig. Plutar-
ch. Theatr. vit.
Hum. Berchor.
in diction. Cas-
sianus de Glor.
Mund. latè.

Cur Maria,
Thronus dici-
tur potius gra-
tiæ, quam glo-
riæ.

(H) Haymo, &
Primasius in c.
4. epist. ad Hebr.
vers. 16. Subt.
Doct. l. 1. d. 17.
q. 2. ad 3. & l. 2.
d. 40. ex D. Au-
gust. de Trin. lib.
8. c. 3.

pro qua solium eius fuit excelsum: Non
prærogativa virtutis, pro qua fuit per
gratiam elevatum: non filij Dei in se
susceptio, pro qua fuit superexaltatum.
Thronus ergo his, in quo modo regnat
gratia, & misericordia Maria est, (Alen-
si docente) quia plena fuit gratia, & per
illam misericordiam obtinemus de pecca-
tis. Thronum dixit, ut sedentis supremi
Pontificis (ait Theophilatus) arguat dig-
nitatem. Thronus enim sedentem elevat,
magnificat, & exaltat: sicque tanti fit
apud Deum Virgo Mater, ut Thronus
Gratiæ, ut videatur potius allici ab hoc
Throno pietatis, & gratiæ, quam à Thro-
no suæ Maiestatis, & gloriæ. Ideo Maria
Thronus gratiæ est, ut Deus sedens pla-
cibilis in eo, paratus sit ad succurren-
dum nobis. Sic allectus est à Charitate, &
gratia Mariæ, quod eam contemplando ut
Thronum supereminens gratiæ, ne-
queat oblivioni dare opera misericordiæ.
Sic noster Adamus Delphius medita-
tur: Sedit Christus in Maria ut in Thro-
no Gratiæ: Quia sedes est Regia, soli su-
preme Maiestati reservata, in qua etiam
gratia regnat. Ait Glossa Anglica. Un-
de ille videns omni decore gratiæ orna-
ri Thronum Mariæ, sic trahitur eius gra-
tia, ut plus gaudeat regnare in gratia,
quam in gloria. Thronum etiam gratiæ
Mariam Deus sibi elegit: cum enim olim
Regibus sedilia parabantur, prætiosiori-
bus, vel stromatibus, vel Aulæis curæ
erat ornari: Cumque nil gratia amabilius
Deo sit, Mariam nos adire iubet tanquam
ad Thronum gratiæ, quia in puris unde-
quaque creaturis, nil pretiosius, & sibi
charius reperitur, quam gratia Mariæ.
Tandem, Thronus Maria est gratiæ, ut
qui dixit Deus, non permanebit spiritus
meus in homine, maiorem nobis præbeat
per Mariam accedendi fiduciam, & co-
piofiolem infundat Spiritus Sancti gra-
tiam, ipsiusque donorum plenitudinem.
Hæc Haymo, & Primatius. (H) Qua-
propter Thronus Cœli, ac Soli pictura-
tus imaginibus luminum, florum, ac
gemmarum depingitur scripto insigni-
tus: AUCTOREM GRATIA SIG-
NAT. Omnis enim decor (Animæ præ-
cipue, qualis est gratia iustificans.) A
Deo, ut à prima causa provenit. In Ma-
ria autem gratia ita excellens fuit, ut à
Sponso Tota pulchra vocetur, Cant. 4. ei-
que soli competere hæc verba docent
Rupertus. Ildephonfus, & alij; sed præ-
cipue apud Bibl. max. legentes: Omne
tuum pulchrum. Sed nil Novitatis affert,
dum in hoc Virgineo Throno ob varie-

tatem, & plenitudinem, Auctorem gra-
tiæ signat. Quid autem mirum hoc, cum
Maria non tantum gratia plena, sed tota
sit gratia, pulchritudo tota. Gratia sicut
Paradisus in benedictionibus. Ait Salo-
mon Eccl. c. 40. Sicut enim Paradisus est
amœnus locus, (Glossat Princeps expo-
nentium Lyranus) & bonis fructibus ple-
nus: sic gratia Dei gratiosam facit ani-
mam ad Dei habitationem, bonis ope-
ribus plenam. (I) Sed potius Mariæ adap-
tari fatentur plures: etenim emissiones
gratiarum eius, Paradisus. Nempè mu-
nera animæ, quæ missa sunt a sponso, &
quibus ditata veniebat, declarat Ambro-
sius. Quæ emissiones sunt, eo quia ea
affluenter peccatoribus Maria distribuit.
Sed modo, quid commune gratia cum
Paradiso habeat, videamus. Paradisus
locus habitationis Hominis pro statu in-
nocentiæ, docet Lyranus noster; ubi
esset immortalis, id est potens non mori,
per gratiam. Gratia sic, comitatur iusti-
tiam, & finalis gratia hominem consti-
tuit immortalem. Paradisus idem est, ac
deliciarum Hortus, iuxta Persicum, &
Hebræum idioma, in oriente situs, ad
voluptatem hominis in Oriente condi-
tus, Syderum splendore nimio illustra-
tus, caliginem eliminans, vber fructi-
bus, & floribus, arboribus (præsertim
quæ vitæ appellabatur) vberime confu-
tus, Angelica custodia munitus, Fonte
perenni irrigatus, & totus ubique deli-
tiosus. Sic Gratia, delicias animæ sapit:
equidem per eam Deus in horto animæ
spatiatur; daturque homini gratia habi-
tationis in Oriente Baptismatis: Volupta-
tem Cœlestium ingerit donorum, lumi-
nis instar superni homines ducit per se-
mitas iustificationis, quousque ad Pa-
triam introducuntur, eosque penitus ad
res meritorias eliciendas illuminat, flo-
res, ac fructus aliarum virtutum, refecatis
culparum sentibus, producendo, Vitæ fru-
ctum producit, etenim gratia vita est ani-
mæ salutem dispositive causans; dumque
eam Anima servat, Angelica iucundius
custodia roboratur, suisque donis eam di-
vinus irrigat amor. En gratiæ cum Pa-
radiso voluptatis similitudo. Nunc ad
Mariam omnia hæc flectantur, quæ mys-
ticus Paradisus est gratiæ, & virtutum
plenitudine ornatus; quæ ideo emissiones
dicuntur, quia ab ipsa fluunt, & in alios
derivantur. (K) Inquit Richard. à S. Laur.
At, plane omnia complectentem, Pium
audiamus Ambrosium Catherinum Do-
minicanum: Quid (ait) in hoc Paradi-
so respicias potius quam Virginem hanc,

Gratia Mariæ
sicut Paradisus
& Maria Para-
ditus. Quare?

(I) Lyr. in Gloss.
ad c. 40. Eccl.
v. Abbas Absa-
lon ser. 3. de As-
sumpt. Mariæ,
qui est ord. 45.
Alan. de Insu-
lis in c. 4. Cant.
Dan. Agric. cor.
11. stella 2.
Amadeus Lau-
sanen. de Laud.
Christipare
Hom. 7. D. Am-
br. l. de Isaac. c.
5. Guilhelm. in
Cant. Have in
Conc. Liter. ad
c. 4. Cant. v. 13.
Lyr. in c. 2. Gen.
v. 8. Subt. Doct.
l. 2. d. 17. q. 2.
vide latè expo-
sitores c. 2. Gen.
Theatr. vit. Hum
tom. 6.

Maria Paradi-
sus est delicia-
rum Dei, &
hominum.

(K) Richard. à
S. Laur. lib. 12.
part. 1. c. 1. per
totum. Ambr.
Cather. de Im-
macul. Concept.

Persuas. 16. §. Respice. Tirin. in Bibl. max. ad c. 40. Eccl. v. 17. Alanus Varenf. serm. 2. de Laud. Mar. Sophron. Hom. de Assumpt. D. Bernardin. ser. 61. loc. antea cit. D. Isid. lib. Orig. 17. c. 16. Psalm. 92. v. 5. D. Parens Aug. in Psal. 92. v. ult. D. Bonav. in Psal. Virg. Bibl. Arab. & alij in max. ad Psalm. 92. v. 5. Egid. Rom. exposit. in Salut. Angelic. Bibliot. Virg. tom. 1. pag. mibi 495. Daniel Agric. cor. 9. stella 5. Iacob. de Valent. in Psal. 92. v. 5. Biblioth. Virg. tom. 2. pag. mibi 536.

qua ante omnem creaturam preparata à Deo, plantataque ad Orientem Christum, nesciuit occasum? In cuius medio, idest in corde, plantatum est ipsum vite lignum, (Iesus Christus scilicet, per quem gratia Dei nobis communicatur. 1. ad Rom. c. 7.) quod illa mente concepit, ac ventre, ut sic numquam ab ipsa vita excideret. In hoc ergo Paradiso Virvineo gratiarum omnium collectio veneratur, vnde gratia sicut Paradisus in Benedictionibus: idest benignitas, & benescentia in egenos. Addit Tirinus. Pingitur inde viridarium artificiosa circumseptum varietate florum, & fontium meatu irriguum, à quibus delitiosum mutuatur ornamentum, & delectamentum adhibita litera: EX VARIIS EST ORTA VENUSTAS. In Maria non vna pensanda est gratia, non vna virtus: Paradisus enim cum sit, & Areola aromatum, omnes illas vna simul conciliat, ita ut etiam virtute, & gratia omnes antecellat, tum humanos, tum Angelicos ordines. Canit Alanus Varenfis. Nunc Sophronium auscultemus, Maria, Hortus deliciarum est, in quo consita sunt universa florum genera, & odoramenta virtutum. Sic in ea gratijs, & virtutibus ex varijs est orta Venustas. Bene Deipara Hortus, qui ab Ortu, eo quod in eo semper aliquid oriatur, dicitur. Quantumcumque enim nobis de gratijs Mariæ eloquendum obijcitur, semper novæ quædam apparent nostrisque mentibus, (propè in infinitum) obijciuntur. Iterum meus Parens D. Senensis Bernardinus id testetur: Non timeo dicere, quod in omnium gratiarum effluxu quamdam iurisdictionem habuerit Virgo, de cuius utero, quasi de quodam Divinitatis oceano rivus, & flumina emanabant omnium gratiarum. Vide infra lib. 12. p. 3. de virtutibus, & gratijs Mariæ. Tamen adde illud à Davide decantatum Psal. 92. Domum tuam domine decet sanctitudo. Vbi meus Parens, & communis Magister Augustinus: Multi cadent, sed domus illa stat. Multi turbabuntur, sed domus illa non movebitur. Iure hinc Doctor Seraphicus Mariam vocat: Nutricem Sanctitatis, cuius lacte omnes quotquot fuerunt, aut erunt iusti, aluntur. Id Deus testatus est super domo sua pulchra, & Sancta, ideoque eam decet laudatio in perpetuitate dierum. Habent alij. Hęc utique domus Maria, facta est omnium virtutum Triclinium. Quia est domus, quam omni gratia replevit Deus, & tota Trinitas, & quam Christus Sapientia Pa-

tris edificavit sibi, cum plenitudine gratiarum. Subdit noster Daniel Agricola. Sed cur Psalmista hanc Marianam domum decere memoratur Sanctitudinem, puritatem, ac dona gratiarum omnium? Deus siquidem Auctor gratiæ; hanc libere porrigit, quia ad extra libere operatur. Quod autem aliquem decet, ius aliquod involuit. Sed audi. Aliter in nobis superna eveniunt, in Maria aliter. Hanc, quia domus Dei, omnis gratia decet, qua præventa fuit, gratia enim eius innititur iuri naturali, & iustitiæ Evangelij: nam filius non tantum tenetur audire matrem, sed obedire. Palatium ornatissimum hoc lemmate spectandum proponitur: AB ORDINE DECUS. Maria (annuente Alano Insulensi) Tabernaculum Dei est, Cœlestis Regis Palatium; Ideoque decus omne id decet, & ordinatissima virtutum, & gratiarum congeries, quatenus Verbo Dei in illo habituro, illud deceat cum sanctitudine in longitudinem dierum laudatio. (L) Idipsum sapiens investigando meditabatur, hoc modo nos erudiens: Altitudinem Cœli, latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? Eccl. c. 1. Quasi dicat (explicat Lyranus) nullus hominum. Tria ad examinis arenam proponit; vtpote Cœli ab hoc sublunari orbe altitudinem propè incompræhensibilem, à nulloque alio, suo dempto artifice primo mensuratam, Terræ latitudinem ita vastam, ac ab Oriente, vsque ad Occasum tot leucharum milliaribus diffusam, ut nulla humana Arte queat compræhendi. Abyssi autem profunditatem latentibus speluncis, aut cryptis aquarum, cuius fundum non facile penetrari potest, ex D. Basilio: sive qui ex se impenetrabilis est ab industria hominis, ex D. Isidoro. Hęc omnia respectivè ad Divinam Sapientiam, quæ infinita est, adhuc superæqualiter investigari possent, cum sint finita; minimè autem altitudo, latitudo, & profunditas Divinæ Sapientiæ. Hic cum sit literæ sensus, ad mysticum deveniamus. Maria namque in Cœlo, Terra, & Abyssu ob gratiarum plenitudinem manet effigiata. Cœlum ab Augustino vocatur: Si Cœlum (inquit) te vocem, altior es. Utpotè, quia altitudo Mariæ ad Trinitatem vsque pertingit, & Verbum Dei, in se humanatum recepit. (M) Terra insuper Virgo est (dat B. Angelus del Pas) quæ edidit fructum suum benedictum, quia solium gloriæ eius, in quo habitat omnis plenitudo Divinitatis. Abyssus etiam est,

(L) Alanus Insulens. in Cant. Cantic. Prolog. vide Theodoret. 1. 1. de Græc. affect. Clavium in Spher. c. 1. Ptolom. 5. Dial. Cosmograph. Ioann. de Sac. Bosch. cap. 1. Sphæra. D. Basilium Hom. 2. in Hexam. D. Isid. 1. Orig. 13. c. 2.

Maria, altior Cœlo, Terra latior, Abyssu profundior.

(M) D. Aug. Hom. 3. Qui est serm. 35. de Sanctis. Daniel Agric. cor. 10.

Mariam omnis gratia de iure decet, alios ex beneficio.

stella 1. B. Ang.
del Pas, in Luc.
1. c. 39 Piclav.
in direct. tom. 1
Verb. Abyssus.

cuius aquarum, id est gratisrum tanta est plenitudo (notat Pictaviensis) quod nunquam ipsam exhaurit devote multitudo haurientium. Omnia ad vnum redigat Seraphicus Præceptor dicens: *Cælum est Maria, Terra est, Abyssus est: Quis huius Cæli altitudinem, quis huius terre latitudinem; quis huius Abyssus profunditatem; quis inquam Mariæ immensitatem dimensus est, nisi ille solus qui ipsam non solum in gratia, & in gloria, sed etiam in misericordia, tam altam, tam latam, tam profundam operatus est.*

(M) Ex tribus antehac prænotatis cum Textu creaturis, vnum sit depingere Cælum hoc lemmate descriptum: **NIL EXTRA.** Omnia enim ambit, siquidem perfectionis quidquid in creaturis alijs reperitur, sub illo, vt in continente continetur. Hoc aptius Mariæ Dei Cælo est adaptari, vt his fateatur Alexius à Salo: *Valde parum est quod diximus, quidquid de Regni scilicet Virginis gloriose, vel pulchritudine, latitudine, amplitudine, ac manifestia dicamus, aut dicere conemur.* Sic à nobis ineffabilis est extensio Regni gratiarum Mariæ, quæ ideo dicitur *Mater diuinæ gratiæ*, vt hanc dicere illam non vereamur genuisse, & aluisse, ex quo genuit, & aluit Authorem gratiæ: ideoque Bernardus cecinit, *queramus gratiam, & per Mariam queramus.* Sed D. Athanasium non prætereamus sic fantem: *Ave splendidum Cælum, quæ in Cælis incomprehensum continet Deum.* Deus autem, locum vniuersalis est, qui omnia continet, vt docet ex Hebræis Galfridus. Cum autem Deus contineatur in Maria, proculdubio perfectionis, & gratiæ nil extra.

138 Ampliorem videamus in Maria huius gratiæ diffusionem. Alloquens ipsa cum sponso, hæc protulit verba Cant. c. 7. *Omnia poma, nova, & vetera, dilecte mi servavi tibi.* Siue omnes fructus arborum, ex Biblijs Arabicis. Ad quid à sponsa tot fructus acervantur, tot poma, vt nullus eius subterfugiat manum, vt etiam pro dulci æsca in alijs adimpleat votum? *Omnia dulcia eximia sibi reservat, vt sponsi amorem intimius hisce fulcimentis alliciat, & deinde depromantur ad usum.* Poma hæc, gratiæ sunt, virtutis, ac exempla Patrum novæ, ac veteris testamenti, iuxta Lyrannum, & Alenssem. Illas omnes in simul coacervat Deipara, Sponso Cælesti, vt deliciæ sint, oblatura. Agnam se Agni immaculati offert, cultui adaptanda, ob Abelis Religionem. Noetico se offert Arca li-

berationis naufragio. Natum vt Abraham obediens morti obtulit, orat vt Henoch extaticus, per triginta trium annorum spatia, cum Deo corporaliter ambulans. Abrahæ æmulatur fidem, Isaac obedientiam, Moysis mansuetudinem, Job patientiam, David inimicorum dilectionem, Salomonis scientiam, Susannæ castitatem, Abigail prudentiam, Synamitidis virginitatem, Jahelis fortitudinem, Patriarcharum profectum, Zelum Apostolorum, Virginitatem puritatem, Confitentium perfectionem. Atque adeo omnia gratiarum poma, nova, & vetera continentur collectim in Maria. Bernardi dictum perpendamus: *Nil est virtutis, quod ex te non resplendeat, & quidquid singulari habuere sancti, & tu sola possidisti.* (N) Tabella pulchra geographica Oceanum, ac terræ vastitatem intra angustis spatium globi complectens monstrat epigraphen: **IMMENSUM MINIMIS ARCTAT.** Perpulchra Deiparæ similitudo (ait Noster B. Angelus del Pas) namque dum Angelo respondit: *Fiat mihi secundum verbum tuum, non solum credidit, sed optabat, ac si diceret, Tabula sum pictoria, pingat pictor Deus, quod voluerit.* Claudis infinitum in arcto, immensum in exiguo. Vnde noster Daniel Agricola, dixit: *Beatificandus est uterus Virginalis, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum nobis inde profluit.* Sic Maria visceribus: *Immensum minimis arctat.* His neuntur ea, quæ à Patribus passim de immensitate Gratiae Mariæ intelliguntur, verba videlicet lib. Cant. c. 4. ubi Virgo vocatur: *Fons Hortorum, & puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.* Marianæ aquæ de Libano, qui Christus est, cum impetu ad nos descendunt, ne gratiam retardare videantur. Vnicus autem fons non est, iuxta Lyrannum, sed multiplex, etenim in Virgine multiplicia sunt dona gratiarum, quibus Ecclesiam locupletat, in qua totus gratiæ thesaurus reconditus erat. Affert D. Greg. Thaumaturgus. (O) Cur autem Maria hisce in fontibus è Libano prodeuntibus effigietur, deduco ex his, quæ Adrichomius ex Brocardo, Saligniaci, & alijs scribit, vtpotè Hortorum fontem è Libano proflire, suisque (quæ limpidissimæ, & dulcissimæ sunt) lymphis in fluvium excrevit, quo placide, fecundeque tota regio inter Libanum, & Tripolim irrigatur. *Puteus autem aquarum viventium* quatuor vocatur fontes, vnde varij aqueductus, & rivi deducun-

(N) D. Bern.
ser. 4. in Cant.
Salus Regina.
B. Angelus del
Pas, in cap. 1.
Luc. Gloss. c. 35.
Daniel. Anric.
Cor. 1. stella 6.

Maria, & Fēs,
& Puteus est
omnium gra-
tiarum.

(O) D. Amb. in
Bibl. max. ad
c. 4. Cæt. v. 15.
Cornel. à Lap.
ibi. D. Greg.
Thaumaturg. ser.
de Annunt. B.
Marie Adri-
chom. in des-
cript. Terræ
Sanctæ pag. 107
n. 48. apud Cor-
nel. à Lap. D.

(M) D. Bon. in
c. 1. Eccl. Alex.
à Salo in arte
pie aman. Dei-
par. c. 3. D. Ber.
in Nativ. Virg.
Galfrid. in c. 3.
Ioan. Greg. l. 8.
Mor. Rabbi Si-
meon apud No-
var. Scedias. l.
1. c. 4. Rupert.
in Gen. c. 3. &
alij. D. Athan.
Cant. c. 7. v. 13
Bibl. Arab. in
max. apud Io. 4.
la Haye in Cœc.
liter. Lyræ, &
Alens. in Gloss.
Menoch. in Bi-
bl. Max.

Virtus, ac
gratiæ omnes
in partibus le-
gis scriptæ, &
gratiæ reper-
tæ, in Anima
Mariæ sunt
congregatæ.

Methodius in
Hypapante, D.
Epiphani. orat.
de Deipar. D.
Ephraem de
Laud. Deip. D.
Chrysost. apud
Eund. Cornel.
D. Dam. orat.
2. de dorm. Vir.
August. Voich-
mannus in Sab-
batism. Ma-
rian. c. 6. Hail-
grin. Cardin. in
c. 4. Cant. Eccl.
cap. 24. v. 16.
Alenf. in Gloss.
ad c. 24. Eccl.
v. 16.

Maria cur in
Plenitudine
Sanctorum di-
citur detine-
ri?

(P) D. Bonav.
in Spec. Virg. ex
verb. Magistri
sui Alex. Alf.
in Gloss. Subr.
Doct. in l. 2. d.
14. q. 2. art. 2.
& omnes Aris-
totelici Absal.
Abb. in Nativ.

tur, qui totam Tyri planitiem irrigant, & deinde se mari magno immiscent Hæc facilius Deiparæ accomodantur, quæ à D. Methodio: *Fons Humanitatis filij Dei*, à D. Epiphanio, *Gratia plena, quæ sitientes perennis fontis dulcedine satiat*, ab Ephremio, *Fons gratiosa, & totius consolationis*, ac à D. Chrysostomo, *Puteus semper viventis aquæ* vocatur. Huius ergo fluentia nitidissima sunt, ut in candoris libano congenita, dulcissimo nostram sedantia sitim delectamento; quapropter eam Damascenus appellat: *Perennem curationum fontem*, totumque salutarem, cuius fluētis latice tota Ecclesia irrigatur, ac ad seipsam, quæ mare est aquæ gratiarum, redeunt, plenam semper gratia demonstrant. Sic Maria fons est salutis, ut fessus bibas, sic Puteus est, ut gratiarum aquas pro libito exaurias. Inde Puteus, & ab ipso fons progrediens lem-mate ornatur. HAVSTU SIC CRES-CIT VTERQUE. Quo enim plus è fonte à profundissimo proficiente Puteo aquæ trahitur, & salubrior & copiosior reperitur. Hoc mystice adaptatur Mariæ, nam propter inscrutabilem profunditatem gratiarum (scribit Hailgrinus) quæ in ipsa congestæ sunt, dicitur Puteus aquarum viventium, hoc est salientium in vitam æternam. Atque adeo gratia plena dicitur plenitudine abundantia, qua se diffundit in omnes, & inde in Mare magnum ipsius revertuntur, ut iterum fluant, etenim Maria Puteus, & fons est, & hauritus suo crescit uterque. Ad Ecclesiastici modo verba alia accedamus, quæ Mariæ applicantur ab Ecclesia. Ait enim c. 24. in plenitudine Sanctorum detentio mea. Ultra ea, quæ prædiximus, pensanda noviter aliqua obijciuntur. Nam radicari, sive firmari Mariam in Sanctorum plenitudine, est iuxta Alensem, inter plene Sanctos habitare; quasi quod renuat sanctitatis, & gratiæ sibi adaptare initia, sed complementa. Ideo inter tales detinetur, & quiescit, quibus nihil sanctitatis deest. Sparsim gratiæ in Sanctos omnes sunt diffusæ; plenitudo tamen potior exhibetur Mariæ. Cur? Audi D. Bonaventuram ex suo Præceptore Alensi ad hæc verba hæc transferentem: *In Plenitudine Sanctorum detentio mea.* (P) Idest ego detineo Sanctos in plenitudine sua, ne minuatur detineo Christum, ne peccantibus irascatur: detineo demones, ne noceant: detineo virtutes, ne fugiant: detineo merita, ne pereant. Ideo immensa fuit gratia, qua Virgo fuit plena. Primo mobilis sphaeram, alias (iuxta Philosophos,

& Subtiliorem Magistrum) secum vi suavi, & temperata trahentem hæc scriptio nobilitat: OMNES HÆC DE-TINE VNA. Cælum Virginem esse, satis ex dictis liquet, & primum post Christum, cuius est gratijs nos ad suum trahere obsequium, quadam quasi magnetis virtute, quare Syonitidæ clamabant, post te curremus. Vnde Pius Abbas Absalon hæc prompsit: *Festinet ad umbram protectionis eius*, (Mariæ) qui longe est: teneat, nec dimittat, qui iam apprehendit: *Quia ipsa est dux securitatis peregrinantibus, & pervenientibus ad viam portus salutis.* Sic omnes hæc detinet una. Aptè his arridet illud Cant. 2. *Ordinavit in me charitatem.* Hanc cum Gratia eundem realiter indistinctum habitum esse Theologorum Subtilis Princeps docet. Nunc autem sponsum in Mariam ordinasse charitatem, nil est aliud ex Parente Augustino, quam perfectam, & veram virtutem in eam infudisse, quæ aliud non est, quam ordo amoris, charitatis, & gratiæ. Charitatem igitur, & gratiam ordinavit in Mariam, quatenus eam ex toto cœtu virtutum, & gratiarum ornatam, Reginam, & Imperatricem constituit. Sed quid gratiæ ordinavit? Attendas. *Maria gratiarum Abyssus est*, hic autem profunditas incomprehensibilis ex aquarum multitudine. Ex Damasceno, & Augustino. Igitur dum Deus aperit manum suam erga Deiparam, non hanc, aut illam ordinat gratiam, sed omnes, imperferutabilem eam reddens gratiarum Abyssum. Adit Bernardus: *Maria, benè gratia plena, quia Deo, Angelis, & hominibus grata.* Sed cum Deus Charitas sit, hæcque Spiritui Sancto appropriate, ex Theologis attribuitur, quid est in Mariam sic ordinatam esse, ut in eam tota se infundat gratiæ plenitudo? Respondet meus Parens D. Bernardinus: (Q) *A tempore, quo concepit Virgo Deum in utero suo, quamdam iurisdictionem, seu auctoritatem habuit in temporali missione Spiritus Sancti.* In eam enim ut ministram gratiæ Spiritus Sancti, Spiritus Sanctus, cui omnia dona gratiæ attribuuntur, sic se descripsit, ut clementissimam in omnes peccatores fecerit. Addunt Anonymus, & Ambrosius Tarusinus; Nilum in septem divortia ad mare discriminatum hac notula signabis: SEPTEM DISCURRIT IN ORA. Septem fluvius namque Nilus à Lucano vocatur; quique ante Virginis Partum vno solo à loco in mare se immergebat, in septem postea, quasi in-

Virg. ser. unic.
qui est 47. Subr.
Doct. l. 1. d. 17.
q. 2. art. 3. & in
2. d. 26. q. unic.
D. Parens Aug.
apud la Haye
in Bibl. Max.
Conc. lit. ad c.
2. Can. v. 4. D.
Bern. ser. 1. ex
Parv.

Maria, quod-
dam ius ha-
buit ad om-
nia dona gra-
tiarum Spiritus
Sancti.

(Q) D. Bern.
Sent. 1. ser. 52.
Anonym. in Co-
ron. c. 12. Am-
bros. Tarvisin.
serm. Sabbath.
concl. 3. Lucan.
D. Hier. in Isai.
l. 4. c. 11. Thea-
tr. Vit. Hum. t.
3. verb. Flumi-
na. Lyr. in Gloss.
ad c. 7. Ioan. v.
39.

D. Aug. t. 3. lib. 15. de Trin. c. 17. Dan. Agric. Coron. Stell. 12. Ambr. Tarvis. loc. cit. conch. 3. Damasc. orat. 1. de Assumpt. Tertu. de Bap. Gen. c. 1. v. 2. Targ. Hieros. Lippoman. Basil. Hier. Abul. Bibl. Syr. Arab. in Max. ibi. Lyras. Eschius, D. Ant. Pad. D. Bonav. Titelm. & alij.

(R) Gen. c. 1. v. 10. Lyras, & cit. Aut. ibi. Ge. org. Venet. de Harmon. mun. Cant. 1. tom. 7. c. 12. Haye in Conc. lit. ad c. 6 Gen. v. 3.

Maria, Spiritus Sancti, & eius gratiae Thronus.

(S) B. Ang. del. Pas, in cap. 1. D. Luc. lib. 2. c. 3. 32. Lyras, in Gloss. ad cap. 6.

innuens ex tunc Fluvium (qui Spiritum Sanctum designat, iuxta Lyras) maiori copia in mare protendendum: & Spiritus Sancti dona, & gratiae, quae septem sunt plene in mare Virgineum debere diffundi. Vide Augustinum, alioquinque ad haec omnia adductos, & sit factis auscultari Ambrosium Tarvisinum haec proferentem: *Maria, mare est ratione redundationis, in quo flumina omnia intrant: Quia flumina omnium gratiarum intrant in Mariam.* Sic Spiritus Sanctus septem discurret in ora, ut Mare impleat Marianum, cuius ex redundantia guttulas fugant sitientes, qui eius veniunt ad aquas.

139 Sic Bethel, domus gratiae, gratias exprimit Mariae, omni dispartendas creaturae. Maria namque numquam sine Spiritus Sancti umbra, numquam extorris ab eius gratia: ideoque a nobis indigenis quaerenda est in Maria. In sensibili rerum molitione Spiritus Dei ferebatur super aquas. (R) Gen. cap. 1. Etenim quia Aqua de suo pura (ait Tertulianus) dignum vectaculum Deo subiciebat. Vitalem super hoc elementum Spiritus spirabat auram, volans, sive agitando, flans suae gratiae misericordiam. Sic Plures legere comperio. *Quasi vitali calore undas fovebat, quemadmodum avis incubans ovis, ea calore animat.* Exponit Parisiensis Haye. Illa aquarum congeries Spiritui Sancto tam grata, ut festivus habitaret in ea, appellatur *Maria*, tertio creationis die: Mariam ex tunc praefigurans, cuius nomen (iuxta Nostrum Georgium Venetum) Mare excelsum significat, *estque possessio peculiaris Dei.* Sed age, nam Gen. cap. 6. Impuratum, Orbis agens Deus olorem: *Non permanebit (inquit) Spiritus meus in homine.* Seu non morabitur, habent alij. O infelicem proculdubio Orbem! Fovebat divinus olim Spiritus aquas, morabatur, sed minas audio, non morabitur. Quid? Tanto Maria hospite viduabuntur! Neutiquam. Nam Spiritus Sanctus (affert B. Angelus del Pas) novit conservare, non violare integra, neque habitat in corpore subdito peccatis. Omnis caro corruperat viam suam, Aqua primaviam a Deo inditam conservabat puritatem: Ideo Mare Mariae fovet, in alijs non permanet, quia omnis caro, idest omnis homo peccaverat, & sola ex puris creaturis Maria permanebat in gratia. (S) Ideo non dicitur *Maria*, (Pergit Pater) Spiritus Sanctus veniet in te, sed superveniet, quia prius quidem in ea fuit per multam

gratiam, sed nunc supervenire dicitur propter abundantioris gratiae plenitudinem. Sic aquae gratiarum huius maris non minuuntur, sed semper a Spiritu Sancto foveantur. Columbam Spiritus Sancti typum volas super mare expandentem, hac litera notabis: **MOLLIUS VT CVBET.** Libenter enim Columbae iuxta fluentia manent, ibique quiescendo degunt, in proposito evenit ita: *Maria enim (canit Richardus) nidus columbae, idest receptaculum Spiritus Sancti.* Sic dum a Coelesti illa columba fovetur, gratiarum aquis irrigat Universam superficiem terre, letificans Civitatem Dei, idest Ecclesiam. Profert meus Parens D. Bernardinus Senensis. In Maria Columba haec supervenit, melius, ut caret. Audi ad haec Pothonem Presbyterum Pruniensem: *Septiformis Spiritus in Maria plenarie habitat quietissime, numquam ibi passus offensam alicuius culpa.* Mens modo rapitur ad id, quod Maria de seipsa protulit Prov. cap. 8. *Quando librabat fontes aquarum, cum eo eram cuncta componens.* Ubi Rodolphus, Haye, & Menochius de fontibus id exponunt Coelestibus, non de his, qui humili terram serpunt meatu, quos mensurare quoad profunditatem, facillimi est negotij. Horum aquas constituit Deus (docet Lyras) in pondere, numero, & mensura: Nunc aquarum libratores olim dicebantur hi, qui eas per suos meatus, & ductus regebant, altitudinem ad quam pervenire possent metientes: Unde ex iure civili libratores aquarum vocantur, qui publicis aqueductis opera impendant. Sic etiam Plinius attestatur. Et si Coelestes tamen fontes illi, quos Deus librat, mensuram, & numerum habeant: Hic Virgineus fons omnem supergreditur mensuram, cum Maria *Mensura Dei dicatur*, quae librari nisi a solo Deo nequaquam potest. Attendatur ad hoc etiam Noster Amadeus dicens: *Spiritus Sanctus, O Maria, praee omnibus, & super omnes elegit te, ut superes universos, qui ante te fuere, vel post te futuri sunt plenitudine gratiae.* Idcirco diximus cum Anselmo, quod aeternus Pater in sola Maria notam fecit manum suam, per quam tota in eam se infudit plenitudo gratiae. Manui ex alto metitorium funiculum supra fontem, e medijs maris rupe profluentem appendenti, adhibe dictum: **SIC SOLA METITVR.** Marianae enim gratiae per aquas designatae, non alteri quam divinae subiciuntur mensurae, cum prope, ex dictis, infinita,

Gen. v. 12. Daniel. Agric. Cor. 2. p. stella 4. Angl. l. 12. c. 7. Richard. a. S. Laur. de Laud. Virg. lib. 10. D. Bern. Sen. t. 1. ser. 52. art. 1. c. 2. Potho Presb. l. de magn. Sapient. domo apud Novar. Vmbr. Vir. lib. 6. c. 11. exc. 17. n. 203. Rodolph. Haye & Menoch. ad c. 8. Prov. v. 28 Lyr. ibidem, in sua Laudabili Gloss. Plin. epist. 258. Bib. Oib. Virg. ex Gloss. t. 1. pagin. mibi 470. col. 2. D. Ansel. cit. p. 2. Psalt. Amadeus Hom. 3. de Laud. Virg. D. Hieron. ser. de Assumpt.

Maria, omnis gratiae Canalis, & Aqueductus.

ta, & immensa sint. Atque adeo Maria, quando Deus librabat fontes aquarum, cum eo aderat ordinata ab aeterno: etenim in illa radi fontium materia quasi moliebatur, quomodo per Mariam, ut Caelestem tamquam per aqueductum, omnem gratiae influxum ad mortales esset derivaturus. Nam (ut notant Bernardus, & Noster Daniel Agricola) *Idcirco tanto tempore defuerunt hominibus fluentia gratiarum, quia nondum intercesserat Aqueductus.* (T) En ergo vnde plenitudo gratiarum Mariae divina manu sic sola metitur. Adde id, quod vates de

(T) D. Bern.
apud Daniel
Agric. Cor. 12
Stella. 7. & Cor.
9. Stella. 7. Lyr.
Haye, Alenf.
Titelm. D. Au-
gust. Jacob. de
Val. Lorin. &
Mour. in Bibl.
Max.

Gratiae, & mi-
sericordiae ad
nos derivan-
tur per labia
Mariae.

(V) Sub. Doct.
l. 4. d. 4. q. 6. &
d. 9. q. univ. &
d. 25. q. univ.
& d. 46. q. 2.
art. 1. & c. Da-
niel Agric. Cor.
9. stell. 4. Cant
c. 5. v. 13. Lyr.
in sua Gloss. ibi.

Sponsa etiam (Psalmus enim ad victoriam pro lilijs inscribitur) Psalm. 44. cecinit: *Diffusa est gratia in labijs tuis.* Dilectionis mutuae sponsi, & sponsae est canticum illud, & epithalamicum carmen. Gratia igitur Mariae in labijs diffusa est, seu *per labia*. Forte etenim tanta interius plenitudine referta erat, ut sacrata quadam vi per externa prorumperet, non valens interius cohiberi. Ad dam: Per labia Mariae gratia diffusa est, ut pendentes ab eius ore, tam Caelesti, pro libito fruamur gratiarum plenitudine. Ex Biblijs autem Syriacis lego: *Effusa sunt misericordiae in labijs tuis.* Gratiam compaginat cum Misericordia: illa ut refundatur, non oportet ut sublevandam respiciat miseriam, quod patet de iustis, quibus secunda conceditur gratia. Misericordia autem pro formali miseriam respicit sublevandam. Vult igitur Virgo gratiam in labijs cum misericordia iugiter admisceri, ut omnibus innotescat redundantem se sibi habere gratiam, & ex hac ad nos affluenter promanare misericordiam. (V) Audire sit pium Agricolam: *Misericordiam, & consolationem per Mariam accipimus, ratione cuius ipsa fons misericordiae appellatur, cuius fontis ille se fecit rivum, de quo dicit Psalmus 58. Deus meus misericordia mea.* In labijs Mariae, & per Mariae labia, gratia diffunditur. Namque Mariae labia, Lilia sunt, Cant. cap. 5. *Distillantia myrrham primam.* In Lilio signatur Lenitudo, in myrrha a putredine praeservatio: & utrumque facit gratia in labijs Mariae diffusa, nam suam dulcedinem, ac lenitudinem infundit, & a corruptione pariter peccatorum praeservat. Per hoc (inquit Lyranus) designatur munditia eloquij, & gratiositas. Liliu etiam Spei symbolum est, teste Pierio: Vnde Antoninus Caesar monetam iussit sculpi lilijs hanc inscriptionem praeferebat, *Spes publiata.* Quod revera congruentius

apertatur Mariae, quae labia habet, ut lilia; ut ibi reposita sit tota spes nostra. (X) Sic metrice id iussit Alanus de Insulis dicens: *Haec est lux, nubila pellens, spes miseris, medicina reis, tutela Beatis.* Ad haec liliu declivi capite pendulum, hoc lemna fociatur: OMNIA DONAT. Nobilitate enim cum Rosae proximum sit, ex Plinio *semper tamen languido collo, nec sufficiente capitis oneri*, quae sibi sunt gratiae ornamenta, aurea grana intra calicem cum candore admixta, quasi pro voto dispensare tentat, ut alijs diffusa profint. *Maria sicut liliu crescit, candet, & redolet.* Ait Alensis. Crescit, ut eius virtutibus fruamur: candet, ut eius puritate mundemur: redolet, ut eius gratijs locupletemur; atque adeo omnia donat. De his modo satis.

C A P. XXII.

M A R I A N U S B E T H E L,
domus Angelorum. Sive Portiuncula, dat encomia.

140 S Vb Sacratissimo titulo, quod Maria sit Domina Angelorum video pluries celebrari, & merito: Etenim *Angeli simul ac creati sunt, Verbum Dei intuiti, Mariam viderunt, & submisit ei in genua prostermentes, eam adoraverunt, (Y) ut praedestinatum, & certo futuram.* Theologizatur Alexius à Salo. Hinc est, quod in Virgineo hoc Bethel, Jacob vidit in somnis *scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens Caelum, Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam.* Gen. 28. Sacer Patriarcha reputabat locum illum sacrum, propter quod ibi decinavit, ut vigilaret in oratione per partem noctis, sperans ibi Divinam revelationem habere, quod & factum est. Docet expositivorum Princeps Lyranus. Plura hic sese obijciunt examinanda. Primò, scala super terram stans, Caelumque attingens: Procopius enim non unam singularem, sed plures scalas fuisse autumat. At, si una, quomodo plures? Quia *facta est omnibus salutis vias ascensuque ad superos, ac locus requietionis, refrigerique tabernaculum, in quo Dominus habitat.* Ideò Maria (Pergit B. Angelus del Pas) designata fuit per illam scalam, cui Dominus erat innixus, & Angeli per illam ascendebant, & descendebant. Scala ergo Maria, quia per eam accessus facilitatur ad Deum, *Scala est per quam Angeli descendunt, ut humiles in*

(X) Pier. Val.
Hierogl. lib. 55
c. 9. Cornel. à
Lap. in cap. 5.
Cant. vers. 13.
Alanus de In-
sulis in Anti-
claudian. lib. 5.
de Epiteris Ma-
riae v. 33. Her-
mann. Cötraff.
in Cant. Salve
Regin. D. Epi-
phan. Andr. e.
Cretenf. de dor-
mit. Virg. Plin.
lib. 21. c. 5. An-
glic. l. 17. c. 91.
Berchor. in Re-
duc. l. 12. c. 86.
D. Isid. & alij.
Alenf. ad c. 2.
Cant. v. 1.

Maria magni-
ficatur titulo
DOMINAE
ANGELO-
RUM.

(Y) Alexius à
Salo, in Arte
pie aman. Ma-
riam, c. 7. Gen.
c. 28. v. 11. Lyr-
a in sua Lau-
dab. Gloss. ibi.
D. Anast. Sym-
de Annuntiat.
Deip. serm. 1.
Procopius in
Bibl. Max. B.
Ang. del Pas in
Luc. c. 1. Gloss.
c. 35. Alphons.
Oroz. de En-
com. Mariae ad
c. Cant. Cant.
Daniel. Agric.
Coron. 9. stell. 7
Lyr. loc. cit.
adduct.

Maria, Scala
Coeli, Ange-
lorum Domi-
na.

(Z) Ruper. lib.
7. in Gen. c. 23.
apud Haye in
arbor. vit. Con-
cion. tom. 2. in
Gen. c. 28. v.
12. n. 80. vide
Chronic. Min.
1. p. Artur. Mo-
nas. in Marty-
rolog. Francif.
die 2. Augusti,
& innumeros
de hac re agen-
tes. Alexius à
Salo cit. Privil.
2. Lyr. in Gloss.
ad c. Gen. 28.
v. 12. & v. 16.

Nota, pro do-
mo Angelo-
rum, & Por-
tiuncula In-
dulgentia, per
Jacob Sera-
phicum ex in-
tercessione
Mariæ, à Chri-
sto concessa.

quavis calamitate adiuvant, & ascen-
dunt Deo humilium preces offeren-
tes. In hoc loco divina beneficia (addit
Lyrano) erant complenda, & hominibus
dispensanda. Futurum enim Jacob ibi
vidit Templum, ubi viguit divinus cul-
tus. Numquam autem antea tot Angelo-
rum Mylliares visæ sunt, cum duo solum
Sodomam accessisse memorentur. Hic au-
tem Spiritus Angelici numerantur vlla-
tenus, sed indefinito numero protinus
comprehenduntur. Vere Bethel Angelo-
rum domus, ubi conferendi cauta tot
hominibus bona descendunt Angeli per
Mariam nobis suppetias largituri Cœle-
stes. Hanc ob rationem, non ipsum Do-
minum (notat Rupertus) sed locum pa-
vescit, divino feligendum cultui, An-
gelorum præsentia venerabilem, Ma-
riæ (quæ domus Dei est, & Angelorum
Domina) sacrandum obsequio. (Z) In
hoc Templo Angeli amore auctori suo
semetipsis transcendendo inhaerent, &
compassione charitatis infirmitatibus
nostris condescendunt. Docet Gregorius.
Vide in Jacob Franciscum Patriarcham
aptè figuratum, de quo canitur: Can-
cellatis manibus, cæcutiens ut moriens
Jacob benedixisti. Orat, agitur in Extasi-
m, in Bethel, in domo Dei, in An-
gelorum domo, Portiuncula nempe, ubi
Angelorum voces sæpe auditæ sunt: imò
Christus Dominus suæ Matris, & An-
gelorum comitatu Viro Seraphico appa-
ruit Matris precibus illam omnibus do-
mum visitantibus, Indulgentiam plenif-
simam elargitus. Hæc utique nova do-
mus Dei, Bethel Angelicus, ubi divinæ
laudes incessanter impenduntur, ubi lu-
crativis spiritualium gratiarum mer-
itis fideles quotidie locupletantur, ubi
per Mariam, quasi per scalam preces ad
Deum funduntur exaudiendæ: Ibi scala
est Maria, per quam ad Cœlos facilius
ascendamus. Domum statue instar Be-
thel, supra montem, ex qua scala (An-
gelis turmatim sese obviantibus) Cœlos
vsque protenditur, & adhibe Jacob in
Extasi actio, hanc epigraphen: PEN-
DET AB ORDINE MERCES. Et
quidem rectè, nam primo Dominus in-
nixus adstabat scalæ: hæc viam monstrans
protendebatur Cœlum vsque: Angeli cir-
cumagebantur ascendentes, & descendentes,
per quod intelligitur (ex Lyrano)
fides, & devotio piorum, Deo presenta-
ta per Angelos. Jacob ibi vigilias par-
tim agens orabat, cui pollicitus est Do-
minus plenariam benedictionem, ex qua
potissima est beneficia consequutus. Sic

Cœlesti sunt mylleria artificio ordinata,
Jacob, & suorum isto pendet ab ordine
Merces. Deducamus itidem, ex quo
D. Lucas nato Domino Bethleemitis
Pastoribus prædicat accidisse. Cum Ga-
briele (A) militiæ Cœlestis Angelicæ
multitudo, saluti quasi obsequens nostræ
(ex Origine) dulcissimæ modulationis
plectro, has per æra lætas disseminabat
voces: Gloria in excelsis Deo, & in ter-
ra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc.
cap. 2. Nuntium, bonum, bona spes, be-
nigna voluntas, aut beneplacitum sit in
terra hominibus. Legunt alij. Tunc enim
terrena Cœlestibus æterno fœdere sunt
reconciliata, nascente domino (ut habet
B. Angelus del Pas) ut viam cunctis ad
Gloriam sternat, & per eam ambulan-
tibus conferat. Ideoque Deus glorifica-
tur in incarnatione pro bonitate (docet
Seraficus Doctor) quia non despectit pro-
pij plasmatis infirmitatem. Tunc enim
Dominus homini pacificatur, & vnitur.
Sic nobis confertur nuntium bonum, bo-
na spes, Dei voluntas, & beneplacitum,
quia per Christum, hæc perfecta est,
dum reconciliavit nos Deo, culpam de
medio auferens. Inquit D. Cyrillus. Sed
vbinam Angeli hanc fœlicissimam mor-
taliū spem, Peccatorum Indulgentiam
prædicant, ac promulgant? Audi nota-
tu digna. Hæc peccatorum Universalis
remissio (cum Lyrano, & Ludolpho lo-
quor) promulgata est à milliari à Be-
thleem, ubi est locus, qui dicitur Turris
Eder, ubi postea edificatum est Tem-
plum, ibique Angelus, nato Christo ap-
paruit Pastoribus, posteaque Helena Im-
peratrix Ecclesiam sub nomine Sanctæ
Mariæ Angelorum (teste Adrichomio)
fundavit. In hac Angelorum domo, ple-
nissima statuitur hominibus culparum re-
missio: per Mariam tamen, quæ nostra
est apud Deum reconciliatrix. Ad hæc
faciunt, quæ sapiens idiota scribit de Ma-
ria: Per te Deus Angelis dedit restaura-
tionem, hominibus reparationem, inferio-
ri creatura liberationem, sibi matrem, da-
monibus hostem, detentis in limbo erep-
tionem. Iridem depinge, Cœli militare
signum, super Angeli caput, eum lem-
mate: MEDIJS PAX FULGET IN
ARMIS. Namque arcus iaculanda sa-
gitta instrumentum est, ait Ambrosius:
sicut hic Angeli nomine militiæ descri-
buntur, quia infatigabiliter (accinit
Cassianus) pro omnibus terrenis mili-
tant; ut possint esse Cœlestes, simulque
concives. Arcus etiam (dante Hieronimo)
signum est elementie, & testamenti Dei,
ut

(A) Luc. c. 2.
v. 13. Orig.
Hom. in Ezech.
Ludolph. de vit
Christi. p. 1. c. 9.
Bibl. Syr. Perf.
D. Epiph. &
Alij in Biblia
Max. ad cap. 2
Luc. B. Angel.
del Pas in c. 2.
Luc. lib. 3. c. 14.
D. Bon. & Idi-
ota ibi. D. Cy-
rill. in Caten.
Ludolph. loc.
cit. Lyr. in Gl.
ad c. 35. Gen.
v. 21. D. Hier.
Tirin. in Bibl.
& alij. Idiota
lib. contemplat.
c. 4. D. Ambr.
lib. de Noe, &
Arca, cap. 27.
Cassian. lib. 1.
c. 8. D. Hier. in
cap. 1. Ezech.

Maria, Arcus
Cœlestis, fœ-
dus inter Deū
& homines
exprimens.

ut scilicet nequaquam nos perituros esse. Innuat & Mariam Bernardo canente: *Hæc in omnibus, & per omnia providens, trepidationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam abigit, erigit pusillanimitatem.* En quomodo medijs pax fulget in armis, nobis per Angelos pacem spiritus nuntiante iride Mariano. (B) Unde Joannes Geometra sic metrica Virginem salutat:

Salve versicolor Cælum iris instar amœnas

Virtutum formas, florigerasque gerens.

Ipsa siquidem mundo pacem contulit, dum Christum peperit, qui est pax nostra. Reddit D. Laurentius Justinianus. Primum ex operibus Dei ad extra, narrat Moyses Cælum fuisse; quod sic ideò vocatur, quasi quod fit domus, vel casa Helios, id est solis. In principio creavit Deus Cælum, & Terram. Gen. cap. 1. Id est creavit continens, & contentum, Cælum Empyreum, & naturam Angelicam. Declarat Historialis Magister. Hinc locus, Angelorum domus fuit à principio, in qua qui in Dei versabantur obsequio, eius propositæ futuræ humanitati cultum impendentes, regnaturi perenniter perseverant, alijs ad ima fugatis. Sic Concilium Lateranense magnum sub Innocentio III. cap. 1. Definivit, *Omni-potentis Dei virtute mundum, & Angelos simul ab initio temporis de nihilo esse condita.* En maximum Cœli a Terra discrimen: nam hæc cum creatur, erat inanis, & vacua, nulloque habitabatur, cultore: At Cælum statim domus fit Angelorum. Quare? Cælum præsignabat Mariam: siquidem *Christus Sol novus* (Ambrosio ducente) *de ea, ut de fonte nascitur;* & ut in domo a se sibi ædificata iucunde habitat: Ideò Marianum Cælum, non Angelis orbatum, sed quia domus solis, à principio stabilitur domus etiam Angelorum. Sic Maria, ut plane Cælum, effundit Angelis torrentem voluptatis, hominibus in hac peregrinatione rivulos sanctitatis. Habet Guilielmus. Cælum, supra innumeras ambiens stellas, terram infra pingitur hac insignitum litera: **UNUS COMPLECTITUR OMNES.** Mariam tangit, quæ Cælum vivum, ipsis Cœlis latius, a D. Joanne Damasceno prædicatur. *Tam Angeli enim, quam homines iugiter respiciunt in Mariam; homines salvantur, & Angeli redintegrantur.* Ostendunt Richardus, (C) & Anselmus. Ad idem tendit mystice illud Cant. c. 3.

En lectulum Salomonis sexaginta fortes custodiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios. Alij habent, *en reclinatorium Salomonis sexaginta Heroes, potentes, prævalidi ambiunt ex fortissimis Israel.* Hic lectulus, quod mox ferculum vocatur, domus est portatilis, instar lecticæ, idemque est ac Thalamus: Opus utpote (addit Tirinus) *regia magnificentia, & immensa sapientia sua dignum.* Sensu autem literali hæc de Christo Rege pacifico intelligi debere, habet Menochius ex D. Gregorio, & Philone Carpathio. Modo de lectulo, eiusque discentiamus custodia. Lectulus hic Maria est, inquit Apponius, cuius in Virgineo gremio Jesus natus infans sepè quievit, & placide dormivit. Quid ergo alia adhibetur custodia? Qui sunt hi sexaginta fortes custodientes? *Sexaginta Angeli supremorum significantur Chororum custodes potentissimi corporis Deiparæ, quæ lectulus Christi est.* Ait Honorius, & Cornelius. Ponuntur tamen sexaginta, numerus nempe finitus pro infinito; etenim Mariæ custodiendæ, ex qualibet Angelorum specie innumeri adhibentur; siquidem *assidue stipata erat multitudine Angelorum,* docet B. Amadeus. *Heroes Angeli dicuntur, quasi Etherei, seu Sapientia, & Cœlesti fortitudine præditi, qui post mortem deificari à Gentilibus inepte putabantur.* Angeli etherei sunt Sapientia, & fortitudine à Deo sibi in creationis initio data: hos decet veri Salomonis lectulum custodire, cuius custodia supera debet esse, non terrena. Avicula quædam (cui nomen *Tinnunculus*) quæ excubijs columbam tuetur, emissâ voce prædaliibus incuriens metum volucris ponitur Columbæ in nido quiescenti invigilans, cum titulo: **EXCUBIAS DEFENDIT AGENDO.** Nulli autem dubium (favet Anselmus) *castissimum corpus, & sanctissimam animam Mariæ funditus fuisse ab omni macula peccati iugi Angelorum custodia protecta, utpotè aulam, quam suus, & omnium creator Deus inhabitaturus erat.* Sic fortissimi Israel (videntes nempe Deum Angeli) Tinnulorum instar quæque obvia à veri Salomonis lectulo arcent, super eius custodiam Vigiles, & eorum quisque excubias defendit agendo.

141 Idiolum (reor) confirmare videtur illud Sponsi de Sponsa afferentis: *Hortus conclusus Soror mea Sponsa Hortus conclusus.* Cant. c. 4. *Angeli verè istius flores sunt* (pandit Ambrosius) *quorum claritatibus ornatur mundum, & bonum*

selm. in lib. de Orat. Cant. c. 3. v. 7. Bibl. Tig. Syriac. & alij, apud la Haye in max. Estius, Div. Gregor. lib. 7. Mor. c. 8. Philo Carpath. in Cant. 3. v. 7. Honorius ibi, & Cornel. B. Amade. de B. Vir. Rapt. 4. in fine. Ioan. Catholic. ver. Heros. Philipp. Picinell. lib. 4. Mund. Symb. c. 62. n. 625. D. Anselm. de Annunt. Ang. cap. 3.

Maria, Hortus, in quo Angeli, ut flores plantati sunt.

(B) Ioann. Geom. Hymn. 2. apud Novarin. Vmbr. Virg. li. 4. c. 10. Exc. 31. n. 321. D. Laur. Justinian. lib. de Cast. Connu. Magist. Histor. Scol. in cap. 1. Gen. Januens. in Cathol. Vide Exod. c. 20. v. 11. D. Basil. Amb. August. Diod. Tharsenf. Theodoret. Alcuinus, Rabanus, & alij apud Tirin. & Estium in Bibl. Max. Subtil. Doct. in Report. in 2. d. 1. q. 4. D. Ambros. de Nat. Dom. ser. 3. Alan. Varen. ser. 3. de Virg. Guil. ad cap. 4. Cant. v. 15. D. Ioan. Damasc. Orat. 1. de Nat. sive.

Maria, Cælum est Angelos, & homines complectens.

(C) Richar. lib. 1. c. 3. D. An-

bonum odorem sanctificationis spirant.

(D) D. Ambr. in Luc. c. 12. Hefych. de Deip. orat. 2. Epiph. serm. de Laud. Maria Hier. l. 2. contr. Jovin. Just. Vrgellenf. in Can. 4. Nys- sen. de Nativ. Dom. Damascen. orat. 2. de Assumpt. Tiri- in Cant. Daniel Agric. Coron. 5. stella. 1. Laur. Vall. apud Thea- tr. Vir. Hum. t. 4. Verb. Hortus Alan. in Cant. 4. B. Ang. del Pas in c. 1. Luc lib. 1. c. 85. Cæ- lius Rhodigin. lect. Antiq. lib. 11. c. 37. Meno- eb. in l. 1. Ma- cab. c. 4. v. 57. D. Anselm. in opusc. de B. Virg cap. 12. orat. 7. Egid. Rom. in Exposit. Salut. Angel.

(D) De Maria mystice Salomon est allo- quutus; habent Hefychius, Epiphanius, Justus Vrgellenf. Hieronymus, & Da- mascenus. Hortus dicitur (explanat Ly- ranus) propter fecunditatem: conclusus, propter fortitudinem. Hortus est aquis dulcissimis, & fructibus optimis oblectans Deum, & homines oblectans, & ad quem serpens aditum non habuit. Maria ergo Hortus est, sive Pomerium Domini, quod constitum est manu sapientia omni arborum genere, idest omnimoda virtute. Inquit Daniel Agricola. In Horto spectanda proponitur fecunditas, soli amenitas, florum suavitas, ac fontium iucunditas: vnde Hortus voluptatis gratia est paratus. Conclusus autem dicitur hic Hortus, scribit Alanus, quia Angelorum custodia circumseptus. Sed quomodo Angeli pro muris huic adscribuntur Horto, si ex Ambrosio flores sunt ad eius ornatum destinati? Afferam. Flores suavitatem sensum alliciunt, mulcent oculos pulchritudine, soli partus sunt, idque per iucundum, ac proprium eorum domicilium. Murus vero dicitur à munio, eo quod muniat, ac custodiat. Vnde Angeli Virginalis Horti murus, ac custodia sunt, quia cum pro sibi adscripto munere tuerentur. Flores sunt, ubi virtutes exhalant ut in proprio Angelorum domicilio: quia eam frequentius habitant, & custodiunt, tamquam locum divinæ habitationis electissimum. Plaudit Noster B. Angelus del Pas. Pomerium scutis florigeris tectum vndique adhibeas hoc insignitum lemmate: ORNANT, ATQUE TVENTVR. Olim argivo scuto dignus iudicabatur, qui eximia ob generositatem veneratione dignus erat, ex Cælio Rhodiginio. Imò in sacratoris loci ornamentum, & tutamen cecisse, ex Biblijs patet; ideòque apud Priscos dijs scuta consecrabantur, eorum insculpta nominibus. Virgo, etiam Angelis admirabilis fuit, canit Anselmus: Sicque Gabriel in eius salutatione proprium nomen tacuit, ut mutationem status in ea, & eminentiam significaret. Scribit Egidius Romanus. Digna igitur Maria floridis ornari scutis, quibus suum veneretur inscriptum nomen, dum ab Angelorum ore numquam cadit Ave Maria: Sicque inscripti nomina Regum, cernuntur flores Paradisi Virginalis, quem ornant, atque tuerentur. Paulisper, & alia mediternur. Brevis in volatilibus Apis. Eccl. cap. 11. Salomon profert. Minuscula est avicula, nec tamen contemnenda.

Maria Apis, cuius domus Angelicarum Apium domicilium.

Quia initium dulcoris habet fructus eius: Seu precipua inter omnes proventus iucunditas est fructus eius. Habent Biblia Arabica. Nullum enim insectum, aut avicula dulciorem fructum (Glossat Parisiensis Haye) artificiosè componit, & hominibus præbet. (E) Mariæ Typus hæc Avicula est, cui Virginalis integritas propriè attribuitur, quoniam nullo miscetur concubitu, nec libidine resolvitur: Illa enim, cum sit Apis offenditur impudico fœtore; docet meus Daniel Agricola, cum Richardo. Maria enim apis instat se parvam, humilemque agebat ancillam, dum ad sublimem Matris Dei eligebatur dignitatem fructum benedictum orbi datura, quo humanæ conditionis amaritudo dulcesceret (tradit Ambrosius) Verbi Cœlestis suavitate, & gratia temperata. Nec hic sistendum, imò Apis hæc Virginea dulcedo est, & vita nostra, ex Damasceno, & Contracto. Sic facit meliorem fructum, toti orbi vnicè proficuum. At spectemus aliud de Ape, in laudem Angelorum Imperatricis Mariæ. Regem habent Apes, quem sequuntur, parent, eiusque domuncula tenaciter assunt, dum à florum collectione vacat; eumque diligunt, ipsiusque in officijs, & ministerijs occupantur. Maria Apis est, Apes Angeli: Sed Maria (Prædicante Anselmo) decus est Virginitatis, Domina gentium, Regina Angelorum: Cui Angelicæ Apes famulantur, in eiusque domo favos recondunt spirituum dulcedinum, quibus Fideles impinguntur. Sic Pictaviensis habet. Examen apum circa Alveare Regem suum obsequio prosequentium hac inscriptione illustrabis: STIPATVR AMANTER. Numquam enim extra, nec intra casulam nisi subditis stipata spectatur apis. Maria ita in Angelica domo, ubi pietatis favos distillant labia eius, mellis etiam indulgentiarum rivulos, (ex quibus Fideles dulcia legant) propinat, Angelicis apibus, quibus est cognata Virginitas, stipatur amanter. Accedere fas sit ad alia. Salvatore equidem nato in Bethleem Judæ, quam Magi in Oriente viderant, ecce stella antecedebat eos, & que dum veniens staret supra ubi erat Puer. Matth. cap. 2. Ut dux via stella præibat, donec staret supra locum illum Angelicalem Angelica ornatum præsentia, vel domunculam, etsi pauperissimam, omni gratiarum Cœlestium suppellectili in orbis proficuum locupletatam. (F) Advertas stellæ officiorum discrimen; Nam magis servit ad gressum, monstrat iter,

(E) Haye in Conc. lit. ad c. 11. Eccl. v. 3. Ambrosius in Examer. Angl. lib. 12. c. 4. Alanus Varsen. de Sæct. Dei Genit. ser. 2. Dan. Agric. 2. p. stella 4. Richard. à S. Laur. de Laud. Virg. Partic. 3. D. Ambr. l. de Bon. Virg. p. 4. D. Joan. Damascen. orat. 1. de Nat. Deip. Herman. Contract. in Cantic. Salve Regin. D. Anselm. c. 12. orat. 5. Pictav. in Direc. t. 1. verb. Angelus D. Hier.

Bethlem, per Jesum, & Mariam domus signatur Angelica, in qua Orbi toto nunciatur generalis peccatorum remissio.

(F) Haye in Bibl. Max. Syriac. ibi. D. Anselm. adduct. ab An-

thore Cat. Aurea. D. Petr. Chrys. ser. 156. Cæsar. Nazianz. Dial. 2. D. Chrysost. Hom. 6. in Math. Euthim. in Math. c. 1. D. Pau. 2. ad Chor. c. 5. v. 19. Lyræ, Adam. Delphius, D. Ambr. & Tiri. ibi vide Chron. Ord. Min. 1. p. latissime. Petr. Marcan. in Trib. Sacram.

Maria, Aurora gratiæ gratiam nobis à Deo remissionem confectur.

(G) Lyræ ad c. 32. Gen. v. 26. & in Ps. 107. v. 3. Angl. 1.9. c. 21. Gloss. Interlin. ad c. 19. Apoc. Lufitan. Sylve. ibid. Aleas. in c. 6. Cant. Lippom. Procop. & D. Ambr. apud Parisiens. Haye in Arb. vir. ad cap. 12. Gen. v. 36. Anonymus apud Alcuin. in Hum. serm. de

iter, præbet ducatum, custodem agit, signat locum. Antecedit autem eos domum usque, in qua invenerunt Puerum, cum Maria Matre eius. Ut Christo, scilicet stella plenum redderet obsequium. Profert meus Parens Augustinus. Cæsar. Angelum esse stellam illam testatur; & per eam magos Dominus vocat (addit Chrysostomus) quæ familiaria eis consuetudo faciebat, ad hominum condescendens salutem. Nota familiarem stellæ cum magis conventum, nunciantis condonatz culpæ, & remissionis accessum. Sed ubi? Vbi invenerunt Puerum cum Maria Matre eius. Matth. 2. in tantilla domuncula Angelorum Choris frequentata, ubi salus prædicatur orbi, Magos Angelus, jam sanctificatos alloquitur: Ut cum Euthimio loquar. Per Mariam, & sibi ministrantes Angelos fit Bethleem domus Angelica, ibique nato Deus erat in Christo, mundum sibi reconcilians. 2. ad Chor. 5. idest, per Christum plene remittens peccata. Ait Tiri. nus. Omnia hæc facilia applicatu sunt ad ea, quæ in Franciscanorum Portiunculæ Domuncula, pro concessione plenissimæ Indulgentiæ Christum concessisse ex Chronicis compertum est. Stellam in corde Angelum suo ambientem, hoc insignies lemmate: DAT LUMEN EVNTI. Dirigit enim Angelus, nosque ad opus bonum excitans illuminat. Sic tres Reges illos peccatorum fœcibus immerfos Angelus domum usque Angelicam Mariæ, in stellæ specie comitatur, ut per Christum sanctificentur. Sic dat lumen eunti. Iusta hunc etiam sensum applicari possunt, quæ de Angelo cum Jacob luctante habentur Gen. c. 32. Dimitte me, iam enim ascendit Aurora. idest: Tempus est, ut cantem Dei laudes, cum alijs Angelis. Explicat Princeps interpretum. (G) Aurora, Avium hora est, vnde in apparitione eius in Orientis lucida domo, sive (ut scribit Anglicus Noster) Domo aurea, mundæ aves excitantur ad cantum: Vnde & Avium hora dicitur: Quæ Angelos designant, quorum conversatio in Cœlis est, ut Glossa Angelica cum alijs docet. Eluscescente igitur Aurora, quæ Mariæ Typum esse diximus, nostra culpæ fœda ægritudo curatur, infirmitatibus animæ in melius abeuntibus. Ideo ad domum Auroræ regredi exoptat Angelus, sciens ibi nostræ salutis initium radicari. Ad intentum Lippomanus, cum Procopio: Dimitte me, iam aurora est, desine iam præ timore ignis æterni flere; quia iam tranquillitas

vitijs extinctis redit: quæ propter fustus præsentens eius animum, petit benedictionem. Hanc Deus largitur, nunciat Angelus, consequitur Aurora à suo Sole lucem gratiæ consequuta. Eadem pingitur Gnoma hac illustrata: HORROREM PELLIT, ET VMBRAM. Recte quidem (Anonymus quidam scribit) Auroræ implevisse officium. Ipse enim Sol iustitia de te processurus, ortum suum quadam matutina irradiatione præveniens, in te lucis sue radios copiose transfudit: Quibus potestates tenebrarum, quas Eva induxit, in fugam convertisti, atque ita desideratum cunctis gentibus Solem mundo invexisti. Idem fere Andreas Hierosolymitanus concludit. Addat & Anselmus ista: Per Mariam restaurantur perditæ agmina Angelorum, diluitur omnis culpa, vulpina fraude illata. Hoc certe media Portiunculæ Indulgentia per Mariam mediatricem consequuta evenire; cunctis notum est; vnde lux Mariana Peccatorum horrorem pellit, & umbram.

142 Serio autem meditanda occurrunt, quæ de hac, sacro Bethel, Mariæ videlicet Angelorum domo, Alsij in Umbria in magnificum erecta Cœnobium, totius Religionis Seraphicæ prima, eiusque Plenissimo Jubileo eam visitantibus concessio, quæ à nostris, alienisque scribuntur Chronologis, (H) utpotè id immediate à Christo concessum, à suoque Vicario in terris Pontificem agente Honorio III. confirmatum. Accidit verò concessio huiusmodi anno 1221 mense Octobris, (Plene autem publici iuris factum anno 1223. mense Augusti) nec vacat mysterio: Mensis enim hic (Qui ab Hebræis Thyfri vocatur) Scenopægiæ festo celebris erat, octavoque eiusdem die, Templi Salomonis dedicatio per dies 14. fiebat. Punctum ex his aliqua meditemur. Arca intra Templum Domini per Sacerdotes intromissa, erectoque Templo Dominus Salomoni hæc indidit verba: Elegi locum istum mihi in Domum sacrificij; si conversus populus, deprecatus me fuerit, propitius ero peccatis eorum. 2. Paralip. c. 7. suo specialiter cultui domum illam dedicavit Deus, inquit Lyræ, ubi peccantibus veniam, iustis autem gratiam largius effunderet, paratus omnium vota, & orationes exaudire. Maiestatem Dei domus in omnibus prædicabat, quam Gloria Domini implevit in nube splendida sermo suo apparentis. Sed sensim meditentur, quæ præcipua in Templo aderant: Nubes utpotè gloria

Natio. Virg. Andr. Hierosol. in Salut. S. Mariæ. D. Anselm. serm. de Concep. Virg. Mariæ.

(H) Illust. Do. Episc. Orentens. Dam. Cornejo late 1. p. Chron. lib. 3. d. c. 22. usque ad 33. Exclusiv. Theatr. Vit. Human. Verbo Mensis, & Verb. Thaber nœculum. Paralip. lib. 2. c. 7. v. 12. & 14. vide abunde Lyræ. & Haye 1. Reg. c. 8. v. 66. Esaius, Lyræ, Menoch. & Tiri. nus.

Maria Templum, Peccatorum Assylum.

(I) *Lyr. 3. Reg. c. 6. v. 23. vide c. 8. 3. l. Reg. cū Glos. per totum Ambr. Herem. de Annunt. Daniel. Agric. Coron. 10. stell. 8. Lyr. in Glossa Aurea ad c. 25. Exod. v. 17. Hage in Conc. lit. ibidem. Rabb. Salomon. apud illum. Estius ibidem, in Bibl. max. Alanus Vares. in Prol. serm. de B. Virg. D. Anast. Syn. serm. 1. de Annunt. Alexius à Salo. in Art. Pie Amn. Deip. Privil. 2.*

Templum Divinæ pietatis per Mariam semper apertum.

(K) *Dan. Agric. D. Ansel. apud illum Coron. 7. stell. 6. Arturus Monasteriens. in Martyro. Friscan. die 2.*

ria Divinitatis cornu, Cherubim alis Oraculum; & Arcam Testamenti velantes. (I) Salomon enixe orans pro condonatione peccatorum populi à Deo Iubilum pro votis largiente. Hæc ad Litteram. Gloria Domini paratur in nube, dum Angelicum Portiunculæ Sacellum Deo, eiusque matri dicatum, noctu Parente Francisco ingresso, fulgore innarrabili assistentis utique Deitatis impletur. Ni dicam Christo Thronum gloriæ tunc in nube Mariana parari, ut una cum Matre copiosas effunderet pluvias gratiarum. Maria enim illa nubes est laevis, supra quam ascendit Dominus, dum in Egyptum, idest, in afflictionem huius mundi venturus erat per Virginem. Ipsa velut nubes est aquosa per omnium gratiarum, & Charismatum abundantiam, & velut nubes misericorditer abscondit peccatores ab ardore Solis. Inquiunt Ambrosius Heremita, & Daniel Agricola. Aderat Arca, in qua sedile ipsius Dei, nempe propitiatorium; quia de eo audiebantur responsa divinæ pietatis, & in quo Deus propitiabatur, ut cum Lyrano, & Parisiensi Hage loquar. Cherubim etiam, aut Angelos (ut Estius æstimat) ad custodiam Arcæ deputati: ut veluti Angelorum pateret domicilium esse arcam. Sit ergo tunc dedicatio Templi, Solemnitas nempe dicta propitiatoris, quæ celebrabatur mense septimo, qui à nobis October, Tyrst ab Hebræis vocatur. Promittit D. Anastasius Synaita. Tunc Iubilum fidelibus nunciatur, plenaria à peccatis remissio, dummodo conversus populus à vijs suis pessimis, Deum in domo Angelica Maria, à Domino sibi electa, humiliter, plene confiteatur delicta. Hæc Christus Francisco servo suo dilecto etiam his verbis promissit: *Francisce, tibi pro omnibus fidelibus concedo Indulgentiam qualem, & quantam postulas.* O Felices, qui talem lucrantur gratiam, etiam in Purgatorio detentis por modum suffragij valituram. Absque Foribus, serisque, quibus claudatur, appone Templum, hac epigraphe decoratum: SIC PATET HIC ADITUS. Per Salomonis Templum, Maria designata est, ut scribit noster Daniel Agricola: (K) Ideoque ei hæc profert Anselmus: *Sicut, o Beatissima, omnis à te averfus, & despectus, necesse est, ut intereat, ita ad te omnis conversus, & à te respectus, impossibile est, ut pereat.* Si Mariæ umbram assequantur mortales, quasi manuducuntur ad spirituale bonum, à vitijs arcentur, & alacri fiducia

ad Deum properant peccatorum veniam protinus adepturi. Sic patet hic aditus ad misericordiam, per illam, quæ misericordix Mater est, consequendam. Pateat unde Templi dedicationis Salomonici, in quo Deus illud elegit in Domum sibi, ubi peccata condonaret populi, mense Octobris factam, nostræ esse solemnitatis figuram. Ad facti historiam revertamur. Sursum Franciscus nocte Octobris quadam agebatur, mente orans in monte, Animarumque ambiens nimia charitate salutem; cumque ex torvo inferorum Principe maceratione carnis victoriam reportasset, Angelorum viibili specie obviantium monitu, ad Ecclesiam Portiunculæ iubetur festinare. Intrat, Christum in Maiestatis Solio sedentem cum Matre adorat, Iubilum pro macerationis mercede impetraturus. Hæc etiam accidisse videntur Doctori Gentium, dum charitatis zelo ductus hæc ad Colossenses verba direxit: *Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt Passionum Christi, in carne mea.* Epist. ad Coloss. c. 1. Ponunt alij, suppleo quod deerat afflictionibus Christi, seu Reliquias pressurarum Christi. Sed quid passionum Christi adimplet amore ignitum D. Pauli pectus? Non tamen, sitim, aut mortem, quæ Christus in corpore proprio sustinuit; sed prout in membris suis patitur, qui sunt fideles. Ait Lyranus. Iste enim passionum sunt ad bonum totius Ecclesiæ. Hæc omnia ad Theaurum Ecclesiæ referuntur, & ad confirmationem Indulgentiarum. Inquit noster Adamus Delphius. Hoc quod hic Paulus dicit (sentit Chrysostomus) non est arrogantia, sed magna in Christum benevolentia. Non enim vult esse suas, sed illius passionum, fideles, ipsi volens conciliare. Et quæ ego, inquit, patior, propter illum patior, quamobrem non mihi, sed illi habete gratias. O Seraphicum Divinæ charitatis caminum! Nil patientum deerat in carne Christi, quam virgo peperit (Profert Anselmus) sed in illa passionum sunt impletæ; sed quæ desunt, paratus sum pati. Christus satis passus est ad Redemptionem nostram, nec supplemento martyrum opus habet Pro corpore ergo eius, quod est Ecclesia patitur, ut Ecclesia ab ipso edocta, & instructa congregetur, & perficiatur; sicque eius passionum fidelibus profint ad remissionem poenarum, quæ vocatur Indulgentia. Habet Estius adducens alios Salvandi igitur vos (ait Palaus) Ardens desiderio, passionum pro vestro bono commoda

N

susti-

Aug. Rodolph. Senagolienf. in Chroni. Marc. Vlyssip. Vvadding. in Annal. Petr. Marcantius, & innumeri. D. Paul. ad Coloss. c. 1. v. 24. Bibl. Syriac. & D. Ambros. in Bibl. max. ibi. Lyr. in sua Gloss. Adamus Delphius in Expos. Epist. ad Coloss. c. 1. D. Chrysost. & D. Ansel. in Gloss. Ordin. Estius, & Theologi ab ipso (nomine suppresso) citati in Bibl. max. Menoch. ibi. Isai. c. 53. v. 4. Math. 8. v. 7. Lyr. erudit, & pie ibi. D. Hilar. apud Author. Cat. Aur. D. Petr. Chrysost. 150. Zach. c. 9. v. 11. Lyr. in Gloss.

Franciscus in premium sui erga Deum, & Ecclesiam Amoris, Iubilum Portiunculæ assequitur.

sustineo. Infert Menochius. Arbor Myrræ securium icibus rigidis vndique confusa, lachrymam sudans, cum Gnoma pingitur: DAT MEDICAMINA VULNUS. Sic Passio Christi, sic Pauli, quas sustinuit passiones, sic cebra martyrum tormenta, fidelibus sunt ad salutem proficua: Ex Christi enim Passione, & sanguine larga ad nos processit Peccatorum Indulgentia, cuius etiam virtute eduxit *Vinctos de lacu, in quo non erat aqua.* Zach.c.9. Modo Franciscum ad Angelicam accedentem domum; ex excisis rupibus, lachrymis, verberibus, ac vigilia maceratum contemplerur. Quæ omnia sustinet, ut Christo animas lucrificiat. Pete, inquit Christus, quidquid tibi pro nominis mei exaltatione occurrat petendum: Quidquid ad hominum spirituale accedat proficuum, nullatenus tuis desiderijs, & amoris passionibus denegandum. En quomodo dat *medicamina vulnus.* Ideo ipse sic sauciatus Saphice canebat: (L)

*Ussit ardenti mea corda flamma,
Gratior sponsi species novelli,
(Annullum quando dedit agnus insons)
Ignis amoris.*

143 Inhiabat sic omnes trahere in odorem virtutum Christi, à vitijs sequestratos, pro quo incommoda quæque non dedignabatur & pati. Audire sit hæc omnia Davidem prævidisse, dum cecinit Psalm. 30. *Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, ut salvum me facias.* Fecit David hunc Psalmum in gratiarum actionem, vel pro sua à Saulis persecutione libertate, vel pro populi ab Ægyptiaca servitute liberatione: Quarum utraque captivitatem animæ in peccato designat. Modo Regius vates se tot pericula evasisse conspiciens, duplex à Deo postulat suffragium, ut sit in Deum protectorem, & in domum refugij. Extasim hic David patitur (affert meus Augustinus) de aliqua sibi facta revelatione. Protectorem sibi Deum adesse desiderat per sanguinem, & passionem, & cuius fonte præsertim Indulgentiarum manat Thesaurus, & poena temporalis debita pro peccatis actualibus relaxatur, & conceditur homini in gratia existenti: & coalescit ex merito fidei, & Charitatis totius Ecclesiæ, ex merito supererogationis Iustorum, & ex abundanti merito Passionis Christi, ut Theologi sentiunt. Signanter ergo Peccator dicit, *esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij: nam domus refugij est Templum Deo consecratum, quod habet immunita-*

tes, & quisquis reus sit, potest ad ipsum confugere, impune securus quamvis illic moratur. Habet Jorgius. Sed quoniam sub titulo domus hæc refugij à Davide expetitur? Hieronymus, alijque pandunt: *Esto mihi in lapidem fortissimum.* Lapis Christum typice monstrat, qui lapis angularis est, faciens utraque unum: Vel Franciscum Parentem, Christi vivam imaginem, qui est Ecclesiæ lapis alter fundamentalis, qui eam opere, & doctrina sustentat, ut Innocentij III. verbis utar.

(M) Maria etiam Angelorum Domina, Fidelium (Fatur Anselmus) totum refugium est, ipsaque datrix divinæ bonitatis, fideles Domino aptat. Inquit D. Andreas Cretensis. His petit opitulari David, sive Populus, avide cupiens ab immani captivitate liberari. Frustra namque (Pergit Lorinus) effugium queris, ac refugium extra Deum, ac foramina petra crucifixi Christi. In Christo, ac Francisco aperta reperies, illius ut te lavent à culparum immunditia; illius ut te protegant suffragiorum misericordia. At, ut in domum refugij intres oportet; In domum Virginis, ut remissionem, & Indulgentiam consequutus, ab utrisque in posterum protegaris. Arx munitissima hac scriptione pro nostro proponitur argumento: PRÆSIDIUM, ET DECUS. Quod, & de Arce David D. Ambrosius sic Explicat: *Condedit turrin illam David, ille manu fortis, ut subsidio pariter, & decori sit: subsidio, quia mortem expellit: decori, quia inter excelsa supereminet.* Maria hæc arx est, & refugij ad eam confugientibus, ex Damasceno. Adeamus ergo ad hanc domum refugij, vbi hostiles fugiamus occursum, deposito pondere peccatorum. Sic ab Abfalone Abbate appellatur Maria, dum dicit: *O castrum forte, castrum immobile, vbi humilitas superbiam, operatio desidiam expugnat.* Audiatur pro complemento hæc scribens Anselmus: *Maria commune Christianorum perugium, Thronus Cherubicus alis Seraphim tectus, cuius animi decor usque adeo in immensum provexit, ut Christus ipse, immensus ille decor, in eius decoris desiderium actus sit.* Confuge igitur ad illam, Arx enim est, in qua reperitur animæ præsidium, & decus. Augusti secundus dies pro hoc lucrando Iubilæo, in quo D. Petrus ab Herodis solutus est vinculis assignatur à Christo Parenti Seraphico. Et congrue: Huic enim mensi Cererem præfidere putabatur ab antiquis, eoque Sol signum Virginis ingreditur. (N) Quid

(M) Innoc. III. apud Chronic. Min. D. Ansel. c. 12. opusc. orat. 8. Div. Andr. Cret. de Beat. Virg. orat. 2. Porten. Grat. Tit. 42. n. 1. & 3035. Div. Ambr. in Ps. 118. Othon. 4. D. Ioan. Damasc. serm. de dorm. Virg. Abfal. Abb. ser. 2. de Assumpt. qui est in ordin. 44. D. Anselm. Cantuar. opusc. de B. Virg. vel D. Andr. Cret. de Nativ. Mariæ, orat. 11.

Cur Iubilæum Portian culæ in Augusto, & die eius 2. lucratur ex iussu Christi Domini, monstratur.

(L) D. P. Francisc. 10. 3. opusculor. Cant. 2. Psalm. 30. v. 3. Lyra in Gloss. ibi, & D. August. Iacob, de Val. ibi. Subt. Doct. lib. 4. d. 14. q. 4. a. 2. & 3. n. 6. & d. 40. q. unic. art. 1. 2. 3. 4. & 5. Marius in Oper. Mor. disp. 23. q. 1. a. 1. & seqq. Alesanus l. 5. Tit. 40. de Indulgent. art. 1. Thom. Iorg. in Psalm. 30. v. 3. D. Hier. Arias Mont. Sept. & Bibl. Chald. in max.

Maria, domus refugij peccatoribus.

(N) Cæli. Rhodig. lect. Antiqu. lib.

lib. 13. c. 60. D. Aug. epist. 106. c. 19. & ser. de Assumpt. Zach. c. 13. v. 1. alij apud Bibl. max. Haye in Conc. Liter. Lyranus in Gloss. ibi. Alanus Varenf. ser. 1. de B. Virg.

quid Gentilissimum sapit abijcientes. Frugifera Ceres, quæ nobis attulit Panem de Cælo verum, Maria est, Augustino docente: Estque Virgo Virginum, in quam Sol iustitiæ intravit, ut nos illuminarer, ab ea emanaturus. Mense igitur Augusti, in quo ipsius longè patet imperium, ad Cælestæ solium, ut Regina advocanda, Iubilæum Portiunculæ initium sortitor, per Mariam quidquid gratiarum est in eo, fidelibus elargiendum. Vaticinatum hoc videtur per Zachariam sic dicentem: *In die illa erit fons patens domui David in abluionem peccatoris.* Zach. c. 13. Alij habent, *vena patens pro expiatione peccati, & pro asperione.* Significatur hic continua; ac perennis gratiarum omnium à Christo Domino emanatio; & influxus. Ait Parisiensis Haye. *Per Peccatorem actuale peccatum designatur.* Explicat Lyranus. Ad hoc tollendum præcipuè Iubilæum ordinatur, ex dictis. Modo fons perenniter propinans peccatorum gratiam Mundificativam, Maria est, *quæ gratia divinitus consecrata est sigillis, maioris, & sublimioris potentie Sacramentis.* Censet Varenf. Alanus. Sed cur domui potius David, quam alterius hic fons adiudicatur? David, *Humilis*, aut *manu fortis* interpretatur, Seraphici Parentis Francisci typum exprimens, de quo Ecclesia canit. *Franciscus pauper, & humilis Cælum dives ingreditur*, in cuius domo, toto orbe terrarum latè diffusa, præcipuè in Portiuncula, aut Sanctæ Mariæ Angelorum domo, est fons patens in abluionem peccatoris: Vbi Peccatores verè contriti à reatibus fœdis pœnæ, & culpæ divinitus abluuntur. Fons ibi misericordiarum continuo patet, remissionis latices nulli denegaturus. (O) Sic lepide Prophetam explicat meus Galatinus: *Erit Fons patens domui David ad lavandum peccatores ab omni peccatorum macula.* Hinc huius divinæ pro idæa pietatis, & miserationis Fons ponitur hac notula insignitus: SE FUNDIT IN OMNES. Talis Maria est, & prædicatur à Div. Ioanne Damasceno, per ipsum ipsa dicente: *Ego quasi officina medicina egrotantibus, ego fons perennis curationum.* Apud Aeginenses mirabilis quidam in delubro Cereres fons enascitur, in quo ægri post peracta sacra expectantes morbi, valetudinisque exitum vident. Potius id, & absque superstitione in Fonte Virgineo Sanctæ Mariæ Angelorum reperitur: Vbi sanitas animæ hauritur, & virtus ibi morbos quosque spiri-

tuales medendi fuscus scaturit, & *se fundit in omnes.* Currit hic fons præsertim copiosior die Augusti secunda, qua Apostolorum Princeps ab Herodis solutus est vinculis; ut cui ligandi, & solvendi clavium potestas data est, ei adiudicaretur hæc solutio, ut principaliori instrumento. Haud prætermittenda sunt, quæ de Ioseph fratrum fraude vendito, obside, ac manicis apud Ismaelitas victo habentur Gen. c. 49. *Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum, & manum illius per manus potentis Iacob.* Vincula, quibus in carcere Ioseph confectus tenebatur, omnia corruerunt, in aurum optimum versa, ita ut vinculorum ferreorum vicem. Bractææ, sive monilia aurea subierint. Ita plures cum Parisiensi Haye Scripturam exponunt. Mira profecto mutatio, & hæc dexteræ excelsi: nempe de ferro in aurum, de vinculis ad annullos, & armillas, de carcere ad Palatium, de servitute ad Imperium, de supplicio ad dominium. Sic tendit ille. Emancipatum compedibus Ioseph, Hominem peccatorum vinculis obstrictum designare, censent communiter Patres, cum Origene. Sed quomodo, & à quo liberatur? Per manus potentis Iacob soluta sunt vincula hæc, imò & deaurata, unde liber evasit: quia sedit in forti arcus eius, idest in Deo Omnipotenti, cui nullus similis in fortibus. In illo fiduciam possuit, à quo & protectus est. Potens autem Iacob Christus est, qui Brachium Domini sapius dicitur, (P) *in quo Deus fecit opera singularis potentia litatis.* Inquit Doctorum Doctor Alensis. Vel ut prænotavimus Divum Parentem Franciscum Iacob repræsentat, cuius exoratus precibus solvit Deus peccatorum vincula, ferro delictorum in aurum spiritualis gratiæ mutato. Hoc tamen per Mariæ manus fieri oportet; etenim Peccatores, *leones sunt, quia iuxta manus misericordie Mariæ habitant,* (inquit noster Albertus de Marquesijs) *ut exinde recipiant veniam, & medelam.* Sed nec mirum: quia Mariam alloquens Bernardus profert: *Tibi datum, o Domina mea, omnia posse in Cælo, & in Terra, & facere quidquid animo tuo colibuerit.* Avis à manu Aucupis per æthera dimissa, relictis solo compedibus, hanc portat epigraphen: COMPEDE SOLUTO MANUS HÆC ME IN ÆTHERA SERVAT. Peccatorem Avis repræsentat vinculis deformitatis peccaminose obstrictum, à quibus absoluitur, & in sublimem statum elevatur

Gen. c. 49. v. 24. Haye, Bibl. max. in Conc. Liter. ad c. 49. Gen. v. 24. & in Arb. vit. tom. 3. n. 284. Onkal. & alij in Bibl. max. Orig. Hom. 9. in Gen. Lyr. in Gen.

Ioseph, & Iacob mysticè quid designet

Maria, fons à quo omnis remissio, & peccatorum ablutio manat.

(O) D. Hier. D. Aug. Beda, Lyr. & alij. Petr. Galatin. de Arcan. Cathedral. Ver. lib. 10 c. 2. D. Ioann. Damascen. ser. de dorm. Virg. Pausan. apud Ludovic. Viv. in lib. 7. Div. Aug. de Civit. Dei, c. 35. Virg. de Chron. ord. Min. loc. cit. & lect. 11. Nocturni, Festi Portiuncule.

(P) D. Aast. ser. 81. D. Hier. ad Dam. c. 3. & in c. 49. Isai. Alex. Alens. in Cant. magnific. Alberti de Marquesijs in Cæli loq. mor. c. 75. D. Bern. apud Alexium à Salo, in Arte pie amand. Deip. stella 10. Laueret. Cervar. tom. 1. Allegor. latè Verb. Avis Isaiæ c. 51. v. 2 & 3. Hest. Plin. in Exposit. ibi. Subi. Doct. in 2 d. 6. q. 1. ad 1. & d. 4. q. 1. & Quod.

Quodl. 17. in 2.
d. 37. & passim
alibi in 2. d. 42.
lib. 4. Adamus
Delphi. in Isai.
Tirinus in Bibl.
max. super Isai.
cap. 52. vers. 2.
Div. Ant. Pad.
serm. in Fer. 6.
Hebdo. 4. Qua-
drag. serm. 2. de
confess. Dom. 1.
Quadr. D. Irre-
neus l. 1. c. 45.

Maria Angelo-
rum Domus,
domus & salu-
tis, quia con-
fessionis.

gratia, per manus potentis Iacob, Regi-
nae Angelorum Mariae suffragio adiutus:
vnde canit latus; *Compede soluto manus
hæc me in æthera servat*: Hoc idem com-
mendare videtur Isaias, dum c. 52. Habet:
*Solve vincula colli tui captiva filia Sion:
Quia gratis venundati estis, & sine ar-
gento redimemini*. Celebris Lusitanus
Hector Pintus, hæc moraliter ad pecca-
torum sarcinis oppressos transfert, di-
cens: *Hic pulvere peccatorum pollutos,
scelerum vinculis ligatos hortatur Pro-
pheta; ut confurgant à peccatis*. Gratis
autem homo à Dei charitate segregatur,
vel omitendo quod exequi iustum est,
vel prava libere perpetrando, ut Theo-
logi habent cum Subtiliori Magistro. Sed
cur vincula illa a collo potius, quam à
manibus, aut pedibus appensa propo-
nuntur? Quia captivitatem peccatorum
designant. Collum autem pars est ex
principalioribus corporis, qua vox, & an-
helitus dispensatur: vnde obducto tenaci-
ter vinculis collo, nulla vox emittitur, &
anhelitus obturatur, à collo igitur vin-
cula animæ peccatricis solvenda sunt, ut
plenam emittat vocem confessionis, sic-
que recuperet deperditam gratiæ digni-
tatem. Adsit meus Div. Antonius Padua-
nus: *Gratia solvit interius, dum de tuis
peccatis confiteris*. Et addit: *Confessio di-
citur domus Dei propter peccatoris re-
conciliationem*. Canis, ni vulnere lin-
ctu sanetur, immedicabili malo se facit
obnoxium: Ideo ei hoc subiungitur lem-
ma, NI LINGAT, LANGUET. Pec-
cator canis æmulatus naturam, dum ad
vomitum peccatorum redit, lingua malis
suis mederi potest, ea & confitendo, &
detestando: Idque Regius vates (D. Irre-
neo scribente) eo fine fecit, *ut dans sen-
tentiam de semetipso, & semetipsum di-
iudicans, misericordiam consequeretur, &
remissionem à Christo*. Vulnera igitur
Passionis Christi lambat languens homo
ægritudine peccati, in confessionis do-
mo, in Dominae Angelorum Templo,
more fidelissimi canis, qui *ni lingat,
languet*.

144 Actus in Deum Seraphicus Pa-
triarcha nocte quadam ex primis Ianua-
rij, anno 1223. invaditur à Sathana dul-
cibus adulationum iaculis, si forte im-
perterritum illud cor trahere ad noxias
posset blanditias. *Sed frustra iacitur re-
te ante oculos pennatorum*. Prov. c. 1. (Q)
*Sic artes nocendi pijs, & insidia detegun-
tur: Deiprotectio illis pro pennis est, &
evadunt insolomes*. Ait Parisiensis Haye,
Mox ut insidias vir Sanctus irreperere sen-

tit, nudatus tunicula, se inter vepres, &
spineta revolvit, quousque aculeis totus
vinceret cruentatus. Sed ò, mirandum
utique prodigium! Sentes vertuntur in
Rosas, haud ferentes brumalem hyemis
oppugnationem. Statim Angelorum ag-
mine stipatur, quorum iussu bis duode-
nas legit Rosas, niveas partim, partim
purpureas, procedens inde ad facellum,
Redemptorem cum Matre adoraturus.
Iubetur ad Christi Vicarium accedere
Romæ degentem, cui in testimonium
plenissimè pro fidelibus concessi lu-
bilæi, illos demonstrat flores, quorum
in linguas vertuntur folia confessionis
Indulgentiæ cum miraculo veritatem
prædicantia. Annuit petitioni Pontifex,
sed pro decem dumtaxat annis profert
Indulgentiam valituram. Promulgatu-
ris hoc indicit Episcopis; quorum Afsi-
sienfis Theatrum ascendens expleturus
mandatum, dum ad decem solummodo
annos vellet Indulgentiam exprimere
duraturam, in aliud verba contorsit, fa-
teri inscius, ac impotens, nisi quod per-
petuo duraret. Stupent cuncti, ipso ma-
gis peterrito de miraculo: *Solve calcea-
mentum de pedibus tuis* (ait Domini ad
Moysem) *locus enim in quo stas, Terra-
Sancta est*. Exod. c. 3. five, *terra Sanc-
titatis*. (R) Nudus pedibus per pungen-
tes scopulos prærupti montis Moyse
ad Deum venire iubetur, & Angelico
ductus ministerio properavit, *mos au-
tem erat Hebræis* (Lyrano testante) *non
ingredi loca sancta pedibus calceatis*.
Sanctus autem locus iste erat, *ob divi-
nam apparitionem*. Tendit idem Sanctus
erat, quia putabatur Deum ibi speciali-
ter habitasse. Sanctus erat, quia ab An-
gelorum præsentia frequentatus. Sanctus
erat, quia in illo monte Deus legem de-
dit, & propicius populo peccata vituli
plenissime condonavit. Sanctus erat, quia
in eo Moyse, ut educeret Israel ex cap-
tivitate Ægypti, ad hoc in ducem elec-
tus est. Sanctus erat, quia ibi Mariæ typus
apparuit, *Rubus erat* (sic fatur Philo
Hebræus) *frutex spinosus* (Rosaceum
putat Rabbi Salomon) *totus à radice vs-
que cacumen flamma in morem fontis sca-
tente*. E medio promicabat forma quæ-
dam pulcherrima nulli visibili similis, di-
vinum simulacrum luce fulgens clarissi-
ma, ut suspicari posset Dei esse imagi-
nem. Hæc ille. Modo discalceatus Moy-
ses accedere iubetur, in venerationis ergo,
vbi tot vna simul portenta visuntur. Lo-
cus est, in quo Deus apparet, Maria in
Rubo effigiata conspicitur, Angelorum

gentia Portiun-
culæ agunt præ-
cipue supra ad-
ductos Autho-
res.

Nota miracu-
lum, cum Ro-
sarum subito
enascensium,
cum Promul-
gationis Iubi-
læi plenissimi
Portiunculæ.

(R) Exod. c. 3.
v. 5. Arias Mons
& Bibl. Arab.
Haye in Conc.
lit. Bibl. max.
Lyr. in Gloss.
ibi. Angl. 1. 14. c.
36. Pict. Red. l.
11. c. 20. Phil.
Hebr. l. de vit.
Moyse. Ecclesia
in Antiph. Ru-
bum, quem vi-
derat Moyse,
&c.
Exod. c. 4. v. 11
& 12. Lyr. in
Gloss. Haye in
Conc. lit. Bibl.
max. Menoch.
ibidem, & ad
c. 3. v. 5.
Illustris. Dam.
Cornejo in Chro-
nic. Seraph. 1. p.
1. 3. c. 26. Pius
in Bull. Pro Con-
ven-

pre-

ventu S. Fran-
cisci de Serral-
vo. Paulus IV.
in Bibl. incipit
Super gregem.
Communicare
omnes Eccle-
sias Minorum
in his locis
privilegijs uni,
aut alteri con-
cessit, legatur
Emanuel Ro-
driguez to. 1.
Quest. Reg. 7.
55. art. 17. Bul-
lar. 3. Ioann.
Bapt. Confess.
in Bull. Bul. 3.
Pij V.

præsentia exornatur, Populus à captivi-
tate educitur, culpa (et si gravissima)
populi dimititur, Deus per os blasi ho-
minis loquitur, ut Exod. cap. 4. dicitur.
*Ego ero in ore tuo, doceboque te, quid lo-
quaris.* Hoc totum mirandum, totum
hoc stupendum, ideoque quia veneratio-
ne dignum, accedere vult Deus Moysen
discalceatum. *Solve calceamentum. In lo-
ci, & Divina Maiestatis reverentiam.*
Ne repetere frustra historiam Portiuncu-
læ videamur, omnia hæc ibi sic evenisse,
clarius sole patet: Vnde legantur, & ap-
plicentur. Interim scire est, hoc Plenif-
simum Portiunculæ Jubilæum, ad om-
nes Fratrum Minorum Ecclesias diffu-
sum, toties lucrari à fidelibus, quoties
visitantur, præmissa peccatorum con-
fessione, ac effusis ad Deum precibus
pro Fidei exaltatione, extirpatione He-
ræsum, ac pace inter Reges, ac Princi-
pes Christianos. Hæc latius videantur
apud in margine adductos Authores, &
ad Bibliorum procedamus contexturam
huiusce veritatis corroborativam. In
æternum (Psalm. David) misericordia ædi-
ficabitur in Cælis. Psalm. 88. *Benignitas,
vel bonitas tua.* Alij ponunt. Sed ad rem
aptius Campensis; *Persuasi mihi, ut per-
petuo duret misericordia tua, seu gratia
tua.* Hæc (ad distinctionem Gloriæ)
etiam inimicis à Deo largitur, dum ap-
te confitentur. Sed cur modo misericor-
dia semper, & pro semper duret, in-
quiramus. Lyranus sentit, & optime,
semper edificari misericordiam, quia
sine caret, & quoties ad eam confugiat
peccator, numquam huius fores ædificij
clauduntur, sed semper in eo quid fa-
ciendum, & indulgendum durat; & hoc
per effectum divinæ misericordiæ, circa
Christi mysterium, quo reparatur ruina
Angelorum. (S) Sed veridicis, insistendo
Theologiæ principijs, cum meo Subti-
lissimo Præceptore alia incedo via. A
David ergo divina misericordia cohære-
re cum bonitate indicatur: *Quia* (docet
Marianus Doctor) *sua bonitati condecet
misereri.* Misericordia namque duplicem
effectum habet, nam, vel prohibet ma-
lum imminens, & dicitur misericordia
liberans, quæ scilicet excludit omne ma-
lum, vel imminens, vel præsens. Vel mi-
tigat malum, & pellit, & dicitur mi-
sericordia parcens. Vtroque modo miseri-
cordia est in Deo. Hoc ergo miseri-
cordiæ ædificium inchoatur à Virgine, in-
quit Doctor Doctorum: Vnde ei D. An-
selmus, ita canit: *Dei Mater es, & eo
revera misericordiæ Mater, & gratia.*

*Subveni ergo nobis Domina pijsima, &
non considerata peccatorum nostrorum
multitudine, velle tuum ad miserendum
nobis inflece.* Et addit alibi: *O Genitrix
vita! O Mater salutis! O Templum pieta-
tis, & misericordiæ, ne contineas tam ve-
ram misericordiam, ubi tam veram ag-
noscit miseriam.* Nec continebit, quia in
æternum domus misericordiæ patet adi-
tus, durat perpetuo, ut malum imminens
arceatur; vel ut malum culpæ præmissa
penitentia totaliter eliminetur. Domus
in ameno ædificata campo, portis vndi-
que referatis extructa, fert titulum:
INTRATUR VBIQUE. Idèd Maria
per Cœlestis Hierusalem ædificium fig-
natur, cui duodecim adscribuntur portæ;
quia vndique. (Promit Augustinus) *in-
tratur in illam: (T) habetque promptitu-
dinem sucursus.* Docet meus Parens
D. Bernardinus. *Ideo à Mariam* (cla-
mat meus Paduensis Antonius) *confu-
giat peccator, quia ipsa est Civitas refu-
gij, in qua Deus refugium misericordiæ
providit.* Vnde omnibus (ait Bernardus)
*sinum misericordiæ suæ aperit: ita ut ad
eius pietate fruendum, toties quoties vo-
luerit Peccator, intratur ubique.* Ad hoc
etiam spectare iudico illud Psalm. 102.
vbi Psalter Regis invitans naturam hu-
manam, & Angelicam ad Laudes domi-
no rependendum, hæc canit: *Miseri-
cordia autem Domini ab æterno, & usque
in æternum, super timentes eum.* Prædi-
ximus cum Subtili Præceptore, & An-
selmo præcipue, misericordiam ordi-
nari ad miseriam sublevandam: Si enim
nulla esset miseria, frustra daretur pro
formali misericordia. Idèd hic Deum
David Laudat ex beneficijs iusto collatis.
Sed ad quid misericordia Dei dicitur ab
æterno, & usque in æternum? *Quia sem-
per eadem est, & semper propitia in om-
ni vite partæ.* Nam quacumque hora in-
gemuerit Peccator, semper Deus est pa-
ratus parcere: & hoc non solum nunc, sed
ab initio. Proferunt Menochius, & Chri-
stopolitanus. De Elephante Plinius re-
fert, quoties se sentit venenoso vermium
quos comedit, gravamine infectum, ad
oleam properat, eiusque fructus come-
dendo sanatur. Patens continuo Maria
Mater misericordiæ sese obijcit quasi
Oлива speciosa in campis, in Francisca-
norum Ecclesijs, ad quas miseri pecca-
tores si se veneno sentiant delictorum
gravatos, cum confugiant, debita con-
tritione, ac confessione peracta, sibi ex-
perientur oleum misericordiæ media hac
speciosa oliva à Deo infusum, quoties

Maria do-
mus, semper
asylum pa-
tens ad nobis
succurrendū,

(T) Aug. in Ps.
86. D. Bernard.
in c. 21. Apoc.
v. 10. D. Andr.
Cretens. orat. 2.
de Nat. Virg. D.
Anton. de Paul.
serm. Dom. 6.
Quadrage. Div.
Bern. vide Ly-
ran. in Prolog.
Ps. 102. Sut. D.
et D. Ans. loc.
cit. Lyr. v. 17.
Menoch. in Bi-
bl. Max. ad Ps.
102. v. 17. Ja-
cob. Christophol.
ibi. Plinius
apud Pictav.
in direct. verb.
ad misericordiam.

(S) Psalm. 88. v.
3. Plures, cum
Campens. in
Bibl. Max. ibi.
Lyr. in sua
Gloss. Sub. D.
l. 4. d. 46. q. 3.
num. 2. S. Ad
quest. 5. d. 46.
q. 2. n. 3. S. &
illud. & pas-
sim. Alex. Alef.
in Cant. Mag-
nificat. D. An-
sel. Cant. c. 12.
orat. 1. & orat.
6.

Maria, mise-
ricordiæ oli-
va, omnibus
patens, & pie-
tatis oleum
infundes.

corde, & ore tenus vomuerint peccati venenum. Hoc ipsum, & hæc paulo ante data verba demonstrare videntur, in quibus non minuscula est laus Virginis prædicari: *Quasi oliva speciosa in campis*. Eccl. c. 24. Varia est aliorum lectio sic: *Quasi oliva elegans, pretiosa, perdecora in campo pulchro*. Quod & alludere videtur (V) ad foetissimam propè Afsisium planitiem, in qua Mariæ Angelorum domus eximia est, & domus perennis Misericordiæ ab hac oliva speciosa in eius campis plantata emanantis. Sed quid? Cur non in Horto suam reservat spectabilem pulchritudinem, sed in campo? Ad viridarium sæpè accessus interdicitur: hac, illavè hora, aut die solummodo intratur. Accessus verò ad campum *toties quoties* libuerit, facilis est, nullique negatur. Vide vndè, Maria in campis oliva est misericordiæ, non in Horto, quia perennis eius effluxus misericordiæ est, nulli qualibet hora denegandus. Ideò sic meus canebat Doctor Seraphicus: *Benedicite Virginem in toto corde vestro, misericordia enim illius plena est terra*. Sed ad explanationem textus Richardus sic accedat: *Bene oliva speciosa, idest omnimoda specie spirituali repleta per misericordiam: In campis per communitatem*. Ideò (addit Alensis) *exaltatur propter eius misericordiam, & pietatem*. Oleam virginis fatam manibus (sic vberior provenit) hac inscriptione notabis: **DAT VIRGO VIGOREM**. Vberior enim per manus Mariæ nobis misericordia provenit, repressa numquam, sed perenni scaturiens fonte. *Quos igitur fructus de te sperare licebit, quæ plantas ipsum virginitate Deum?* Cecinit pius simul, & eruditus Pater Massenius. Hinc Richardus Victorinus Mariæ hæc verba transmisit: *Quid mirum, si misericordia affluis, quæ ipsam misericordiam peperisti*. Sic etiam Bernardus, Bonaventura, & plures. Hactenus sit de hoc argumento satis, ex alijs Scripturæ dandis alibi locis, plura accommodatu facilia daturus.

C A P. XXIII.

BETHEL, DOMVS CONSO-
lationis, & contemplationis, in
Maria elucidatur.

Bethel, Mariam prædicat domum consolationis, & contemplationis.

145

Nimio ex via defatigatus Jacob, ab Bethel accessit in contemplatione divinorum solamè, & animæ, & corporis auspiciatur. Ibi

enim in Angelica domo *obversantur Angeli, ut eum consolentur*. (X) Advertit Procopius. Ibi orat somno inducias faciens, ne cum à meditationis exercitio sequestraret. Ibi à Deo illatam *revelationem habuit, quod in quodam propinquo loco Christus passurus esset*, ait Lyranus. Vndè, cum ex antedictis Bethel, Mariæ typus sit, quam *Sapientia* (idest Filius Dei, qui est Sapientia Patris) *edificavit sibi domum*, idest *B. Virginem* ex qua carnem assumpsit; ibi afflictos omnes properare oportet, ut consolationem recipientes quiescant. Ipsa ideò Platano similem se esse dicebat Eccl. 24. *Quasi Platanus exaltata sum iuxta aquas in Plateis*. Sive, ut legunt alij, *Vmbra præstiti veluti planta ad aquæ littus consita*. Vmbra sub frondium viridi capta tegumento fessis refrigerium est, dulce solatium, ibique lassitudinis temperantur mœstitiæ, pulso procul solis ardore; sub Platani maximè. Etenim arbor hæc densitate pulchra, lacertosus actis per gyrum brachijs, ramos latè explicat, vndè à latitudine sic vocatur: Dumque procelloso homines imbre infestantur, nulla gratior vmbra, *sub qua* (inquit Plutarchus) *tempestate coorta, refugiunt homines*. Platanum Virgo aptius refert afflicti solatia præbens: Et idcirco *in Plateis*, obvia fit hominibus, ut ad querendum opem intelligatur perpetam esse longius ire; nam in promptu vmbra eius est, nempe in Plateis, vbi maximus assidue hominum fit concursus. Rem dat Richardus dicens: *Maria Platanus patula, se exhibet peccatoribus, omnes parata recipere sub sua protectione, & omnes refrigerare*. (Y) Sic Pingitur, arbor ista, hoc lemmatè: **ET TEGIT, ET RECREAT**. Ita *Beata Virgo* (ait noster Amadeus) *ramorum suorum mirabili extensione sese ubique terrarum, expandit, ut dispersos filios Adæ ab aestu, turbine, & à pluvia, vmbra desiderabili protegeret*. Cui concatenatur hoc Abfalonis Abbatis dictum: *Sub vmbra Virginis pausandum est: Vbi in aestu vitiorum refrigerium, in pressuris sæculi vmbra aculeum assequamur*. Sic Platanus hæc, & tegit, & recreat. Totius consolationis Maria fons est, inundatio gaudij, vis amoris, torrens voluptatis: ut cum Ruperto loquar. Ad eundem Scripturæ locum deveniamus. *Quasi Platanus exaltata sum iuxta aquas in Plateis*. Eccl. 24. recitè quidem, teste Abfalone Abbate, nam ideo in Plateis vmbra Platani huius diffusa est, quoniam omnibus criminosis, &

(X) Proc. Ga-
zeus in Gen. c.
28. v. 12. Lyr
in Gloss. ibi v.
17. D. Ignat.
Epist. ad Smyr-
nens. Alef. Alef.
in c. 9. Prov. v.
1. Eccl. c. 24. v.
19. Bibl. Arab.
in Max. ibi.
Menoch. Plutar-
in Apophteg.
Cœlius Rhod.
lect. Antiq. lib.
25. c. 1.

Maria, Platanus est, omnes refrigerans.

(Y) Richard. &
S. Laur. l. 12.
de Laud. Virg.
B. Amad. hom.
8. de Laud. Vir.
Abf. Abb. ser.
28. Rupert. l. 1.
in Cant. Dio.
Ephrem. orat.
de Laud. Dei-
par. Abf. Abb.
in ser. vnic. de
Nativ. Virg.
qui est 47. An-
glic. l. 12. c. 17.
& 38. Alian.
lib. 1. de nat.
Avium apud
nostrum Iacob.
Corenum.

sub

inClyp. Patient
lib. 1. c. 13. Gui
lielm. Parisien.
q. 19. in Postill.
ad c. 24. Eccl.
Psal. 22. v. 4.
Haye in Conc.
Liter. ibi. Lyr
latè in Prol. hu
ius Psal. idem
ad c. 11. Isai.
v. 1. Rabbini
omnes. D. Hier.
Petrus Galati.
Estius in Psal.
22. v. 4.

sub peccati onere gementibus, opem sua
protectionis porrigit; omnibus inquam
post lapsum redeuntibus, & desideranti
bus viam salutis. Platano autem merito
Maria comparatur, nam Æliano asseren
te, folia huiusce arboris pulcherrimæ
vim arcendi noctuas habent; imò, &
Vespertiliones vbi Platani folia viderint
suspensa, nullatenus ingrediuntur. Hoc
vtrumque nocturnum animal tristitiæ,
& mœroris indicia secum portant: eo
quod lucem oderunt, & aspernantur, eo
rumque (sivè clamor sit, sivè eiulatus)
vocis stridor alijs volucris, & metum
incutiat, ac pariat odium. Vnde ex ap
penſi visu Platani hæ fugientes bestiæ
describuntur pavidæ, cum simili Gno
ma: **NON FERT HIC TRISTIA
RAMVS.** Vtique Maria pressis mœs
titia cordibus lata Platanus est, tris
tia procul faciens, advocans obnubilatis
animis serenitatem. Sic pie luit. Noster
Guilielmus Parisiensis promens: *Vt in
Virgine plene ostendatur refrigerium, di
citur Platanus iuxta aquas in Plateis.*
*Vndè latis folijs umbram faciens refri
gerat exterius in tribulationibus.* Et qui
dem optimè, etenim *non fert hic tris
tia ramus.* Itidem, & de hoc ipso David
philosophabatur dicens: *Virga tua, &
baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Psal.
22. Divinam exaltat benevolentiam, vi
dens se Dei opè à tot liberum afflictio
nibus, quibus ob incediam, & ob Saulis
persecutionem continuò agebatur. Tunc
ergo Virga Dei, & baculus, aut susten
taculum, deserviebant ab eius corde ad
expellendam tristitiam. *In tristissima
enim rerum facie* (ait Parisiensis Haye)
& *tempore summæ miseriæ*, propitium
Virga Dei David, & suis præstitit, &
munimen, & solamen. Mariam interpre
tatur Alensis, per Virgam hanc intelli
gere, quæ cum lenis sit, in qua re
quiescit Spiritus Domini, cuius ex do
nis aliud, gaudium est: sitque ipsa floris
cœlestis, Verbi vtiq; sustentaculum,
cum inclinatur propitia infundit gaudiū;
& ne longius aberrent, oves deducit, con
solando unumquemque fidelem, quia *sig
na sunt dilectionis diviniæ.* Inquit Gui
lielmus Estius. Confirmat idem Regius
vates propositum, dum Deo sic alloqui
tur: *Secundum multitudinem dolorum
meorum in corde meo, consolationes tue
latificaverunt animam meam.* Psalm. 93.

Multi dolores, sed multæ consolationes:
(Z) *Amara vulnera, sed suavia medi
camenta.* Prompsit meus Parens Augus
tinus. Infert Deus flagitioso homini ius

te fortunæ mala, vt à perversitatibus
arceatur attritus. Clamat hic, ne tam
acriter verberet eum Deus, aut languo
ribus, aut infortunijs. Differt tamen
Deus solatium, in longum protrahens
consolationem. Quid? Spè frustrabitur
Homo? Non: sed secundum multitu
dinem dolorum, consolationes lætifi
cant animam eius. Accipe. Patrem filio
ob flagitium, nimis iratum considera.
Virgam arripit, flagro cædit: Sicque
iste sauciatus verberibus, laceſſitus con
vitijs, pene de venia desperat afflicus, &
humiliatus nimis. Tunc autem amantis
sima eius Parens, ei se obijcit blanditura,
lachrymas tergit, mœrentem solatur, &
qua potest vi sedat Sponsum, vt minas in
blanditiem vertat. Sic modo in davide
accidit, accidit & in nobis, vbi Deus
omnem causam doloris extinxit. Habet
Ayguanus. Non verò immediate per se
consolationem immittit, sed per Mariam,
quæ Mater est omnium, afflictorum con
solatrix, cui hæc pie accinit Anselmus:
*Christus propter suam insolitam bonita
tem omnibus paternos præbebit affectus,
si te Domina senserit maternos non dene
gare effectus. Quo namque modo mihi non
misereris Mater misericordis? Vbi est,
nisi in Deo, & in te spes mea? Ergò sine
te nil pietatis est, nihilque bonitatis, quia
mater virtutis, & virtutum est om
nium. Non habeo quò pergam solatium
vitæ quærens, nisi ad quam omnes Rei
confugiunt.* Aptè pro hoc proponitur
Speculum omnium indigentias repræsen
tare non sine solatio eorum valens, adhi
bita epigraphe: **OMNIBVS OMNIA:**
*Maria, omnia mirifice connectens, &
firmissima compage divini amoris, & il
lustrioris virtutis, (A) speculum est sine
macula, in qua veluti in omnium uni
versali idæa, omnia videre clarissimè pos
sumus: quæ ad salutem, quæ ad felicità
tem, & gloriam pertinent.* Canit Alanus
Varenſis. Indè totius consolationis fon
tem, eam laudibus extollit S. Ephræm Sy
rus, quia navigantibus portum, desperatis
fiduciam, mœrentibus gaudium, omni
busque omnia facta, impendit consola
tionem. Sic æquo celebratur titulo con
solatricis afflictorum. Benè hoc typice
datum deduco ex Eccles. c. 11. vbi Spi
ritus Sanctus hæc verba profert: *Brevi
in Volatilibus Apis, & initium dulcoris
habet fructus eius.* In Ape origo dulco
rum omnium, & dulcium reperitur. Nam
nulla avicula dulciorem fructum artifi
ciose componit, & hominibus præbet. Ex
ponit Parisiensis Haye. Præcipua inter

Aygu. in Ps. 93.
D. Anselm. in
epus. de B. Dei
Genitrice, c. 12
orat. 3.

Maria omniū
solamen, om
nibus omnia
facta est.

Maria, Virga
est proferens
flore ad cō
solationem vi
sus, & fructū
ad consolatō
nem gustus.

(A) Alanus
Varenſis. serm. 1.
de Laud. Virg.
S. Ephræm Syr.
orat. de Laud.
Deiparæ. Eccl.
c. 11. v. 3. Sept.
et Bibl. Syr. in
Max. ibi. Joan.
Haye in Conc.
Liter. Richard.
à S. Laur. de
Laud. Virg. lib.
part. 3. Anglie.
lib. 13. cap. 4.
Pistav. in di
rect. to. 1. Verb.
Consolat. Plin.
apud eundem.

(Z) Ps. 93. v.
19. D. Aug. Pi
stav. in diction
10. 1. Michael.

Alexius à Salo, in Arr. Amand. Deipar. cap. 6. Pictav. loc. cit. D. Anselm. 12. Opusc. de B. Dei Genitrice, c. 12. orat. 4. Alanus de Insul. in c. 7. Cantic. Angl. l. 12. c. 4. Senec. Epist. 64. Exod. c. 3. v. 7. & 2. Alij apud la Haye in Conc. lit. Bibl. Max. Lyra in Gloss. ibi. D. Ioan. Chrys. in Psal. 119. Haye in Arb. vit. ad c. 3. Exod. v. 7. n. 167. Sub. Doct. lib. 1. d. 2. q. 2. art. 2. & in 2. d. 3. q. 6. & 11. & d. 9. q. 2. ad 3. in 3. d. 14. q. 3. in 4. d. 10. q. 8. Quodl. 12. art. 2. & passim.

omnes proventus est iucunditas fructus eius. Habet lectio Syriaca. Apis Maria est, Richardo docente, cuius benedictus fructus dulcorem longe impendit hominibus gratiæ, inter animæ iucunditates præcipuum. Sed cur iterum Api comparatur videamus. D. Avicula hac in laborando sedula, in componendis favis artificiosa, hominibus utilissima, naturales scribunt, Regem sibi creare: Qui dum alias fortè tumultuantes, ac perturbatas contemplatur, & dimittere alveare volentes, dulci aqua à Rege irrorantur, tuncque iucundè quiescunt, & ad placidam reducuntur quietem. Maria omnium Regina est, & Palatii Cœlestis Domina, & Augusta, per quam perennium gaudiorum torrentes ad omnes derivatur. Habet Alexius à Salo. Suprà apiculas Apicula Regina rorans pingitur pluvie guttas, hoc ferens scriptum: SOLAMVR PLUVIO RORE. Id accidit fidelibus per peccatum ab Alveari gratiæ recedentibus, & per obstinationem apostatantibus, quos, Maria aquis suæ consolationis perfundens reducit ad semitas æquitatis. Sic sentit D. Anselmus hæc ei proferens: Clamans vociferabor ad te egregia Virgo, & piissima Domina. Exaudi miserum, & solare morientem. Suæ enim consolatoris protectionis solamur pluvio rore.

146 Nemo sibi tristis est, imò quædam est doloris ambitio, inquit moralis Philosophus. Non enim (addit) sequimur dolorem, sed ostendimus, ut per lachrymas ad compassionis officium alios adificamus. Nullus ad subveniendum pronior, aut solandum proclivior, illa, quæ fons est totius consolationis, illa, quæ fons est totius consolationis. Sub dura Pharaonis servitute agebatur, &angebatur populus Israël. Vidit Deus, liberationem tamen ad longa distulit tempora: Vnde Israëlita dira passi in Ægypto, exteris afflictionibus premebantur. At ut sibi oportunius visum est tempus, vocat Moysen. Sed vnde? Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio Rubi. Exod. cap. 3. Alij legunt, de corde Rubi. Ut videretur cor etiam Rubi, ut Dominus afflictum populum solaretur, influere. Quid tunc ergo Dominus Moysi? Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius, & descendi ut liberarem eos. Perpende. Vidi afflictionem populi mei. Num antea non videbat? Absit. Videt nunc oculo compassionis ad ipsum liberandum. Ait Lyranus. Antea viderat, quia per scientiam simplicis intelligentiæ, aut visionis ab æterno omnia vi-

det. Vidit, sed ex quo ad Rubum descendit, se vidisse testatur. Vide clementiam promptitudinem (habet Chrysostomus) nam videns vidit afflictionem populi. Emphatice geminata videtur visione, & verbo videndi: Quasi quod populum videt, ut cum soletur; videt afflictionem, ut à populo arceatur. At, cessi Hebræorum clamor sæpè ad Cœlestes pervenerat foras, per tot annorum curricula Dei clementiam pulsaverint Israelitarum anxietates: quousque tamen Deus apparet in Rubo, non elargitur Israelitis consolatio, non descendit, ut liberet eos: tunc verò iam humanius se habet cum illis, in Rubo tractans de liberatione ab oppressio-nibus Pharaonis. Deus in corde Rubi, Verbum in Matris utero prædicatur: Tunc enim propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis. Antea nos afflictos vidit, sed ut consolaretur nos, nondum descendit: descendit ex quo rubus apparuit, (B) afflictionem pepulit, attulit consolationem. Maria, Rubus est, & Visio magna propter utilitatem, quia nulla maior utilitas esse potest, quam quod Virgo conceperit Filium Dei. Promittit Noster Daniel Agricola. Rhamus ergo grato, iucundoque igne illustratus, umbrosamque illuminans montem, hanc pandit epigraphen: LÆTIFICANS PELLIT TENEBRAS. Quod Christo in Mariæ utero existenti apprimè convenit, ubi fuit lux vera, illuminans sedentes in umbra mortis, omnemque hominem venientem in hunc mundum. Idèdque eius ad terras prævidens Isaias descensum dicebat, Consolamini, consolamini popule meus, c. 40. describens mysterium Christi, & iustorum consolationem. Explicat Lyranus. Hoc totum in Conceptu, & Nativitate temporanea Verbi impletum est, tunc enim nos Deus afflictos per Mariam consolatus est, quæ (Teste Proclo) Rubus est naturæ animatus, quem ignis divini partus non combussit. Idem docet Gregorius Nyssenus. Sic Rubus Virginæ igne divini Spiritus agitur, lætificans pellit tenebras. Idem Moyses sæpè Dominum precatus de securâ, ac pacifica Populi in terram promissionis introductione, Deum sibi familiarem precabatur, & propitium: cui Deus consolationem postulata pro voto spondit, dixitque ei: Protegam te dextera mea. Exod. c. 33. Hebraica dictio Caph volam significat, & nubem; vnde habent alij, operiam te nube mea. Et certe, quænam coherentia nubis est cum manu? Maxi-

(B) D. Andr. Cret. de Nat. Virg. orat. 2. Daniel Agricola. stella 111. Coron. 5. Absalon Abb. ser. 1. de Assumpt. qui est 45. Isai. c. 40. v. 1. Lyra in Gloss. ibi. Adam. Delph. ibid. Proclus orat. de Nativ. Dom. D. Greg. Nyssen. orat. de Christ. Nativ. Exod. c. 33. v. 22. Ari. Mont. Bibl. Arab. apud Max. ibi. Hebr. ei apud Novar. Vmbr. Virg. lib. 4. exc. 76. num. 720. Georg. Venet. & Harm. mun. Cant. 1. t. 17. Tir. in 3. Reg. c. 8. v. 12. Lyr. in Ps. 16. v. 8. Angl. l. 5. c. 28. & lib. 11. c. 4. B. Amad. Homil. 4. de laud. Virg. D. Ambr. lib. de vid. p. 2. D. Bern.

Per Mariam ad nos derivantur consolationes divinae.

ma ex nube duo nobis præcipue beneficia conferuntur: Alterum est obiectus: alterum verò Pluvia, & ambo solis vigorem mitigant: Vt scribit meus Georgius Venerus; ideoque divinam commendat clementiam, & consolationem. In illa enim facillimè virtus superiorum corporum imprimitur: Undè divina præsentia, favorisq; singularis est signum. Inquit Tirinus. *Manus etiam* (quæ totius corporis manus) *opus misericordie est, dextera præcipue*, iuxta Lyranum: Estque pignus pacis, fidei, salutis, & consolationis. Nubes refrigerans Maria est, est & manus blandiens, & solatia præstans; dextera namque a dando dicitur, ex Isidoro. Nubes Maria est, quæ laborantes, & afflictos sub umbra protegit, sub cuius umbra angustia recreamur, interna, externaque solamina capientes. Manus iridem Dei est, nulla enim gratia ad nos è Cælis dispensatur, nisi transeat per Mariam: Vnde *salus nostra in manu Mariæ est* (loquar cum Richardo) *Respiciat nos tantum Domina nostra, & leti serviemus filio eius.* (C) Lætitiâ auspiciamur à nube hac Virginea protegente, à manu Dei dextera hac nos vndeque afflictos obumbrante. Nubes parelio Solis adversi conspicua, rorans tamen supra subiunarem hunc orbem, tenet epigraphen: **LÆTIFICAT DITANS ORBEM.** Natura nobis ea est, vt amaricantes aquas, dulces reddat, & hiantes terræ sicim levet, ac lætificans fecundet. Maria sic, quæ solari radio fecundata, filio nempe Dei, omnibus gratiarum fluentis arentem ditavit orbem, eo quia in ea Deus fecit potentiam in brachio suo, ex quo Sol iustitiæ in eius vtero conceptus resultavit. Profert Pictaviensis. *Per vehementes namque imbres* (docet Chrysostomus) *sicut mundus: & aer purus efficitur, sic post lachrymarum pluvias sequitur tranquillitas.* Hoc in Maria mundum gaudio imbuen- te, & vates Evangelicus ita testatur. *Erit Germen Domini exultatio his, qui salvati fuerint ex Israel, & tabernaculum erit in umbraculo diei ab aestu.* Isaia c. 4. Alij habent, *erit Christus Domini in gaudium, & fructum, & exultationem.* Quod dicitur (explanat Parisiensis Haye) *de re, quæ animos videntium, atque oculos ad se convertit, atque etiam mirabili iucunditate, & lætitia perfundit.* Adduntque: *Tabernaculum erit in umbram, confidentiam, & effugium.* Probus vt. que germinis cum umbraculo nexus. Germen enim (iuxta Lyranum)

Christus est, Maria verò totius humani generis, refugium, & umbraculum, à meo D. Paduano Antonio prædicatur. Sicque dum Virgo afflictos mortalium omnes sub suo tegmine recipit, & tenet, quasi arbor ex qua germen provenit gaudij, & exultationis, gaudium, & exultationem (radicis instar impendit afflictis. Anonymum à Novarino adductum, sic de Maria fantem audiamus. *En nobis tabernaculum, quo protegatur, quod omnium se esse ostendit, cum nulli singulariter dicitur esse futurum. Est enim Maria universalis interpellatrix, omnium Mater, Turris David omnes protegens, refugium in tribulatione, & domus refugij omnibus confugientibus ad eam.* Arbori frondibus opimæ Inquilinas suis ramis aves protegenti hoc lemma addes: **LÆTÆ TUTANTUR IN UMBRA.** Maria, arbor est fructifera. Accinit Abbas Absalon) ramos suos extendens, in quibus fructum dulcem invenire possumus. Ergo festinet ad umbram protectionis eius, (D) qui longe est: teneat, nec diuittat, quia ipsa est dux securitatis peregrinantibus, & pervenientibus ad viam, portus salutis. Sic à tribulationibus liberi mortales, velut aviculæ à laqueis solutæ, lætæ tutantur in umbra. Sed quid mirum, si Mariæ umbraculum propinat fidelibus afflictis gaudium, & hilaritatem, dum in Matrem Dei eligitur, vt mundo gaudia impendat, tergat lachrymas, infundat consolationem! Hoc ex verbis deduco Paronymphi ad Mariam missi è folio Trinitatis, sicque alloquentis. *Ave Gratia plena.* Luc. cap. 1. Hoc ex verbo habemus omnes vnde lætemur, vnde Mariæ Spiritus exulteret, vnde consoletur orbis, etenim ad proximum fiat, veniet expectatio gentium: lætitiâ siquidem iustorum comes est. Chrysostomo docente. Omnia hæc complectuntur Biblia Æthiopica sic legentia: *Gaude gaudio, Gratia plena.* Geminatur vox gaudij, quia in re commune gaudens solus, non rectè facit, iuxta Euripidem. Hic autem spem gaudia parant, etenim in hac voce (ait Chrilologus) oblatio est muneris, non simplex salutationis officium. Dictum namque à Domino mulieri fuerat, in tristitia filios parituram: Vnde nunc Angelus tristitiam solvit in gaudium, dum dicit, *gaude gratiosa.* Exponit Perpinianensis Angelus. Sed cur hoc fere insolito salutandi modo Gabriel vtatur, meditemur. *Ave Gratia plena.* Hoc est sine vā: Quia prima mulier genuit nos (docet Alexander Alen-

Maria Nubes,
& Dei dex-
tera manus.
Quare?

(C) Ricard. 1.
2. de Lau. Vir.
p. 1. Petr. Pict.
Reduct. lib. 6.
c. 19. n. 10. D.
Chrysostom. in
Matth. Isaia.
c. 4. v. 2. & 6.
Forer. Bibl.
Syr. Chaldaic.
& Sept. in Bibl.
Maxim. Arias
Mont. & alij,
cum Lyra ibi.
D. Ant. Pad.
& Ambr. Co-
ran. in ser. de
Assumpt. Ri-
char. à S. Lau-
ren. l. 1. de Lau.
Virg. c. 7.

Maria, & um-
braculum, &
arbor germi-
nans germen
exultationis
Christum.

(D) Absalon.
Abbas d. As.
sumpt. serm. 3.
qui est 45. &
de Nativ. Virg.
serm. vnic. qui
est 47. Biblia
Æthiop. in
Max. ad c. 1.
Luc. v. 28. Plu-
tarc. de Tran-
quil. anim.
Chrysost. apud
Andr. Ebores.
Eurip. in Ioni
apud eundem,
verb. Lætitiâ.
Quintil. decl. 3.
15. B. Angelus
del Pas super
Missus est, c.
25. Theophil.
apud ipsum.
Alex. Alenf.
super Missus
est. D. Fulgent.
serm. de Laud.
Virgin. Abbas
Absalon. ser. 3.
de Annunt. qui
est 22.

Cur Angelus
Mariam salu-
tat dieps.
Ave.

Alensis) cum multiplici vā: sed Maria facta est Mater Spei sanctæ, contra Vā miseriæ. Quia igitur Virgo fuit sine omni Vā, ideo dicitur Ave, nempè mutans Evæ nomen, culpam in gratiam, iram in gaudium, fletum in solatium, in vitam exitium. Cum enim Angelus dixit Ave (Canit D. Fulgentius) ostendit ex integro iram exclusam primæ sententiæ, & plena benedictionis gratiam substitutam. Sicque nomen primæ matris duas voces geminam miseriæ culpæ, & pœnæ in se habet (addit Abbas Abſalon) videlicet E, & A. Quando ergo Mariæ dicitur Ave, datur intelligi, quod per Beatam Virginem, culpa in veniam, & pœna in gloriam commutata est. Iure ergo Angelus dicit Ave, sive Gaude Gaudio. Flebiles etenim inter malitiæ ærunas conspexerat mortales; & ut per Mariam exclusi iam innotescant planctus, ideo ait Cœlestis nuntius Ave, vel Gaude: seu (fatur Basilus) latos fume cultus, ex te omne gaudium nascitur. Idem habet Ambrosius. (E) Mellificantem tibi Apem (Mariæ typum) supra alveare propone, & scriptum abhibe: HÆC MISCUIT UTILE DULCI. Amaritudinis enim, & ærunas in Filios Adæ à Deo ob primum flagitium iactatas, sola Maria vertit in dulcedinem, in utilitatem, dum gaudio salutata, gaudium concepit, & peperit mundo. Clausit totum his verbis meus Parens, omniumque Theologorum Magister Augustinus. Eva luxit, ista exultavit. Eva lacrymas, Maria gaudium in ventre portavit. Maledictio Evæ in benedictionem mutatur Mariæ. Mater generis nostri pœnam intulit mundo, Genitrix Domini nostri salutem attulit mundo. Illa percussit, ista sanavit. Vide ergo Virginem hanc apiculam, colligentem è Cœlis florem, ut in Nazareth florida favum gratiæ componat, vbi nobis hæc miscuit utile dulci.

147 Bethel hic Virgineus, etiam & contemplationis domus est, vbi Jacob oranti (F) Deus se tractabilem offert. Angeli latum agentes nuntium apparent, Cœli porta, Cœlique domus, & scala patefiunt, ac Dominus innixus scalæ. Omnium doctrix Maria est virtutum, contemplationis præcipuè. Salutata ab Angelo Maria, cogitabat qualis esset ista salutatio. Luc. c. 1. Non enim similem legerat, aut audierat salutationem; ideo ut insolitam, cogitabat qualis esset. Sed vnde nam cogitatio, qualisvè? Quia accurate meditabatur, orationi insistens. Habet cum alijs Adamantius. Cum enim mox

Fiat Virgo pronunciaſſet, Verbum caro factum est: & concepit Filium Dei: Qui tunc fuit quoad humanitatem formatus ex Beata Virginis purissimis sanguinibus. Docet Lyranus. Turbatur ergo Maria meditando Dei Verbum in se recipiendum, & humilitate præcipuè, ac charitate, quæ sunt spirituales orationis alæ, ad Deum concipiendum assumitur, sed meditatione præmissa. Cogitabat qualis esset ista salutatio accurate meditabatur. Alauda suavi prædita cantu avicula, Mariæ emblemata est, quæ à laudando (ut ante diximus) dicitur, propè Cœli axem elevata, portat Gnomam: ALTIOR UNDE SITUS, DULCIOR ECCE SONUS. Ad Dei maternitatem (quæ summa post Deum dignitas est) advocabatur Maria: Quod enim Mater Dei fit, excedit omnem altitudinem, quæ post Deum dici, aut excogitari potest, iuxta Anselmum. In tam sublime acta fastigium, dulcius canit, suaviorem emittens hæc avicula sonum, vnde meditabatur, gratum Deo cordis emittens sonum, quo eum mulcescens ad se placide traxit. Scite ad id roborandum trahitur Richardus à S. Laur. dicens: Maria virtute contemplandi quodammodo Patriæ donata est: vnde de ea dictum est Sap. 18. Cœlum attingebat, stans in terra. Dum mens Mariæ in Cœlestium elevatur contemplationem, dum Spiritus superna meditando percurrit, Deus ad eius vterum descendit, Deum ad se Philtro amoris trahit, hominemque reddit. Præcinit hoc suus Regius Parens, Psalm. 77. Vbi eruditio per Asaph facta populo peculiariter à Deo commendatur electo, & subditur: Edificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra. Deus nempè, cuius adventus in carnem prophetice prædicatur. Ait Christopolitanus Antistes. Sanctificavit ergo domum suam, Ecclesiam utpote in Salomonis Templo præfiguratam, eam ab immunditijs Idolatriæ purgans, nec ullam in ea permittens gentilium spurcitiam immorari. Sed cur fundaturus Ecclesiam, humanam assumpturus naturam, Unicornis, vel Rhinocerotis speciem refert, non aliam? Ostendo. Rhinocerotem, dant Orientis Plagæ, tantæ fortitudinis (docet meus Anglicus) ut nulla venantium virtute capiatur. Attamen obiectæ Virginis cantu, & capitur, & sopitur. Id ex Pictaviensi deduco. (G) Modo ad alia me conféro. Antequam homo fieret plene vocabatur fortissimus Dominus Deus Israel, Joss. c. 22. Et invictam continebat virtutem à nul-

Missus est. D. Bonav. in Luc. Lyra in cap. 1. Luc. v. 28. D. Laur. Justin. de Cast. Con-nub. c. 22. Subt. Doct. in 3. d. 2. q. 2. & d. 4. q. 1. d. 7. q. 3. D. Ansel. de Ex-cell. Virgin. c. 2. Richard. S. Laur. lib. 4. de Laud. Virgin. Psal. 77. v. 69. Lyra in Prol. ibi D. August. Alenf. Titelm. Casiod. Genebr. & omnes Iacob de Val. ibid.

Mariæ oratio Deum quasi impulit, ut homo fieret.

(E) D. Basil. Seleuc. orat. 39 de Annunt. D. Ambros. Hom. de Humana Christi. Genen. Euthim. Greg. Nissen. orat. de Nativ. Dom. Div. Gregor. Thaum. ser. 1. de Annunt. D. Parens Augu. serm. de Annunt. qui est 18 de Sanctis.

(F) Lyra in sua Gloss. ad c. 28. Gen. v. 12. & 17. Vide Haye in Arb. vit. ibidem D. Ambr. in c. 1. Lucæ. Lyra in Gloss. ibi. v. 39. Adamant. & alij apud Haye in Bibl. Maxim. Alexand. Alenf. super

(G) Anglic. de Prop. Rer. lib. 18. c. 88. Berchor. in direct. Tom. de Verb. oratio.

oratio. D. Aug. in Psalm. 85. Joss. c. 22. v. 22. Lyr. & D. Bern. in cap. 1. Luc. v. 28. D. Chrysost. lib. de ieiunio. Et in fest. Apost. bon. 36. D. Aug. li. 2. de mirab. Sac. Script. & in Man. c. 13. D. Angelus del Pas in Luc. c. 1. Bapt. Mant. lib. 1. Parthen. Mar. Alan. de Insulis in Cantic. cap. 8. Guilielm. apud Corn. à Lap. in c. 8. Cant. v. 13. Eccl. c. 24. v. 20. Sept. & Bibl. Grec. in Max.

nullo superabilem. At, vbi Virgo illa omnium pulcherrima, Annæ nata Maria in Sacris Nazareth penetralibus, *secretorque cubiculo, clauso super se ostio* (cum Bernardo, & Lyrano loquor) orabat ad Patrem in abscondito; cum nihil oratione fortius, nil validius, Cælum aperuit oratio, ad fortissimi Israel aures pervenit, animum multat, & quia sonus eius Verbi mentalis dulcissimus, Maria Deum ad terras traxit, & suavissimo meditationis sono eum humanari fecit, in suoque Virgineo sinu reclusit. Optimam enim partem utriusque vitæ activæ, & contemplativæ Maria habuit: ut profert B. Angelus del Pas, ac iucunde sic cecinit Carmelitarum Decus, Baptista Mantuanus.

Apsiduis uterum studijs oracula divum.

Et infra:

Nunc lanam pingebat acu, nunc pensa trabebat.

Serica, & immixtis per licea pendula filis,

Vela Sacerdotum sacros texebat in usus.

Rhinoceros Virginea allectus, & tentus voce, monstrat lemmate propositum: MANET DULCEDINE CAPTUS. Sic Deus ante legem gratiæ, futuræ dicebat Matri, *fac me audire vocem tuam, id est orationem tuam.* Inquit Alanus de Insulis. *Fac me audire vocem tuam, qua dicas, ecce ancilla Domini.* Addit ex Guilielmo Cornelius. Audivit, nec distulit mansueneri: imo formam servi accipiens, habitu inventus est ut homo, sicque Marianæ vocis manet dulcedine captus. Advocetur ad hoc ipsum iterum ipsa. *Sicut Cinnamomum, & Balsamum aromatizans odorem dedi.* Inquit Eccl. cap. 24. *Sicut Aspalathus.* Habent alij. Sic gratiæ, & virtutis Maria spirat odamenta. *Aspalathus* instar olet, cinnamomum velut: Utriusque cuius natura est arbusculæ, cum frangitur effundere odoriferum spiramentum visibile. *Aspalathus* autem sæpè arcus Cœlestis fulgore tangitur, & tunc odor eius mirabiliter sentitur. (H) Utraque Mariam commendat arbor: Cinnamomum parva arbuscula, Soli olim sacra, Mariam Soli iustitiæ Soli in Matrem prædicat præelectam, eique sacratam. *Aspalathus* Virginem extollit ad Dei maternitatem, dum se humilem fatetur ancillam: tuncque in ea Arcus ille Cœlestis, Dei nempe Filius positus est in signum diuinæ reconciliationis. Ait Ambrosius Tarvisinus.

Maria, cur in Cinnamomo, & Balsamo effigiata?

(H) Anglic. lib. 17. c. 25. & 26. Berchor. in Reduct. lib. 12. c. 24. & 25. Plin. lib. 12. c. 24. Diose. lib. 1. c. 19. Amb. Tarvis. concl. 2. Berch. in direct. 2. verb. Orat.

Sic ab Arcu Cœlesti illustrata Maria, sic suave spirat orationis odorem, ut Rex Gloriæ currat in odorem vnguentorum suorum. Hinc *Aspalathus* habens supra se Cœli iridem incurvatum, ac in modum nebule odorem emittens ponitur cum lemmate: VIRTUS HINC MAIOR ODORIS. Maria similiter, *quæ licet ante Verbi Conceptionem, & Incarnationem plena esset gratia; mox vbi salutata ab Angelo concepit Verbum, quasi plena Deo mirabilis sanctitatis odores sparsit.* Tota agebatur in Deum, (meditatur celeberrimus à lapide) & in speculandis divinis occupabatur Sacramentis, unde *virtus hinc maior odoris.* Sic ex Virgine addiscamus in Deum continuo mente agi, cuius sic bonus odor erimus. Contemplationis siquidem Maria Magistra est, quæ nisi nos ducat, haud exaudimur. *Quasi oliva speciosa in campis.* Eccl. cap. 24. Prædicatur Virgo Deipara. *Vt oliva elegans in campo pulebro.* Pandit noster Parisiensis Haye) *quæ etiam ex loci amœnitate venustatem trahit: semperque excellit fronde virenti.* Addit Menochius. Insignis arbor, cuius virgultis obtinendæ pacis ergo redimit emittebantur à Romanis ad externos legati. Sed alia perpendantur. Moris olim supplicum, & supplicantium fuit in supplicando ramum oleæ manibus, & ore gestare. Sic refert Euripidis interpres. Mos utique probus, & sacrationi amictu donandus. Oliva est Deipara omni gratiarum viriditate speciosa, in campi aperta planitie, ut omnes sua fruuntur pietate plantata, nimium grata Deo: unde eam oportet coram Deo orantes, ore, & manu deportare, ut ita plenius ab ipso exaudiantur. Columba inter tetros undique nimbos ad Arcam ramo oleæ manu, & ore gestans, pingitur accedens, cum scripto: TEQUE FERENTE FERAR. Pij animam columba refert, olea Mariam: cuius arripientes umbram, divinum ingrediemur oraculum fauste divinam opem consecuturi. Sic ab Anselmo *Aula universalis propitiationis, & salutis universorum declamatur* Per ipsam enim exaudimur: etenim (accinit Richardus) *ideo trahi petit à Maria fidelis anima, quia Filius quodammodo dicere videtur de Matre, nemo potest venire ad me, nisi Mater mea suis precibus traxerit eum.* Dicat ergo orans anima, Maria ut oliva speciosa præeunte, teque ferente ferar. In Deum, scilicet, à quo hoc viridi oleæ ramusculo pulsans exaudiar. Nec ab hoc dif-

Cornel. à Lap. in c. 24. Eccl. v. 20. Alens. in Gloss. ibid.

Eccl. c. 24. v. 19. Ioann. 1a Haye in Conc. lit. ibi. Menoch. in Bibl. Max. Anglic. lib. 17. c. 100. Remig. & D. Isid. ibid. Schol. Eurip. in Androm. apud Novarin. Sac. Elest. 1. 3. c. 18. ex. 27. n. 570. Berch. in Reduct. & direct. de Oliva, & Columba. D. Ansel. cap. 12. orat. 8. Richard. à S. Laur. 1. 12 de Laud. Virg.

discedamus argumento. Per Mariam namque pronior Deus est ad nos exaudiendum: unde non ab ea oculos nos divertere, ut exaudiamur, oportet. (I) Sic iuxta sententiam Plurium verba Jeremiae accipienda sunt, dum Threnorum 3. domini iram demulcere satagens afflictus dicebat: *Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio*. Proculdubio supereminens divinæ vindictæ argumentum, cum per eundem Prophetam dominus dixerit c. 29. *Orabitur me, & ego exaudiam*. Si antea ita ad peccatores exaudiendum pronus, modo cur absolute sententiam profert, non exaudiendi, dum aditum per avia quærit oratio? Quia caligo teterima peccatorum (habet Lyranus) à Deo considerata, nubem mittit in offendiculum, non in umbraculum, unde fit oratio inexaudibilis. Nubes ex vaporibus in aere nutritur; qui si puri, subtilesque ascendunt; nubem sibi parant à sole clarissimè iaculatam, per ipsiusque partes radios ab eo emerfos emergentem: si vero duri, nimisque terreæ agglomerantur vapores, tunc nubes solis ad solem radios retorquet, nec sinit ad inferiora derivari. Nubes igitur Mariam demonstrat, quæ miseris in refrigerium contra solis iustitiæ ardorem desideratur; sed dum pravitate nostræ perniciēs eius specie torno dissuadet obtutu, quæ pervia Cœli porta antea manebat, iam nos iaculis indignata petit, & ingressum orationis ad Cœleste Palatium interdicat. Obvijs unde nubes agitata ventis, & lapides, & fulgura emittens, solemque velans ponitur, cum dicto: *COLLISA VELAT, ET ICIT*. Velat solem, solum ingruente procella quatit. Sic, quam Peccatorum matrem, solamen vnicum, ac adiutorium præstolantur mortales, sæpe Deus nostra ob crimina à nobis offensam opponit nubem sibi, ne transeat oratio, sicque *collisa velat, & icit*.

149 Sospes igitur qui suæ est salutaris marianum auspicetur auxilium, ambiat supplementum. Hoc suadet ex Ezechielis vaticinio, dum solaturus cum dominus de captivitate eorum, qui in Babylone victi acriter torquebantur, ei pro eis futuram, proximamque spondens consolationem, in hæc verba Prophetæ prorumpit: *Elevavit me spiritus, & introduxit ad portam domus domini orientalem, quæ respicit ad solis ortum*. Ezech. c. 10. (K) In contemplationem, ac visionem Divinorum Mysteriorum agihic Prophetam testantur fere DD. omnes, cum Principe expositorum Lyranus.

Sed cur hoc solamen sibi, & alijs affequitur Ezechiel non ad Aquilonis portam deducitur, sed ad Orientalem, quæ respicit ad solis ortum? Ritum scio ab Apostolis traditum esse orandi ad Orientem: Quippe (ut D. Justinus testatur) dextera manus orbis est, nosque dextera in nomine Christi signamur preces effusuri. Ideoque præstantior creaturæ pars ad Deum orandum, & adorandum est designata. (L) Inde ab Oriente, idest à Deo, est nobis mentis illuminatio, sicut lumen corporale Solis ab Oriente; & quod nobilius in nobis est, nempe ratio, hæc debetur Deo. Insuper pro nostro Mariano argumento dicam; quod cum *Oriens* pars mundi clarior sit, cui Aurora dominatur, quæ marcescentes confortat flores, exhilarat tristes, noctis sceditate antea pressos, imo animalium ægritudines diminuuntur, inquit omniscius Anglicus meus; ideo Mariam Orientis Porta designat, Aurora prænunciat; ut docent PP. præcipue Amadeus noster, & Toftatus. Ideo Propheta ad hanc converti portam oraturus iubetur, ut facilius ad Deum per Portam hanc Orientalem audiendus introducatur. Hæc Melleus affert sic Bernardus; *Maria est, quæ velut alterum solem induit sibi: Quemadmodum enim ille super bonos, & malos indifferenter oritur, sic ipsa quoque præterita non discutit merita, sed omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimam præbens; omnium denique necessitantibus amplissimo quodam miseretur affectu*. Idcirco versus hanc Orientalem Portam, à qua solis iustitiæ ortus auspicatur; Prophetæ assumitur contemplaturus, ut sic facilius erga se, & detentos Babylonicis compedibus adipiscatur levamen. Portæ hinc in Cœli Orientali regione patenti adhibetur lemma: *PERVIA PORTA POLI*. Maria siquidem, *Porta Civitatis Hierusalem cœlestis est, Porta Cœli per quam nobis patet adytus ad Cœlum*. Inquit Alanus Varenfis. Ibi oportet orantes converti, ut supplicum vota nullo interveniente obstaculo Dei aures mulceant; quod efflagrant, consequantur, sola etenim est Maria *Pervia Porta Poli*. Adeamus igitur cum fiducia ad hanc domum Dei, ad Bethel Virgineum, ut æmulatores Jacob sequestremur à sæculi vanitatibus, per Mariam quidquid bonum spirituale sit, adepturi. Vide, ut nos Maria excitat, ducit, ut ad Deum rapiamur orantes. Id innuit Salomonis sententia (M) sic Eccl. c. 12. habens: *Consurge ad vocem volueris*. Vox Hebraica

Mos erat olim ad Orientem verti, ut homines orarent.

(L) D. Justin. li. quæst. q. 118. Basil. li. de Spir. Sanct. cap. 27. Orig. hom. 5. in Num. Damasc. lib. 4. de Fid. Orthod. cap. 13. Januensis in Cathol. verb. Tabernaculi. Bernchor. in direct. Anglicus lib. 9. c. 21. B. Amadeus. Lausan. hom. 3. de Incarn. Toftatus in Paradox. de Vase. Mirac. 1. §. 3. D. Bern. de verb. Apoc. Alanus Varenfis. ser. 1. de Laud. Mariae. Div. Andreæ Cretensis. orat. 2. de Nat. Mariae.

Maria, Cœli Porta est, per quam nostra intromittitur oratio.

(M) Eccl. c. 12. v. 4. Bib. Chaldaica. Reg.

(I) Thren. c. 3. v. 44. D. Bon. ibid. Lyr. Haye. Titelm. Alens. Cornel. à Lap. & alij.

Nubium generatio qualis.

Anglic. de Propriet. ver. lib. 11. c. 4. Berch. in direct. & Reduct. latè. Subt. Doct. lib. de Cœlo, latè. Absalon Abb. de Annunt. ser. 1. D. Ambr. lib. de Vid. p. 2. Dan. Agric. cor. 10. bell. 8.

(K) Ezech. c. 11. v. 1. Rup. in Ezech. lib. 1. c. 35. Lyr. in c. 11. Alens. Haye. Titelm. Cornel. à Lapid. & omnes.

Reg. in Max.
Haye in Conc.
liter. Pictav. in
diction. verb.
Deprecor. Cam
pens. & alij. Ab
salon. Abb. de
Nativ. Marie
ser. unic. qui est
47. Berch. Reduct.
lib. 7. c. 1.
Alanus de Insul.
in c. 8. Cant.
Solinus lib. de
Reb. Afr. cap.
140. Berch. in
diction. Plin. l.
6. c. 12. Maior.
l. 1. dier. Can.
nicat. 1. colloq. 6
Anglic. l. 8. c.
34. Amadeus
Laufan. bom. 8
de Virg.

Triphor, inquit noster Parisiensis Haye, ad quamcumque avem anceps est, adduntque ibi Biblia Chald. cum alijs, excitabitur homo à somno suo causa vocis aviculæ. Vtpote, quia ea clamante torporem excutiet, sacris insistens laudis divinæ vigilijs. Observa, nocte melius quam die voces audiuntur: & orationis sonus apertius in divinis resonat auribus, dum quis in nocte compunctionis deprecatur. Sic Pictaviensis habet. Ad vocem excitantis homines avis modo pennam, & mentem retorqueamus. Avicula nos ad securitatis portum deducens, procudubio Maria est, vt cum Absalone Abbate testatum reliquimus, Avesque etiam contemplativos designat, ex Pictaviensi. Sæpe hi nequam immerguntur somno, desiderique mundanis illaqueantur ultro inquinamentis. Quid tunc virgo? clamat, *transite ad me omnes*, sicque confurgunt ad vocem volucris, vocem ad Cælos usque emissuri. Sic Alanus de Insulis habet: *Fac me, o Maria, audire vocem tuam, idest, ad me dirige vocem tuam, vt eam adimpleam, quia inordinate orare non potes*. Clamante Maria clamat, excitantur, diriguntur, exaudiuntur. Mirum habet, quod Solinus, alijque de Taprobana Insula in occiduis Indiarum oris constituta referunt, vtpote ibi stellam Polarem (quæ & stella maris vocatur, & à qua tota pars Cæli superior, Polus iuxta Anglicum nuncupatur) à navigantium oculis (cum minima sit penitus) subduci; ac magnetem etiam suo directivo munere orbari: vnde sæpius naves hinc inde errantes circumferuntur, scopulis forte durissimis offensuræ. At, ex Dei Providentia compertum est aviculas ibi generari perpulchras, quas assuescunt vna secum. Naturæ deferre: quibus proræ appensis, tuto navigia ad portum usque deducuntur. Sic huiusmodi depictæ navigio aves sustinent inscriptionem: **ERRANTES AD TUTA DUCUNT**. Quod vnice de Virginea Ave Maria noster cecinit Venerabilis Amadeus: *Maria stella maris provida Dei consilio vocata est. Mare quippe presentis sæculi navigantes seque plena fide invocantes ab impetu procellæ, & ventorum rabie eruit, eosque secū ovantes ad littus felicissimæ Patriæ perducit*. Hac vnde cœlesti avicula meditante, confurgent mortales ad eius vocem; vox enim sua dulcis, dulciter alliciens, eosque ad cœlestes oras secure deducens, nec sinens baratri periculis immergi. Ductrice namque Maria, non est quod ambigat contemplatibus quispiam

pennas assumere vt in altissimis imperterritus requiescat. (N) Elonginquo rimatus David cœlestem ad quam inhiebat mansionem, pro calcaribus quasi arripiens vota, hæc querulus dedit verba: *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est*. Psal. 119. *Quia prolongatur auxilium*. Legunt alij. *Auxilium ambit, vt dirigatur, vt perveniat. Plangitur enim ibi liberationis dilatio*. Habet Lyranus noster. Vnde idem est, ac si Propheta diceret, *Multum à te recessi. Peregrinatio mea facta est lōginqua. Nondum veni in Patriam illam, ubi cum nullo malo viſturus sum; nondum veni in societatem Angelorum*. Exponit communis Magister Augustinus. Iuxta autem Rabbi Salomonis sententiam, totus hic est David ad orandum pro liberatione Populi Israel à tribulatione captivitatis: vnde titulum Psalmus præfert, *Pro ascensionibus Abissæ*, & exponitur de homine perfecto, cui ex desiderio vitæ cœlestis, vita præsens semper efficitur tædiosa. Addit interpretum Princeps. Sic enim alibi suspirans dixit: *Quis dabit mihi pennas, & volavo, & requiescam?* Psal. 54. Quia differtur, & in longum protrahitur incolatus, pennarum adminiculum querit, vt levetur, & ab aliquo ductore dirigatur. Pro hoc orat enixe. Quis ergo iuvet? Audi. Avis naturam ambiens Regius Psalter cupit dissolvi; & esse cum Christo. Sed cuius præcipue proprietatem sequitur aviculæ? Parum discriminans dicam. *Grus* utique. Hæ liquidem aves dum ad terram habitationis volant, quasi continuo querulose clamant, & pro incolatu dulci Patriæ querulosum murmur promulgant. Vna autem elevato pede lapidem servans excubias servat, somnolentas sono advocans deducit, quousque ad patriam perveniant solum requiei delictijs fruituræ. Grus Mariam ex Pictaviensi figurat, lapidem Paradisi, videlicet Dei filium, portantem. Illa præeunte nulla obsunt pericula, maxime contra vanitatis ictum si arrepto lapide Christo Iesu, Mariæ tutela præcedente, muniamur. Id iterato canat Alanus de insulis sic:

*Hæc est stella maris, vitæ via, Porta salutis:
Spes miseris, medicina Reis, tutela Beatis;
Proscriptis reditus, erranti semita, cœcis
Lumen, deiectis requies, pausatatio fessis.*
Hoc pacto Grus alias dirigens, hoc ostentat lemma. **TE PRÆEUNTE SALUS**. Cum autem nostra in manu Mariæ sit, nam teste synaita Anastasio, *Maria facta est nobis salutis via, ascen-*

(N) Psal. 119.
v. 5. Maur. in
Bibl. Max. D.
Parens Aug. in
expos. Ps. 119.
Rab. Salom.
apud Lyran. in
Glos. & in Tit.
Psal. & Psal.
54. Pictav. in
direct. & Reduct.
Anglic.
l. 12. c. 15. Alſ.
in Ps. 119. v. 5.
Lorin. Argua-
nus, Iacobus
Christopolit. D.
Bon. D. Ant.
Pad. Casiodor.
& omnes.

Mariæ ductu
voces con-
templatum
tutius ad Deū
diriguntur.

Berch. Reduct.
l. 7. c. 36. n. 9.
Alan. de Insul.
l. 5. de Epit. Vir.
D. Anast. Syn.
de Annunt.
Deip. ser. 1. in
princ. Pictav. in
direct. sup. cit.

Maria, nos ad
orandum ex-
citatur, dirigit,
protegit.

fusque ad superos, ac locus requiescentis, refrigerijque tabernaculum, in quo dominus habitavit. Inde nos, qui ad terram tendimus Paradisi, querimoniam emittere continuo tenemur orantes; quocumque ad futuram Patriam, quam inquirimus, perveniamus: hocque facilius erit assequi si ad ducatum confugiamus Mariæ, quæ lapidem Christum portat, nam ea præcunte salus. Procedamus ultra. Propitiatorium Arcæ præfigurasse Mariam ex PP. ac DD. sentiunt plures, quinnimo qui nobis propitiatio in tempore factus est, proclivis ad propitiationem ex illo ostentabatur. Nunc quid de eo sacræ literæ dicant, audiamus. *Facies propitiatorium de auro mundissimo.* Exod. c. 25. (O) Sive ut alijs placet, *Facies velamen, tegmen, vel Cælum.* Plane consona omnia hæc. Siquidem, & David de seipso dicebat, *in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.* Psal. 26. Id est, in sui cultus loco, inquit Lyranus. Vel in occulto divinitatis suæ, in protectione, seu velamine, ut alij habent. Velamen, sive tegmen dicitur, quia significat in particulari iniquitatem operire; quod ad Mariam sane divinitatis mundissimam sedem, ut pertineat haud inficior asseverare. Illa siquidem Propitiatorium est, dum quoties ad eam miser homo confugit, quasi eius velamine delicta operiuntur, ne statim Deus provocetur ad vindictam laxatus. Perbelle id profert meus Parens Augustinus sic: *Habetis adiutricem vestri certaminis gloriosissimam Virginem, sub cuius protectione confugitis, ut ipsa inter cursus mundiales continua oratione confoveat.* Non enim alio Propitiatorium dicebatur (docet Sapientissimus Lyranus) nisi quia de illo audiebantur responsa divina pietatis, eratque quasi sedes Dei. *Vnde propitiatorium erat, & cælum, & oraculum.* Vide Marianæ celsitudinem pietatis. Propitiatorium nostrum est, etenim per eam dominus ad nos loquitur, nobisque propitiatur. Oraculum etiam est, quod sic dicitur, quia ibi responsum divinum orantibus dabatur, ut sentit Magister. Cælum in super erat, quia (iuxta Parisiensem Haye) erat altius elevatum, ad modum cuiusdam Cœli, in quo Deus exoratus à populo placabatur. Orat vnde, & ingemiscit peccator; sed cum eius Maria sit, & propitiatorium, & oraculum, nec illi Deus propitiatur, nec preces exaudit, nisi per Mariæ merita transferantur. Adsit hæc complens D. Andreas Cretensis virgini hæc canens: *Ex quo translata es è terra,*

te universus mundus continet commune propitiatorium. Hinc Arci supereminenti, ac munitissimæ appone dictum: **TUTELA RECEPTIS.** Mariam denotat, cuius miserationis vbera sicut turris, ut D. Ioannis Damasceni ore ipsa sic loquitur: *Ego civitas refugij ad me confugientibus.* Idem lussit Richardus. Faciamus ergo nobis hoc propitiatorium propitium, quia domus Dei est & porta Cœli, per quam orantibus nobis dona cœlestia diffunduntur.

CAP. XXIV.

BETHEL, SACRATISSIMAM domum Dei, Virginis Sacratissima de Monte-Serrato in Gotholonia obumbrat.

150 **S**acratiorum Bethel, Montis Serrati domum aggredior salutaturus, vere domum Dei, Cœli portam, Paradisi clavem (P) per quam Europæ incessanter populis dona cœlestia largiuntur. Situs hic mons est à septentrione annem prope Rubricatum in finibus laetanorum, quem notissimum facit Sacri Patris Benedicti Observantissima Religio, notiozem Virginis tenerissima imago, quemque in populosam transvertit urbem, numerosus in dies Peregrinorum concursus voti causa adcurantium. Distat à Barcinone circiter XXX. P. M. cuius altitudo ardua præruptis rupibus, clivisque circumsepta, & fere aditum exasperante, fontium tamen scaturigine, medicinaliumque herbarum copia ferax: cuius fama est, idque Perpinianensis noster B. Angelus del Pas profert, moriente domino, cum terra mota est, & Petra scissæ sunt, ad Serræ similitudinem hunc montem varios quos videmus in præruptos abijisse clivos: ut sic pateret Catholicissimi huius Principatus corda, morte, & Passione Domini proposita, aut scindi oportere, aut dolore præruppi. Augustissimum in supercilio fere Templum Mariæ extructum est, cuius ara patet, primumque Richilde, sive Maria Gofredi Pillosi filia Præfecta, (post Ioannis Guarini Eremitæ, & facinus, & poenitentiam) fuerunt accolæ Moniales Benedictinæ, quæ nunc in S. Petri Monasterio degunt: Post vero eiusdem Ordinis Monachi exemplarissimi, ac Religiosissimis virtutibus ornati habitant, & usque modo. In hoc igitur Bethel Religiosissimo Angeli excubias in Mariæ obsequium servant, viri utique Angelici, scalam sibi

Maria facta est Peccatoribus propitiatorium, Arx, & oraculum propitiationis Fidelium.

(O) Exod. cap. 25. v. 17. D. Berna. apud Orig. hom. 15. in Num. Plures in Bibl. max. ibi. Plal. 26. v. 5. Hier. Haye. Bibl. Chald. Syr. & Arab. Lyr. in Glos. ad c. 25. Exod. D. Aug. serm. 5. de Assumpt. Lyr. Berch. in direct. verb. Propitius. Magister. Hist. Schol. c. 47. ad c. 25. Exod. D. Anselm. Cant. c. 12. ad B. Virg. orat. 2. D. Andr. Cret. orat. 2. de Dorm. Dei. par. Encom. c. 1. D. Ioan. Damasc. serm. de Dorm. Virg. Richard. a S. Lauren. l. 11. tit. 2.

(P) Hier. Paul. l. de Mont. Hispan. Ioan. Marieta. l. 6. c. 41. Petr. Ant. Benter Hist. Hisp. l. 2. c. 13. Vincent. Domenech Hist. SS. Gotholonia. 2. Anton. de Yepes in Chron. Benedictin. t. 4. cent. 5. anno 888. c. 3. Luitprand. in Chron. ann. 866. Ioan. Tarmayus in Martiolog. Hisp. t. 3. Iunij die 12.

Lazarus, sicut
et mulatto
cognit. anno
1807

Montis Serrati situs, scissio, habitatio, fecunditas, ac statio devotissima declaratur.

ad Cœlos, usque protensam meritis incessanter parantes, quibus dominus Virgineæ etiam innixus scælæ, & allicie, & gratias infundit. Sed mihi de his modo satis; ad Ecclesiasticis seriem alio transmissurus sum etenim. Mons hic Serratus olim profanis dicatus Idolis, à Virginea luce luitur, labes gentilica à Virginea imagine profligatur, cultus veri Dei sistitur, protinus dæmonum simulacra arcentur. Hoc præcinit in Canticis Salomon hæc scribens de Cœlesti sponsa Maria, ipsa loquente: *Ego flos campi, & lilium convallium.* Cant. cap. 2. *Eram quasi lilium in monte.* Ait Lyranus. (Q) Lilium Rosæ nobilitate proximum, ex Plinio, Mariam in montis summitate quæ redimicula ipsius est, ipsumque coronat, denotat aptissime: cuius floris proprium est, ex nostro Daniele Agricola, totum quod habet odoris, decoris, ac amenitatis fructus transmittere ad summum, & in vertice collocare. En Mariæ Montis-Serrati venerandum exemplar. Dum enim in spelunca illa sacra latebat imago, quæ in montis declivi veneratur, lilium erat convallium: modo ut coronet ad lumina transfertur hoc lilium. Sed qua de causa? dicam. Terra ibi idolorum effigies colebatur, quæ nunc in serpentis, nunc in scarabei, modo in Muscarum effigie sacrilege adorabatur. Tendit ex convalli ad superiora montis hoc lilium, cuius in odore virtus inest scarabeos, muscas, aliaque interimere reptilia, ne vires ultra suppetant, ut eleventur. Hoc de ea meus prædicat D. Antonius Paduanus, ac Philippus Picinellus. Vnde lilio huiusmodi animalcula à sua præsentia fuganti hanc Gnômam adhibere sit: **FUGANTUR ODORE VENENA.** Etenim sic Mariæ super Montis-Serrati supercilium floride apparente, disparent, & fugantur Muscæ, ac Fœdi serpentes idolatriæ, dæmonum similitudines, antea illis in rupibus commorantes. Vltra meum Parentem Augustinum, (R) audiatur eius Sacratissimæ Religionis deus, Cardinalis Ægidius Romanus in hæc prorumpens: *In nomine Mariæ omnia ejiciantur adversa, neque adversus eam porta inferi stare possunt, cum ipsa inferni Principis caput contriverit.* Ex lilij siquidem folijs mutuatus odor, ictus sanat serpentum, & venenata propulsat. Sic accidit, sic in Monte-Serrato evenit, ubi dæmones suum selegerant domicilium incautos homines decepturi: sed mox ac hoc lilium ibi fatum est, periit memoria eorum, nec ausi sunt ulterius habitare,

quia fugantur odore venena. His adijcere non pudeat quod de fuga Christi habetur Matth. cap. 2. *Acceptit Puerum, & matrem eius, & secessit in Ægyptum.* Pedes ibat vir triumpho dignus Ioseph, nec fessus, commitante qui omnia levat. Mater adhibitum virgineo puerulum gremio, nunc mammæ porrigens, nunc alliciens ad denigratas Ægypti plagas pervenit. Idque olim Ieremias dum vinctus ibi degeret Prophetavit in futuro Virginem parituram, cumque ingrederetur Ægyptum, omnia idola in casum exitialem abitura: vnde Ægyptij imaginem Virginis cum puero sculperunt, quibus sacros exhibebant honores. Sic sentit Ludolphus Carthusianus. Sed libeat sciscitari Cœlestes hi hospites vbinam demorati sunt? Sentiunt D. Anselm, & alij, apud Heliopolim deguisse, quæ solis civitas vocatur Isai. c. 19. Ad hanc potius urbem Maria accedit habitatura cum nato, etenim censent illic præcipue vigeat cultus solis, aliorumque deorum, ita ut extarent ibi iuxta numerum dierum anni, trecenta sexaginta quinque idola, ut ex Abulensi transcribo. Accedit ergo Aurora cum Sole Ægypti tenebras luitura, etenim omnium Templorum in eorum ingressu idola corruerunt, & vanitate discussa veri Dei cultus, & veneratio reparatur; dum ignis fidei per eos accensus etiam deserta replevit. De rapacibus quibusdam in Tauro monte enascentibus proditur animalibus, devia ad antra se raptim retrahere, dum caniculæ australis constellationis auspiciantur exortum. Sic huic stellæ adiunge fœdis hinc, inde retractis Brutis, hoc dictum: **HOC ORIENTE FUGANTUR.** Sic evenit in Ægypto, sic in Monte-Serrato: *Bonis enim numinibus (inquit Iambicus) omnino præsentibus, mali spiritus evanescent.* Quo pacto posset cum maxima puritate impuritas immorari? Non patitur lux ista idolatriæ caliginem dominari. *Propterea ego non immerito (inquit Abfalon Abbas) & Cœli stellam, & mundi stellam, & demum stellam maris appellabo Mariam.* Cœli stellam, propter eminentis gloriæ præmium. Mundi stellam, propter iustorum solatium. Maris stellam, propter miserorum refugium, & quia omnes miseri, & in amaritudine criminum fluctuantes, ab ipsa spem refugij exposcunt. E longinquo venerari sit in Montis-Serrati culmine Mariam, quæ (ex quo habitat ibi) in Cælum convertit solum, dum fugatis idolis gloriam laudis consecuta est perpetuæ, & facta miserorum

thuf. de Vit. Christ. p. 1. c. 13. D. Ansel. Paschas. Abul. q. 60. Brocard. q. 2. c. 4. Isai. c. 19. v. 18. Tirin. in Bibl. Max. ibi. Haye in Concord. ibi. idem Ludolphus ibi. Philip. Picinell. Mund. Symb. l. 5. c. 29. n. 523. Iambicus apud ipsum. ibi. Abfalon Abbas in Annunt. Maria ser. 3. & ordine 22.

(Q) Cant. 2. 2. vers. 1. Lyr. in Glossibid. Plin. lib. 20. c. 5. Agricola. l. 17. c. 41. Daniel. Agricola in Stellarario coron. 8. stell. 10. D. Anton. Pad. ser. Dom. 6. in Quadrage. Philippus Picinell. Mund. Symb. l. 11. cap. 14. n. 129.

Maria, lilium convallium, ac montis lilium cur?

(R) D. Aug. in Psal. 77. de Plagiis Ægypti. epist. 111. de verb. Dom. serm. 29. Ægid. Roman. super salut. Angel. Angl. l. 17. c. 91. Matth. c. 2. v. 14. vide Glossibid. Mag. Hist. Schol. cap. 10. ad Matth. 2. Ludolph. Car-

Maria, stella est multiplicis ob causam.

omnium refugium, dum ante aram, quæ in Augustissimo Templo Virgini erecta est, in monumentum gratiarum fidelibus à Virgine concessarum, præstitæ appendent imagines, Catenæ, Loricæ, Clypei, rostraque carinis erepta, prope defunctorum syndones, aliaque liberationis, (S) ac salutis pendula fastigijs argumenta.

(S) Hieronym. Paul. de Mont. Hispan. Ioan. Tamarus tom. 3. Mart. Hisp. die 12. Iunij. Isai. c. 54. v. 12. Marius de Calassio Conc. Heb. tom. 2. pag. mibi 882. Daniel Agricola in stelario, coron. 12. stella 4. Franciscus Rucus lib. 1. de Gemmis. c. 4. D. Isidor. lib. Orig. 16. Angl. lib. 16. cap. 88. Berchor. in Reductor. lib. 11. c. 119. n. 6. Diacorid. & Lapidar. apud Anglic. loc. citit. Rueus loc. prædict. Ioan. Geomet. Hymn. 2. de Virg. apud Novar. in Vmbr. Virg. l. 4. c. 40. exc. 143. num. 134. Vide D. Anselm. c. 12. orat. 2. ad B. Virg. D. Damascen. serm. de Dorm. Virg. D. Bern. Sen. serm. 51. art. 3. c. 2.

Inde æquum est eam perpetuo celebrare, quæ Montem hunc cum nato ingressa, terram ob dæmonum sapientes Gentilitatem spurcitas, mundavit lucos, illustravit scopulos, salutem indixit, solatia refudit, ægritudines, & mortem pepulit, pericula fugavit, sic quod mala omnia fidere hoc oriente fugantur. Hoc etiam deducere libeat ex illo Isai. c. 54. Universæ sic ominantis Ecclesiæ: *Ponam Iaspidem propugnacula tua.* Ubi alij habent, *ex lapidibus gemmæ rutilantis;* quam noster Marius à Calassio exprimit vertens, *ex Smaragdo.* Nec sane sine mysterio: siquidem teste nostro Daniele Agricola, *Beata Virgo viriditatem Smaragdi in se habuit, ideo Gryphonem, idest diabolum devicit.* Smaragdus namque viridum gemmarum prima, & iucundissima, in scytharum montibus, ubi immanes habitare Gryphes perhibentur, reperitur; quam ipsa immania custodiunt animalia: sed ab Arimaspis vnico in fronte media oculo insignitis, viris vndique loricatis aufertur, vnde ditantur. Gryphes diabolum denotant, qui Christum, vel fidei gemmam à fidelibus (vt habet datus Agricola) conatur auferre: sed contra, pugnat populus Gotholonius vnus oculus, idest Christum, aut eius fidem inviolabiliter servans, sicque Mariæ imaginem in monte repositam statuit propugnacula sua, sub cuius vmbraculo nil pavet adversi, pertimescit nihil. Modo, cum per Smaragdum in montium scopulis adinventum (Piæta viensi docente) designetur Maria, alia Deiparæ de Monte-Serrato consona videamus. Nulla maior Smaragdi viriditate, quæ cum spei symbolum sit, nostram in Maria repositam tangit spem, quæ frustratur nunquam; habetque ex Cœlesti dono virtutis beneficium diversarum infirmitatum curativum, valetque contra illusiones, & Phantasmata dæmonum. Serpentis etiam oculi si diutius coram Smaragdo immoretur, guttatim disfluunt. Vide omnia hæc in Montis Serrati gloriosa Sunamitide reperiri. Qui enim destituti solatio, huius Cœlestis gemmæ intuitu potiuntur, statim interno afficiuntur gaudio: vnde ipsi Ioannes Geometra hæc cecinit.

Salus Cælum, quod stillat sacra, & ampla fluent;

Quis mundus gaudet, & omne genu.

Pellit insuper à mortalibus ægritudines, cuius testantur effectum tabellæ, & imagines parietibus affixæ, miracula per Virginem consecuta proclamantes. Hoc ore Damasceni ipsa profert dicens: *Ego evasi officina medicina agrotantibus, ego fons perennis curationum.* Virtuosissimus denique hic Smoragdus, non tantum procaces illusiones, ac Phantasmata dæmonum à monte Sancto profligat, sed aras, & idola in lucis latentia calcit, in nihilumque abire cogit, sua ex quo Sacra Imago vna cum filio ibi visitur, ibi à fidelibus adoratur. Scite meus Div. Bernardinus: *Sicut magnus ignis effugat muscas, (inquit) sic ab ardentissima Virginis charitate effugabuntur dæmones, & pellebantur, ita ut non essent ausi respicere mentem eius, nec de magno spatio illi propinquare.* Hunc igitur Smaragdum in Monte-Serrato ponit Deus propugnacula nostra, vt ad hunc thronum gratiæ plures consecuturi adeamus cum fiducia. Sit inde in montis vertice pingere Smaragdum, circumiacentia cuncta inficiens iucundissima sua viriditate, lemmate addito: **NIL IUCUNDIUS IPSO.** Sic Maria Specimen gemma omne pretium excedentis, *radix omnium bonorum, (T) indefinens nostra letitia, imo, & letitia organum, à Chrysippo, & alijs Patribus salutatur.* Sic in monte hoc Deus *sibi ædificat Cœlestem Hierusalem, universitatem gratiarum, ex quo ob ibi veneratam Mariæ Imaginem, ornatur pretiosissimo, excellentissimo, & pulcherrimo edificio, vt nil iucundius ipso.*

151 Ad alia etiam huius montis, ac Sacratissimæ Imaginis periucunda Christicolis diuertamur, cuius miranda extensius inventio apud innumeros videre est Historiographos, qui de illa nobis plura scitu digna tradiderunt, ex quibus hæc mutuavimus fragmenta. Priusquam ergo Saraceni Hispaniam occupassent, (V) circa annum 888. In monte hoc Virginis Mariæ exiguum licet, à fidelibus colebatur sacellum, sacra hac Imagine nondum ex specu, in qua latebat, deducta. His accidit temporibus Pij Heremite Ioannis Guarini detestandus vtique casus, pœnitentia in longum protensa deletus, reptantis bestię instar, ob flagitiosum stupri crimen cum Vvifredi vellofi filia commissum. Tunc itaque septem pueruli ex oppido Ministrolensi ad radices

Maria gratijs nos innumeris ditans, per Smaragdum designatur.

(T) Chrysipp. Presb. serm. de Deipara. *Ama deus hom. 7. de Virg. Andr. le-rosolym. D. Methodius ser. de Purific. Adamus Delphius. HeFlor. Pint. in c. 54. Isai.*

(V) Hist. Virg. Maria de Monte-Serrato. Liber, cui titulus. *Perla de Catha thaluña. Alia Monast. Benedictin. de Monte-Serrato. Videantur apud Tamarum plures in Martyr. Hispanic. Iunij die 12. Histor. Gotholonie à pluribus typis data.*

montis greges pecudum custodientes, speculatores sunt iterato facti mira visionis: singulis enim fere Sabbathis, sole sepulto, è Cœlo innumera cernebant diffundi luminaria montem versus, ad specum ubi latebat imago labentia, sub Divi Michaelis domuncula, ad solis respiciente ortum, ea ex parte, qua in mare se diffundit *Rubricatum*. Ad hæc insueti aguntur in stuporem, eo vel maxime quia cœlestes melodiarum concentus sub rupe illa resonare audiebant. Currunt Pueri Parentibus quæ viderant, & audierant nunciantes, qui de re ambigui, ad locum Sabbatho properant eadem visuri. Vident, audiunt, & pavent, Rectori Villæ del *Ministrol* similia nunciantes, qui itidem per quatuor Sabbatha successively quæ retulimus, contemplatus est. Vicensis ad Episcopi aures casus mirabilis accedit, qui vna cum illo etiam festinat post salutionis Angelicæ nocturnas horas stupenda visurus. Quod & sic evenit canonicis, ac luminibus mediam usque ad noctem perseverantibus. Die autem dominico præpetes ad loci asperitatem iubet homines accedere, quibus ad spelei limina properantibus, tam mirus odor illic se diffudit, ut ibi divinum quid latuisse non hæsitarent. Ingrediuntur omnes Thesaurum è rupe cœlestem extracturi, & stupentes inveniunt, mirantur, colunt pretiosam Virginis Imaginem ibi Maurorum rabie faviente, ab aliquo Pio viro (cuius nomen scriptum in Cœlis, à nobis penitus ignoratur) relictam. Tripudijs celebrant felicitatem, accensisque cereis luminaribus pergunt illam è latebris montuosis educturi, quod nec sine miraculo factum est: siquidem cum Episcopus suam ad Ecclesiam transportare niteretur, pervium sibi per obiectum iter; cum ad metas ubi nunc Augustum Divi Patris Benedicti Cœnobium extat, sociante innumera gentium multitudine pervenisset, immobilis sistitur imago, ita ut nec retrocedere, nec proficisci portatores valerent. Causam Præsul meditatur superam esse, ibique Mariam suam decrevisse statuere domicilium, quod tunc temporis exiguum erectum est; sed modo incrementum Piorum voto in amplissimum excrevisse videmus, in quo Templum magnificum visitur, ubi nigra, sed formosa veneratur Imago Mariæ, miraculorum frequentia celebris, ab omnium Regnorum Christicolis visitata per dies. Hæc omnia fufius alibi dantur, meo extranea insututo. Vnde ad alia pergo. Prævia sunt

luminaria Cœli ad huius venerandæ Imaginis inventionem. Cur ita? Quia Mariæ latebat Imago, Cœlum accendit lumina eam demonstraturum. Dum Moyfes Pastoris incumberet officio, è Cœlo dominus igneas super Rubum extendit faces, Moyfi mira declaraturus. *Apparuit ei dominus in flamma ignis de medio Rubi.* Exod. c. 3. Periuicunda utique visio, etenim ignis ille (X) luminosus, latificans, in admirationem trahens, non vorax erat, è Cœlo delapsus, totoque ibi se immergente Cœlo, cum Cœli domino. Extrahere quid inde flamma conabatur, etenim (ut meus habet Parens Augustinus) *dominus in igne apparuit, cuius natura semper ad superiora tendit*, elevans quæ latent inferiora. Moyfi enim suam voluit Deus omnipotentiam manifestare, divina visione ostensa formata lucis in Rubo ardenti. Habet Clemens Alexandrinus. Imo in igne luminoso designabatur divinitas, addit D. Cyrillus Alexandrinus. Ad senticosum igitur montem accenso lumine Cœlum properat obsequens domino. Nec sine mysterio; nam Rubus ille Mariam figurabat, iuxta Damascenum, & Bernardum, cuius sacra in illo monte latebat imago, sic testante Philone Hebræo: *Apparuit divinum simulacrum luce fulgens clarissima, imago pulcherrima, nulli rei visibili similis.* En vnde causam cur Cœlum luminaria ostendit, quia sacratæ imagini blanditur, in venerationis argumentum. Sic igne flos iste montis huius coronatur, ut sit corona exultationis omnibus ad eam accurrentibus. Voces etiam resonant divinæ, quas percipit ibi potius invalescere ubi sacra latet Imago Mariæ. Quasi vi avulsa, & ad specum excubantia noctu cernere sit innumera Cœli luminaria, speculantibus id Pastoribus, subscriptione appositæ: **VIS OCCVLTA TRAHIT.** Nec hoc mirum, namque (ait Anselmus) *Maria nova Cœlum gloria decoravit, præcellentis dignitate irradiat, & luce gratiarum perlustrat.* Suam vnde ad ostendendam illustratricem Cœlum descendit, quia ab eius trahitur Imago omnium corda rapiente. Quibus aridet Noster Amadeus dicens: *Maria erat omnibus ignis penetrans, & divino amore corda omnium inflammans, omnia illuminans, in Deum, & in se convertens.*

152 Solo autem Sabbathi die lumina Marianum lumen apparent manifestantia in Montis huius Serrati specu declivi. Rimari sit rationem. Sabbathum, dies Mariæ est, in qua Deus requievit

(X) Exod. c. 3, v. 2. *Lyra Raye in Exod. Alensis. D. Anton. Pad. Estius, Menochius, & alij. D. Aug. q. 7. ex vet. Testam. Clem. Alexand. l. 2. Proleg. c. 8. D. Cyrillus Alexand. contra Euthe. Phil. Hebr. l. de Vit. Moyfi. Damascen. orat. 2. de Assumpt. D. Bern. hom. 2. super Missus est Galat. de Arc. Fid. l. 7. c. 15. D. Basil. Sele. orat. 9. D. Anselm. Opusc. de B. Virg. c. 8. de Assumption. B. Amad. Rapt. 8.*

Pastores vident lumina è Cœlo super Montem Serratum cadentia.

Virginis Imago latet in specu altissima scopulis circumsepta.

Invenitur sacra Imago Virginis de Monte Serrato, & quomodo?

Primum Sacratissimæ Imaginis Mariæ de Monte Serrato miraculum.

Capella erigitur Imagini Virginis in Monte Serrato: modo regium Monasterium.

(Y) *Alexius à Salo latè in Ar te pie Amand. Mariam c. 8. Bibliorb. Virg. abunde. Hect. Boet. l. 13. Hif- ter. Scotor. D. Aug. de Gen. ad Lit. lib. 4. c. 19. & c. 26. Nova- rin. lib. 1. Sec- diasm. c. 15. n. 79. & 80. Isai. c. 58. v. 13. Forerius, Hays, Menoch. & Ti- rin. ibid. Nov. Scediafm. l. 8. c. 2. n. 5. & c. 3. n. 10.*

(Y) summaque præ omnibus festis erat eius solemnitas : imo etiam quosdam apud Catholicos moris fuit, id approban- te Concilio, ut à duodecima meridiei hora, Sabbathi dies sacer esset, nihilque ex tunc operis servilis agebatur. Imo ac- censis luminaribus Sabbatho occurre- bant Hebræi, illud salutaturi. Nec miror, testante etenim ex Theologorum com- muni Magistro Augustino *requies septi- mi diei mane habuerit sine vespere*. Quia ergo totus lucidus hic dies, in eo lucem Marianam oportuit manifestari, nec amplius sub rudi rupis velamine iacere; quippe lucernæ in Sabbathi honorem accensæ olim numquam extinguebantur, Mariæ inextinguibile lumen gratiæ præ- signantes. Sic æquum erat à die lucis ini- tium summere huius salutiferæ lucis en- comia. Hoc prævidisse videtur Isaias, dum sic loquitur: *Vocaberis Sabbathum deli- catum, & sanctum domini gloriosum*. Isai. c. 58. alij ponunt, *vocaberis delitium*. Et recte: Nam Sabbathum & Dei, & hominum delitiæ vocatur: quia hi (in- quit noster Adamus Delphius) in rebus ad Deum pertinentibus delectantur: Quales sunt (post actus Religionis ad Dei cultum ordinatis) actus omnes Hy- perdulix, quibus Mariæ veneratur adora- ta. Delectationem igitur adscribit Sab- batho, ob religiosum cultum, & domini glorificationem. Delicatus dies vocatur, quod proprium Sponsæ est se ostendere delicatam; & tanquam Sponsæ, & Re- ginæ Sabbatho occurrebant Hebræi, sic- que illud salutabant, *Veni in pace, coro- na domini*. Eo etiam die Magistri Disci- pulos, Parentes Filios vberiori ditabant benedictione. Hic igitur dies domini, Mariæ, & hominum est delitiæ. Domini, quia manifestata luce Maria, die sibi gra- to, glorificatur dominus. Mariæ, quia eruta è latebris, corona domini est, & ser- rum exaltationis eius. Hominum, quia hac luce inventa tenebræ mœroris pel- luntur, infirmitates eliminantur, spiritua- lis quies accedit, solamina auspicantur omnes. Audi Bernardum sic de Maria loquentem: *Maria ascendit affluens de- litijs, distilans charitatis favum, viscera misericordiæ, plenitudinem gratiæ, & prerogativam gloriæ singularis*. (Z) Ad- dam & alia non incongrua. Septimus dies Saturno dicatur, qui à saturando dicitur, ut meus Anglicus profert: Hocque die, cum trucibus torquerentur Hebræi egri- tudinibus, & vlceribus, perfectæ restituti sunt sanitati; qua propter ardentius Sab- bathum postea coluerunt. Totum hoc

consonum est diei, & Imaginis Mariæ inventioni, quæ ex quo in Monte Serrato colitur, nos omni gratia ditat abunde, sanitatis præcipue. Ad hæc in montis ca- cumine sistit gemellum sidus utique pro- pitium, videlicet *Castorem, & Pollucem*; cum scripto: CUM LUCE SALU- TEM. Mariæ hæc scilicet adscribuntur, de qua Ioannes Geometra hæc cecinit: *Salve, quæ visa ærumnis in tristibus, ingens*

Præbes solamen, lumina grata ferens. idem asseruisse videtur D. Ignatius Mar- tyr, hæc habens: *Maria miseris, & affli- ctis condolet, nec segnitè subvenit*. Ideo die Sabbathi, requiescere vult in monte sancto eius, illa quæ quies nostra est, de qua dici potest (inquit Augustinus Vvichmanus) *Deum in ea complevisse, seu perfecisse opus suum, cui instar Sab- bathi multis modis benedixit*. Adsporta- tur ergo salutiferum lumen, ut in Divi Patris Benedicti quiescat viridario, res- plendeat firmamento.

153 Sed nec in his sistere debemus; cum alio nos advocet casus. Septimo die Pastoribus septem lumina lumen scopulos ornaturum demonstrant: nec enim sine luminum vicissitudine debuit Imago Virginis apparere. Prævisum iti- dem ab Isaiâ videtur, sic fante: *Erunt super montem excelsum rivus currentium aquarum, & lux Luna sicut lux Solis, in die, qua alligaverit dominus vulnus po- puli sui, & percussuram plagæ eius sana- verit. Canticum erit vobis, sicut vox san- ctificatæ solemnitatis*. Isaiæ cap. 30. En promptissimum nostri casus exemplar. (A) Super montem excelsum sistitur il- la, quæ alias *Puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de libano*. Cant. 4. Vo- catur; in quam intrant flumina omnium gratiarum. Aquis ergo abundat, quibus abundat per gratiarum plenitudinem, per consolationis largitionem. Super montem stare videtur, ut ab omnibus in- digentibus videatur, quibus non deneget miserata solamen. Sed perpende, quod sic super excelsum montem ut habitat Maria, Luna vocatur; quia Luna (ait Ab- falon Abbas) *luet de nocte, & tenebras eius imminuit, sic illa Spiritu Sancto fie- cundata tenebras peccatorum abstergit*. Lunæ splendor in Maria fuit, id est mis-ericordiæ sine fervore severitatis, quia non offendit infirmos oculos eam respicien- tes: imo luminarium omnium plus terræ marique accedit. Sic Virgo sub titulo de Monte Serrato propitia oculos ad nos convertit, & in Naufragio nautis, in

Maria, quies nostra, solatiū salus, & sub- sidium.

Maria, recte dicitur Sabba- thum domi- ni, ob plures causas.

(Z) D. Ber. ser. de Assumption. Virg. Anglic. l. 8. c. 23. Apon. apud Josef. l. 2. Ioan. Geometra Hymn. 4. D. Ign. Martyr epist. 1. Augin. Vvichm. in Sab- bath. Marian. cap. 3.

(A) Isai. c. 30. v. 25. Cant. 4. v. 15. Ambros. Tarnisius ser. de Virg. concl. 3. Daniel Agric. in Coron. stella 7. cor. 12. Da- niel idem cor. 9. stella 11. Macrobi. l. 1. de Somn. Scipion. Clem. Alexad. Stromat. lib. 6. Georg. Venet. de Harm. Mund. Cant. 1. t. 6. c. 16. & 18. c. 17. & Cant. 2. t. 7. c. 5. Philo l. 1. Alleg. & de Mund. Opific. & de Decalo- go D. Hier. in com-

Amos. Theatr. Vir. Hum. t. 5. verb. Numerus Lauret. tom. 2. Alleg. de num. Absalon Abb. de Purific. ser. 3. ord. 16. Adamus Delphius, in c. 30. Isai. v. 25. Forer. in Bibl. Max. ibi. v. 29. Ambros. Eremita serm. de Anan. dub. 2. Lyr. in Gloss. ad c. 30. Isai. v. 29. D. Bon. in Spec. lect. 7. D. Bernard. serm. de Aqueducto.

compedibus Saracenorum vinētis, in terra infirmis, aut pro quolibet alio incommodo eam implorantibus, præsto ut mater adest, omnes subventione è periculis sublevatura. Quid ultra? *Erit lux Luna sicut lux Solis, in die qua alligaverit dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanaverit.* Hæc dies indiscriminatum omnis dies est, dum noctu, dieque exuvix appenduntur mortuorum, loquuntur muti, curantur à dæmonio vexati, resurgunt mortui, discernuntur mala omnia, adhibita Virginis ope. Sed ad hæc oportet septemplex esse lucem Solis, ut Solis instar septemplexiter Luna resplendeat, eius ebibens nitorem. Sic enim familiarissimum se fidus terræ demonstrat. Id speculemur. Septimus numerus perfectissimus, & completus: unde dixit Philo, *Gaudet natura septenario.* Lux igitur Solis septemplexiter emicantis, nempe Christi, per dona septem Spiritus Sancti, in Lunæ Mariæ lucem transfunditur: numerus namque septenarius, *Virgo* appellatur, & Sanctus: & quidquid gratiarum Spiritus Sancti in Mariam transfundi potest, transfunditur, quod numero Virgineo, & Sancto demonstratur. Tunc temporis ergo rivulo gratiarum in summitate Montis-Serrati posito, *Imaginem utpote Mariæ, nil erit tristitiæ, & miseriarum.* Exponit Adamus Delphius. *Sed canticum erit vobis (Tendit Propheta) sicut qui pergit cum tibia, ut intret in montem Domini.* Vbi alij legunt, *ut veniat ad Petram Israël.* Id est, ad Mariam, nam *Maria Petra deserti dicenda est*, ex qua rivuli gratiarum omnium emanant. Tunc erit canticum electis, quia *Mariæ adventus erit delectabilis.* Deiparæ Iconem depinge, Lunam pleno orbe splendescentem, cum inscriptione: **P L E N A S I B I, A C A L I J S.** Eximia erga Christicolas omnes eam pro voto invocantes beneficentia prosequitur Maria de Monte-Serrato, *de cuius plenitudine omnis creatura vivescit.* Profert meus Parens; Doctor Seraphicus. Rivus Maria est, qui in lucem, Solemque conversus, omnes illuminat, omnes satiat, omnium vota complet. Mirari etiam est miram huiusce montis scissuram, quod timoris indicium arguere videtur. Cum etenim aliquod tensibus sese offert præter assueta obiectum, interne concutimur ex insolito stupefacti. (B) Locanda erat Mariæ Imago, una cum filio in hoc monte Sancto Dei, & contremiscit ex novitate casus, tam divinos hospites recepturus. Thronum sibi do-

minus Saphirinum, dum adaptaret in summitate Montis Synai, *erat omnis mons terribilis.* Exod. c. 19. *Sive commotus est omnis mons valde.* Ut legunt alij. Tremuisse montem, ac in varios partitum fuisse scopulos, Hebræorum mens est. Nondum autem tunc apparuerat Dominus in suæ folio maiestatis, ut constat c. 24. dicente: *Viderunt Deum Israël, & sub pedibus eius quasi opus lapidis Saphirini similitudo throni, & quasi Cælum, cum serenum est.* Cur sic Synai in sectiones quatitur tremebundus? Domini in throno sedentis accessum veneratur. Docet Lyranus cum alijs. Perpende. Deus in Saphirino folio pluviam voluntariam segregans hæreditati suæ, & panem de Cælo ei præstans, omne delectamentum in se habentem, Christus in Virgineo throno, qui Mariæ symbolum est, adoratur: Nam *per omnia* (scribit Pictaviensis) *Saphirus est Beata Virgo, quia vere Cælo, id est Deo fuit ceteris viventibus similior, quantum ad virtutes, & perfectiones, & Dei filium, qui stella candida, & matutina est, in seipsa continuit, & portavit.* Portat Imago Mariæ de Monte-Serrato Dei filium super brachium suum quasi super Thronum, quod (nostro loquendi modo) præsentens cælestis hic Benedictinus Synai, timore perterritur, & concutitur, quasi tantam impotens molem sustentaturus. *Mons concussus est terremotu.* Ait Menochius. Mons proponitur pyramidalis scopulorum copia secutus, lemma ferens: **THESAURI DAT SIGNA LATENTIS.** Sic Mons-Serratus forte aperitur, ut post, Thesaurum suis in cavitatibus latentem concussione demonstret. Hinc Adamus Brouverus sic Mariæ alloquebatur: *Tibi cælestis regni claves, thesaurique commissi sunt.* Hanc enim, *qui honorificat, quasi thesaurizat.* Addit Adrianus Mangotius. (C) Nec immerito, siquidem quæstura thesaurorum cælestium ei assignatur. Scribit devotus Alexius à Salo.

154 Omnibus mirabilis est huiusce Montis-Serrati partitio eam intuentibus, quam etiam Nautæ à longe salutant, scilicet portum suo sub tutamine auspiciati. Mons partitur, ut corruant idola ibi superstitiose culta, & ut Deo, ac Deiparæ honori novum posthac ibi Religionis, ac Sanctitatis Emporium erigatur: *Vox Domini concutientis desertum, & commovebit Dominus desertum Cades.* Cecinit Psalmographus Psalm. 28. *Commovebit solitudinem.* Habet Augustinus. (D) Tremefaciet, seu tremorem incutiet deserto.

Bibl. Max. Mag. Histor. Schol. c. 39. ad cap. 19. Exod. Lyr. ad Psal. 67. v. 9. Alensis in Gloss. Menoch. Cernel. à Lapid. alijque. Pictav. in Reductor. Mor. l. 11. c. 118. n. 1. & 2. Daniel Agric. in Coron. stell. 2. Cor. 12.

Montis Serrati scissio miraculosa ponderatur in laudem Dei, & Deiparæ.

(C) Adrianus Brouverus in Salut. Ang. Coron. Adrian. Mangotius in Montis Marian. Mon. 1. Alexius à Salo in Art. Privileg. 2.

(D) Psalm. 28 v. 8. D. Aug. Arias Mont. Felix Bibl. Chald. in Max. D. Hier. apud

(B) Exod. c. 19 vers. 18. Bibl. Chald. Sept. Hæc, & alij in

Tirin. in Bibl.
Max. Lyra in
Gloss. ad Ps. 28
& Deut. c. 1.
Abunde Mag.
Hist. libid. Ma-
rius de Calass.
r. 4. Con. Hebr.
Haye in Bibl.
Max. tom. 18.
Orig. in Num.
hom. 17. Div.
Ambr. exort.
ad Virg. Alanus
Rupens. in Elu-
cid. ad Cant.
Cant. c. 8. D.
Anselm. Can-
tuar. in Opusc.
de B. Virgin. c.
12. in medit.

Legunt alij. Sed ad rem præ alijs D. Hier. vertit, *dividentis*. Ad vocem ergo Domini in præruptos desertum partitur scopulos, Domini virtutem cunctis manifestaturus. Hoc ad literam evenisse sentit Lyranus, in deserto Cades, vbi manserunt filij Israël longo tempore, vt habetur Deut. c. 1. vbi duo tunc stupenda omnibus mirabilia constat Deum præcipue fuisse operatum; etenim sacrilegos Chore, Dathan, & Abiron, cum quateretur desertum, terra deglutivit, vnde ibi postea (purgato facinore) Sanctitas, & verus Dei cultus permanfit radicatus, numquam abolendus; idcirco enim Cades, Sanctitas dicitur, quia vbique Sanctitatem omnia redolebant. Tunc siquidem terremotus horribilis factus est, & desertum in varias abijte scissuras, rebelles vt absorberet illos. En in promptu nostri deserti de Monte-Serrato figura. Chore namque vocans dicitur, Dathan autem ritus, Abiron vero, Pater fraudis. In deserto namque Montis-Serrati vocabat homines dæmon olim ad ritus sacrilegos peragendos, & cum Pater sit omnigenæ fraudis, eos fraudulenter à vero Dei cultu discriminabat, in profanos ritus inutiliter detorsurus. Sed vox Domini tremefaciens desertum, id in varias divisit sectiones, & fraudem vocantis ad inutilem, imo flagitiosum ritum, forte vt terra sic absorberet divisa. Ex tunc autem, in novum Cades exurgit, quia quidquid in eo est, Sanctitatem sapit, ob religiosissimum Dei, & Virginis in Sacrata Imagine cultum, omnibus cordialiter amplectendum. Vnde dulciter spectandus mons iste; pro quo ad Virginem ibi posthac permanfuram verba dirigi videbantur ab Alano Rupensio sic allata: *O Virgo, quæ habitas in Horto, qui Christus est, per amorem, & in Horto vite æternæ per spem, fac me audire vocem tuam, ad me dirige vocem tuam, vt eam adimpleam.* Mons præfigitur in scopulos sectus, fulgurantibus hinc inde nubibus obvolutus, ferens epigraphen: COLLISSÆ LUMINA PRÆBENT. Montem-Serratum in hoc symbolo reperire est, namque antea totus fumigabat, non ex eo, quod ibi aliquo peculiari cultu descendisset dominus, sed ob atram idololatriarum impuritatem, idolis fatue obsequentium. Post collisis rupibus à voce Domini nube splendenti Virginea tonantis apparuit quasi Cælum, cum serenum est, ex tunque habitavit ibi gloria Domini, exortumque est in tenebris lumen rectis corde, nec amplius pravitas

valuit invalescere. Audi ad omnia hæc; sic D. Anselmum alloquutum: *Mater creatoris mei per tuam Sanctitatem peccata mea purgantur, insidijs, & oppressionibus dæmonium tenebris obvolutus mundus subiacebat, sed sole de te orto illuminatus, eorum, & laqueos devitat, & vires conculcat.* (E) Vnde merito *Maria excitatrix, fiducia peccatorum, & gloria* vocatur: nam omnibus Sanctis Sanctitatem fundavit in sua nativitate. (Quæ alijs festivius celebratur in Monte-Serrato.) Sic transfertur idolorum mons, in montem Dei, in Cades Sanctum, vbi viget Sanctitas, à tot viris Illustribus Benedicti Patris exulta. Nec sic cito ab arrepto hoc itinere divertamur, illud Isaia meditantes c. 19. *Dominus ascendet super nubem levem, & ingreditur Egyptum, & commovebuntur simulachra Egypti.* Alij scribunt, *movebuntur, vacillabunt, concutientur idola. Simulachra corruerunt, in signum destructionis idololatriæ.* Ait Princeps interpretum Lyranus. Nubes illa super quam Dominus ascendit prophanos Egyptiorum ritus vt aboleret, proculdubio Maria est, & certe *levis, quæ remissionem peccatorum vtero gestabat, quæ levavit hunc mundum de gravi fenore peccatorum.* Ait Ambrosius Eremita. In nube Mariana, *quasi in curru*, ascendit Dominus, vt Egyptum perfundat lumine gratiarum, inter densas superstitionum caliginis obvolutum. Sed cur ad hæc ascendit in nube? Hæc vna simul fulgura mittit, & imbres. Terrent fulgura, quatiuntur montes, rupium etiam durities enollescit ad ictum. Imbres vero terram fecundant, homines delectant, etiam incultas cogunt efflorescere sylvas. Ideo Dominus vt utrumque demonstret, super nubem Marianam ad tenebrescentem Egypti ascendit montanam, & elatos quasiur montes, commovens simulachra, quæ iam inde contremiscendo corruunt; & pariter illuminans sedentes in tenebris, & umbra mortis, quos fidei sacro fecundat irriguo, in tantam non ultra perniciem casuros: *Maria enim nubes est dei, in qua educit Dominus populum de Egypto.* Fideles, inquam, Gotholonix populosè captivitate, qua vineti tenebantur idolis, in Monte-Serrato sacrilege cultis. Sic Ambrosius, & Hieronymus, Nubes montem obumbrans pingitur, cum scripto: **TERROR EM SPARGIT, ET IMBRES.** Hoc Mariæ præclarum symbolum est, cuius Imago terrorem Abyssu incutiens, non amplius

(IE) Ambros.
 Coranus ser. de
 Assumpt. Virg.
 August. Anconitan. in salut.
 Angel. q. 1. in
 fine. Isai. c. 19.
 v. 1. Bibl. Tigurina. Forer. Sept.
 Haye in Bibl.
 Max. Absalon
 Abb. de Annun.
 ser. 1. qui est
 20. Lyra in
 Gloss. ad c. 19.
 Isai. v. 1. Ambr.
 Eremit. de An.
 nunt. dub. 2.
 Daniel Agric.
 bell. 8. Car. 10.
 Div. Andr. Cra.
 tens. de Nativ.
 Maria orat. 2.
 D. Ambr. lib.
 de exort. ad
 Virg. D. Hier.
 in Isai. c. 19. v.
 1. & in Ps. 77.
 D. P. Aug. in
 Psalm. 134. v.
 7. Richard. d. S.
 Laur. de Laud.
 Virg. lib. 7.

Maria lux cū
 filio luens ido-
 lorum tene-
 bras in Mon-
 te-Serrato.

Maria, terro-
 rem diabolo
 incutit, fidelibus consola-
 torem.

dæmon in suo monte Sancto ausus est agere colorem, sed procul exterritus fugit à finibus eius, forte tunc ex eius vultu, & fragore concussis etiam rupibus, & tremefactis. Nec solum hoc, sed huic monti, eius incolis, ac devotis imbres omnium gratiarum large Maria præstat, ulterius non denegatura. Ideo ei adaptatur id, quod de nube retulit meus Parens Augustinus: *De nube quid operatur Deus? Fulgura in pluviâ fecit, minas ad misericordiam flexit, de terroribus irrigavit.* At etiam audiatur Richardus à S. Laurentio ira promens: *De Maria nube dicitur Psal. 104. expandit nubem in protectionem eorum, nempe Israelitarum, & ignem, ut luceret eis per noctem. Ecce duo officia, ad quæ data est Maria, ut protegat à fervore solis iustitiæ, tamquam nubes, & etiam contra diabolum, tamquam igneus murus.*

155 Prope innumera autem, cum ab hac Sacratissima Imagine sint in mercedem fidelium mirabilia quotidie operata, ut expertum est, & ex historijs patet, ad ea sigillatim numeranda, nec tempus, nec arrepti muneris argumentum sufficere posse, evidens est. At vno verbo omnia dicam. Deus, qui mirabilis est in Sanctis, in Imagine Matris de Monte-Serrato mirabilior veneratur proculdubio. En à Davide mystice prædictum Psalm. 75. in quo hæc habet: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis, turbati sunt omnes insipientes corde.* (F) Alij vbi legunt, *Illuminatus, splendidus, terribilis, illustris, illuminans, admirabilis à montibus fructuosus.* Quod de Deo suppetias hominibus emittente, explicat Euthimius. At in Biblijs Chaldaicis habetur: *Tu Deus laudatus in domo Sanctuarij tui, contremiscent à conspectu tuo habitantes in arcibus montium.* En vbi Deus mirabilis monstratur, luminosior, & gloriosior, quam alibi, ut ex Arab. Bibl. desumo. Idest *multis modis mirabilis*, inquit Alensis. Sed quinam sint hi montes, & quare æternitatis vocentur inquiramus. Montes sunt, (ait meus Parens Augustinus, cum Deo alloquens) *qui excipiunt lucem tuam, & à luce tua quam suscipiunt montes, vestitur terra.* Venit ergo ad nos lux per montes, qui fructuosi sunt, vberes gratijs, saluari pabulo pingues. Montes æternitatis; nam sicut hæc omnia momenta cingit, ita mirabilis Deus omnia mirabilia mirabilior factus demonstrat in montibus pinguioribus fructu æternitatis. Hi montes Mariani sunt, Montis-Serrati colles, vbi Deus ut in domo

Sanctuarij laudatur, qui mirabilior, quia gloriosior, omnipotentia metas extendens mirabilia omnia operaturus. *Maria est mons omnis illuminationis gratie spiritualis*; ab ipsa enim, & per ipsam Deus refundit abunde dona, vnde appareat gloriosior, vnde laudabilior. Nec ideo quia mirabilior Deus in hoc Monte-Serrato virtutibus fructuosissimo mira vndique operatur, mirabilia hæc Mariæ adscribi haud debent: *Maria enim filio assignat quicquid boni recepit ab eo, ut habet Richardus.* Ipsa est mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, mons coagulatus, mons Pinguis, Psal. 67. Sive mons excelsus, aut altissimus: Pinguis, propter abundantiam gratia divina, Explicat Lyranus. *Licet enim ædificijs inessus, tamen propter arca, quæ istuc in Templo asseruabatur, præsentiam, omnia ibidem bona impetrabantur à Deo, & inde in univrsum orbem derivabantur.* Scribit Tirinus. Ad literam omnia hæc nostro Monti-Serrato adscribi valent. Mons enim est celsus, elevatus, & pinguis, ædificijs destitutus: at asseruatur miro in suo templo mirabilis illa arca Maria, ob quam Deus large fidelibus omnia impendit beneficia, vnde & ipsius accidentalisis gloria illustrior, splendidior, ac mirabilior appareat. Sed cum Mons-Serratus vnus sit, & Deus illuminare dicatur à montibus æternitatis, quoniam pacto similitudo subsistet? vere Mons-Serratus ut ab vna coalescit radice vnus est, sed colles plurimi, vbi Anachoretarum instar viri devoti Eremiticam ducentes vitam, fructus in spirituales quotidie accrescunt, vnde fidelibus odora-menta virtutum derivantur. Vnus ergo est Mons-Serratus, & plures: vnus quia ad vnus Dei, & Mariæ cultum sacratus: plures, ob virtuosos colles æternitatis, è quibus nos Deus pariter illuminat, & bonis gratia satiat. (G) Mons altissimus salutiferis confitus herbis, soleque è fastigio emergente pingitur, cum notula: **CUM LUCE SALUTEM.** Mons altissimus Maria, altissima in nostro Monte-Serrato, ex quo monte excindi voluit lapis Angularis Christus; estque illa fons lucis omnem hominem illuminantis, ex alibi dato Chrysippo. Vnde addit Eleemosynarius Præsul Valentinus Parentis Augustini filius, D. Thomas Villanovanus *Tolle solem, quid in mundo nisi tenebræ? Tolle Mariam ab Ecclesia, quid restat nisi caligo?* Ex hoc etiam salubres & animæ, & corpori portiguntur Pascuæ: Hinc Richardus cecinit: *Maria multo melius*

Per Mariam de Monte-Serrato omnia nobis bona communicantur à Deo.

Psal. 104. v. 7.
vid. ibid. Alex.
Alens.

(F) Psal. 75. v.
5. Nebienf. Sept.
Symmac. Theo.
dor. Bib. Chald.
Arab. Syr. &
alij apud Haye
in Bibl. Max.
Euthim. apud
Tirinum ibid.
Lyra in Gloss.
ad Psal. 75. v.
5. Alens. ibid.
Titelm. & D.
Aug. Biblioth.
Virg. tom. 1. Ri-
char. à S. Laur.
lib. 1. c. 3. Psal.
67. v. 15. D.
Hier. Hilar. Ly-
ran. Menoch.
& Tirin. in Bi-
bl. Max.

(G) Biblioth.
Virg. tom. 1.
Ambros. Erem.
de Annunt. Da-
niel. Agricol.
stell. 11. cor. 10
Andr. Cret. de
Nativ. Mariæ.
Alan. Varenf.
ser. 5. de Laud.
Virg. D. Ant.
Pad. serm. 1.
Dom. 2. Quad.
D. Damascen.
de Deip. Div.
Athanas. q. 117.
D. Hier. epist.
22. de Custod.
Virgin. Chry-
sippi. Presb. ser.
de Laud. Virg.
Esychius. Div.
Thom. Villan.
ser. 1. de Annis
Richard. à S.
Laur. li. 2. p. 11

Maria, mons
illuminatio--
nis, & etiam
salutis, ad
eam omnibus
devote acce-
dentibus.

valemus dicere, quam dixerint *Ægyptij* Joseph, Gen. c. 47. *Salus nostra in manu tua est. Ipsa est enim causa salutis generis humani.* Ad Mariam solum ut confugiant solatio, ac salute destituti, sola ipsa sufficit ad medendum. Pergit ideam Auctor. Sic Deus ab his montibus æternis, Monte-Serrato in quo Mariæ Sacratissima Imago inhabitat, omnem hominem illuminat, visum restituens cæcis, animo obscuratis fœdato claritatem ingerens, qua ad rectam deducantur viam, ne ultra cæcutiant misere reitari. Quot etiam destituti ope, auxilio viduati humano, perditam salutem; aut voto, aut re ad hunc accedentes montem videmus hilares in suas proficisci domos, salutaris Patris pabulo refecti? Si hæc numerare poteris, stellas icidem poteris numerare. Meditemur eiusdem Davidis alia ex Psalm. 10. Vbi hæc cantat populo fideli: *Mittat tibi auxilium de Sancto, & de Syon tueatur te.* (H) Victori hic Psalmus sacatur, quasi laudatoria ipsius. Sic desumo ex Lyrano, & Biblijs Chald. *Mittat tibi auxilium de Sancto, in articulo angustiae, roborat te, mittat tibi auxiliantem de domo Sanctuarij.* Habent plures. De Sancto mittit dominus auxilium, idest de Sanctuario, quod erat in Monte Syon, exponit Lyra, & ex eo Menochius, & Tirinus. Mons ille, qui & Sanctuarium Dei dicitur, mystice Mons-Serratus est: etenim ibi domus Dei est, Maria utpote, plena omni gratia, ut nemo sit, qui se abscondat a calore Sanctitatis eius. Inquit Ambrosius Coranus. Sic elegit dominus Syon, elegit eam in habitationem sibi. Psalm. 86. *Idest Mariam.* Profert D. Andreas Cret. Ab hoc ergo Virgineo monte auxilium mittit Deus fidelibus coarctatos angustijs, eos fide, spe, ac Charitate roborat, Auxiliantem mittit de domo Sanctuarij: *Mariam scilicet, quæ est fortis auxiliatrix fidelium contra dæmones, & septiformem turmam vitiorum.* Scribit Daniel Agricola. Sed cur Syon Montis-Serrati, & an typus sit, speculemur. In huius montis Syon vertice Arx erat David pro decore, & defensione Civitatis ibi posita: fuitque magnæ altitudinis, latitiæ, & exultationis, sanctificationis, & doctrinæ, iuxtaque Hebraicum Idioma Syon interpretatur *specula, vel speculatio.* Quæ omnia ad calum reducuntur. Arx tutissima est domus Mariæ in Monte-Serrato posita, cuius structura ex mundo lapide (notat Alanus Varenfis) est contra faciem damasci, idest diaboli, quo illum funditus exterminet, imo & exterminabit. Ibi

Imago, & Templum Mariæ latitant, exultationem, ac sanctitatem properantibus ingerunt, atque etiam mirabilis ibi viget doctrina, a tot Magistris Benedictinis, & Ecclesiasticis verbi Dei, in eius, & Mariæ laudem per orbem disseminata. Tandem, si *Specula Syon* vocatur, quis Montem-Serratum negabit montem iure vocari posse *Speculationis*? Ex eo enim aere sereno clare, & perfecte Balearicæ videntur insulæ, bis centam milliaribus intra Maris Mediterranei spatij à Barchinone seiunctæ. Inde, en vnde mittit dominus auxilium, & tuetur nos. Sic Benedictinus Anselmus Mariam vocat, cum ea ita alloquens: *Tu celestis auxiliatrix, esto mihi contra diabolum turris fortitudinis, murus inexpugnabilis, brachium defensionis. Sana in me, quæ conspicias vulnera per tua Sancta medicamina.* Post hæc ad unicum mihi recurrendum est à Virgine Maria de Monte-Serrato, non sine audientium stupore factum primævo tempore miraculum. In valle (quæ nunc de Sancta Maria vocatur) quæ olim *vallis mala* appellabatur, non procul à Benedictino Montis-Serrati Cœnobio, in oppidulo, quod *Colbatè* dicitur, quidam emanabat fons, tum Patribus, tum Peregrinis lymphas in solarium eructans, quibus ut maxime necessarijs pro habitantibus utebatur domus. Hoc ut advertit eques, qui dominium oppidi iure possidebat hereditario, usum aquæ religionis interdicere, vberem sperans ex locatione posse sortiri mercedem: vnde non sine gravamine, & labore summo, ad Monasterium aqua è longinquo deferrebat. Monachi rem ad Virginis tribunal afferunt, eius fisci suffragio, quatenus causam agens suam ipsa in posterum de remedio provideret. Mira res! Stupendum miraculum! Fons in equitis dominio prorsus exsiccat, & evanuit; moxque iuxta domum Virginis de Monte-Serrato abunde fluxit, & fluit: qua propter *fons miraculi* dictus est. Vide Virginis potentiam, vide subventionem. Prævisum id puto factum à Salomone, dum recolens beneficia populo Israel à Deo exhibita, ex quo illum eduxit ex Ægypto in manu potenti, & brachio extento, in fame panes pluens, & in siti aquam educens de petra, hæc habet: *Sitierunt, & invocaverunt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro.* Sapient. c. 11. (Quod expresse evenisse constat in his, quæ de Monte-Serrato, paulo ante retulimus) è lapide durissimo sitim eorum irrigavit. Habent Bibl. Arab.

Eques avarus
interdixit Mo-
nachis Mon-
tis-Serrati
usum cuius-
dam fontis.

Punitur à Vir-
gine crudeli-
tas equitis
aquam Mo-
nasterio inter-
dicentis.

(H) Psalm. 19.
v. 3. Lyrano. in
sua Gloss. Bibl.
Chald. in Max
D. Hier. Mour.
Arias Mont.
Bibl. Arab. &
Haye in Max.
Lyra in Gloss.
Menoch. &
Tirin. ad Psalm.
19. v. 3. Psalm. 86.
v. 5. D. Andr.
Cret. orat. 2. de
Nat. Mariæ.
Daniel. Agric.
in Coran. Virg.
de nom. Mariæ
cap. 2. Anglic.
lib. 14. cap. 37
Marius de Cal-
las. to. 4. Conc.
Hebr. Haye
to. 18. D. Hier.
Isid. Bed. 2. &
alij. Alan. Va-
renf. de Laud.
Mariæ ser. 3.
Vide Hist. Virg.
de Monte-Ser-
rato excussam
Barchin. anno
M. DCV.
D. Anselm. in
Opusc. c. 12.
orat. 2. Vide
Hist. Virg. de
Monte-Serra-
to nuper addu-
cam.

(I) Sap. c. 11. v. 4. Bibl. Arab. in Max. Lyr. in Gloss. ad c. 17. Exod. v. 6. & ad c. 11. Sap. v. 4. ex Rabb. Salom. vide Lyr. in Exod. la. re, & in Sap. sept. Bibl. Lyr. alijque apud Pariens. Haye in Bibl. Max. ad c. 11. Sap. v. 4.

Intercessione Virginis de Monte-Serrato fons obcluditur, & vena aquæ in sicca Petra aperitur.

Arab. (I) ubi interpretum Princeps Lyranus notat hoc accidisse, cum electus à Deo populus Israël laborabat siti, aquarumque penuria in deserto: Tumque Moyses assumpta Virga, quæ instrumentum erat non solum divinæ iustitiæ in malis pœnæ inferendis; sed etiam divinæ misericordiæ in conferendis bonis, implevit petitionem Moysis, educendo aquam de Petra Horeb. Sed quid miraculi, rupem in deserto in fontes, ac flumina abrupti? Profecto ex duobus maximum arguitur fuisse miraculum. Tunc enim Deus punivit impios Deum tentantes, ac Moysis iniuriatores, & copiosissimis satiavit populum aquis. Siquidem Petra Horeb forte erat in loco alto, & sicco; Vnde difficilior aqua scaturit: sed omnipotentia ut mirabilior & ingratior, & pariter sibi dilectis, siccitatem transulit in profluvium, rupem in Alveum, & abunde fecit aquas stagnare desertum. Nec sisto. Fluere aquam miraculose non solum iussit Deus in sicca solitudine, sed in aqua commiscuit remedium salutare. Sic enim plures legunt: *Data est illis aqua, sanitas, medicamentum de Petra altissima.* Evenisse hæc omnia in Monte-Serrato cernimus ad literam. Fons in convalli manans siccatur, in impij hominis animadversionem: Petra durissima, & sicca in medio montis seccatur in amnem, quia orat Moyses Deo dilectus, orat cum nativitas meus Parens Benedictus: sed assumpta virga, Virginis utpote suffragio, per quam sedatur sitis, approximat remedium, confertur sanitas, bona omnia possidentur. *Maria autem* (loquor cum Richardo) *est Virga Moysis, ad quam in omni necessitate recurrebat: quia Christus per Mariam mirabilia fecit in mundo.* (K) *Virga utique qua percussit petram, & egressæ sunt aquæ largissima, id est copiosa fluentia misericordiæ.* Maris symbolo expressa Maria signatur, epigraphen sustinentis: DAT, ATQVE REDVNDAT. Enimvero num divinam Deiparam gratijs à Deo acceptis, an vero dispensandis liberaliorem dicamus, haud facile dijudico. Richardus adductus habet: *Ex tuo redundante totus haurit mundus.* Mare est Maria, mundanas delicias suis amatoribus amaricans, & amaritudines suis dulcorans dilectis igne charitatis, gratiam eis administrando. Addit & ille. Virga est, educens aquas refrigerij, salutis, & solaminis, suis amoris glutino adstrictis. Quid immoror? In Monte-Serrato omnis gratiæ officina salutaris est virgo, omnia bona largitur,

omnibus misericorditer suffragatur. *Laudatoria David*, pro titulo affert Psalmus 64. in quo hæc habentur: *Replebimur in bonis domus tuæ, Sanctum est Templum tuum, mirabile in equitate.* Hi qui ad domum Syon assumuntur aut visitaturi, aut habitaturi, Beati a Psalmographo prædicantur: (L) quandoquidem ibi est Dominus *spes omnium finium terræ, & in Mari Longe.* Id est, ibi tu es spes omnium habitantium in mari, & in terra. Explicat Lyr. Sic in monte isto Syon, Deo sacro sanctificantur omnes, satiantur bonis, ut nil ultra boni eis desiderandum obijciatur: ita quod delitiæ ibi pinguescunt omnes, quibus adeuntes fruuntur. Sed quamnam Dei domus? Quodnam Templum? Mariæ domus, ex qua indutus fuit filius Dei carne, Peccator venia, iustus gratia, perfectus gloria. En Mariæ domus bona nobis collata. Hinc D. Parens Augustinus uniuscuiusque cordi hæc impingit; *Domum Dei desidera, & bona eius domus desidera: quia quæ domus domini, hoc ipsum Templum Domini.* Inde hæc profert Anselmus: *Tibi o Genitrix vitæ, o mater salutis, o Templum pietatis, & misericordiæ conatur presentari anima mea morbis vitiorum languida, ut tuis meritis, & precibus digneris eam salvare.* Sic qui mare, qui terras incolunt, suscipiunt bona omnia misericordiæ in medio huius animati Templi Dei. Hinc in summo montis vertice domus pulcherrima ædificij venustate exurgit, cui hoc præfigitur lemma: VTI LIORA LATENT. Marianum Montis-Serrati Templum omnibus numeris venustum utique exurgit, sed intus omnes delitiæ, bona omnia spiritualia, & temporalia per Mariam fidelibus dispensantur. Claudis D. Andreas Cretensis sic: *Beata es in mulieribus, & benedicta in generationibus, benedicta in Cælis, & glorificata in terra. Te enim grate omnis lingua glorificat, matrem vitæ prædicans. Exple te delitijs, & beatitudine, ubi sunt fontes vitæ æternæ, fluentia semper viventis lucis effusionis.* Illas manus Mariæ semper ad nos retorquent, unde replemur in bonis domus suæ.

(L) Psal. 64. v. 5. & 6. Bibl. Arab. Tigurin. D. Hier. in Bibl. Max. ibi. Lyr. in Gloss. Bibl. Virg. tom. 1. pag. mibi 479. Mench. & Tirin. D. P. Aug. in Psal. 64. v. 5. D. Anselm. in Opusc. de B. Virg. c. 12. orat. 6. D. Andr. Cretens. Hom. de dorm. Deiparæ cap. 8.

Maria de Monte-Serrato, omnia bona Cæli continet, fidelibus ut dispense.

(L) Richard. à S. Laur. lib. 12. part. 6. c. 21. Absal. Abbas ser. 31. de Assumpt. Richar. lib. 1. c. 4. & c. 2. Vide Bibliot. virg. latissime.

CAP. XXVI.

BETHEL, VT APPELLATUR
Porta Cæli, Mariam de Porta Cæli,
& Cæli Portam præsignat.

156 S Acratissimæ Carthusianæ Religionis Cœnobium non
Lon:

Longe à Mari nimis, in Valentia Regno hoc insigniri titulo didici ex relatione; vocatur enim Monasterium de Porta Cœli, in quo devotissima Virginis Imago à circumiacentibus populis veneratur, ibi turmatim properantibus devotionis ergo. Huic viri santi excubias servant, sedulo invigilantes obsequio Virginis perpetuis laudibus emancipari, cuius sacra illa domus in monticuli locata fastigio, Cœli refert speciem, dum continua mentis contemplatione, viri Religiosissimi in illud aguntur, & per Mariam, quæ Cœli Porta est, mutant à Deo suppetias gratiarum. (M) Hinc Alanus Varenfis de ea sic scribit: *Ipsa Virgo Porta Civitatis Hierusalem cœlestis est, per quam nobis patet aditus in Cœlum.* Idem & meus D. Paduensis Antonius docet. Moris memini olim apud Sinas fuisse Regij Palatii portas (quæ quatuor erant, in qua tuor mundi partes) etiam è longinquo venerari, per quas ad Regem patebat & aditus, & accessus. Maria vnde, quia *Tabernaculum Dei est*, ex Alano Varenfi, & *cœlestis Regis Palatium*, Porta Cœli per quam nobis donorum cœlestium charismata diffunduntur, iure sub hoc titulo à cunctis veneranda est fidelibus. Testem huius adhibeo ipsum iam expergefatum Jacob in Bethel, qui *Pavens inquit: Quam terribilis est locus iste!* Terribilem appellat locum, nempe quod magno honore, & tremore colendus erat. Inquit noster Haye, cum Lyrano. Sed quisnam hic locus? Bethel. Domum, ac Portam Cœli contemplatur locum, ubi Deus se ipsi Jacob plus solito exhibuit familiarem, ubi Angelos prodeuntes viderat, & intrantes. Hæc pavoris causa, hoc venerationis argumentum. (N) Admirandus erat locus, & omni veneratione dignus: quia tamen aliquantulum à debito se cultu subtraxerat, iusto pavore; etenim à nullo unquam Porta per quam divina beneficia populo largius imperiuntur humano, in oblivionem agenda est. Hæc domus, hæc porta est Maria; *Christus enim sapientia Patris Mariam edificavit sibi domum*, habet meus Daniel Agricola: *Et ut alter David Res Regum surrexit, (à sinu Patris) & sedit in Porta, id est descendit in Beatam Virginem Mariam.* Scribit meus Thaumaturgus Paduanus, & Andreas Cretensis. Habes ergo Mariam Dei domum, omni gratiarum copia redundantem; habes & Cœli Portam ad nos cœlestia beneficia diffundentem: hinc ergo locus hic virgineus terribilis est, magno honore, & tremore

colendus. Appone intra Cœli spatia Palatium, cuius sola exterius Porta patefiat, (ut domus illa, quam vidit Jacob depingitur) per quam Angeli ad homines cœlestibus ditandos descendunt, domino supra innixi, & scribe: CONTINET OMNE BONUM SUPERIS, IMISQUE REFUNDIT. Sic Maria, quæ *Aula regalis, soli Deo subdita est*, teste Ambrosio, & *Palatium animatum Regis Angelorum*, ex D. Gregorio Neocæsariensi, Porta etiam Cœli est, per quam transire oportet quicquid boni nobis à supremo largitore derivatur. Nil enim Deus (promittit Bernardus) nos habere voluit, quod non per Mariæ manus transiret. Ut enim summi Regis Palatium, continet omne bonum: ut Porta Cœli, diffundit. Satagat vnde Virgineæ Portæ Cœli omnis creatura venerari Imaginem, que totius boni nobis impensis causa principalior instrumentalis est. Alia meditemur. (O) Non unica Porta Cœli Maria est, se multiplex; per eam namque fidelibus multiplices gratiæ refunduntur: vnde David canebat, *Aperite mihi portas iustitiæ*: & statim quasi respiciens habet: *Hæc porta domini, iusti intrabunt in eam.* Psal. 117. *Per fidem, & devotionem.* Exponit Lyranus. Hæc autem Porta Domini, est Porta Templi, vel Porta Cœli, inquit Menochius, quæ Mariam de Porta Cœli apte ex dictis præfiguratur, & à celebri Augustiniano Alberto Patavino vocatur *Scola*, & *Porta Cœli, atque ostiaria, quæ nos introducit ad regnum vitæ perpetuæ.* Sed cur Maria potius porta iustitiæ, quam misericordiæ appelletur discutiamus. Iustitia, non pro Cardinali virtute, quæ unicuique quod suum est, tribuit, sed pro universali perfectione, & ad omnes virtutes communi sumitur: sic enim testante D. Gregorio, *iustitia universalis est virtus*, quæ in Maria præcipue fuit ob pietatem, ob gratiam, ob omne bonum, quod fecit, ut docet Anselmus, & hominibus large distribuit. Vnde etiam de ea Alanus de Insulis cecinit:

Hæc est stella Maris, vita via, Porta salutis, regula iustitiæ.

Ipsa igitur Porta est iustitiæ, Porta sanctuarij, & domini, quia per Mariam habemus accessum ad fidem, & ad virtutes. Accedunt enim ad hanc Cœli Portam de sua desperantes salute, & vivam salvationis spem consequuntur per Mariam. Ideo canebat Virgini D. Anselmus: *Vbi est, nisi in Deo, & in te spes mea?* Afflictus ad hanc Portam Cœli pulsatur, &

Per Mariam omnia gratiarum dona hominibus communicantur.

(M) Alanus Varenfis de laudib. Virg. Ser. 1. D. Ant. Pad. ser. mon. Dom. 3. post Trin. Nicolaus Trigof. lib. 1. c. 7. apud Novarin. lib. 10. Scediafin. c. 4. n. 14. Alanus Varenfis in Elucid. Cant. Cant. in Prol.

Maria Dei Palatium est, & Porta Cœli.

(N) Gen. c. 28. v. 17. Haye in Cœl. Bibl. max. Lyr. in Gloss. bibl. Menochius, Tirinus. Daniel Agric. in Coron. Virgin. stella 5. cor. 9. D. Ant. Pad. ser. Dom. 3. Post. Trin. D. Andr. Cret. orat. 2. de Nativit. Virg. D. Ambr. lib. de iustit. Virg. c. 12. D. Greg. Neocæsar orat. 2. de Annunt. D. Bern. serm. 3. de Nativ. Virg.

(O) Psal. 117. v. 19. & 20. Lyr. in Gloss. Menoch. in Bibl. Max. Albertus Patavin. de B. Virg. ser. 63. p. 1. D. Greg. in Hom. Psal. v. dictionar. 1. p. verb. iustitia. D. Ansel. Cantuar. de virtut. Mariæ, c. 1. & 2. Alanus de Insulis lib. 5. in Anticlaudian. de Epitaph. Mariæ. Bibl. Chas. & alij in max. Lyr. in Glossa bibl. Menoch. in Bibl. Max. D. Anselm. de B. Virg. c. 12. orat. 3. Ambr. Coran. aut D. Aug. serm. de Assumpt. Virg. Berch. diction. 10. 2. verb. Porta. D. Paul. ad Rom. c. 15. v. 5 & 2. ad Cor. c. 1. v. 4. Vide Lyr. & Adam. Delph. Daniel Agric. in Coron. stella 7. cor. 9.

vtriusque hominis solamina adipiscitur. Sic ab Ambrosio Corano celebratur *Afflictorum medica singularis*. Tepidi per eam charitatis fervorem conciliant, Peccatores veniam, iusti gratiam, immundi munditiam, omnes eam, qua orbatu sunt virtutis iustitiam sibi adsciscunt, dum ad hanc portam iustitiæ, & portam Cœli festinant, ut consequantur. Solis ortus, qui Porta Cœli orientalis pingitur, sole ad ianuam apparente, cum inscriptione habet: **CUNCTIS SOLATIA FUNDIT.** Ex illa enim Cœli parte exoriente luce omnes creaturæ voluptatem, & oblectamentum accipiunt. Deus ergo, qui sol iustitiæ est, & cognominatur ab Apostolo, *Deus patientia, & solatij, ac totius consolationis*, omnia nobis solamina virtutum, & gratiarum exhibet, sed per Mariam, quæ orientalis Porta Cœli est, & aqueductus, unde beneficia refunduntur. Audire ad hæc sit nostrum Daniele Agricola sic fantem: *Ipsa virgo tamquam quidam Aqueductus, seu canalis baurit superius aquam vivam de fonte vivo, qui est apud Deum, quam refundit inferius per pietatem peccatoribus.* Sic Porta iustitiæ est, sic Porta Cœli, quæ cunctis solatia fundit.

157 Hanc perscrutemur iterum orientalem Portam Cœli, (P) de qua in Ezechielis vaticinio hæc habentur: *Ducit me ad Portam, quæ respiciebat ad viam orientalem, & ecce Gloria Dei Israel ingrediebatur per viam orientalem, & terra splendebat à maiestate eius.* c. 43. Chaldeus legit, *ad portam, quæ aperta erat ad orientem, & ecce Gloria Dei revelata est à via orientali.* Siste Mysterio. Non revelatur, nisi quod ante occultum erat: latebat antea Gloria Dei, sed mox ut Ezechiel, ut iustus ad Portam Cœli orientalem ducitur Mariæ præfigurativam, quasi per ianuam hanc affluenter erumpens Gloria Dei revelata est, se communicavit hominibus, impatiens proculdubio in seipsa latenter contineri. Vna autem Dei eadem, & indivisa Gloria, docet Alensis, *egrediebatur de Templo, & ingrediebatur in ipsum Templum*: etenim cum Maria & Porta sit, & Templum, Dei Gloria in eam se plenius diffundit, sed post per ipsam quasi per portam hominibus dispensatur; unde ait D. Ioannes c. 1. *Vidimus gloriam eius.* Chrysostomus audiatur dicens: *Fuit Beata Virgo animatum Dei Templum, Christum mente, & corpore suscipiens.* Perpendas alia. Cum per Portam Cœli orientalem Gloria Dei se communicandam exhibuit, à

maiestate eius terra splendebat, seu resul-
sit ut lumen, ut habet Arabicus: Quia
sic Deus se hominibus per Mariam ad-
trinxit, ut cum ille sit lumen de lumine,
nos suo lumine replevit, & cum essemus
aliquando tenebræ, per Mariam luci com-
municantes facti sumus lux in domino;
*Per claritatem gratiæ, & notitiæ proce-
dendo de virtute in virtutem.* Explicat
Princeps interpretum. Cur autem Maria
orientalis potius Porta Cœli dicatur, in-
quiramus. Cœlum enim instar Templi
est, ex Cœlio Rhodigino, cuius quatuor
sunt Portæ: harum autem splendidior vn-
de sol procedit, fertilior, ac delicijs pin-
guior, orientalis est, salubrior, ac iucun-
dior: quæ omnia Mariæ præ cæteris
adaptantur; Ex ipsa enim sol per omnia
respicens, & omnia vivificans prospexit
homines benignitatis affectu. Delicijs
gratiæ, & gloriæ ita exuberat, ut etiam
Sponsus in admirationem agatur dicens:
*Quæ est ista, quæ ascendit delicijs af-
fluens?* Cant. 8. *nempe interno gaudio, iu-
bilo, & torrente voluptatis, quibus omnes
exhilarat,* inquit Tyrinus. Salubrior inde
hæc Virginea Porta Cœli est, cui D. An-
dræas Cretensis sic decantat: *Salve refor-
mationis nostræ primitiæ, Deique ad nos
promissionum lines, prædictum olim di-
vine gloriæ sanctuarium, spectata Gen-
tium salus.* His adiunge suprapositum n.
156. solum. Adeamus unde ad Ma-
riam Cœli Portam, ut ipsius affluentis lo-
cupletemur, potiamur delicijs, ut fruuntur
Anachoriticam summe laudabilem vi-
tam ducentes D. Patris Brunonis Reli-
giosissimi alumni colentes hanc domum
de Porta Cœli. Hoc præfigurasse mihi
visum est id quod 2. Esdræ c. 3. habetur:
Portam fontis edificavit sellum. (Q) Sic
hæc porta nominabatur, docet Lyranus
à fonte propinquo, quo regij rigabantur
Horti, hicque fons erat Siloe, certis ebul-
liens horis, ex cuius scaturigine aquarum
moles ad huiusmodi pomaria irriganda
reservabatur. *Porta fontis virgo est* (scri-
bit meus Daniel Agricola) *& fons paris-
simus, in quo feces peccatorum lavantur,
ad quam Peccator recurrit tamquam ad
fontem misericordiæ.* Fons est iugiter pe-
renni manans affluentia gratiarum. Por-
ta est omnibus viam indulgentiæ mon-
strans. Arias hic Montanus legit, *Portam
oculi.* Sed cur oculi porta nuncupatur
Maria? Num quia semper illos suos mi-
sericordes oculos ad nos convertit? Sa-
ne sic dixerim, sed ad alia proficiscor,
*Oculi, quasi occulti dicuntur, ut habet
meus Anglicus, etenim secretum lumen*

(Q) Lib. 2. Es-
dræ c. 3. Lyr. in
Gloss. Hays, &
Menoch. in Bi-
bl. Max. ibid.
Daniel Agric.
in Coron. stella
7. Arias Mon-
tan. in Bibl.
Max. ibi. An-
glic. de Propiet.
Rer. l. 5. cap. 5.
Amadeus Lau-
san. de Laud.
Mariæ, Hom.
1. Psal. 22. v. 2.
D. Bon. ibi. No-
var. Sac. Elect.
1. 1. c. 12. sect. 6.
n. 659. Casti-
dor. lib. 7. var.
c. 6. Prov. c. 15.
v. 30. Lyræ, &
Hays, ibi. Arist.
lib. de sens. &
sensib. c. 2. D.
Anselm. lib. de
Excell. Virg. c. 1.
D. Ambr. apud
Alexium à Sa-
lo, in Aris
Amand. Deipa-
ram. Privileg. 5.
cond. 3. D. An-
selm. Opusc. de
B. Virg. cap. 12.
Abbas Abba
de Nat. Virg.
serm. vnic. qui
est 47.

(P) Ezech. c. 43.
v. 1. Bibl. Chal-
daic. in Max.
ibi Alex. Alens.
in Glossa ad c.
43. Ezech. v. 1.
D. Chrys. apud
Albert. Patav.
ser. 58. de As-
sumpt. part. 1.
ad Eph. c. 5. v. 8.
Bibl. Arab. in
Ezech. Lyr. in
Gloss. ad cap. 5.
Epist. ad Ephes.
Cœlius Rhodi-
gin. Lætion. An-
tiq. lib. 1. cap. 9.
Cant. c. 8. v. 5.
& c. 7. v. 6. Tyr.
ibi. Alens. in
Gloss. Hailgrin.
Guilielm. & Cor-
nel. à Lapide.
D. Andr. Cre-
tens. orat. 2. de
Nat. Virg. Ma-
ria, est orienta-
lis Cœli Porta
per quam homi-
nibus bona Cœ-
lorum dispen-
santur.

positum intus habent. Maria autem in se continet indeficiens lumen, quo Peccatores ne à rectitudine devient, illuminentur. *Beata enim Virgo omni luce clarior, totum mundum illuminat.* Ait noster Amadeus Laufanensis Episcopus. Porta oculi insuper Maria est, namque oculus *Hain* hebraice dicitur, quod est fons, ex quo velut oculo aqua fluit. Sicque apte Maria, *Porta oculi* vocatur, quatenus ex ipsa ad nos miseros aqua refectionis, & spiritalis nutrimenti derivatur. Vnde olim aqua quædam *Virgo* vocabatur, Purissimam Virginem obumbrans, nos fidentes sedulo facientem, ipsaque omnem quasi *lux oculorum letificat animam.* Prov. c. 15. *Voluptatem in cor transmittens, ut patet cum post tenebras lux redditur.* Sic explicatur à Lyrano, & Parisiensi Haye. *Porta oculi* etiam Deipara est: Hic enim omnium sensuum præstantissimus habetur, diaphanis solummodo imaginibus ad functiones suas vtens, celerrima in obiectum se transmissione demergens, & à longiori spatio videns. Hæc itidem Deipara congruunt, quæ inter puras creaturas omnes præstantior sine dubio est: *Vnde supereminens omni, quod post hominem Deum, creatum est, eam decantat* Anselmus. Nullius insuper inquinamenti feces hæc porta continuit: *Quid enim splendidius Dei Matre, (ait Ambrosius) quam splendor elegit? Decens enim erat, ut ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi Virgo illa niteret, cui Deus Pater unicum filium dare disponebat.* Addit Anselmus. *Porta oculi est, continuo se matris in nos illabens affectu, nostrasque prospiciens miseras miseratura, etiam è Cælorum longinquo.* Pie hæc scribit Abbas Abfalon, ita nos erudiens. *In ipsis tenebris Mariam intueri, illam cogita, & tene in memoria cordis tui: quoniam res in quam directe radius solis non dirigitur, ex percussione luminis quandoque irradiatur, & infirma conscientia, quæ radio aspirantis gratiæ non tangitur, per Mariam quandoque mutatur in melius.*

158 Modo, cur Hæc *Porta fontis, si-
vè oculi*, non alteri, sed *Sellum* fabrefien-
da committitur, videamus. *Portam fon-
tis edificavit sellum.* Eisd. 2. c. 3. *Sellum*, si
Hebraica spectetur interpretatio, idem
est ac *Pacificus, Perfectus, abundans, &
retribuens.* Aptè omnia. Obumbrat hæc
Porta *Portam Cæli Mariam*, (R) ideo
Pacifico, ac perfecto committitur, & eri-
genda, & custodienda, ut per illam egre-
diatur retributio, & abundantia. Perfecti

enim ad hanc excubantes portam, in Ma-
ria bonorum spiritalium abundantiam,
eorumque continuo experiuntur retri-
butionem. Sic cecinit noster Daniel Agri-
cola: *Beata Virgo dicitur Porta aqua-
rum, & significat lacrimosam, quam
Beata Virgo habuit non pro suis, sed
pro alienis miserijs, & ad eam debemus
recurere, quia apud Patrem, & Filium
procurat negotia nostra, & petitiones nos-
tras.* Misericordia siquidem Mariæ, fons
est, & fluit ad omnes quantumlibet
etiam peccatores. In Porta pendulum sit
pingere oculum, ex quo fons scaturit,
lemmate addito: **FUNDIT IN OM-
NES.** Siquidem de Maria id meditari
potest, quod de Deo Philo Hebraus ita
scripsit: *Benignus cum sit Deus, largitur
bona omnibus etiam non perfectis, invi-
tans eos ut amulatores virtutis, atque
participes fiant: Quoties enim pluit in ma-
re, fontes producit in locis desertissimis,
tenuem, asperam, sterilemque terram ri-
gat, quid aliud exhibet; quam nimietatem
divitiarum benignitatis sue? Divina
namque misericordia, ut docet D. Thomæ
Præceptor, noster Alexander Alensis, à
Virgine in omnes generationes inchoa-
ta, & diffusa est: ut Porta enim Cæli
omnes recipit, ut Porta oculi omnes in-
tuitu miserationis prospicit, sicque vtro-
que modo benignæ miserationis effec-
tum fundit in omnes. Ut enim Bernar-
dus habet, *Totius boni plenitudinem Deus
posuit in Maria, ut si quid spei in nobis
est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea no-
verimus redundare.* Inferamus alia: *Spe-
culatores distribuens loiadadas, ut domum
Domini custodirent, hæc 2. Paral. c. 22.
indixit: Tertia pars vestrum (sacerdotum,
levitarum, & ianitorum videlicet) erit
ad portam, quæ appellatur fundamenti.*
(S) Hæc Porta; ut observat Lyrano, ha-
bitaculum scutariorum dicitur libr. 4.
Reg. cap. 11. quia ibi (ut habent Bibl.
Arab.) strenui Heroes in marcialibus se
exercebant disciplinis, sine animi postea
dimicaturi deliquio, ideoque *Porta belli*
etiam vocatur, Mariam hæc Porta clare
denotat, quia *mille clypei pendent ex ea,
omnis armatura fortium.* Cant. 4. adifi-
cata namque est cum propugnaculis, ad
usum dirigendi homines, ut legunt Plures,
& hoc (inquit Hailgrinus) ut peccatori-
bus esset refugium, & munimen. Sanè sic
Christus, & Maria (tendit Daniel Agri-
cola) *scuta, & clypei sunt, qui protegent
fideles Ecclesia, & resplenduerunt mon-
tes ab eis, idest Angeli, & iusti.* Sed cur
potius scuta in hac Cælesti porta pendula
con-*

in Corona, stel-
la 9. Cor. 7. 1. bil
Hebr. lib. 2. leg.
alleg. Alexand.
Alens. in Cant.
Magnificat, v.
5. D. Bern. in
serm.

Misericordia
Dei, à Virgi-
ne inchoata,
& per eam ad
omnes diffusa

(R) Marius de
Calaisio tom. 4.
Conc. Hebraic.
Daniel Agric.

(S) Lib. 2. Pa-
ralipom. c. 22. 4.
Reg. c. 11. Lyrano
in Gloss. Bibl.
Arab. in Max.
ad 4. Reg. Me-
noch. Mag. Hist.
Schol. lib. Cant.
c. 4. Bibl. Tig. in
Max. lib. Hail-
grin. in Cant. c.
4. v. 4. Daniel
Agric. in Ca-
ron. stella 9. cor.
12. Pierius Kar-
ler. Hierogl. lib.
42. Virgin. in
Ensid. D. Paul
Epist.

Epist. ad Eph. c. 6. v. 12. Lyr. in Gloss. Adamus Delphius ibid. Ianuens. in Catholic. verb. Heros. Dan. Agric. in Cor. stella 2. cor. 7. Alan. de Insulis, l. 5. in Anticlaud. D. Bern. super Mis sus est.

Maria suis cultoribus scuti, & tutela est, imò & decus.

contemplantur? In scutis, aut clypeis olim incidi facta pulchra moris fuit; unde qui nil adhuc strenuè in Bello gessisset, alba utebatur Parma; sicque donabantur ab Imperatore militibus honoris ergo. Heroes invictissimi, quos Chartusianus ordo in Porta Cœli enutrivit, colluctant ut strenui milites non solum adversus carnem, & sanguinem, sed etiam adversus Principes, & potestates tenebrarum harum ad Eph. c. 6. v. 12. *Idest contra Spiritus nequam.* Ideo accipiunt armaturam Dei, sumentes scutum fidei, *scilicet virtutum;* sicque ad cœli portam (quæ scutariorum est, & Heroum, idest Æthereorum, qui post mortem ob merita creduntur beati) noctu, dieque excubias servantes, est eorum clypeus fortitudinis à facie inimici. Sic Portam statue scutis undique vallatam, candidatorum numerum adumbrans, & adde epigraphen: TUTELA, DECUSQUE. Hoc totum Mariæ aptissime congruit, quæ ab Alano de insulis decantatur: *Spes miseris, medicina reis, Tutela Beatis.* Ibi armantur electi Principes Iuda ad hostes debellandos, scuta virtutum ex Virgine pendentia arripientes: nam *sinum suæ misericordiæ Maria omnibus aperit,* (accedit D. Bernardus) *ut de plenitudine eius accipiant universi; captivos redemptionem, æger curationem tristis consolationem, iustus gratiam, Angelus letitiam, denique tota Trinitas gloriam.* Honorem etiam Mariæ, decusque suis clientulis affert, ob suæ venerandæ imaginis in Porta Cœli existentiam dispensatum, cui dicere non pigebit: *Tu decus omne tuis postquam te fata tulerunt.*

159 Pergamus ad ulteriora, quæ de Imagine Virginis in Porta Cœli existente afferuntur. Ex illius enim Iconis typo, papyraceis membranarum imagines à Religiosissimis illius Cœnobij Patribus cudentur, missæque sunt per Valentinum utique regnum, miracula crebra operantes; unde voti, & Religionis causa ad Portam Cœli numerosissimus gentium accedit occurfus. (T) Oculi tui Piscinæ in Hesebon, quæ sunt in Porta filie multitudinis. Cantic. 7. sunt verba Sponsi ad Mariam tenerrimè alloquentis, eiusque præ stupore gratiam, & pulchritudinem miratus. *Oculi tui viridaria.* Legit Arabicus, nec inconfone. In oculis enim Mariæ coluntur lilia pudicitiae, devotionis aromata, mortificationis violæ, Rosæ modestissimæ & pulcherrimæ honestatis; cuius odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Hi ergo oculi in Porta sunt mul-

titudinis, *idest frequentata à populis.* Sed cur in Hesebon hæc Porta? Quia urbs erat insignis, & munita valde, sita in monte. Scribit Adrichomius. Insper, interpretatur Hesebon, *ciugulum mæoris.* In Porta ergo, ubi multitudo gentium accurrit, Maria super multitudinem oculos pietatis retorquet, à nullo unquam eos averfura: at hoc in Hesebon, siquidem ægritudines, mæores, molestias in aræto ponit, ne per sibi addictos lethaliter divagentur. Hæc autem laboris devinctio in Porta Cœli sita, in monte clarius demonstratur, ubi fideles mutant per Mariam salutis opem, mæoris aufugium, tristitiæ refrigerium. Audiatur Melleus Bernardus. *Si crimine turbaris, si conscientia fœditate confusus es, Mariam cogita, nam ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa ducente non fatigaris.* En quomodo propitiata à nobis omnia mala excludit, mæores in nihilum abire facit, solatia impertit, medicamina sacra eius Imago subministrat. Sap. c. 7. Imaginis divinæ bonitatis præferebat similitudinem Maria: *Speculum sine macula Dei Maiestatis, & Imago bonitatis illius.* Imago vocatur Maria bonitatis divinæ, non alterius divinæ essentiae attributi. Qua de causa? Imago ab imitatione dicitur, quia signatum, quod representat, imitatur. Virgo autem Imaginem Bonitatis Dei potius induit, quia Bonum omnia apperunt, teste Subtili Præceptore cum Aristotele. Præferebat igitur Deipara Imaginem bonitatis infinitæ; quia cum inter puras creaturas optima sit, Dei ideo Imago est, eius ostentans bonitatem præ alijs secundarijs perfectionibus: namque illius proprium est se fusius alijs communicare. Ideo Maria Bonitatem Dei, non scientiam, aut misericordiam ita appropriate representat, quatenus & eius Imago, omnibus beneficia communicat, dona gratiæ indefinire dispensat. Sic hæc meditabatur Alanus Varenfis: *Est Virgo Maria Mater Domini, splendor illius reverendæ gloriæ, & celestis pulchritudinis, & bonitatis, omniumque virtutum seminarium, purificationem peccatorum apud Deum omnipotentem impetrans.* Cum autem honor, qui Imagini exhibetur, referatur ad prototypum: venerata Maria in Imagine de Porta Cœli, & ipsa substantialis divina bonitas veneratur. Regiæ olim, & Imperatoriarum imagines summo recipiebantur honore: cumque Regina, & Imperatrix sit Maria, maiori cultu sine dubio digna est: & si olim in clypeis, ædibusque amasio-

Sæc. n. 3. 1. Giff. ler. Rupert. & Guilielm. in c. 7. Cant. v. 4. D. Ber. in ser. sap. c. 7. v. 26 Alex. Alens. in Gloss. ibid. Subt. D. cum Arist. l. 1. Retbor. & in mor. magn. Senec. Epist. 228. Diog. Laert. l. 7. Menoch. ad c. 7. sap. v. 26. Alanus Varenf. ser. de Laud. Mariæ, ser. 5 Alex. à Salo in Arre, c. 15. Cœc Trident. sess. 25. Guilielm. Malmes. Buries. l. 4. de Henric. Æschyli. Scholast. apud Novarin. Scediafm. l. 7. c. 18. n. 83. Câr. c. 8. v. 9. Hon. in Cantic. ibid. Ezech. c. 44. v. 2. D. Ambr. in Hymn. Virg. Hailgrin. in c. 8. Cant. v. 9. D. Aug. apud eund. ibid. Alens in Gloss. Remigius, apud Novarin. Scediafm. l. 7. c. 18. n. 83. Eccl. in Cant. Alma Redemptoris Anton. Genuß. in Bibl. Virg. t. 3. de Mystic. Arca. n. 1. Menoch. in Cant. 8. v. 9. Daniel Agric. in Cor. stella 1. cor. 3.

(T) Liber M. S. ex Conventu de Porta Cœli transmissus testatur. Testatur, & id Religiosi plures ordinis Carthusi. Cantic. c. 7. v. 4. Bibl. Arabic. in Max. ibid. Menoch. ibi. Titelman, Adric. in descript. Terræ

tum sculpebantur Imagines, in nostri cordis clypeo Mariæ Imago, quæ in *Porta Cæli* ædibus colitur, in tutelam, munimen, & præsidium sculpenda est. Sic subsidia, sic opitulationes, sic solatia indefinenter exhibebit, quia Imago bonitatis est ex natura rei summe communicativæ. Iterum hanc Cæli Portam pulsemus, ad sponsi decantata de Virgine epitheata redeuntes. *Si ostium est* (inquit) *compingamus illud tabulis cedrinis.* Cæt. c. 8. *Si Ianua sit*, habet Arabicus. *Ostium est virgo* (idcirco *Porta Cæli* eius vocatur facellum) *ut multis pateat introitus eius ad vitam.* Inquit Honorius. Maria siquidem plauditur *Regis alti Ianua*, & *Porta lucis fulgidæ*; idcirco, quia Dominus Deus Israel ingressus est per eam; atque etiam (desumo ex Hailgrino) *Beata Virgo ostium est in Ecclesia, quæ malignis obstitit spiritibus, ne ad devotos suos intrent, & accedant.* Et ad rem magis meus Parens, & Theologorum communis Magister Augustinus eam vocat *Portam Cæli*, & *Ianuam Filij Dei*. Vere *Porta Cæli* per quam beneficia ad nos continuo e Cælis emanant. *Ostium est ad intromittendos, & rapiendos intrare volentes.* Exponit Alensis. Sed cum plures cælestis vrbis Hierusalem sint portæ, quænam Maria est, ad quam referenda? Ex Remigio didici olim moris fuisse, ad tutiorem urbium custodiam, civiumque emolumentum, ostia omnia claudi, vno dempto, cui nomen *Porta patens* adscribebatur. Hæc Mariam signat, quæ alijs Sanctorum præcibus non à Deo pro fidelium bono exauditis, hæc quæ *pervia Cæli Porta manet*, protinus ad Deum exaudiendas pro nostro bono emittit preces, quas facile attendere est, cum Princeps Cælorum ipse in ea sedeat, adeuntes ad *Portam Cæli* statim exauditurus. In hac prorumpit noster consummatus Doctor Antonius Jenuensis: *Virgo benedicta suis precibus, & muneribus iram Dei placavit, & totum genus humanum ab exterminio mortis liberavit.* Auscultetur etiam & hic Menochius ita loquens: *Si ostium est, ceteris exclusis mihi uni pateat.* Infirmitates, pericula, damna ab hac *Porta* expelluntur; commoda omnia fidelibus mutuatur, ut expertum est à cultoribus Virginis, eius Imaginem de *Porta Cæli* venerantibus. Sine foribus, quibus aut voluatur, aut claudatur *Porta* depingitur eam turba innumerabili spectante, addito epigraphe: CUNCTIS ADAPERTA PATESCIT. Id scite noster compendiavit Daniel Agricola dicens:

Corona Virginis Mariæ est corona beneficentia, nam magnis beneficijs nos ditavit: quam ob rem ipsa dicit, transite ad me omnes: ipsa enim præcipua est causa salutis. Vnde non solum *Porta patens Cæli* est, sed cunctis ad aperta patefcit.

160 Æque digne de hac Carthusianorum domo, Virgini de *Porta Cæli* dicata, eiusque Sacræ Imagini dici valet, (V) quod alibi adscripsit B. Alcuinus dicens: *Hanc aulam Domini servat tutela Mariæ.* Servat & omnes Sacratissima hæc Imago: *Quandoquidem Imaginis veneratio* (dante Gregorio) in Prototypum redit, & huius munimen, & opitulatio ad sibi pie addictos, eorum vota misericorditer complens. Hinc illud sponsi arridet Cantic. c. 4. hæc de Maria mystice proferens: *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es! Oculi tui columbarum.* Bis pulchram eam appellat, quasi dicens: *Valde pulchra.* Ait Lyranus. Sponsa depingit Imaginem intensa exornatam pulchritudine, ut ab omnibus alliciatur, quæ omnium animos allicit; siquidem pulchritudo sola maxime omnium amabilis. Docet Plato. Sed melius meus Parens Augustinus docuit dicens. *Bonum Dei donum esse pulchritudinem.* Pulchra non semel Maria prædicatur ob *affluentiam cælestium gratiarum*, ait Tiranus. Sic igitur Mariana Imago formosa valde depingitur; ut *omnium corda emolliat, animos etiam deferat efferos in obsequium.* Sed cur ad Mariæ commendandam pulchritudinem, potius ab oculis, quam à capite Epithalamium incipit? *In oculis animus inhabitat, quos cum osculamur, animum videmur attingere*, docet Plinius: *Neque ulla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, sed hoc maxime, idest clementia, amoris, letitie.* Insuper oculi cæteris partibus duces sunt, Provisores, aliorum vitam explorantes; vnde fit ut bene ab eis Imaginis Mariæ pulchritudo celebrari incipiat, quæ omnibus clementia, Pietatis, ac miserationis tribuit subsidia. Ideo *Bis dicitur Pulchra* (ait Richardus à S. Laur.) *quia commendatur à duplici dilectione Dei, & proximi.* Cum omnes sua pulchritudine attrahat, omnes sua pietate delectet, quæ maxime in eius oculis apparet, qui oleæ (quæ misericordiæ symbolum est) colorem referebant, atque intuitu ad purissimum incitabant amorem. Docet Doctor Seraphicus. Supra splendidam Cæli Portam, depinge oculum hoc lemmate: MISERANS DISTANTIA CERNIT. Sic *Mariæ facta est ianua*

(V) B. Alcuin. in Poemat. n. 11. D. Greg. epist. ad Germ. Constantinop. Cant. c. 4. v. 1. Plat. J. de Pulchrit. Lyr. ad c. 4. Cant. v. 1. Tiran. in Bibl. Max. ibid. D. Aug. lib. 1. de Nupt. c. 3. Heliodor. J. 1. Plin. l. 11. c. 37. Anglic. Berth. loc. cit. Arist. Subt. Doct. Richard. à S. Laur. l. 5. tit. 5. Euseb. Cæsar. Niceph. l. 2. Hist. Eccl. c. 23. D. Epiph. an. D. Bon. in spec. & alibi. Rupert. Abbas in c. 2. Ioan. D. Bonav. in Psal. Virg. Richard. loc. cit.

Maria omnes trahit, respicit omnes, ut subveniat.

(X) Prov. c. 8. v. 34. Tyr. ibid. Haye in Conc. Bibl. Maxim. Arias Mont. & alij D. Anselm. Opusc. de B. Virg. c. 12. orat. 3. Damasc. l. 1. Or. thod. Fid. de Dorm. Mariæ, apud B. Angel. del Pas, super Missus est, c. 45. Boet. l. 3. de Consol. Subr. Doct. Latissime l. 4. d. 14. q. 2. & d. 49. q. 11. & 2. in l. d. 1. q. 2. & d. 17. q. 2. in 3. d. 13. q. 2. & passim. Anonymus in Coron. cap. 19. Lyr. in Glos. Alens. ibid. D. Ansel. Opusc. de B. Virg. c. 12. orat. 8. l. 2. Reg. c. 23. v. 15. Haye in Bibl. Max. ibid. D. Hier. ad cap. 9. Zachar. Arneb. in Psal. 17. Dan. Agric. in Coron. stell. 9. cor. 7. & stell. 5. cor. 2.

ianua celestis auxilij, ne devotio suo fructu careret. Profert Rupertus. Ipsius enim misericordie oculus intelligit super egenum, & pauperem. Addit Seraphicus Præceptor. Vnde subdit Richardus: Oculi Mariæ comparantur columbis, quia respectus eius pietatis, & misericordie dulcedine perfusus est, & subtiliter vident, sicut oculi matris super puerum ne cadat, & si ceciderit, ut eum relevet. Sic Misericors distantia cernit, ut protegat, ut vivificet, ut trahat. O felicem, ad hanc Cæli Portam pro compensandis sibi votis excubias observantem! Ipsa hoc idem testatur hæc proferens Prov. 8. *Beatus homo, qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostij mei.* (X) Hæc metaphoræ sumitur à clientibus Patronorum iannuas obsidentibus. Inquit Parisiensis Haye. *Beatus, qui obtemperat mihi, vel Beatitudines hominis obtemperantis mihi.* Habent alij. Non vnica Beatitudine, sed pluribus fideles dicit speciosa hæc Porta Cæli, eam cõsentibus, & enixe rogantibus. Imo nec vni denegat beneficium, cum omnibus conferat etiam non rogata. Promittit Anselmus. Vnde per illam beatificari speramus; (addit Damascenus) est enim cunctorum advocatrix, & tutissimum asylum ijs, qui ad eam confugiunt, & dignas præcationes, laudesque offerunt. Sed cur non felix, aut fortunatus, sed *Beatus* dicitur, qui huic Portæ Cæli obsequens invigilat? *Beatus* (ut prædixi) idem est ac *Bene auctus*, etenim Beatitudo status est omnium bonorum aggregatione perfectus. Qui ergo satagit ad Cæli Portam pius ut clientulus excubare, omnia bona aggregatim à Deo sibi conciliat, nullo orbatur bono, omnia sibi suppetunt, ut satiatur appetitus, & quiescat. Sic eam Anonymus & alloquitur, & laudat: *Tu, ô Maria es Sacrarium, in quo Spiritus Sanctus reposuit omnes thesauros gratiarum. Reconditi namque sunt apud te thesauri indeficientes virtutis, & gratiæ, pacis, misericordie, salutis, & gloriæ.* Sic fit *Beatus* homo, qui vigilat ad fores eius quotidie, sic beatur, ut nil ultra ut quiescat, appetat sibi in mortali vita impendi, Virgini obediendo in loco divini cultus devote. Explicat Lyranus. Sic fit homo *Beatus*, modo in spe, tandem re, ut scribit Alensis. In Cælorum arce Portam fulgentissimam meditare, ad limina super quiescentem hominem, innumeras stellas eructantem, Gnoma adhibita: **HINC MERCES, ET REQUIES.** Quæ omnia vno complectitur verbo Anselmus ita: *Tu Domina, Porta vite la-*

nua salutis, via reconciliationis, aditus recuperationis, ut servus tuus sub tua protectione custodiatur. Ad hanc igitur Portam Cæli confugiamus, in qua securitas, & per quam ad nos omnia bona fluunt, nam hinc merces, & requies. Avius ad hanc Portam David nitebatur pervenire, dum dixit. *Quis mihi daret potum aquæ, de cisterna, quæ est in Bethleem, iuxta portam!* lib. 2. Reg. c. 23. *Ingens desiderium indicabat David, iuxta Pariensem Haye: etenim tot laceratus cladibus, tot angustijs undique septus, internam in externa aquæ potatione consolationis dulcedinem ambiebat, in aqua ex Hieronymo præfiguratam.* Sed cur David in Bethleem & natus, & enutritus, cum tot alias ibi adesse cisternas non ambigeret, solis ex limphis cisternæ iuxta portam existentis appetit satiari? Afferam. David, qui *dilectus* interpretatur, fideles denotat iuxta Arnobium: *Maria autem Porta vocatur aquarum, ex Daniele Agricola, Obiecta autem Mariæ consolatoris dulcedine, aliæ omittuntur, hac sola extinguere nostram sitim sufficiente, & ad id omnibus ultro misericorditer se manifestante. Iuxta Portam autem invenitur, quia omnes ad se transeuntes vult in quantum in ea est satiare: unde clamat, transite ad me omnes, qui concupiscitis me.* Iuxta Portam Cisternam undique diffluentem appone, & epigraphen: **TEMPERAT Vnda Sitim.** Arridet his Bernardi, & Danielis Agricolæ dictum: *Aqua circumquaque currens* (Y) *ipsamque Mariam undique muniens, plenitudo totius gratiæ est. Quam aquam servus Virginis diligenter ab ea petat, quia sine ista, anima eius erit sicut terra arida. Hicque sisto, ad alia profecturus.*

Maria, Cisterna est Bethleem, pariter & aquarum Porta.

(T) D. Bern. apud Daniel Agric. Corona p. 2. stell. 4.

CAP. XXVII.

CARMELUS MONS, DE IPARAM exaltat sub Sacratissimo, ac Venerabili titulo Virginis de Monte Carmelo.

161

ARduum agredior, (summe tamen mihi venerandum) ascensurus fastigium. Mons hic iam ab olim Prophetarum domicilium, Sanctitatis emporium, virtutis speculum, usque modo perseverat, cum inhabitantibus in arcto, vel tenuissimo domicilio in altissima montis specu sito quatuor exalceatis Religiosis Patribus Carmelitis, ex Galliæ Regno, qui ob procacitatem, ac insidias sibi continuo à truci-

Videatur de hoc Adricom. Quaresminius ac P. Antonius del Castillo, in Itinerat. Terræ Sanctæ.

bus comminatas Arabibus, infra apud nostrates Franciscanos commorantur in oppidulo, quod vulgo dicitur, *Sancti Ioannis de Acre*. Hæc (ultra Historiographos) compensata mihi à pluribus fuisse nostri Ordinis Fratribus, totam ferme Palestinam voti ergo peragranti- bus. Carmelus itaque Tyriorum mons Ptolemaidi ad mare imminet, vnde Carmeli maris cognomen accepisse videtur, & versus ortum extensus ab vna parte campum *Esdrelon* claudit, adscriptus olim tribui Issachar, (Z) & in quo Helias frequenter versabatur. Interpretatur autem Carmelus, *spica plena*. Nec miror, cum seges maxima Sanctorum, viro- rum illustrium, doctrina, & pietate pol- lentium, Candidantium Virginitatis Li- liorum, Pontificum, Cardinalium, Præ- latorum, ac Patriarcharum in eo (velut grana hanc Religiosam exornantia hor- ream) floruerit, & in dies continuo flo- rescat: quod numero vallare haud audeo, imo & tentasse erubesco. Sed vnde tam Sacra Pinguedo Carmeli? A Maria sine dubio. Audi Isaïam hæc verba proferen- tem: *Convertetur Libanus in Charmel*. c. 29. Sive transferetur, vt legunt alij. Sicque erit Gloria Libani indiscriminata à gloria Carmeli, & hic à Libano mutua- bit honorem. Libanus excelsissimas gignit cedros, eminentiam virtutis, & sa- pientie mystice designantes, quas trans- fert ad frugiferum Carmelum, vt eius fer- tilitatis sic potior appareat plenitudo. Sed quo pacto, auscultemur. Carmeli fecunditas in Pascuis, fructibus, & Her- bis Libanum æmulatur, scribit Anglicus; Hicque iure Mariam ex prædictis. Vide vnde Carmeli florida, & fructuosa deri- vatur affluentia; quia nempe Libanus Marianus in Carmel convertitur, idest complete vertitur, vt eum præ alijs vir- tuosis fructibus faciat pinguiorem, vi compleat sublimioribus virtutis, & sa- pientie cedris. *Maria enim non solum omnibus Sanctis Sanctitatem infudit, sed & in ea fuere omnis thesauri sapientie, & scientie Dei, quibus Carmelum abundanti- us floruisse perhibetur*. Duo emi- nentis statuuntur fecundissimi, ac luci- dissimi montes, quos vna Cœlestis vitta cingit inscriptione addita: AUGEN- TUR FOEDERE FRUCTUS. Sic charitatis vinculo prisca Carmelitarum proles, Libano Virginali devincta, à Maria mutuatur Sanctitatem, doctrinæ splendo- rem, Religiosæ fecunditatis eminentiam. Hoc cecinit sic Alanus Varenfis: *Christus Iesus granum frumenti cadens in*

terrâ, multum fructum attulit, & quan- do Sanctos fecit divina attulit grana, quæ omnia in suo fecundissimo vtero conclu- serat mater domini, tanta ubertate, & fe- licitate insignis. Hoc modo vertitur Li- banus in Charmel, vt amplius pinguescat, & fecundetur. Dicam adhuc Religiosa temeritate aliquid. Carmelitica Religio, ex quo sub Marianæ nubis velamine, to- tum (vt spiritualiter pinguesceret) irriga- vit orbem, ita fuit, estque à Deo dilecta, vt eius omnipotentie splendidissima sit corona. Recurro vt probem, ad illud Isaï. cap. 62. *Eris corona gloriæ in manu Domini*. Totus hic est Isaïas vt commen- det Ecclesiam vbique terrarum mirabi- liter diffusam, quam innumeris benefi- ciorum consolationibus Deus perpetuo locupletavit. Inquit Celebratissimus Ly- ranus. (A) Sed cur præcipue in manu Domini vt corona ponatur, est: quia vt Regia corona custoditur coronatur, & protegitur. Addit Princeps interpretum. *Apparet enim in ea summa quedam, & regia aliqua gloria*, (ait noster Adamus Delphius) *& hæc in tuto, quia in manu Domini*. Nec sine Sacramento in Dei manu, non in capite ponitur, quia manus, in qua potentia, principaliter coronatur: quod etiam moris fuisse olim, docet Chrysostomus. Sed quænam hæc corona sit, ex quæ materia constet, scriptura non exprimit. Dicam tamen aliquid. Olim ex spicis coronæ in fecunditatis symbolum sponis offerebantur, inde se- cundum augurantes omen, & scelicitate- tem. Sic Polydorus Virgilius testatur. Modo Isaïas de primitiva Ecclesia viris Sanctitate, & doctrina illustribus præci- pue sermonem exorditur, vt idem Del- phius notat, quorum Eminentissimi Car- melitanæ antiquissimæ Familiæ Patres fuere. Vnde Isaïam de his loqui non in- ferior asserere: etenim Carmelus *spica plena* est, qua Ecclesia redimitur, Chri- stus coronatur, in tot huius Religionis miræ mirabilibus exaltans manum om- nipotentie; quasi manu tenens vt rem si- bi dilectam, sibi gratissimam. Virgi- nis inde caput Carmelo cum assimiletur, Cant. 7. quia caput Carmeli est, ipsique vitam distribuatur, & augmentum, fideles comæ huius capitis erunt, ab ipsa pen- dentes, vitta sui laudatissimi satis num- quam Scapularis devincti. Manus spicea corona depingitur redimita, inscriptione apposita: DITAT, EX EXORNAT. Sacræ Carmelitice Familiæ typus hic sacer est, quæ Ecclesiam Christi prope innumeris ditat, & exornat triumphis, tot

(Z) Ioseph. l. de
Beli. Iud. 3. c. 2.
Marius de Ca-
liff. tom. 4. Con-
cord. Hebr. Ha-
ye tom. 18. de
Nom. Hebr. An-
glic. l. 14. c. 23.
vide Vineam
Carmeli præ
alijs. Isaï. 29. v.
17. Sept. apud
la Haye in Bibl.
Max. Adamus
Delphius in Isaï
Anglic. loc. cit.
Rup. Abbas in
c. 3. Cant. Aug.
Anconitan. in
Salut. Angelic.
lect. 6. q. 1. D.
Ansel. in Evang.
intravit Iesus.
Alanus Varenf.
de Laud. Ma-
rie serm. 2.

(A) Isaï. c. 62.
v. 3. Lyranus in
sua Gloss. ibid.
Adamus Del-
phius, & Tirin.
in Isaï. D. Chry-
sost. Homil. de
David, & Lau-
de. Polydorus Vir-
gil. lib. 1. c. 4. &
l. 2. cap. 4. Ca-
merar. p. 3. Ho-
rar. Subf. c. 74.
Adamus Del-
phius loc. citat.
Cant. c. 7. v. 5.
vide Gloss. ibid.
Alanus de In-
sulis Elucid. in
Cant. cap. 7. D.
Hier. in Ps. 20.
& ad c. 62. Isaï
Cassian. Collat.
14. idem Hier.
epist. ad Rustic.
ord. 4. D. Bern.
epist. ad Eratr.
de Monte Dei.
Ioseph. Antioch.
in Spec. Perfect.
Milic. Eccles.
Primitiv. c. 12.
& 72. Euseb.
Cesar. lib. 10.
Hist. Eccles. &
alijs apud Theat.
Vit. Hum. verb.
Religio. Clem.
Alex. 5. Strom.
Bed. in Exod.
cap. 25. Daniel
Agric. in Cor.
de Prima Cor.

A Maria, om-
nis Sacratissi-
mi Carmelis pi-
ritualis vber-
tas.

Patrum, Antistitum, ac Doctorum fecunditate vber: etenim corona Discipulos Christi denotat, docente Hieronymo, ex quibus plures ex Heliana prole prodire. Maria etiam vt Carmeli Mater, immarcescibilis corona est, & ex his conturgit corona gloriæ in manu Domini, quæ Ecclesiam, & ditat, & exornat. Hinc de Maria noster habet Daniel Agricola: *Magna dignitas, & corona remunerationis Virgini merito ab omnibus debetur.*

162 Dixi iucundissimam, nimisque dilectam Deo paratam sibi a Carmelo coronam. Addo, nil Ecclesiæ desiderabilius, & Deo. Huic maxima cura fuit vt ab Israelitis statim ac ad terram Chanaan pervenissent, vber manipulus spicarum, etiam communi prævius Meisi, qui primitiæ frugum vocabatur, afferretur Sacerdoti, eum domino Deo Israel oblaturus. *Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, feretis manipulos spicarum, primitias messis vestræ ad Sacerdotem.* Lev. cap. 23. Hæc oblatio fiebat in Sorte Nephtalim, qui dans eloquia pulchritudinis, interpretatur *dilatatio cordis*, Carmeliticæ Religionis vtique norma, quæ inter alias, priusque quam aliæ dilatavit voce predicationis encomia Mariæ. Spicæ etiam sunt vberes, qui in Carmelo florere Sancti, Religiosorum primitiæ, vber Sanctitatis, & doctrinæ manipulus à fatione Heli Deo sacrat. (B) Sed cur tam avide hoc Deus exoptare videtur, quod etsi inter Religionis actus numerare non hæsitent, alij videbantur celebriores, vtpote Sabbathi Sanctificatio, alijque qui postea subsequuntur? At non pigeat advertere, etenim primitiæ illæ spicarum spicas vberes demonstrant Carmeli, qui *spica plena* est, omni grano virtutis, & doctrinæ abundans, & horrea domini adimplens. Hæc grana, Spicas istas, primitias aliarum frugum reportantes, dominus primum curat afferri, vt sibi gratissimas; delectabili vbertate decoratas. *Carmelus in terra promissionis est frugifer, & graciosus.* Inquit Lyranus. Ideo à Deo quasi pro voto habetur vbertatem spicarum offerri; vox namque Hebræa *Abib*, & desiderium significat, & spicam granorum multitudine plenam. Agrum in montis declivi tibi statuas copiosa segete referendum, cum scripto: PRO PAUCIS PLURIMA DONAT. Ager Mariæ Carmelus est, quæ primo germinat panem, qui de Cælo descendit, inde seminatrix facta gratiæ tot grana reposuit

perfectiōis in plantato à se agro, vt iure mons per Mariam *spica plena* Laudibus celebretur. Hæc promittit D. Andreas Cretensis sic: *Ex matre sterili Maria produxit quasi immortalitatis spica, quam Parentes primum florentem ætatis florem, in Templum adductam, divinum donarium Deo consecrant.* Hæc ergo præcellentior spica Carmeli, à Deo dilecta est, & peroptata, ex qua prodeunt tot mirifica grana, Carmelum locupletantia: Quæ etiam etsi numero Helix temporibus in Carmeli agro sata fuerint paucissima, iam accrescunt in vberes manipulos, quibus ornatur Ecclesia, dum Maria pro paucis plurima grana dedit. Veneranda prope modum hæc prima Mariæ proles celebratur, electa à Deo in primitias Sanctitatis, in exemplar omnigenæ virtutis. A Joanne Baptista dum Christus in Jordanis alveo Baptizaretur, Spiritus Sanctus in specie columbæ visus est. Sic Matth. c. 3. habetur: *Vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam.* (C) Venerat Ioannes in spiritu, & virtute Helix, parare Domino plebem perfectam. Id est, propter similitudinem vite. Exponit Lyranus. *Quia uterque vixit in austeritate victus, & vestitus.* Imo Joannes, ex D. Bernardo allegato, renovavit in lege gratiæ hereditatem Ecclesiæ, deductam Monastice à temporibus Helix, cuius filiorum confrater, & inhabitans cum eis prope desertum Jordanis erat Joannes ipse: inquit Philippus Abbas. *Indeque paravit Domino plebem perfectam, per Evangelij susceptionem.* Modo ad nostrum reflectamur argumentum. Vt columba descendit Spiritus Sanctus, vt sic, scilicet Christus cognosceretur perfectus à Joanne, vt habet Abulensis. Sed columba super caput Jesu, ne quis putaret vocem Patris ad Joannem factam, non ad dominum, explicat D. Hier. Vt columba divinus amor descendit super Christum, ad denotandum plenitudinem gratiæ in ipso. Dat Lyranus. Bono gaudet odore columba, quem ubique diffundebat gratia Christi, de cuius plenitudine omnes accepimus. Nec casu Spiritus Sanctus illam assumpsit aviculam, non ex alia qualibet specie avem; etenim libentius iuxta nitida fluentia manet, qualia in Jordane visuntur, vbi Heliani frequentius degebant filij Prophetarum. Rursus, quia avis hæc acerbo sibi spicarum proposito, meliora eligit grana, deterioribus vndequeque relictis. Modo columba Mariam etiam refert sine felle peccati, quæ *columba est habitans*

Maria, Carmelum virtutis, & doctrinæ frugibus accumulatur.

(B) Lev. c. 23. v. 10. Lyr. & Haye, cum Bibl. Chald. & Syr. ibid. Rup. lib. 7 de Div. Offic. cap. 23. Georg. Venet. cant. 2. ton. 7. c. 6. Lyr. in Gloss. ad c. 7 Cantic. v. 9. Menoch. ibid. Novar. in Agr. Euchar. lib. 5. c. 34. n. 381. D. Andreas Cret. de B. Virg. ser. & Orat. 1. in Nativ.

(C) Matth. c. 3. v. 16. Lyr. in Gloss. ad cap. 1. D. Luc. v. 17. D. Bern. loc. cit. Philipp. Abbas Hieropolit. ad c. 1. Ioann. Lyr. in Luc. 1. Abul. quest. 90. D. Hier. in Matth. c. 3. Lyr. ad c. 3. Matth. v. 16. Tirinus ibid. Angl. lib. 12. c. 6. Plin. Vlyss. Aldrou. Bustamant in de Animal. Sac. Scrip. Cant. c. 2. v. 14. Bibl. Vener. Rabb. Sal. Aben Esra n. p. 10. Haye in Bibl. Maxim. ibid. Pictav. in Reduct. Mor. li. 7. cap. 17. num. 2. Bibliorb. Virg. 10. 2. pag. mibi 641. col. 1. Columella lib. 2. c. 8.

sive in foraminibus *Perra*, sive in scissuris rupium *Carmeli*, aut in latibulo graduum. Templi videlicet, ubi Monialis instar religiosa exercens munia, per quindecim graduum ascensiones se Deo dicavit puerula, in caverna maceræ habitatura. Sicque Spiritus Sanctus ut columba melius elegit granum, utpote Christum: Maria illius facta emulatrix Carmelum sibi delegit, qui *spica plena* est, ubi pinguisima accrescunt grana virtutum. Pictaviensi moralis explicatio placet: *Columba grana meliora eligit, id est bona bonorum documenta, & exempla*. Hæc in Carmelo vberius pullulantia sibi in imitationem proposuit Maria, gradiens per exempla Patrum, ut inde suis sub alis protegeret, vel ut mater, vel ut filia Carmelum, cuius Pulli Religiosi sunt, ut ex Virginali Bibliotheca deduco. Huiusmodi avicula volitans versus turrin dealbatam in montis fastigio sitam, ex qua spicarum pinguium manipuli pendent, pingitur, ibique lemma: **VTILIORA, ET CANDIDA QUÆRIT**. *Eo enim præcipue colore delectatur hoc genus avium: locus subinde emundari debet, nam quanto est cultior, tanto latior avis conspiciatur, & ideo columbarum selle poliri debent albo tectorio*. Inquit Columella. Vide nunc Carmeliticam arcem decoro, ac candido velatam amictu, leonino habitu subtectam, ex qua manipuli spicarum (cum *spica plena* Carmelus sit) pendere videmus, pinguisimam Ecclesiæ segetem exhibitari. Ibi iucundius nostra columba deget, dum utiliora, & candida quærit. In Mariæ siquidem excellentiam cadunt quæque Carmelum circumstant Strommata religiosissimi nitoris. Prædictum id, testatur Isaia vaticinium, sic loquens: *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri*. Isai. cap. 35. (D) Sit advertere, ad Eremum Prophetam retorquere intuitum, dum dicit, *latabitur deserta*; nam vox *Mihbar*, Eremum significat, ubi propius Helianorum incolatus, imo & de Carmelo loqui Prophetam iudicat noster Delphius. Nunc vero locum Mariæ accomodat mystice Villanovanus D. Thomas, simulque irrefragabilis Doctor Alensis. Nec sine mysterio legunt alij, *honor Carmeli, data est ei*; quia Virgo sub invocationis titulo de Carmelo, cultum, & honorem maximum ob sui Sacri Scapularis reverentiam conciliat ubique terrarum. Sed attendamus alia. Duplex celebratur decor, Carmeli, & Dei nostri: unde reciprocatur decor,

quia decorem Carmelus à Dei decore mutuatur; nec sibi retinet, sed Mariæ, cui data est *gloria Libani, & decor Carmeli*: hoc est, *quidquid erat pulchritudinis, & amoenitatis in Sanctitate*. Pandit Lyranus. Nec mirum, quia eius animi (Mariæ) decor usque adeo in immensum propegit, ut Christus ipse, immensus ille decor, in eius decoris desiderium actus sit. Profert D. Andreas Cretensis. Decoris huius venerari est transfusionem: à Deo in Carmelum, ab isto in Mariam, à Maria in utrumque, ut unus videatur decor non discriminatus, sed gloriose diffusus. O Carmeli felicitas! O Excellentia Mariæ! O liberalitas Salvatoris! Quid inde? *Gloria Libani data est ei*. Decorum virtutum gloria præmititur: quia dum ille in Carmelo, & Maria supponitur, hæc, paratur, & *generosa celsitudo Mariæ per Libanum designata*, (docente Richardo) & in Christum abunde derivatur, & in Carmelum. Mons duobus circum circa exurgentibus eminentior splendorem illis dispungens cernitur, epigraphen monstrans, **EMINET ET ORNAT**. Mons Maria est, ob virtutis eminentiam à nostris oculis se subducens: tamen dum supra nubes erigitur, splendorem mutuatur à Cælo, quem alijs montibus distribuit, à quibus laudem, gloriam, & decorem participat, similia fundens. Hæc ex Bibliotheca Virginali deduxi: *Maria est mons* (E) *omnium illuminationum gratia spiritualis, quas à vero sole radiose, & copiosissime recepit*. Maria namque (dante Bernardo) *Excellentissima quadam sublimitate præ cæteris omnibus excedit, & supergreditur creaturis*. Idcirco omnis gloria, & omnis decor in ea est, & ab ea derivatur in omnes.

163 Carmelitanæ adhuc spicæ plenitudinem plenius contemplemur. Mater præcipua huius Ordinis Mariæ declaratur, quia à castissimis Mariæ visceribus quasi prodivit. *Venter tuus acervus tritici vallatus lilijs*. Cantic. c. 7. Lilia hæc Mariæ vterum exornantia Religiosos designant, ut Doctor Doctorum Alensis explicat: *Vnde lilijs vallatur: id est abundantia virtutum, ac honestate vite, ac sanctæ conversationis*. Venter itaque ut acervus tritici coacervans grana depingitur; quia cum his abundet Carmelus, qui est *spica plena*, ita diliguntur à Maria, ut pro virtutis odore sint lilia, & pro perfectionis pabulo Ecclesiæ mutantur in grana. Ventrem Mariæ sponso prædicat his sive granis, sive lilijs ornatum, quia cum inter omnes corporis partes mollior sit, &

Mariæ decor à Deo, inde in Carmelum abunde fluit.

Maria, Columba est Carmeli grana eligens puriora, alumnos sub alis amantissime fovēs.

(E) Biblioth. Virg. to. 1. pag. mibi 503. col. 2. D. Bern. ser. sup. Apocal. 12. 1. Cant. cap. 7. v. 2. Alex. Alen in Gloss. ibid. Anglic. lib. 5. c. 46. Vin. Carmeli passim. D. Epiphani. lib. de Vit. Prophet. in vita Helie, c. 10. & alij.

(D) Isai. c. 35. v. 2. D. Hieron. & Sept. apud Adamum Delphium in Isai. D. Thom. a Villanov. serm. de Partu Virgin. Bibl. Max. in Isai. Lyra in sua Gloss. ad c. 35. Isai. v. 2. D. Andr. Cret. de Nat. Mariæ orat. 2. Richar. à S. Laur. l. 12 de Laud. Mariæ, c. 7.

vti-

Maria Prævi-
fa à Sabach
Helix Patre,
cum Socijs al-
ba veste indu-
tis adoranda.

vtillior, & medium in corpore sibi locum vendicet, vt nutrimentum superioribus partibus æque distribuatur: accurrunt aceruatim ex Paradiso Carmelitico liliata grana in Mariæ visceribus nutrienda, in cuius ventre accretionis fortiuntur initia. Nec extra Historicam veritatem hoc nos promere iudicemur: siquidem Helix Patre (Sabach vocabatur, teste D. Epiphany) in visionem internam actus, infantem vidit adhuc in vtero latentem, præfectum viris innumeris candido velatis amictu, qui vna simul proclives Virginem pulcherrimam adorabant. Hæc prævia instituto ab Helia erigibili in Monte Carmelo, five in nubecula, five in Imagine nullus ambigit fuisse. Ideo lilia sunt candida Virginis vterum exornantia, mox vt prodeant in grana fecundiora. Sed cur in vtero Mariæ hi flores Carmelitici apparent? Noster Franciscanus Sixtus IV. ex Cathedra Petri respondet sic: *Virgo hunc ordinem genuit, lactavit, produxit. O dignitas maxima! O singularis prærogativa! Ex spica plena Carmeli Virginis lilius vterus intumuit in acervum: nihilque cum sit tritico fertilis, ex Plinio, hoc enim ei natura tribuit, vt maxime alat hominem; vt fecundaret Ecclesiam grana multiplicat in campo Mariano fata.*

(F) Sixtus IV. Greg. XIII. in Bulla Plin. lib. 18. c. 10. Angl. l. 17. c. 65. Lyr. in Gloss. ad c. 7. Cant. v. 2. Menoch. ibid. Eccl. c. 24. Plin. l. 21. Angl. lib. 17. c. 135. & c. 91. Berchor. lib. 12. cap. 86. n. 6. B. Amadeus Lausan. de Laudib. Christiparæ bom. 6. idem. ibi. Herodot. l. 2. apud Theatr. Vit. Hum. to. 1. Daniel Agric. in Corona stell. 6. cor. 1.

(F) Sic pandit iucundior Lyra. *Acervus tritici, interius fecundus in prole.* Sed cur grana hæc in lilia abeant, inquiramus. *Lilium Rosæ nobilitate proximum est:* cumque Maria sit quasi *Plantatio Rosæ in Jerico*; ita ex ea Nobilitatem ebibit soboles Carmelitica, vt Nobilitati Marianæ Rosæ proximior iure evadat. Lilium insuper campanellæ resupinæ formam ostendit, demisso capite dum altius erigitur. Hæc Carmelitas præcipue adaptantur, qui voce prædicationis totum ab initio orbem ad fidem Christi, & ad celebranda encomia Mariæ attraxerunt, capita etiam submittentes tyrannorum gladio, pro inferenda pectoribus veritate. Sic purpurefcent nivea Carmeli lilia, vt suo sanguine fecundetur Ecclesia. Adsit noster B. Amadeus Lausanensis, sic fans: *His Lilijs vallata Dei genitrix audit ab ore Salomonis, venter tuus acervus tritici vallatus lilijs.* Acervus ipse granorum intermixtis lilijs pro symbolo sit, monstrans epigraphen: **STAT FRUCTU, ET FLORIBUS VBER.** Iterum Amadeus advocetur dicens: *An non vt acervus tritici venter Maria, qui grano illo intumuit, quo renatorum seges excrevit? Ergo ex vno grano multe segetes, & ex alio Virginis granum illud. Quid im-*

moror? Prope infinita sunt grana, ex grano illo in vtero Mariæ prodeuntia, cum sint prope innumera lilia Carmelitana, Mariæ vterum vel decorantia, vel colentia. Nec mirari sit in lilia grana converti, five ex lilijs coalescere grana: etenim (id asserente Herodoto) lilijs pro pane Ægyptij utebantur. Ideo laudandus est venter ille *Virginalis, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum nobis inde profluxit.* Profert Daniel Agricola. En ergo Virgineus venter spicam nutriendi Carmeli, sicut acervus tritici vallatus lilijs, vt stet fructu, & floribus vber. Alijs insistamus. Mariæ caput à Carmeli monte similitudinem ebibit. *Caput tuum vt Carmelus.* Cant. c. 7. Vbi Bibl. Hebr. & Sept. Legunt, *caput tuum super te.* (G) Id est, *supereminens corpori, & bene sedens, sicut Mons Carmelus in terra promissionis, qui est frugifer, & graciosus.* Etenim capiti Mariæ quadrat ex floribus Carmeli contexta corona. Addit Cornelius à Lapide. Sed quid à Carmelo monte eminentissimo sponsæ caput arripit similitudinem? Quid capiti cum Carmelo? *Eminet hic mons cæteris Judeæ montibus, & Maria cæteris eminet feminis.* Scribit Legionensis. Caput Mariæ Carmelus, & Maria caput est Carmeli: vnde Carmelitæ primi post Christum affectæ Helix Beatam Virginem Patronam sibi adsciverunt, ac in eius honorem Ecclesiam in Mont. Carmelo edificarunt, indeque Fratres B. Virginis de Monte Carmelo nuncupati sunt: illaque fuit prima omnium in toto terrarum orbe dicata Mariæ. Super caput huius sistitur Carmelus, vel vt corona, vel vt laurus. Addam. Caput à capiendi dicitur, vnde, & animæ quodammodo vices gerit, ait Ilidorus: etenim omnes sensus, & nervi ab eo initium capiunt, estque corporis pars principalior, & sedes sensus communis, vt docet Doctor Subtilis. Hinc ad Sacram Nostram Carmelidem retorqueamus sensum. Caput eius Carmelus est, *qui supra eam est*, ita quod vt res summe diffecta ponitur supra caput, quatenus à Carmelo coronatur Maria. Inde etiam caput est Carmeli supereminens vt principium, à quo omnes Carmelitani Virginis alumni, laudabile desumunt virtutis, & doctrinæ incrementum. *Caput Maria comparatur Carmelo propter pinguedinem gratiarum, ex quibus fructus multiplex bonorum operum derivatur.* Affert Richardus à S. Laurentio. Caput speciosissimum Virginis supra montis fastigium apparet, fructus, flores,

In Mariæ vtero Carmelitica lilia vertuntur in grana.

(G) Cant. c. 7. v. 5. Bibl. Hebr. & Sept. Lyr. in Gloss. Cornel. à Lapide, Legionens. apud ipsum. Tritheim. l. de Laud. Carmelit. Ord. c. 7. Thom. Vvald. l. de Sacram. tit. 9. cap. 84. Paulus Marig. lib. de Orig. Relig. cap. 30. D. Isid. lib. Orig. 10. cap. 2. Angl. lib. 5. c. 2. Doct. Subt. in lib. de Anim. Richard. à S. Laur. lib. 5. de Laud. Mariæ tit. 1. Daniel Agric. cor. 1. Alanus Varenf. de Laud. Mariæ, serm. 3.

& proceras respiciens Cedros, lemmate subiecto: SERTA PARASSE PLACET. Magna enim dignitas, & corona remunerationis Merito ab omnibus Mariæ debetur, inquit Daniel Agricola; Quia caput est à Carmeli floribus utique coronandum, & ut Carmelus ubertate, & singulari fecunditate illustre, decorum, plenissimumque, & tam fecundum, ut in omnia membra immensa decurreret virtus. Ait Alanus Varenfis. Ideo oculi Mariæ ad Carmeli respiciunt ubertatem, unde sibi sarta parasse placet, ut illius iugè caput merito coronandum.

164 Adeo in tantam attollitur Carmelitica Religio eminentiam, ut non solum per Mariam, sed & per filium eius supremam conciliet dignitatem. David Psal. 92. hæc Psalit de Christo. Dominus regnavit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. Normam dans stabilendi se in exercitio virtutis omnibus religiosis; exponit Alensis. Imò decoris habitum induit, se præcinxit, & sic decorem, & fortitudinem monstravit. (H) Imò Christus (ex Biblioth. Virgin. de fumo) inclinatus in Capitulo uteri virginalis, factus est frater noster de voluntate Patris; & sicut in scapulari sunt duæ partes, ita in humanitate corpus, & anima; habitum autem assumptum extendit in Cruce. Sed quoniam habitus, quem in Mariæ utero induit Christus? Habitus decoris, nam decorem indutus est. At hæc religiosa vestis unde procedat, attende: Gloria libani data est ei, decor Carmeli. Isai. 35. Ipseque Carmelus vidit gloriam Dei nostri. Ideo Beatus Mariæ uterque prædicatur, docet B. Angelus del Pas) quia ibi primus homo decorem indutus est, & factus plenus gratia, & veritate. Vide decoris habitum mutuasce à Carmelo, quo eum mater induit adhuc positum in utero. Carmelus mons stipatus lilij obijcitur, Christo in medio liliata veste induto, cum inscriptione: PVLCHRITVDO AGRIMECUM EST. Id est, honor bonæ famæ dispersus in membris suis. Commentatur Alensis. Hæc pulcritudo, decor Carmeli est; Religiosa videlicet abiectio superfluitatis temporalium. Inquit idem. Vide decoris habitum, quem etiam dominus ut regnaret indutus est. Adsit & ad hæc Bullæ Sixti IV. huiusmodi fragmentum: Virgo venustissima, quæ florem speciosissimum Iesum ineffabili Sancti Spiritus cooperante virtute genuit, produxit sacrum ordinem B. Mariæ de Monte Carmelo. Hæc iterum audire ne pigeat.

Isaias siquidem in huiusmodi verba prorumpit c. 61. Gaudens gaudebo in domino: quia induit me vestimentis salutaris: & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi Sponsum decoratum corona. (I) Iustitiam induit, quia omnem conciliat gratiam, & virtutem: Iustitia enim (dante Ambrosio) communis est virtus. Ita etiam Textum aperit Lyraus, & Delphius, cum Alensi. Hic Christus cum Ecclesia sermonem habet, hæcque cum illo. Sed quænam vestis? Quodnam indumentum? Quæ corona? Induit me tunica iustitiæ. Legunt sept. Tunicam induere Religioforum est maximè: quorum amictus esse debet proculdubio decorus, quia decor attestatur honestati: ut quidam Philosophus scripsit. Tunica igitur Christus vestitus est, ut apposite Alanus de Insulis cecinit ita:

In cuius (Maria) ventris Thalamo sibi summa paravit
Hospitium deitas, tunicam sibi texuit ipse.

Filius artificis summi, nostræque salutis Induit ipse togā, nostro vestitus amictu. Sed adhuc alij id rigurosus accipiunt, dum sic legunt: Sacerdotali more adoravit me, Sacerdotis portans coronam. Sæcularium Sacerdotum à Regularibus hoc est discrimen, etenim illi plane subuculis utuntur; hi vero tunicis aut stamineis, aut laneis. Gaudet igitur Christus, quia in Mariæ utero lanam induit candidissimam, sui nativi candoris puritate insignem. Profert Alanus Varenfis. Sic Sponsus Ecclesiæ decoratur, sic induitur, sic vestitur. Nec devium iter arripiam, si vestimenta salutis prædicem hæc salutaria Carmelitici instituti vestimenta. Quandoquidem conscij sumus ex historijs benedictum illud Virginis de Carmelo scapulare, salutem plurimis animæ, & corporis intulisse. Videantur Chronologi Carmelitanae Religionis hoc passim testantes. Imò pie traditur, & creditur pie, huiusmodi scapulare indutos in vita, primo post mortem Sabbatho à Virgine è purgatorij liberari pœnis, si ibi torquebantur. Hæc igitur sunt indumenta iustitiæ, omnis virtutis odorem spirantia in tot martyribus, (Divo Joanne Baptista, & D. Andraea Apostolo, ac Martiale Lemovicensi Episcopo præeuntibus) Tot divi, quorum Illustriores ad 115. distenduntur, omnis innumeris, quorum memoria in Benedictione est. Sunt pariter indumenta salutis, dum paucissimi per orbem terrarum, visuntur fideles, qui ad salutem spiritualem, & corpoream obti-

(I) Isai. c. 61. v. 10. D. Ambrosius in c. 1. Luc. Lyra in Gloss. Delphius, Alensis in Isai. Sept. in Bibl. Max. Philosophus Anonymus in Biblioth. Virg. tom. 1. pag. mibi 351. col. 2. Alanus de Insulis in Anti-Claudian lib. 5. de Epitaph. Mariæ. Bibl. Theat. Aquila, & alij in Bibl. max. Alanus Varenfis. de laud. Mariæ. serm. 3. Theat. vit. Human. verb. Religio. Egidius Leo in delicatus lib. 1. & 2. de Carmelo Trithem. Lucius, Thomas à Jesu, & Chronista Carmelitani passim. Absal. Abbas ser. de Natio. Virg. quæ est 47.

Per Virginem de Monte Carmelo omnia bona nobis à Deo refunduntur.

(H) Ps. 92. v. 1. Alex. Alens. ibid. Biblioth. Virgin. tom. 3. pag. mibi 190. col. 1. B. Angel. del Pas, inc. 11 D. Luc. Alex. Alensis in c. 35 Isai. Sixtus IV. in Bulla.

Maria Christum in utero vestivit decore virtutum, & gratiarum, ex cuius plenitudine Carmelus accepit.

obtinendam hanc vestem non induant, non hunc pro voto sibi adaptent amictum. Fraxinus comata arbor in desertis præcipue nascens, salutiferam hominibus sub umbra quietem, hanc portat literam: STANS DAMNA PROCVL, DANS VMBRA SALVTEM. Expiramento enim probatur Fraxini umbraculum fessis esse salubre, dum reptilibus venenosis est fatale. Ad plantatam in Carmeli Hæremo virginæ arborem adeamus, eius umbra tecti, ac vestiti; etenim *sub umbra eius* (inquit Abbas Abfalon) *pausandum est, ubi in æstu vitiorum refrigerium, in pressuris sæculi umbraculum & in omnibus laboribus, qui huic vitæ fastidium ingerunt, quietem assequemur.*

165 Nec abs re tantus in orbe terrarum erga Virginem de Monte Carmelo cultus; cuius vestis, Scapulare cuius, omnium rapit animos, corda demulcet. Hinc Psalmista cecinit allegorice de Maria: *omnis gloria eius filie regis ab intus, in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.* Psal. 44. Hanc Maria vestium pretiositatem contemplatus meus Parens Augustinus, dixit: *Vestitus Regine huius, & pretiosus est, & varius est.* (K) Pretiosus, quia magni fit, magnumque pretium habet, ideoque summè ab omnibus appetitur, & pietatis mercede comparatur. Varius, quia colorum varietate distinctus, albo nempe, & leonino. Hic amictus est Sponsæ Carmelitæ. Vnde extrinsecus (addit communis Theologorum Magister) *vestis est variata, sed intus pulchram novit, qui speciem eius amavit.* Adstat, ergo sic Regina Carmeli Maria nobis ad nos tuandum, inquit Alensis, *ut prospera, & salubria impetret, circumdata varietate gratiarum, quas sibi servientibus impetrat, & largitur.* Exponit idem, & Lyranus. Varietas autem hæc ad diversos Ecclesiæ status pertinere ab ipso Lyrano explicatur; cuius vestimentorum odor sicut Thuris, in quorum odorem post ipsam currimus omnes. Sed plus insistendum modo lectioni Hebrææ, Montani, aliorumque, sic legentium: *Ex oculaturis vestimentum eius; seu vestem oculis plenam texuit.* Cur sic Mariana vestis consuitur, ut plena oculis videatur? Quia Mariam exornat, quæ *multocula efficta est*, inquit Epiphanius. Trahit quidem ad se omnium oculos, animos rapit, ut nullus fidelium ab eius scapulari sacro desleat intuitum, ob ibi calitus varietatem inclusam gratiarum. Simile refert Cassarius de B. Henrico Monacho San-

ctissimo, cui-cum Virgo Maria apparens appropinquasset, quasi ex necessitate eum tangens, veste percussit, subitoque ex infirmo confortatus est, ne infirmitati, & tentationi succumberet. Id præstat Marianum scapulare, ideoque fiendum plurimi, ut pupilla oculi. Vnde Virginem veste oculata amictam, quam innumera turba sequitur pingit, addita notula: AD TE CONVERTIMUR OMNES. Sacrum siquidem Carmelitarum Scapulare omnium ad se corda convertit, quia insigne Mariæ est, securitas, Asylum, debiliū robur, divinæ placationis Tesfera, via vitæ, naufragantium portus, Peccatorum refugium, virtutis incitamentum. Hæc omnia ferè ex nostro Amadeo Lausanensi desumpsi. Sed libeat de Mariæ vestibus Ambrosium audire sic loquentem: *Maria velleri comparatur, de cuius fructu salutaria populis vestimenta texuntur, & molli cellere cunctorum operit vulnera peccatorum.* Sic nos omnes ad se fleat, ut hoc sacri scapularis signo præunte, à recta salvationis via, devia devitantes, ne discedamus. His consona sunt, quæ Ezechielis cap. 16. ita habentur: *Expandit amictum meum super te, & operui ignominiam tuam, & ingressus sum pactum tecum.* Deus hic animæ alloquitur misericorditer educatæ. Habet Lyranus. (L) Amictus iste, cultus Dei est, vel auxilium ad cultum Dei subsequutum, ait Alensis. At non vestis hæc solius Dei est, sed & Mariæ, quæ multiplicem filio vestem texuit, ut disco ex D. Ber. & Daniele Agricola. Textum alij sic legunt, *expandi alam meam super te, & ecce tempus charitatis, conciliationis, & verum:* Marianus hic amictus Alæ vices subit; quatenus ipsa motu celerrimo (devotus Amadeus Lausanensis canit) *senas Seraphim alas excedens, nunc in fonte vitæ fruitur amore deitatis, nunc terras signis, & virtutibus illustrans, ubique suis, ut mater iucundissima, & mireficientissima occurrit.* Quod confirmat D. Parens Bonaventura alibi adductus sic: *In umbram alarum tuarum, domina, requiescam, quia delectabile est mihi refrigerium tuum.* Vestem, instar alas super suos clientes Maria expandit, quia eos tuetur, defendit, & protegit, & hoc appropinquante tempore charitatis, conciliationis, & verum; Siquidem *vera Virginis, quæ Iesus suxit, charitatis vera sunt, quibus Deum lactat, & omnibus eadem vera misericordia propinat.* Assert Alanus de Insulis. Tèpore ergo, quo Deus, quo Maria expandit super nos scapulare, & amictum

(K) Psal. 44. v. 14. D. Aug. ibi. Berch. in di rect. late, verb. Pretiosus. I. annens. D. Aug. loc. cit. v. 14. Alex. Alens. & Lyr. in Psal. 44. v. 14. Iacob. de Valen. Euthim. Titel. & alij. Mar. de Calaf. tom. 4. Conc. Hebr. Arias Mont. in Bibl. Max. & alij. D. Epiph. orat. de Laud. Virg. Cassarius Ex. pl. lib. 7. c. 36. B. Amadeus Laus. de Laud. Christiparæ Homil. 2. D. Ambrosius de Nativ. Dom. ser. 2.

(L) Ezech. 6. 16. v. 8. Lyr. in Gloss. ibi. Alens. in c. 16. Ezech. v. 8. D. Bern. apud Daniel. Agric. in Cor. c. 4. B. Amadeus Lausan. Hom. 8. D. Bon. in Psalter. Virg. Montan. Aquila, Theodor. & alij in Bibl. Max. ad cap. 16. Ezech. v. 8. Alan. Insul. ad c. 1. Cant. Daniel Agric. cor. 1. stella 6. D. Thom. à Villanova Conc. 3. de Nat. Virg. nis. Anton. Genues. Augustinian. lib. de Laud. Virg. ex figur. Bibl. ad cap. 1. Proverb. Sixtus in Bulla cit.

amicitiam suam, tempus vberum est, unde in Evangelio Luc. 11. Beatificantur; quia *ad Mariæ vbera distavit Dei Filius fœdus nostræ salutis*. Habet Daniel Agricola. Unde nedum recti Mariæ amictu, & scapulari sacro, nostra tegitur ignominia peccati probrosa, sed ipsa suis nos fovet, & protegit alis, ad vbera portat charitatis amplexu, ubi felicem consequimur conciliationem cum Christo. Candidissimam sit depingere Gallinam tenerè pullos sub alis foventem, iamque per aera Niso insidias struente, lemmate subiecto: IMMUNES SERVANDO FOVET. Id totum de Maria cecinit Valentinus Præsul D. Thomas à Villanova sic. *Sicut Pulli volitantibus de super miluis, ad Gallinæ alas occurrunt, ita & nos sub velamento alarum tuarum abscondimur, nescimus aliud refrigerium, nisi te, Tu sola es unica spes nostra, in qua confidimus*. Iisdem quibus tegitur virginis Jesus alis, & amicitur, sacer Carmeli ordo fovetur, & ornatur, quare dicere possumus; *Beatus venter, qui te portavit, & vbera qua suxisti*. Testem adhibeo Sixti IV. Bullam, hæc proferentem: *Virgo venustissima, qua florem speciosissimum Iesum ineffabili Spiritus Sancti cooperante virtute genuit, produxit sacrum ordinem B. Mariæ de Monte Carmelo*.

166 Modò ad Evangelij pro Virginis de monte Carmelo solemnij lectionem deveniamus, in quo extollens (idest, ex corde tollens) vocem quædam Mulier, domino dixit: *Beatus venter, qui te portavit*. Luc. c. 11. Vbi laudatur Maria, quia dominum parturivit. Ait B. Angelus del Pas (M) Nam quia à filio provenit gratia, & gloria principaliter ratione Deitatis, ideo Mulier matrem laudat ex filio, illiusque turba consensit encomio: vt rectè docent Lyranus, Parisiensis Haye, & alij. *Beatus ergo prædicatur vterus, in quo Christus carnem induit, & decorem*. Perpinianensis Angelus subdit. Sed age, laudanda est etiam Maria (Profert oraculum fidei) eiusque vterus laudandus, quia *sacrum Carmeliticum Ordinem genuit, produxit, lactavit*. Quid ergo? Gemelli in Mariæ vtero apparebunt fœtus? dicat id Paulus, dum scribens ad Romanos c. 8. in hæc verba prorumpit: *Quos præscivit, prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse Primogenitus in multis fratribus*. Id est, (exponit noster Adamus Delphius) ipse qui est per naturam unicus, per gratiæ communicationem habet multos fratres, inter quos ipse primatum teneat. Multos Christum

vocasse fratres in Evangelio legitur, atque ex his Religiosos plures; qui ex discipulatu Joannis Baptiste ad Christi transiere discipulatum, vt Philippus Abbas, ac Joannes Antiochenus, testantur. Inter hos ergo Primogenitus est Christus, & inter fideles omnes, quia à Deo vt filij per adoptionis gratiam, sicut ille procedit filius per naturam. *Hæc autem fratrum conformitas, in gloriam Christi redundat, vt habet Eftius, etiam vt homo est, in qua natura est primogenitus inter multos fratres*. Conformantur itaque Christo hi sui Religiosi fratres, quia est illis exemplar sanctitatis, gratiæ, & virtutis. Scribit Menochius. Licet autem adoptionis filij sint, Christus vero vt Deus Patris sit filius naturalis, & Mariæ vt homo; illa tamen respectivè ad Virginem fratrum Christi adoptio non minuit dignitatem, vt ex iure civili probatur. Sit ergo Christus primogenitus in multis fratribus per communicationem gratiæ: Cumque etiam Maria nunc Carmeliticum ordinem genuerit, & lactaverit, merito Carmelitani potiori iure dicendi sunt fratres Christi, ad Christi imaginem effigiari. Nec illorum officit dignitati Christum naturalem Mariæ filium, illos adoptivos esse: Siquidem adoptio non minuit dignitatem, imò imitatur naturam. En ergo Carmelitarum cum Christo conformitatem. O excellentia! O summa dignitas! Hinc D. Anselmus, ac si de Carmelitis præcipuè loqueretur, hæc verba Mariæ decantavit: *Agnosce benedicta filios tuos, quos vnice dilectus unigenitus tuus, non erubescit nominare fratres suos*. Depictos iuxta niveam ovem contemplare binos agnellos, niveos etiã, addito lemmate: ET MVIVO SIMILES, SIMILESQUE PARENTI. Agnus Christus, primogenitus in fratribus, quos sibi vult fieri conformes, maternitati adscribuntur Marianæ; ne degeneres, sed velut vterini similitudine censeantur fratres, ex eodem vtero nati, eodemque lacte nutriti. Vnus pro omnibus præcipuus Christi ex fratribus D. Joannes Baptista se se (religiosam vitam agens) obijcit oculis, qui Carmelitam duxit in Eremitam vitam, (id dante Philippo Abbate) de quo sic D. Petrus Damianus proferit: *Tanto tempore manet cum Elisabeth virginalis integritas, & nunc dulciore colloquio, nunc amplexu feliciter Joannem puerum consecrat, & insignit*. Vnde Adamantius scite, nostræ relinquit cœnecuræ, quid Joannes profecit, assistente Maria. Rectè ergo duo hi Agnelli inter

ibi. Philip. Abb. Hieropolit. inc. 1. Joan. Ioseph. Antiochen. in spec. perfect. Ecclesia Primit. c. 12. & 72. Menoch. in Bibl. Max. I. per adoptionem l. Senatoris filius. Gloss. ibi. Gloss. 1. in l. sed etiã nepos de adop. Gloss. 4. l. si Arrogator. de Adopt. l. Adoptio enim. D. Anselm. c. 12. orat. 5. opusc. de B. Mar. Philipp. Abbas loc. cit. D. Petrus Damian. ser. 23. orig. Adamant. Hom. 9. Cant. c. 4. v. 5. Gisle. ibi. Cornel. d. Lap. ad cap. 1. Lyr. Tithm. Haye, & plures. Iannens. in Catholic. verb. Geminus. Div. Aug. Epist. 59. & 2. de doctr. Christian. cap. 16. & in Psal. 77. D. Basil. de Spir. Sanct. lib. 4. Greg. Nyssen. de vit. Moysi. Tertul. adu. Marc. 2. Cyril. de Trin. lib. 2. Aug. 22. contra Faust. 90. & ser. 86. Bed. in cap. 2. Exod. & alij. Bibl. Chald. in Max. Orig. in Levit. Hom. 7. & in Num. Hom. 10. Hefschius in Levit. c. 8. l. fin. s. Cognitionis de gradibus. Gloss. 1. in l. Fratres 27. c. de in offic. Anglie. lib. 18. cap. 57. D. Ambrade exort. & insir. Virg. c. 15. D. Hier. in Isai. 19. & in Ps. 79. Subt. De. lib. 1. d. 1. q. 8. & 4. Presb. lib. 1. d. 32.

(M) Luc. c. 11. v. 27. v. Angel. del Pas in c. 11. Luc. li. 12. c. 27. Gloss. ord. Lyr. Haye, D. Aug. tract. 10. in Ioan. B. Angel. del Pas, loc. cit. Sixtus IV. & V. Greg. XIII. Vide Bulla, qua incipit, Deum attenta. Ad Rom. c. 8. v. 29. Lyr. Adam. Delphius, Haye, & alij

39. q. unic. art.
2. d. 2. d. 3. q. 9.
Quodl. 13. art.
2. d. 1. d. 10. q.
unic. n. 14. ad
4. & passim
alibi.

se conformes, & matri filiatione Maria-
na potiri gloriantur. Ad hæc etiam facit
quod de Maria cecinit in sacris Sponsus
suis epithalamij sic: *Duo vbera tua sicut
duo hinnuli gemeli caprea, qui pascun-
tur in lilijs.* Cant. cap. 4. vox Hebraica
Dod, vbera significat, & amores: Sicque
bini recensentur Mariæ amores, sicut vbe-
ra bina, quibus gemellos in floribus nu-
triat, pascit in lilijs, ut sic non aliud, quam
redolentiam sapiat pascus, aut cando-
rem, & velut unicum amore nutriat ge-
mellum, amore alium. Gemelli dicun-
tur, quasi simul nati, vnoque editi partu,
ob id strictius mutuam servantes inter
se Charitatem. Sed quinam hi gemelli
sint, modo inquiramus. Alter ex his, præ-
cipuusque Christus est; unde Mariæ vbe-
ra ipsum lactantia, à muliere in evange-
lio Beata prædicantur. Luc. c. 11. Alter
vero proculdubio erit Carmeliticus or-
do, quem Maria genuit, produxit, lactavit.
Nec dissentiunt Bibl. Chald. dum per
hos hinnulus Moïsen, & Aaron figurari
contendit: quorum primus, (dante Ba-
silio, & alijs) typus est Christi, filios
Israel, idest fideles de captivitate Ægyp-
tiaca dæmoniorum educantis. Aaron au-
tem, qui *montanus* interpretatur, Chris-
ti Apostolos, & Discipulos representat,
quorum plures Helianam secuti sunt vi-
tam, Ioannem Baptistam secuti, ex dic-
tis; qui *montani* iure inter Christi alum-
nos dicendi sunt, eo quia accolæ assidui
sacri montis Carmeli. Idcirco (Hortu-
lani sunt verba) *placent Maria vbera
in gemellis, quod vno partu editi compa-
res sunt, & quam simillimi.* Quid mi-
rum! *Fratres uterini dicuntur, qui ex
eodem utero nati sunt*, ut ex iure civi-
constat. Eadem viscera Mariæ, quæ Chris-
tum physicè novem mensibus portave-
runt, mysticè sacram Carmeli Religio-
nem portarunt, mammae pariter lactave-
re gemellos. Hinnulo autem vterque
merito comparatur, qui acutissimi est
visus, (Teste Anglico) & Christi divini-
tatem demonstrat, quæ oculo simplicis
intelligentiæ, aut visionis, attingit om-
nia ab æterno, ut patet ex Subtili Magi-
stro. Similiter Helias Carmeli Pater, lon-
ge antequam Maria, ut lux prodiret in
lucem, eam & vidit, & prævidit in nu-
becula, in qua aderat vestigium hominis,
quia Dei, & hominis mater erat futura.
En acutissimi visus hinnuli gemelli ca-
præ, qui pascuntur in lilijs, qui eandem
sequuntur, agnoscunt parentem; qui ad
vbera virginalia pendent amoribus casti-
ssimis potituri, & ibi indiviso Chari-

tatis germanæ vinculo fœderantur: Can-
didissimi duo Hinnuli ad Virginis vbera
pendentes depinguntur, supra addito
lemmate: **BINOS ALIT VBERE FOE-
TUS** Mariam refert, cuius quæ prædi-
cantur vbera beata, unico Charitatis
lacte gemellos sibi Charissimos nutrit,
unde fluente gratiæ, & pietatis ad homi-
nes derivantur. Hæc pandit Richardus
Victorinus: *Duo vbera sunt, gemina di-
lectionis lac fundentia, quia reis impetrat
veniam, & iustis gratiam.* Hinnulorum
vero velocitati comparantur, quia velo-
cius occurrit Mariæ pietas, quam invoce-
tur. *Mammam porrigit, quæ nobis deri-
vatur per Christum: Mammam miseri-
cordiæ, quia misericordiam peperit, siquæ
affluit.* (N) Ad sunt & de hac faustissima
maternitate & alia. Beatus dicitur venter,
qui Christum verè realiter portavit; qui
Carmeliticum Ordinem genuit, & pro-
duxit. Et certè Beatus, idest bene auctus
fœcunda maternitatis gratia, & Gloria.
Innuere id sponsus Sponsæ alloquens vi-
detur Cant. c. 7. *Venter tuus sicut Acer-
vus tritici vallatus lilijs.* Valant nivea
lilia ventrem, quia candore, pro virgineo
candore pugnant, & maternitatem. Sic eā
in Alexandrina Synodo, & Ephesina acriter
contra Nestorium defendit, candidum
Carmeli lilium D. Cyrillus, ipsumque
Hæresiarcham anathematizavit. Venter
ergo Mariæ maternitatis radix, vallatur
lilijs, dum primo à suis alumniis Mater-
nitas defenditur virginalis: eo, vel maxi-
me, quia Carmelitanis præcipuè hoc
incumbebat munus, siquidem si Maria
spiritualiter suum eos incluserat in ven-
trem, ipsi pro suo interesse eius defende-
rent maternitatem. *Venter gloriosa Vir-
ginis fuit sicut acervus tritici, quia in eo
acervata fuerunt omnes prærogativæ me-
ritorum, & præmiorum.* Docet meus D.
Antonius Paduanus. Sed præcipuè ibi
acervantur lilia Carmeli, ut enim Greg.
XIII. ait, verba Evangelij Luc. cap. 11.
*Huius sacre Religionis pulchrè congruere
videntur; cum B. Virgo visceribus suis,
illam spiritualiter genuerit, & ad sua
vbera lactaverit.* Venter ergo Mariæ acer-
vus dicitur: etenim acervus in montis
formatur effigiem ab amplo in acumi-
natam se elevans figuram, & lilijs vnde-
quaque vallatur, *numquam ut indigeat
fœcunditate*, ut Biblia habet Tigurina.
Carmelitani ergo ut lilia vallant, circu-
meum, Mariæ exornant montem, dum
suam sibi adiscunt merito maternitatem.
Sed quare ut lilia? Lilium dicitur quasi
lacteum; lac enim folia sudare videntur.

(N) Richard. d.
S. Vlt. apud
Corn. à Lap. in
c. 4. Cant. v. 50
Chronic. Carm.
Theatr. vite
hum. Carthag.
D. Ant. Pad.
ser. D. 3. Qua-
dr. Greg. XIII.
in Bulla. Bibl.
Tigur. in max.
ad c. 7. Cant.
v. 2. D. Ant.
Pad. loc. cit. An-
glic. l. 17. c. 91.
Berchor. in Re-
duct. l. 12. c. 86
D. Isid. Richar.
à S. Laur. l. 12
c. 4. c. 2. lin. lib.
20. Hist. Nat.
c. 5. Carthag.
de Sac. Arcan.
r. 4. l. 17. Hom.
1.

Maria, Car-
meli Mater
potiori iure
celebranda
est.

Similitudo Carmelitanis haud aliena, qui in monte Virgineo nutriti à Maria, quasi modo geniti infantes, rationabiles sine dolo lac Mariæ vberum concupiscunt. Lilia sunt, quorum *radix* Maria *nobilizat flores suos*. Vnde lilio nil gratiosius quoad decentiam coloris, odoris redolentiam, & efficaciam virtutis; addit meus Anglicus. Lilia sic depingere ex lactea pluvia de Cœlo cadente progerminantia, apposita Gnoma: COELESTI SEMINE NATA. Ad Iunonis fabulam alludit, cuius ex vberibus distilantes guttas in lilia candidissima transversas fuisse, Prisci mentiti sunt. Adde Mariano ventre, vberumque lacte prodivisse alba Carmeli lilia, vltra sacratoris oraculi adductum dictum, nostri Carthagenæ verba auscultentur: *Virgo hunc Carmeliticum Ordinem genuit, & ut prolem ab ea ortam lactavit, & nutrit.* Sed quid inde? Nulli *florum excelsitas maior*. Habet Plinius, (O) cui sic assentitur Bernardus: *Lilia eminentia in floribus terræ*. Sic supereminet Carmelitana soboles innumeris sanctitate viris illustribus, Doctoribus, Pontificibus, Cardinalibus, Virginibus, quos omnes ad Ecclesiæ ornamentum Maria properit, Maria lactavit; vnde illi dicere valeamus, *Beatus Venter, qui te portavit, & vbera quæ suxisti*.

167 Transcurrere adhuc per amœna Carmeli vireta, tot florum varietate picturata, nobis libeat, vbi Virginea manus tot sevit penitentium violas, tot martyrum rosas, tot Virginum lilia, vt Deo, sibi, & Ecclesiæ omnibus numeris absolute venustam texerit coronam. *Virgo enim* (ex Sixti V. verbis transcribo) *Maria produxit Sacrum Ordinem de Monte Carmelo, quem eiusdem Virginis Maria speciali titulo voluit insigniri*.

(P) Ipsa hunc specialiter ordinem tueretur, portat charitatis visceribus, ad vbera pascit. Quidpiam huiusce rei deducam ex Paralip. 1. c. 3. Vbi hæc habentur: *David hos habuit filios, qui nati sunt ei in Hebron: Primogenitum Amnon, secundum Daniel de Abigail Carmelitide*. Hanc Carmelitidem Abigail typum gessisse Mariæ observant Plurimi: siquidem ipsa erat *prudensissima, & speciosa, & David iratum contra Nabal stultum, verborum suorum subtilitate placavit, Abigail autem interpretatur Patri mei exultatio, quia de Maria exultant Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & ipsa impetravit a vero David, ne interficiat genus humanum*. Ait Daniel Agricola. Abigailis huius Carmeliticis Christus procul-

dubio primogenitus est, recte in Amnon figuratus, qui *Fidelis, verax*, aut *nutritus* interpretatur: quæ omnia Christo perfectissime congruunt. Est enim *Fidelis*, vt habetur Deut. 7. *In servandis promissis*. Inquit Lyranus. Est itidem non solum verax, sed veritas ipsa. Ioan. c. 14. Tandem ipse se nutritum vocat Oleez c. 11. *Ego quasi nutritus Ephraim*. Vnde modo quis sit alter David Filius ex Abigail Carmelitide natus, inquiramus: etenim lib. 2. Reg. c. 3. iste Daniel, vocatur Cheleab (Q) *Post eum Cheleab de Abigail*. Binominum hunc plures comperio asserentes: sed placet Principis interpretû Lyrani sententia dicentis, in Aula David Regia derisores quidam, Cheleab non esse filium David asserabant, sed Nabal: tuncque facies pueri ex insperato repente mutata est in similitudinem faciei David, tuncque vocatus est Cheleab, quod idem est ac, *Quasi Pater, idest similis Patri*. Antea siquidem Daniel vocabatur, idest *iudicium Dei*, quasi innuens, *iudicet Deus, cuius filius sit iste puer*. Hoc fere idem evenisse in casu, compertum est. Plures enim Carmeli Ordinem deridebant ab Elia traductum, à Maria genitum: sed Virgo voluit Helianos suo titulo condecorare, vt sic innotesceret similitudo ad vtrumque Parentem ad Eliam in zelo, ad Mariam in titulo, quæ quasi fratres Christi *produxit, genuit, lactavit* Carmeli Sacratissimi alumnos, vt suos sibi charissimi natos. Sol inter maris vndas à sole in arce supera existente effigiat, cum lemmate ponitur. SIC NUMQUAM DEGENER ILLI. Sol Christus est, Sol Maria, Sol Helias, à dictione græca *Helios*, quod est Sol. Primus in Mariæ mari nascitur, soli æterni Patris simillimus. Sol Helianus ab illo non degener, etiam ex Mariano mari ortum habet, splendorem mutuans ab illa, quæ est electa vt Sol, & quasi ex fonte, ab vtrouque ebibens incrementa virtutum. Sed cur sic stricte prosequatur amore Deipara hunc ordinem, vt non solum suis portet visceribus, lacte nutriet, sed filij titulo velit celebrari, scilicet *Virginis de Monte Carmelo*, cum moris sit parentum nomine filios insigniri, perscrutemur. Hoc factum fuisse puto in signum cordialissimi amoris, & ferventissimæ charitatis. Quod colligo ex verbis sponsi sic ad sponsam alloquentis: *Revertere sumamitis vt intuemur te*. Cant. c. 6. Sumamitis vocatur à Civitate nomine *Suma*, inquit Lyranus, sita iuxta Montes Thabor, & Hermon, in qua pluries hospitatus fuit Eli-

in 2. Reg. c. 3.
Marius de Cal.
t. 4. Concor. Hebr. Hays in
Bibl. max. t. 18
in indic. Div.
Hier. Bed. Januens. in Catholic.

(Q) Absalon
Abbas ser. 1. de
Assumpt. qui
est 43. Adamus
Brouverus, in
Salut. Angel.
or. 1. D. Amb.
de Nat. Dom.
ser. 3. D. Chrys.
ost. de Ascens.
Helie, hom. 3.
Cant. c. 6. v. 12
Lyr. in Gloss. ibid
Genebr. Aquila,
Menoch. &
alij Corn. à
Lap. ex Gistler.
Marius de Cal.
lass. & alij.
Arist. 1. 8. Polit.
Plato, 1. de Sap.
Theatr. Vit.
burn. verb. Nom.
men. Celsus
Rhodig. lect.
Antiq. 1. 13. c. 6
Cic. ad Quint.
Fratr. idem in
Lelio. D. Ber.
in Cant. ser. 8.

(O) Plin. l. 12.
c. 5 D. Bern. ser.
70. in Cantic.

(P) Sixtus V. in
Bulla apud
Cberib. in Bul.
lar. Magn. l. 1.
Parai. c. 3. Da-
niel Agric. in Co-
ron. stella 12.
cor. 5. & stella
3. cor. 10. Alan.
Varen. de Lau-
dib. Mariæ
ser. 1. Richard.
ad S. Laur. l. 2. p.
1. caus. 21.
Deut. c. 7. v. 9.
Ioan. c. 14. v. 7
1. 2. Reg. c. 3. n.
3. Lyr. in Gloss.
ex Hebr. ad 1.
Parai. c. 3. &

seus Heliae discipulus. At aliorum placet opinio sic legentium: *Revertere Salomonia*. Cur perbella Sunamitis à *Susan* oriunda, modo appellari patitur Salomonia? Scio Salomoniam idem sonare ac *perfectam*; unde quasi à digniore sumit nomine cognitionem, ut potius ex virtutis titulo cognoscatur, quam alio. Sponsa enim solitariam, & pastoritiam vitam agens, deserti colona, perfectionis sedulo tendebat ad iter, & memor dogmatis quod *pulchra nomina imponenda sint pueris*, ad perfectiora spirans, nomen etiam perfectionem redolere satagebat. Dicitur ergo nomen, quasi *notamen*, nam per id, quo aliquid nominamus, illud agnoscitur. Est etiam saepe nomen virtutis, felicitatis, ac eius communicatio, amoris indicium: quapropter sponsa non parvipendens Sunamitidis nomen, deinde Salomonia voluit nominari, ut ex nomine, & omine virtus, felicitas, & amor ulterius innotesceret magis. Ad amorem enim *duo maxime movent similitudo, & exemplum*. Imo ut docet Bernardus, *Imago, & quod ad Imaginem, de vicino se respiciunt*. Se in Salomonis corde impressam sponsa cernebat ut amoris simulachrum, unde nomen etiam transfudit ad maioris charitatis argumentum. *Heliotropium* (R) seu *sponsa solis* depingitur, solem respiciens, ad quem prorsus convertitur, cum Gnoma: **ÆMULA NOMEN HABET**. Dicitur enim *solsequium*, quia eius motibus folia circumaguntur: unde *Heliotropium* dicitur ab *Helios*, quod est *Sol*, & *Tropos*, quod est *conversio*. Maria sic ad Helianum se pia convertit solem, ut eius agnomine cognoscatur. *Ordinum enim primus*, (cum Thoma Bosio loquor) *est Sanctae Mariae de Monte Carmelo*. Ad dam, quod *Heliotropij* radix *Helios* à Plinio appellatur; quatenus innuebat in Heliae Paradiso Mariam radicari, quia radicavit in populo honorificato. Et bene per Mariam honorificato, quæ mater, & Planta, nomen montis præferens, ipsum exornat, nutrit, lactat, fecundat, & exaltat. Id roborare videntur verba, quæ pro Deipara ab Ecclesia leguntur ex Eccl. 24. *Ego mater pulchra dilectionis, & timoris, & agnitionis, & Sanctae spei*. Mater dicitur pulchra dilectionis, *idest Christi* (exponit Alensis) *qui est pulchra dilectio, & in quo didicit adoptivos alere*. Habet meus Parens D. Bonaventura, Sic B. Virgo est mater pulchra dilectionis, quæ *Donum Dei est*, ex meo Parente Augustino. Est autem dilectio, quasi duos li-

gans, vel duorum ligatio; Mariæ videlicet cum Christo, cuius mater naturalis est; & Mariæ cum Carmelo, quem genuit, quem produxit, quem lactavit. Sic mater est dilectionis, in utroque enim pulchritudo iustitiæ est, & quorum pulchritudinem candoris admiratur oculus. Nec dissentiant ab hoc sensu Biblia Tigurina sic legentia: *Ego mater pulchrae charitatis, & Religionis*. Deus charitas substantialis est, mater eius propria Virgo Maria, cuius Beatus venter, & vbera. Mater etiam Religionis est. Cuius? Oracula fidei data asserunt ipsam, Religionem Carmeliticam genuisse, & lactasse. Est igitur Maria, Mater Christi per naturam, & Carmelitanae Religionis per eminentem adoptionis gratiam. Ad hæc inde illative sequuntur *timor*, nempe reverentia, & cultus Dei, vicens à principio Ecclesiæ in Carmelitano Monte. *Agnitio*, qua Deum, resque cœlestes cognoscamus, ut contemplativorum plures in Carmeli solitudine fecerunt. *Spes*, omnis boni, per Virginem de Monte Carmelo fidelibus à Deo conferendi. Hæc scite D. Antonius collegit sic: *Maria mater harum se virtutum dixit, quia eas in mente concepit per infusionem gratiae, & parturivit istos filios*. (S) Liceat adhuc in lectione proposita immorari. Maria, dum mater Christi (qui est pulchra dilectio) & Carmeliticae Religionis constituitur, etiam mater *Charitatis*, & *spei* nominatur. Cur harum potius virtutum? Ratio ex veridica veridici, ac Subtilis Præceptoris doctrina deducitur. Charitas etenim attingit Deum, ut in ipso sistat homo: spes verò, prout ex ipso aliquid boni nobis provenit, aut provenire potest. Maria igitur illas fundans relationes maternitatis naturalis, & adoptivæ, facit homines in Deo per amorem radicari, in Deo sistere, & bona omnia misericorditer nobis infundi. Consulantur ad hoc innumera miracula, quæ passim in Chronicis Carmelitanis leguntur. Nunc sit Cornucopiam floribus, ac fructibus onustam depingere, subiecta inscriptione: **HINC VENIT OMNE BONUM**. Et certe hæc potius mystice Mariæ congruunt, quæ de se ipsa canit: *Flores mei fructus honoris, & honestatis*. Seu, ut alij habent, *Gloria, & divitiarum gratia*. Sic flores spei, & charitatis fructus in Virgine de Monte Carmelo satis abunde reperiuntur, & inde omne bonum ad nos usque procedit. Id sapiens Idiotæ sic scripsit: *Inventa Virgine invenitur omne bonum*. *Ipsa namque diligit diligentes se*

Per Virginem de Monte Carmelo Pignora cœlestia nobis refunduntur.

(S) D. Antonius in Opusc. de B. Virgin. c. 2. §. 1. Subt. Doct. in 3. d. 2. q. unic. a. 2. & in 3. d. 26. q. unic. & alij in locis Chron. Ord. Carmelit. latissime. Idiot. in Prolog. de Virg. Maria.

Omne bonum in Virgine Maria, & ab ea, ac per eam nobis communicatur.

(R) Angl. l. 19 c. 53. Thomas Botius de Signis Eccl. l. 9. Plin. Hist. Nat. l. 2. cap. 41. & 49. Eccles. cap. 24. v. 24. Hæc in Conc. ibi. Alensis ibi. à Bonav. in Spec. B. Virg. c. 6. D. Aug. in sent. 30. Ianeſ in Cathol. verb. Dilectio. Bibl. Tigur. in Max. Corn. à Lap. in cap. 24. Eccl. v. 24.

tanta quoque est eius benignitas, quod nulli formidandum est ad eam accedere, tantaque misericordia, quod ab ea nemo repellitur.

168 Hanc adoptionis præcipuæ gratiam nobilitare Carmelum, mihi indubitabile occurrit. Siquidem adoptio est actus legitimus naturam imitans ad solatium liberorum inductus. (T) Nec dubium, maximum coalescere Carmelitis solatium, dum à Maria inter Charissimos filios numerantur; ex quo eis maxima etiam nobilitas, amor, & excellentia profuit, ex quo Virgo eos in liberos adoptavit. Idcirco etiam vterus Deiparæ beatificatur, quia ex ipso creditur Processus. Ait B. Angelus del Pas. Vt enim profert D. Anselmus, *servire huic Regine, & inter mancipia eius numerari plusquam regium est.* Hoc omne usque modo prolatum ex radiantis fideris splendore demonstratur. Dum enim Sabæi reges testem adhibent nati in Iudæa Salvatoris, sic narrant: *Vidimus Stellam eius in Oriente.* Math. cap. 2. Plures autem metheorum fuisse lucidum divina virtute in sublimi generatum: Imo (imperfecto dante) in *Stellæ medio puer recens natus apparebat.* Perpende Stellæ nobilitatem, & magnitudinem, ubi nati Imago Domini, imo & Virginis sic stricte illius sigillatur cordi, ut ex tribus vnum mirabile confurgat fidus, in quo inefabili amoris nexu copulantur. Sed ubi eis primo hæc apparuit Stella? *Super montem victorialem.* Ait cum alijs Petrus de Natalibus. Res miral Mons pro stemmate ferens Stellas, Carmelus proculdubio est; hæc enim sunt arma militiæ suæ: & ita arcte Iesus annectitur Carmelo, ut cum primo apparet, in eo apparet, nec finat huius montis Stellas ab eo disiungi, sed Mariæ in sinu, vinculo vult amoris connecti. Videtur autem in Oriente, in Iesu utpote, cuius oriens nomen eius. Zach. cap. 6. Iesus in Stella Orientis conspicitur, Stella cum Iesu conglutinatur, ut nobilitatem, & splendorem non penitus putarem diversum, sed eundem, ab ipsdem visceribus natum. *Ad eius enim partem respiciebat Cælum, quasi ante tempus maturaret completi eum, qui in spelunca latebat.* Quid mirum, si id Stella Montis Carmelitici exequatur, cum ex Helianis plures (Baptista utpote, D. Andræas, & D. Martialis, & ex dictis alijs) ex primis fuerint, qui legem Evangelicam, & susceperint, & annuñciaverint? Montem suscipe Stella superius ornatum, in qua Iesus depingitur, addita litera. IMA SUMMIS. Ma-

ria siquidem publico hoc enco mio gaudet, quod Deum, & hominem genuit (imo Carmeliticum etiam ordinem genuit) in se reconcilians ima summis. Dei utpote summam ferens vtero altitudinem, excellentiam vtero complectens Carmeli humilitatem. *Stella Maria fuit in filij Dei nativitate* (V) tunc enim emisit radium, totum mundum illuminantem. Inquit Doctorum Doctor Alensis. Cui addamus dictum Danielis Agricola: *Hæc (Maria) est Stella, quæ apparuit Magis, non in firmamento, sed subter, ac si diceret, cum Psal. 17. Inclinauit dominus Cælos, & descendit.* Ad Carmelum Montem Stella maris descendit lumen de lumine ventre Virgineo complexura, & nexu amoris indissolubili Carmelum; quem vterque illuminat, illustrat, nobilitat. Arridet etiam his illud Apoc. c. 1. *Vidi in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, vestitum podere, & habebat in dextera sua Stellas septem.* Vestem illam fuisse Sacerdotalem, ambigit nullus; Immaculatam tamen carnem, quam Christus ex Virgine assumpsit, intelligit D. Bernardinus Senensis. Biblia autem Arabica vertunt: *Vestitum veste mirabili.* Utpote, quia miro artificio, & pulcherrimo erat contexta. Exponit Parisiensis Haye. Sanguine etiam aspersa vestis illa cernebatur: propio videlicet, seu Martyrum quos occiderant Sarraceni. Nunc, cur Stellas manu portet, inquiramus. Quod manu, ut ibi detineatur, arripitur, plurimi fit, ac dilectionis signum, & firmitatis importat, Lyrano docente. Insistendum nunc Doctrinæ Astronomicæ à nostro Anglico traditæ. Mirabilis speculatur in Cæli Axe constellatio, quæ *Arcturus* dicitur, septem constans Stellis in modum plaustrum conspicua revolutis, unde *Currus* vulgo appellatur; nomen quod Eliæ imposuit Eliseus, & approbat Spiritus Sanctus, 4. cap. 2. v. 11. *Currus Israel.* Vide Carmelitici Ordinis non mediocrem, nec datam sine aliquo fundamento excellentiam. Dum verbum mirabilem induit carnis amictum, manum septem Stellis, Helix curru, Heliana Religione exornat, ut sic lucidior videatur, venustior, splendidior. Stellæ siquidem regulariter currunt, & Prælatos Religiosos designant, Carmelitanos maxime, ad quos interest Stellas pro stemmate honorifico deferre. Insuper, quia *Currus* hic, sive *Arcturus*, numquam occidit, quod propie Carmelitano Ordini adæquatur; Divo enim Petro Thomæ oranti dixisse Christum fertur: *Confidito Pe-*

(V) Alex. Alensis in Gloss. ad c. 1. Luc. Daniel Agric. stella 3. cor. 10. Apoc. c. 1. v. 13. D. Ant. Pad. in cap. 1. Apoc. v. 13. D. Bernardin. Sen. ibi. Lyr. Alensis, Titelman. Haye. Menoch. Gloss. Ord. & alij. Lyr. ad c. 22. Jerem. v. 24. Bibl. Arab. in Max. Haye in Conc. lit. Angl. 1.8. c. 35. 4. Reg. cap. 2. v. 11. D. Bern. Sen. loc. cit. Berch. in c. 1. Apoc. Moralit. 1. & lib. 5. Reduct. c. 32. Rupert. & Aretas sup. Apoc. c. 1. apud Lauret. Cervar. Chron. Ord. Carmelit. & in vita D. Petri Thomæ.

(T) Theophilus 1. Adoptio, & eodem tit. 1. & servorum, & Ingeni. ff. de statu hominum. l. Filiam 9. & liberos 10. de Senat. l. exemplo, l. eos, C. de decuritionib. l. 10. D. Anselm. l. de Excel. Virg. c. 9. Plures apud Estium. ad c. Matb. 2. v. n. 2. Imperf. hom. 2. Petrus de Natal. D. Epiph. Claud. Rota, & alij. D. Arbanasorat. de Astenf.

Stemmata Ordinis Carmelitani, Mons à stella coronatus.

*trè, Religio enim Carmelitana usque ad finem mundi est duratura. Sanguine tandem Martyrum huius Ordinis, vestis Christi intingitur: vno enim ictu pro fide Christi ex hoc Sacratissimo Ordine quinquaginta quatuor millia Martyrum gloriose ceciderunt. En vnde Christus vestitur veste mirabili, Stellis Carmeliticis manum exornat, eius purpureo murice nobilitatur. Circumeuntes Polum septem Stellæ depinguntur, subiecto lemmate: SCITE PULIERE POLUM LUX HÆC, NEC OCCIDIT VM-QVAM. Polus, est Persona filij Dei, cuius due nature: (X) una est visibilis, nempe humana, alia pro statu isto invisibilis, utpote Divina. Ait Berchorius Stella hunc Polum splendore obliterando numquam, tanquam Cœlorum veste exornantes, Carmelitani sunt; quorum Pater, Currus Israel, & cœlestis Arcturus dirigit ad præmium virtutis consequendum, etiam in mundi vasto mari fluctuantes. Maria etiam Elia currus à Ioanne Geometra vocitatur, quatenus nos vehit ad virtutis fastigium, nos dirigit per mare sæculi ne in abyssum labamur æternum. Stella siquidem Polaris est, de qua dicitur Job cap. 22. Circa cardines Cœli perambulat. Nec solum huius Montis Maria Stella est; summa oppignatrix est, in qua sunt divitiæ, & gloria, munificentia delens illud Arist. Apophtegma, *difficili est largum fieri divitem*. Ille ter Beatus Simon Stochius huius Sanctissimæ Familiæ Generalis fuit, qui apiculæ officiosæ instar cavi suberis se intra viscera continens in cœlestes echtales continue agebatur, cui se ultro obijciens gratiosa Virgo, Scapulare tradidit, pretiosissimum amoris pignus, hæc proferens verba: *Accipe hoc Scapulare tibi, & cunctis Carmelitis privilegium, meæ confraternitatis signum, in quo quis moriens æternū non patietur incendium*. Vere charitatis munificentissimæ signum, filialis amoris nexus, quo perpetuo Carmelitani in obsequium Virginis honorabili clientela manciantur. Principum enim dona sunt autoramenta servitutis, ut scribit Demosthenes. Sed opportunius ad rem facit, quod Deus Moyssi indidit Exod. cap. 28. *Facient superhumeralē, rationale quoque iudicii faciens*. Magister sentit superhumeralē Aaron vestem esse sanctam defendentem ad scapulas usque, & pectus, ut figuram imitaretur Scapularis. Nec alij defunt, qui ab hac sententia non discedentes, loco superhumeralis legunt, *superindumentum*: quod minime à Scapulari videtur discriminatum: etenim vel supra subuculam, aut super tunicam à dorso, usque ad pectus pender. In hoc nomina filiorum Israel onychinis inclusa gemmis, ut memoriale eorum fieret Domino, portabantur, ab eodemque pendulum cernebatur rationale iudicii & memoriale itidem coram Domino. Aperit Magister sensum, divusque Anastasius Synaita. Cum Sacerdos sistebatur coram oraculo, quadrangulum (quod erat ex panno duplici) mira refulgentia emicabat ob preciosissimum Lapidem ex illo pendentem: *Ut omni fieret multitudinē manifestum, in eorum auxilium Deum adesse*. Magister subdit, O sacrum amicum, ex quo salus, vita, felicitas, & omne bonum Populo Israel emanabat! Vestis illa, illeque lapis cunctis splendebat in subsidium, attendebatur in refugium, & quidquid commodi pro voto auspiciabantur Hebræi, ex illo sacro pendebat superhumerali. Hæc adscripsit Mariæ soli D. Andreas Cretensis, sic fans: *Ave diadema pulchritudinis, regalibus undique magnifice decorata prerogativis regale indumentum, corona gratiarum, sanctitatis bractea, rationale manifestationis*. Christum designat etiam, nos reconcilians Deo Patri, per amorem in pectore portans, per ærumnas, ac labores in humeris sustinens. Sic Rupertus. Sed age: Scapulare Virginis in superhumerali, ac Rationali effigiatur, in quo virtus Virginei lapidis supereminet, ex quo nostra omnis felicitas provenit. Asbestum Arcadiæ superexcellentem lapidem appone, ex quo vitæ dependent plurimæ, in ignis medio splendidiorē, nec consensum, adhibita scriptione: *AVGET IN IGNE DECOREM*. (Y) Mariam hic lapis denotat, ex qua vitæ vitæ, Scapularia nempe pendent, quæ non tantum Purgatorias extinguunt flammæ, sed cum his quis moriens æternum non patitur incendium, sed Virginis interventu gloriam, & magnum decorem imponit. Dominus super eum. Psal. 20. Hæc est Mariæ largitas, & beneficentissima liberalitatis erogatio, qua culpa tergitur, salus perditæ recuperatur, ignis extinguitur, gratia augetur, iustus proficit, Peccator mortuus reviviscit. Liberalitate namque etiam vitia teguntur, ne ex inopinato puniantur. Addensentur & alia, ab his nec devia, nec legentibus ingrata. Sacra veste Scapularis fidelibus vestitis spondet Virgo, quod æternum non patientur incendium. Mira dignatio, sed tantæ matris largitio fundum non habet: sicque fundū*

pulari videtur discriminatum: etenim vel supra subuculam, aut super tunicam à dorso, usque ad pectus pender. In hoc nomina filiorum Israel onychinis inclusa gemmis, ut memoriale eorum fieret Domino, portabantur, ab eodemque pendulum cernebatur rationale iudicii & memoriale itidem coram Domino. Aperit Magister sensum, divusque Anastasius Synaita. Cum Sacerdos sistebatur coram oraculo, quadrangulum (quod erat ex panno duplici) mira refulgentia emicabat ob preciosissimum Lapidem ex illo pendentem: *Ut omni fieret multitudinē manifestum, in eorum auxilium Deum adesse*. Magister subdit, O sacrum amicum, ex quo salus, vita, felicitas, & omne bonum Populo Israel emanabat! Vestis illa, illeque lapis cunctis splendebat in subsidium, attendebatur in refugium, & quidquid commodi pro voto auspiciabantur Hebræi, ex illo sacro pendebat superhumerali. Hæc adscripsit Mariæ soli D. Andreas Cretensis, sic fans: *Ave diadema pulchritudinis, regalibus undique magnifice decorata prerogativis regale indumentum, corona gratiarum, sanctitatis bractea, rationale manifestationis*. Christum designat etiam, nos reconcilians Deo Patri, per amorem in pectore portans, per ærumnas, ac labores in humeris sustinens. Sic Rupertus. Sed age: Scapulare Virginis in superhumerali, ac Rationali effigiatur, in quo virtus Virginei lapidis supereminet, ex quo nostra omnis felicitas provenit. Asbestum Arcadiæ superexcellentem lapidem appone, ex quo vitæ dependent plurimæ, in ignis medio splendidiorē, nec consensum, adhibita scriptione: *AVGET IN IGNE DECOREM*. (Y) Mariam hic lapis denotat, ex qua vitæ vitæ, Scapularia nempe pendent, quæ non tantum Purgatorias extinguunt flammæ, sed cum his quis moriens æternum non patitur incendium, sed Virginis interventu gloriam, & magnum decorem imponit. Dominus super eum. Psal. 20. Hæc est Mariæ largitas, & beneficentissima liberalitatis erogatio, qua culpa tergitur, salus perditæ recuperatur, ignis extinguitur, gratia augetur, iustus proficit, Peccator mortuus reviviscit. Liberalitate namque etiam vitia teguntur, ne ex inopinato puniantur. Addensentur & alia, ab his nec devia, nec legentibus ingrata. Sacra veste Scapularis fidelibus vestitis spondet Virgo, quod æternum non patientur incendium. Mira dignatio, sed tantæ matris largitio fundum non habet: sicque fundū

Scapulare Virgineum Heliani Ordinis, omnis boni complementum, mali ventilabrum.

(Y) Richard. à S. Laur. l. 10. tit. 42. Ang. l. 16. c. 12 Philip. Picin. l. 12. c. 6. D. Isid. Orig. l. 1. c. 4. Berch. & alij Max. in Hist. Sex. Cicer. l. 2. de Offic. Cant. c. 5. v. 14. Lyr. in c. 1. Cât. & usque ad 8. pessim. Bibl. Venet. in Max. ibid. Mayol. So. l. 1. c. 1. D. Basil. & Arn. in Ps. 44. Rich. à S. Laur. l. 10. tit. 2. B. Am. Episc. Lausan. de Laud. Mar.

hom. 8. D. Greg.
in c. 5. Cant.
Berchor. in Red.
l. 11. c. 118. n.
5. Ps. 44. v. 3.

Maria in ventre Carmelitanos portat, ut filios suæ gratiæ specialiter adoptatos.

abyssi abest, proculque sit ab illis quibus Virgo Carmeliticum suum largitur amictum; imo & adiudicati temporalibus Purgatorij cruciatibus, Sabbatho ad discessum sequente, à Virgine ad superos deducuntur. Hæc in Sacris obumbrantur Biblijs; nam Cant. c. 5. ait Salomon: *Venter eius eburneus distinctus Saphiris.* Par laudatio sponsi, & sponsæ est, inquit Magister interpretum. Hic benedictus Mariæ venter, *ebur ut amictum habet*, ut Biblia Veneta tenent; ut pateat candidam esse vestem, qua in visceribus latens Mariæ partus induitur. Sed cur ebur, non nivem hic candor æmulatur? Solutionem ex Solino, & Mayolo carpas. In Erithreo (Rubro videlicet) mari moris est Piscatoribus speciosissimas ex imo aquarum extrahere Margaritas: quas non retibus, vinctino, aliove arripiunt instrumento, sed discis eburneis in profundum immisis: etenim compertum est ebori inesse virtutem lapides illos ex oculioribus ad lucem extrahere meatibus Animas adumbrant Margaritæ, quarum plures Purgatorij penetralibus detruduntur; aliæ quibus ob perpetrata delicta, pœna comminabatur æterna; sicque in profundo sistuntur ob reatum, aut gravamina culpæ: sed amictu Virginis eburneo, Scapulari videlicet sacro, in columnas ab utroque evadunt periculo, lumen æternum in æternum vituræ. Ebur Mariæ charitatem designat, qua fideles extrahit à peninis, à profundioribus revocat periculis, ut nec absorbeantur à tenebris, neque à gratiæ lumine arceantur. Omnia hæc oratione hac complectitur noster Amadeus Lausanensis, dicens: *Nulli, extrema pericula, incertos exitus vitæ, & mala quæque humani generis, æque ut Dei Genitrix valent examinare, examinando cœlesti auxilio diluere, & propulsare.* At textus subsequencia examinentur verba. Non solum Mariæ venter speciosissimo candore illustratur, sed ut intendatur forma pulchritudinis, est *distinctus Saphiris.* Saphirus vnicus cœlestis, Christus adoratur ut ex D. Greg. & Pictaviensi deduco; qui sicut lapis ille cæteros in specie, & valore excellit, sic est *speciosus forma præ filiis hominum.* At, non vnicum hic est reperire Saphirum, sed plures. Num Maria plures perhibetur habuisse natos? Adoptionis plurimi eam veneratam ut matrem agnoscunt: sed qui sint qui in ventre velut Saphiri custodiendi portantur, videamus. Saphirus (ex Anglico, & alijs deduco) lapis est Cœlo sereno simillimus, inter gemmas summe pretio-

sa, regum digitis magis apta, stellam relucens in corde habens: sicque quot Saphiri, tot stellæ. Vide igitur Christum in utero Mariæ ut Saphirum præciosissimum concipi, & stellatos etiam Carmeli Saphiros in eodem ventre mystice produci, Mariano lacte nutriri. Inter omnes enim ordinum cœtus sola Carmelitana Religio stellas pro stemmate profert, ad Saphiri speciem (Z) in ventre Mariæ transmutanda: sic gemmarum gemma hic ordo est, à quo omnis alia Monachorum Religio (cum Polydoro loquor) *velut à fontali principio emanavit.* Cœlum refert, cœlestes producit colonos, vitam per omnia cœlestem ducentes; Regi Regum velut fraternali fœdere associata, ut sit *corona gloriæ in manu Domini.* Isai. 62. Ni dicamus, hunc ordinem velut Saphirum in Marianæ charitatis visceribus natum, ipsam præferre in corde, ut Patronam, ut charissimam Matrem, ut eius potiori titulo sibi compenset amorem. Depingens montem stellantibus Saphiris in supercilio compactum, supposito lemmate: SPECIES SIMILIMA COELO. Hoc Hugo Victorinus perbelle nostris adaptat lineis dicens: *Saphirus, qui talem habet colorem, qualem habet Cœlum cum est serenum, significat illos, qui in terra adhuc positi, intendunt cœlestibus, & cuncta despiciunt.* Si intuitum ad præscos Montis Carmeli incolas reflectamus, Cœlum rapuisse orantes haud verebimur asserere, & velut stellæ manentes in ordine suo, hunc ornabant ut Saphiri, per illud meditates divagabantur ut stellæ, spem pro se, & alij concipientes, dum æterna operabantur bona, vel subsequenter ministrantes sanctæ operationis exempla. Sic textum explicat Alanus de Insulis. Sic distinctus Saphiris venter Mariæ, sed eburneo decoratus amictu, quo è tetrīs Purgatorij carceribus Margaritas (Fidelium utpote animas iustas, dante Berchorio) extrahit in cœlesti ædificio reponendas. Ad hæc ardentem tibi obijce candellam alijs circumcirca extinctis, lucem quibus impertitur, litera sic loquente: EXTINCTIS LUMINA REDDIT. Virgini de Monte Carmelo hæc verba aptius concordant, de qua dicitur Prov. cap. 31. *Non extinguetur in nocte lucerna eius.* Quæ animabus in Purgatorio, ad cœlestis gloriæ lucem promovendis, ductum præstat, per sui Sacri Scapularis amictum, ut luceant sicut stellæ in perpetuas æternitates. Adsit meus Parens D. Bernardin. Senen. dicens: *Beata Virgo*

(Z) Anglic. lib.
16. c. 87. Berchor. l. 11. c. 118.
Plin. D. Isidor.
Richard. Vict.
in Apoc. c. 21.
Polydor. Virg.
de Carm. Ord.
Hug. de S. Vict.
l. 3. de Best. c.
58. Pict. loc. adduct.
Mardocheus c. 52. Dactiloth. Aldrovandus de Lapid. Franciscus Rucius de Gemmis late. Alan. de Insulis de B. Virg. Elucid. in Cant. c. 5. v. 14.
Berchor. l. 21. c. 93. v. 4. Prov. c. 31. v. 17. Glos. ibid. D. Bern. Senens. de Glor. rios. Nom. Marie. ser. 3. art. 2. c. 3. Dan. Agr. in stellæ 1. cor. 3. & stella 9. & stella 4. cor. 11.

Scapulare Vir-
ginis de Mon-
te Carmelo
singularē vir-
tutem habet
animas ē Pur-
gatorio ex-
trahendi.

in regno Purgatorij dominiū tenet, prop-
terea inquit Eccl. c. 24. in fluctibus ma-
ris ambulavi. Pœna siquidem Purgatorij
ideo dicitur fluctus, quia transitoria est,
sed additur maris, quia nimirum est
amara. Ab his tormentis liberat B. Virgo,
maximē devotos suos. Plura dicam, ete-
nim refrigeratio contra ignem Purgato-
rij B. Virgo non immerito prædicatur, ut
habet Daniel Agricola. Idcirco amictus
eius, vestis vtpote sacra Scapularis, e bore
intensorem continet virtutem ad fideles
ē profundo barathro extrahendos.

169 Allicior adhuc ad huiusmodi
argumentum pro fidelium voto, & Reli-
gionis Carmeliticæ gloria examinandum,
virgineo infitens oraculo sic proferenti:
*Accipe hoc scapulare, ecce signum salutis,
salus in periculis, fœdus pacis.* Sic Ma-
riam D. Andræas Cretensis laudabat, hæc
proferens: *Salve Dei ad nos promissio-
num, & prædictionum limes, expectata
gentium salus.* Quæ verba ipsa virgo ad
suum retorquet scapulare, & merito. Si-
quidem salutis signum est, quo quis in vi-
ta insignitur, salutem in vtroque homine
consequitur. (A) Deduco id ex illo Psal.

(A) D. Andr.
Cretens. de Nat.
Virg. orat. 2.
Ps. 31. v. 1. &
16. ac 9. Lyra,
Haye, Alenst,
D. Aug. & em-
nes. Absal. Ab-
bas de Assump.
Mariæ ser. 1.
qui est 43. D.
Ambr. serm. 80
Joan. c. 15. v.
15. Lyra ibi.
Bibl. Arab. in
Max. Ps. 131.
v. 9. Lyr. v. 16.
in Gloss. Absalon
Abbas serm. 2.
de Assumpt.
Mariæ, qui est
44. Iacobus de
Val. in Ps. 131.
v. 16. Alenst
ibidem. D. Aug.
in Ps. 131. An-
glic. lib. 17. c.
101. & 135.

Quodnam in-
ter salutē, &
salutare, dis-
crimen. Sacru
Scapulare cur
non salutis,
sed salutare
indumentum
dicitur.

131. Sacerdotes eius induam salutari, &
sancti eius exultatione exultabunt. Hoc
David cecinit pro translatione Arcæ (quæ
Mariæ Typus est) in Templum à Salo-
mone filio suo extructum. Sic Lyranus,
Alensis, & alij. Sacerdotibus igitur salu-
taris impenditur amictus, ut sic sacris
occurrant Marianæ Arcæ tripudijs, & sa-
lutifera oppignorati tessera, alios post se
trahant talem ambientes amictum. Sic
ideo alij legunt: *Amici tui amicientur
salute.* Hi indefinite iusti omnes sunt,
quos dominus iam non dicit servos, sed
amicos. Joan. c. 15. Vifa Arca tripudiant
omnes, vestem induunt salutarem, ut
quasi per Arcam putarentur consequu-
tos esse salutem. Id Lyra aqualiter de-
scripsit dicens: *Salvabo eos undique, si-
cut indumentum circumdat hominem
circumquaque.* Vtpote omnes amicos, si-
ve Sacerdotes sint, sive non: Hocque per
Mariam; *Etenim sicut omnium est regi-
na, ita & Patrona, & quantum in se est
aque exorabilem se prabet omnibus, quæ
super omnes plenitudinem accepit digni-
tatis.* Ergo longo positos illuminat radio
misericordiæ; eos qui prope sunt, hoc est
viros Religiosos consolationis suavitate;
ceteros qui secum sunt in patria, excellen-
tia gloriæ. Sive enim iusti, sive peccatores
exorant Mariam. Scribit Abbas Absa-
lon. Sed dicam, illi unde exultant? Exul-
tabunt exultatione, quia induti sunt sa-

lutari. Respondet meus Parens D. Au-
gustinus. Vestimentum gratiæ est salutare
hoc, inquit Præsul Christopolitanus, quod
omnibus proponitur Ecclesiæ fidelibus
induendum, ut Mariæ gratiam conse-
quantur. Non salutis, sed salutare præ-
dicatur hoc indumentum. Quare? Salus,
cum qualitas sit orta ex temperamento
primarum qualitatum, (de salute corpo-
rea loquendo) propria est huius, aut il-
lius individui, nulli alteri ex natura rei
communicabilis. Mea siquidem salus, nil
Petro v. g. proficere potest. At, quod
salutare est, commune omnibus est: Ut
patet in Rosa, quæ contrita salutaris est
contra vomitum colericum, syncopim,
cordiacam passionem, & alia. Myrrha
humores purgat, cerebrum confortat, &c.
Hæc salutaria dicuntur, nulli etenim ho-
minum denegantur. Sic virginea vestis,
sic scapulare Mariæ, salutare quid cun-
ctis inducit, huic corporis, animæ illi.
Non pigeat iterato D. Ambrosium sic
loquentem audire: *Rectè Maria velleri
comparatur, de cuius fructu salutaria po-
pulis vestimenta texantur.* (B) Ideo fas
erit Eliseum Eliæ pallium levantem pro-
ponere, cum dicto: VIRTUS AB EXV-
VIJS. Hic enim Carmeli antiquissi-
mus cultor, & vivus, & mortuus mortuos
fufcitavit, læpras, aliasque ægrotudines pel-
lit, fale salutem Jerichuntinis impendit,
aliaque operatus est portenta postquam
recepit pallium salutare, cum quo requie-
vit super eum duplex Spiritus Eliæ. Ma-
riæ hæc amplius à D. Anselmo sic attri-
buuntur: *Tu Maria, quæ plena salute es
potita, & quæ pro totius mundi salvatio-
ne meruisti fieri mater altissimi, eo nos
propensiori studio iuvæ precamur, & fo-
ve, quo in fœcibus mundi natos, & alios
potiori levamine prospicis indigere.* Nec
solum salutaris perhibetur hæc vestis, sed
magna fidelium salus in periculis, in
quibus singularis opera exigitur. Vnde
D. Anselmus virgineæ umbræ expertus
suffragia dixit: *O Virgo, ô Maria, ad sis
mihi in periculis, ad sis in angustijs, ad sis
in principio letitiæ meæ.* Si enim dono tuo
hoc mereor obtinere, numquam funditus
vereor interire. Ipsa idem antea prædica-
bat, hæc proferens: *Qui me invenerit,
inveniet vitam, & hauriet salutem à do-
mino.* Prov. c. 8. Hæc de Maria canit Ec-
clesia, vita enim nostra dicitur Maria,
Sine illa enim, quid nisi caligo involvens,
& umbra mortis? Profert Bernardus.
Imò vite armarium, & spes vite à
Chrysippo, & Richardo appellatur. Aere,
& spiritibus vita perficitur, & sine Mariæ
hali-

(B) D. Ambr.
de Nativ. Dom.
serm. 2. lib. 4.
Reg. 3. v. 21.
& toto c. Lyra
ibi. in sua Gloss.
D. Anselm. in
opus. c. 12. D.
Bern. in serm.
apud Andr.
Ebores. D. An-
selm. in opusc.
c. 12. orat. 5.
Prov. c. 8. v. 35
Ecclesia in of-
fic. Immacul.
Concept. apud
Franciscanos.
Chrysipp. de
laud. Virg. Ri-
chard. à S. Lau-
rent. lib. 8. Ber-
ch. in direct.
Alanus de In-
sulis, ad cap. 5.
Cant. Berch. ci-
rat. Lyra in c. 8
Prov. vers. 35.
B. Amadeus
Lausan. Episc.
de laud. Christi
para. Hom. 8.
Cant. c. 4. v. 15
D. Epiph. orat.
de Deipara. D.
Chrysost. D.
Ephrem Syrus,
de laude Deip.
Alensis in Câr.

cap. 4. Daniel
Agric. stella 5.
cor. 9. Richard.
à S. Laur. de
Laud. Mariae
lib. 9. tit. 2.

Per Mariam
salus, & bona
omnia large
nobis refun-
duntur.

halitu tota ferè spes nostra frustratur. Avide igitur quærenda est hæc vita, sine cuius auxilio periclitamur perpetuo morituri. Quia *sine gloriose Virginis fide, qui Christum querit, errare potest, proficere non potest.* Ait Alanus de Insulis. Sed cur non hauritur vita, Maria inventa, sed salus qua omnia arcentur pericula? Sed & hoc satis. *Hauriet quod voluerit à domino, voluntatem, beneplacitum, & possessionem domini, ut legunt alij.* Qui homo desiderat? In maris periculo Portum? Si invenerit Mariam, domini voluntatem inveniet. Si inter ærumnas, lassitudines, ac discrimina periclitatur, hauriet salutem à domino. Quid est hauriet? Haurire, de loco profundo est aquam extrahere. Vide, Maria inventa, quod inveniuntur bona. Dei beneplacitum ad omnia bona consequenda consequitur, pericula eliminantur, salus quasi ex fonte hauritur, & secunda eveniunt omnia, quæ desiderantur. Omnia ad compendium trahit B. Amadeus Lauvanensis sic: *Mare presentis seculi navigantes, & Virginem invocantes plena fide, ab impetu procelle, & ventorum rabie eruit, eosque secum evantes ad litus felicissimæ Patriæ perducit. Duci non potest quoties hi asperimis scopulis naufragaturi offenderent, illi in syrtes pessimas non reversuri inciderent, hoc Scyllæ vorago biatu horribili mergeret, illos sirenarum cantus in exitium dulces detinerent, nisi stella maris perpetua Virgo Maria ope validissima obstitisset.* Puteus apponitur, ex quo quanto plus extrahitur aquæ, salubrior est, sibi adiuncto lemmate: **FITQVE SALVBRIOR HAVSTV.** Præclarum Mariæ symbolum, quæ à D. Epiphanio salutatur *Gratia plena, quæ sitientes perennis fontis dulcedine satiat.* Et à D. Chrysostomo, *Puteus semper viventis aquæ.* Imò D. Ephreem Syrus *fontem gratiæ, & totius consolationis Mariam appellat. Quia misericordiam, & consolationem per Mariam accipimus, ratione cuius ipsa fons Misericordiæ appellatur.* Ait Daniel Agricola. Puteus, Fons sive hic, semper copiose fluit, inhæxauribilia continens fluentia salutis, & gratiarum, salubriores continens quo plus potantur, aquas. De quo videndus Richardus à Sancto Laurentio. Ad ulteriora accedamus. *Fœdus pacis* Maria profert suum esse scapulare: *Ipsa etenim Virgo Arca est fœderis domini, (C) quia fœderavit nos toti Trinitati.* Tendit ille. Imò ipsam, nobis hoc signum è cœlo immisisse in signum pacis, utile, gratissimumque est,

nam *Pacis nomen, res est tum iucunda, tum salutaris.* Inquit Tullius. Idcircoque Idiotæ sapiens Mariæ dixit: *Fides tua, quæ pacem inter Deum, & hominem reperit, delectat oculum mentis.* Hocque Mariæ adscribitur, quatenus *dum Virgo Deum, & hominem genuit, pacem Deus reddidit, in se reconcilians ima summis.* Tandem Maria arcus fœderis est, fœdus pacis, eiusque sacrum scapulare, illis quos operit, summam animi ingerit tranquillitatem, ne hinc inde adversantibus obruantur procellis. Hæc mihi protulit Joannes Geometra, ac D. Parens, & Doctor Bonaventura eam vocitans *Arcum fœderis, & reconciliationis nobiscum Dei.* De eo sic sacre literæ verba dantur à Deo. *Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum inter me, & inter terram.* Gen. c. 9. *Erit signum testamenti, vel pacti.* Legunt alij. Vtpote, inivisse Deum sanctionem, ne ultra pateretur creaturas diluvij inundatione perire. Signum autem testamenti est, quia mentis est testatio, & voluntas ultima testatoris, qua aliquid quolibet privilegio non frangendum instituitur. Est & signum pacti, idest pacis placitum inter plures. Quæ omnia ab Iride ex nutu divino demonstrantur. Quatuor præcipue coloribus perornatur Iris, ut docet omniscius meus Anglicus: Nam *ex igne contrahit rubeam in supremo; ex terra viridem in infimo; ex aere lactativum; & ex aqua caruleum in medio.* Sic in torida nube vestitus apparet Iris, amictus lumine sicut vestimento: Qui ne timeant imbres *datus est in nubibus obses.* Affert ex alio Mag. Hist. Schol. Proprium autem huius cœlestis metheori est Solis mitigare ardorem; etenim dum in rorem, aut pluviam resolutus inferiora vegetat, & fecundat, mitius solis radios ad nos transfundi veluti cogit. Ignis enim in eo placidus, & luminosus, non vorax. Aqua lenis, exhilarans, non perstrepsens, aut dissolvens. Aer benignus, suavis, non procellis terram diluens, sed recreans halitu, Spem terræ viridi commendat amictu, ut sic in vberiores proveniant tempora fructus. En nostri argumenti perpulchra similitudo. Iris Maria est, sacram cœli Carmelitici speciem induens, variegata veste nos miseros protegens, in qua leoninus color ignem referens, Purgatorij temperat ignem, spem sibi addictis infundens primo post mortem Sabbatho à pœnali carcere evasuris, imbre miserationis immisso flammâ suffocante, eisque suavem auram, qua recreentur impendens. Sic solis iusti-

ta, lib. de Virg.
Maria, cap. 3.
Ioan. Geometr.
Hym. 3. D. Bon.
de laud. Virg.
n. 5. Gen. c. 9.
v. 13. Lyræ in
sua Gloss. v. 15.
& 17. Vlpian.
in instit. de Te-
stam. §. 1. l. 1.
ff. de Pactis. Lyræ
loc. cit. late.
& erudite. Sep.
& Bibl. Arab.
ia Max. ad c. 9.
Gen. v. 13. An-
gl. lib. 1. l. c. 5.
Pistav. in Red.
Mor. l. 5. c. 20.
Mag. Hist. Schol.
last. ad 9. Gen.
c. 9. Angl. co-
piose. ubi supra
Lyræ in Gloss.
ad c. 2. sap. v. 3.
& ad cap. 43.
Ecc. v. 12. Ar-
nob. in Ps. 104.
D. Hier. in c. 1.
hesych. Bedæ in
cap. 25. Prov.
D. Ambros. l. de
Noë, & Arca.

Virgo Maria
Arcus fœde-
ris, humanam
genus Deo re
concilians.

Bernardin. de
Bust. p. 9. ser. 2.
assimil. 12.

(C) Daniel
Agric. stell. 10.
Cor. 11. Cic.
Phillip. 3. Idio-

tia ardorem mitigat, ne radij in fulgura ob a nobis perpetrata facinora convertantur. Eatenus enim est signum pacti, Testamenti, foederis, & amicæ reconciliationis. Nec prætereundum est, cum Maria pacem inducit mundo sempiternam, Arcum foederis vocari, sed in nube positum: Quia nubes fideles designat, quorum vita transit sicut vestigium nubis, Sap. 2. Vnde ei conglutinari oportet, eius amictu vestiri, ut sic valeant velamine defendi. *Vide ergo arcum, & benediceum, qui fecit illum, valde enim speciosus in splendore suo.* Eccl. 43. *Et considera eius apparitionem mirabilem,* inquit Lyranus; illique Gnomam appone: **MALI NIHIL ISTE MINATUR.** *Arcus enim iaculanda sagitta* (inquit Ambrosius) *instrumentum est.* Maria non sic, ex eius namque maternis visceribus benevolentiam omnibus suavissimam liceat expectare, Pacis inducias, cum Deo foedus, cuius temperat iras. Scite devotus noster Bernardinus de Bustis, sic loquens: *Ipsa profecto B. Virgo est Arcus foederis sempiterni positus in nubibus cæli, ne interficiatur omnis caro: nam ipsa illum nobis genuit, qui fecit utraque unum.* Hoc cœlesti signo insigniantur omnes, quo Carmelus spica plena gratiarum, ac virtutum speciali titulo insignitur, ac honorifice gloriatur. Hic ego sisto, forte alia alibi de hoc virgineo themate daturus.

CAP. XXVIII.

EPHRAIM MONS, FRUGIFERUM Marianum monte denotat, uberrima Charismatum fruge oppignoratum.

170 **M**ONS hic inter Jericho, & Ierusalem contra Septentrionem per maris tractum extenditur, (D) fuitque possessio filiorum Joseph, & à secundo eiusdem filio sortitus est nomen, quod interpretatur *frugifer*, sive *crescens*. Ibi Iosue urbem condidit, in qua habitasse perhibetur, Iosue cap. 19. Eratque mons ille inter terræ illius omnes herbis, & arboribus insignior, fructibus foecundior, aere salubrior, visu delectabilior, aspectuque pulchrior, rivulis, ac fontibus eum irrigantibus fertilior: & ideo (verba ex meo Anglico mutuantur) erat locus congruus, ut Jesus, qui dictus est Iosue habitaret, contiguusque erat Sichem, quæ refugij civitas colebatur. Hæc perbelle omnia nobis pro Maria aditipulantur, quæ mons

est frugifer, qui attulit in alijs quidem fructum tricesimum, in alijs sexagesimum, & in alijs centesimum: in ipsa vero singulari privilegio simul tricesimum sexagesimum, & centesimum. Profert Absalon Abbas. Sic crevit mōs virgineus iste, ut è cœlo descerptum in vtero produceret fructum, vnde ei Elisabeth verba protulit; *Benedictus fructus ventris tui.* Et per hoc, quod conceperat Dei filium (exponit Princeps interpretum Lyranus) contraxerat quodammodo infinitatem bonitatis, in quantum mater est filij bonitatis infinitæ. En vnde mons iste frugifer amplius crescere non potuit, dum ad Deum utque pertingit. *Eccce Hereditas domini, filij merces fructus ventris.* Psal. 126. Cecinit Psalmographus, quem explicans Augustinus inquit, *in dilectis erit fructus ventris.* Siquidem fructus à fruendo dicitur, & hic Christus est fructus ventris virginis, & est merces eorum, quia est beatitudo obiectiva. In aspectu enim suæ divinitatis reficiuntur beati interiorius, & in aspectu suæ humanitatis exteriorius. Docet Lyranus meus. Quod obfirmans est Chrysostomus sic habens: *Mercēs, ipse fructus ventris.* Ita ubertate cœlesti mons vteri virginis intumuit, ut fructum vitæ fruendum hominibus dispensaret, non aliunde mercedem omnibus potiore cœlestium gratiarum adepturis. Aptè D. Ambrosius sic: *Hereditas domini filij sunt, qui merces sunt fructus illius, qui de Maria ventre processit.* Sed quare? Augustinus Anconitanus ita satisfacit: *Quia per benedictum fructum Virginis Maria, cœlorum, & Angelorum ruina est reparata. Per hunc fructum humana natura est redempta, & per talem fructum utriusque naturæ virtutibus, & donis est ornata, ut merito Virgo gloriosa sit perfectio Celi, & terræ, & omnis ornatus eorum.* Quidem optimè. Nostra merces in Mariæ vtero crescit, proficit, ut profit nobis: Merces enim præmium est, quod ob merita alicui compensatur. *Dilecti etiam filij sunt fructus ventris Mariæ,* ipsique sibi merces, ex quo in Mariano monte suxerunt rorem omnium gratiarum. Mons inde statuitur sementico resperus grano, tenens epigraphem: **CVM FOENORE REDDET.** Spicas enim agglomerat in laboris præmium porrigendas, quibus coronentur aræ, fruuntur homines, earumque granis horrea turgeant. Hic est fructus a monre, cœlorum rore irriguo profiliens. Ita ex Mariano frugifero monte dilectis filiis derivatur beatitudo, &

ibi. & in Ioan. D. Chrysostom. Bibl. Arab. Syriac. & Chald. in Max. Alex. Alesii in Psal. 126. v. 3. D. Ambros. lib. in Luc. 2. August. Anconit. in Angelic. lect. 10. Augustinus in Psal. 126. v. 3. Iacob. de Val. lib. 2. Subp. Doct. lib. sent. 2. d. 1. q. 2. & d. 17. q. 2. in 3. d. 13. q. 2. in 4. d. 14. q. 2. & d. 19. Quodl. 14. a. 2. in 4. d. 49. q. 2. & 3. & 7. pal. sim. ue. Berchor. in diction. verb. Merces.

Per Mariam augentur hominibus dona omnia virtutum, beatitudinis præmiū.

(D) Marius de Calass. tom. 4. Conc. Hebr. pagin. mibi 962. col. 2. Ioan. de la Haye Bibl. Max. tom. 18. pag. mibi 17. de interpret. Nom. Hebr. Anglic. lib. 14. cap. 12. Absalon. Abb. de Purific. ser. 3. qui est in ord. 16. Luc. c. 1. v. 42. Lyr. in Gl. ibi. Psal. 126. v. 3. D. Aug.

Dei fructio, qua est tota merces, ubi obtinebunt hereditatem promissam, mercedem, & fructum. Inquit Christopolitanus. Nunc thesi alia addantur pramissa. Præceperat Deus Lev. c. 23. solemnitates à toto populo observandas, earumque indicens ritus, ait: *Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque Palmarum, & letabimini coram domino Deo vestro.* Plecile lignum iudicatur ab aliquibus hanc esse arborem pulcherrimam, magnificum, ac ferens fructum nobilem. (E) Mariam vero hanc præsignasse decoram arborem testatur Absalon Abbas hæc promens: *Inter virgulta Paradisi illius nobilis, quadam virga exorta est, videlicet Virgo Maria, ad quam fluvius spiritualium charismatum abundantius, quam ad cetera derivavit. Quid enim aliud fuerunt obumbratio Spiritus Sancti, plenitudo gratiæ, fervor fidei, castitas virginalis, quam stillicidia, quedam gratiarum in ipsam descendantium, ut cresceret, & faceret fructum? Creavit itaque, & fructum fecit, & in tantum crevit, ut iam non virga humilis, sed arbor sublimis, & fructifera nominetur.* Nobilissima utique arbor, procera ad cælos usque pertingens, sed quamnam? Cedrum esse Hieronymus docet, quæ omnium arborum regina est; sive Citrum, quæ & Cedrus dicitur, ut arbitrantur plures, inter quos præcipuus est Lyranus. Fructum Cedri arripere iubentur Israelitæ, ut domino congaudentes occurrant; Fideles scilicet, qui hic in via ad Cedrum illam, quæ exaltata est in libano, Mariam videlicet, confugere tenentur, cuius præventi fructu, latentur in Patria coram Domino, ubi læticia sempiterna erit super capita eorum, ac gaudium, & exultationem obtinebunt. Maria ergo arbor hæc pulcherrima est, fructum quæ protulit benedictum, sic in altitudinem se tollens, ut totum divinum, non humanum sit, quod in ea esse sentitur, aut creditur. (profert Alanus Varenfis). *Propter quod nimirum Cedrus exaltata est, vertice summum cælorum contingens, & ad divinitatem usque perveniens.* Cur igitur ex Cedro hic fructus arripitur, & non ex alia arbuscula potius? Hæc sola inter arbores numquam indiga fructus, cum in ea antecedentem semper occupet novus, isque triplici iucundat gustu saporem; acetoso appetitus excitativo, ob grana citrea ibi inclusa; dulci usque ad corticem substantiam gustum alliciente; & medio inter utrumque, ut pluribus delectabile sit sensibus condimentum. Ex hac arbore fructus

colligebantur, de quibus dominus c. 23. Lev. præcipit Hebræis afferri. Ita igitur hæc virginea Cedrus florida, & frugifera, omni benedictione ob fructum ventris digna est, ut Beatam illam dicant omnes generationes: *Eo enim (transmittit B. Angelus del Pas) benedictio fructus ventris in cæteros diffunditur, ut oceanus in sinus, fluvios, & fontes: ut qui Benedicti fuerint, aternitatem Gloriæ obtineant, adoptionem filiorum recipiant, & hereditatem.* Fructum ergo, quem profert frugifera Mariana Cedrus tibi cum ramusculo materno adscribe portandum, ut sicut illa arbor æterna est, ita æternaliter securius læteris cum Domino Deo tuo: Sicutque Cedri fructus intra modulum, cum turgent, quasvis imagines, aut characteres recipiant; sic nos revelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformemur, tamquam à domini spiritu. 2. ad Cor. cap. 3. Scilicet naturalis cognitionis, & gratiæ. Inquit Lyranus. Onustam fructibus, & floribus Cedrum statue in campi planitie, addita scriptione: PASCIT, ET OBLECTAT. Hoc Mariam supereminenter exornat, quæ est quasi Cedrus in libano, cuius flores, fructus honoris. Seu Gloriæ, & divitiarum, ut alij habent. Divitias gratiæ fructus Mariæ impendit in via; honoris, & gloriæ in Patria. Complectitur omnia Richardus à Sanct. Laur. dicens: *Fructus hic (Christus) flos erat in horto Virginis. Sed sicut fructus fuit in mundo, sic Beatitudo in Cælo.* Ut flos visu nos recreat, odore trahit, lenitate mulcet. Ut fructus ab arbore Mariana expectitur, nos pascit, satiat, & appetitum sui fructione omnimode complet. Hoc itidem ipsa asseruisse iudicatur, dum dixit: *Rigabo Hortum plantationum, & inebriabo prati mei fructum.* Eccl. c. 24. *Inebriabo areolam iustam, sive Pratum, aut arbores,* legunt alij. De militantis Ecclesiæ Horto loquitur, exponit Lyranus, in quo ex fertili Mariani fontis scaturigine fructus vitæ prodivit, ex quo gemine instar floridæ pendent Apostolorum Cedri, Martyrum purpureæ vernantes Rosæ, Confessorum violæ, Virginum lilia utcumque nivea candore pudoris. Adsit eruditus Gislerius hæc indicens: *Beata Virgo nedum ut Hortus præstantissimus, verum etiam ut fons maxime insignis, voluptatē singularem sui præstat aspectu.* Vnde Abyssus rectè à D. Joanne Damasceno nuncupatur, quia ad eius gratiarum metas numquam devenitur. (F) Rigat igitur sic plenè, sic affluenter, ut iustorum

(E) Lev. c. 23.
v. 40. Lyra in
Gloss. ibi. Bibl.
Sam. & alij in
Bibl. Max. Abs-
salon Abbas de
Assumpt. ser. 3.
qui est ord. 45.
D. Hier. in cap.
14. Zachar. &
alij apud Haye
in Bibl. Max.
ad c. 23. Levit.
v. 40. Lyra in
Gloss. ibidem.
Orig. in lib. Iud.
Hom. 5. in Eze-
chiel. Hom. 2.
Arnob. in Psal.
144. Rabanus
Maurus in Ps.
Alanus Varenf.
de Laud. Mar.
ser. 1. lib. de nat.
Rer.
Anglic. lib. 17.
c. 23. lib. de nat.
Rer. apud Vinc.
in spec. Nat. lib.
12. c. 54. B. An-
gel. del Pas, ad
c. 1. Luc. lib. 2.
c. 39.
D. Paul. 2. ad
Cor. c. 3. v. 18.
Lyra in Gloss.
Philipp. Picinel.
mund. symb. li.
9. cap. 9. n. 134
Eccl. c. 24. v. 23
Alens. in Gloss.
ibi. Richard. à
S. Laur. lib. 1. c.
7. Pictav. in di-
rector. Mor.
verb. Flor. &
Fructus.

Per Mariam
ad nos vitæ
fructus prove-
nit.

(F) Eccl. 24. v.
42. Lyr. in Gloss.
ibi.

ibi. Bib. Arab. sept. & alij ibi. Giler. in c. 4. Cantic. v. 15. Explic. 4. D. Ioan. Damasc. orat. 1. de Nat. Mariæ. D. Hier. apud Theatr. vit. Hum. 1. 3. Haye in Conc. ad Psalm. 35. Lyr. ibi. D. Ber. apud Dan. Agr. stella 7. Cor. 12. Isid. Relus. l. 1. Epist. 466. D. Bernard. Sen. tom. 4. Alanus Varenf. serm. 5. de Laud. Virg. Eccl. c. 24. v. 25. Lyr. in Glos. Haye in Conc. lit. ibi.

Maria, crevit plenitudine gratiarum quousque Deum attingeret.

rum arcola eodem ac Mariæ fructus irriguo potatur, vt sic innotescat minime fontem hunc arctari, ad ccelos etiam vique salire. Sed cur benedictum suum fructum, arbores, iustorum areolam, Mariæ inebriare dicitur, cum irrigat affluenter Hortum, populum videlicet Christianum? Satiari, inebriari est, sicque sapius sumi a scriptura, & a D. Hieronymo vlitatur. At, mysticè (inquit Parisiensis Haye) redundantiam, & inexauribilem affluentiam, qua aviditas nostra sine fastidio, in obiecto plene posseto fruitur, demonstrat. Rigat fidelium Hortos Mariæ, arcet infesta, sentes emergere cohibet, plantat suaveolentia, & pigmenta virtutum sedula colit. Coalescit sic primo benedictus fructus ventris sui, cuius virtus in varios se pandit effectus: hosque omnes non utcumque irrigat, sed ita satiat affluenter, vt quasi extra se agi, ac inebriari videantur. Bernardus iterum advocetur hæc proferens: Idcirco Tanto tempore defuerunt hominibus fluentia gratiarum, quia nondum intercesserat aqueductus. Mariæ fons est abundans aquis per gratiarum plenitudinem; unde partus sui cœlesti charismatum copia inebriantur. Sic pingitur Fons amœnum copiose irrigans viridarium, addito lem-mate: DVM FLVIT, CRESCIT. Fontium enim scaturigines, (Teste Pelusiotâ Isidoro) cum hauriuntur, uberius scaturiunt, altiusque quâ prius, exiliunt. Hinc D. Parens Bernardinus Fontem Paradisi Mariæ comparans, habet: *Figurata fuit Virgo Mariæ in fonte illo, qui de terra ascendens irrigabat universam superficiem terræ: & iterum, fluminis impetus latificat civitatem Dei, idest Ecclesiam militantem.* Vnde vbera Mariæ Verbum Dei inebriare dicuntur, Prov. 5. Quia inde (docet Alanus Varenf.) fecunditas gratiarum, & lactea misericordia exuberantia cunctis provenit, indeque ad satietatem aguntur. Sic Mariæ plusquam mons Ephraim frugifera, & crescens, sicut ipsa testatur dicens: *In me omnis gratia vie, & veritatis, in me omnis spes vite, & virtutis: Transito ad me omnes, qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini.* Eccl. cap. 24. Ubi generationes vocat fructus a se genitos. Glossat Parisiensis Haye.

171 Mons etiam iste Ephraim frugifer, Josue cœsisit, in quo condidit vrbem, in qua ipsa traditur habitasse. Aptè sic Mariam designat, quæ est mons domus Domini in vertice montium; estque Mons Ephraim, quia plantavit, & genuit Chri-

stum. Ait Cervariensis Lauretus. In hoc monte delitiosum sibi Verbum Divinum delegit habitaculum, in quo iucundius humana vestitus trabea habitaret. (G) Increata Verbi sapientia, cum venit plenitudo temporis, quo humanam indueret naturam, hæc de seipsa loquitur: *Ego in altissimis habitavi, & thronus meus in columna nubis.* Eccl. c. 24. Idest, in Beata Virgine, exponit Alensis. Ipsa enim est Civitas sacra Dei, de qua gloriosa dicta sunt, cuius fundamenta in montibus sanctis, vt sic firmata perseveret in stabili fundamento virtutis. Hanc non typicus, sed verus Josue, Iesus-Christus inhabitavit, qui lucem etiam habitat inaccessibilem, vt totam divinitus illustraret civitatem, cuius lucerna est agnus. In altissimis Mariæ locatur sublimitatibus, quia nihil Deo propinquius Mariæ, siquidem interpretatur *Deus ex genere meo.* Imò ei Ave dicens Anselmus habet: *Nihil tibi, o domina æquale: nam quod supra te est, totus Deus est; Quod infra te, omne, quod Deus non est. Ad tuam tantam excellentiam quis attinget?* Sic thronum sibi Virgineum in altissimis vt coleret, sibi paravit Iesus. Sed cur Mariæ Thronus Dei, nubes hic prædicetur, attendamus. Nubes, translucida est, rorans, obumbrans, fecundans, medians, sine vêtis, & exit ab vndis. Hæc mire competunt Virgini gloriosæ. Translucida est, quia in se recipit radios à Sole iustitiæ transmissos. Rorans est per Charitatem Dei, quæ diffusa in cordibus nostris, vna est Christi, & Mariæ. Ait Arnoldus Carnotensis. Sed non omittendus ad rem meus Paduensis Antonius sic fans: *Thronus Dei fuit Mariæ, cuius summitas fuit Charitas, ob cuius meritum in æterna beatitudine summum tenet locum sine, & principio carente.* Obumbrans nubes ista ponitur, quia ardorem solis æterni temperat, ne sub sua iusta indignatione mortales abeant in ruinam. Hæc cecinit Guaricus sic. *Nunc siquidem habitamus in adiutorio Matris altissimi, in protectione ipsius commoramur, tamquam sub umbra alarum eius: & postmodum in consortio gloria ipsius, tamquam in eius sinu confortabimur.* Fecundans etiam est nebucula ista, cuius continua misericordiarum irrigatione, vberes proveniunt nobis omnium gratiarum proventus. Medians etiâ est inter Deum, & homines, hos protegens, illum demulcens: *Nam dividunt coram Patre inter se, mater, & filius pietatis officia; & miris allegationibus mutant humane salutis negotium, & con-*

(G) Isai. c. 2. v. 2. Lauret. Cervar. verb. Mōr. Eccl. c. 24. v. 7. Alensis in Glos. ibi. D. Ambros. lib. de Bon. virgin. part. 4. D. Anselm. l. de Concept. B. Mariæ, c. 7. Alensis loc. cit. Arnold. Carnoten. orat. de Laud. Mariæ. D. Anton. Pad. s. r. Dom. 5. post Trinit. Guarr. serm. 1. de Assumpt. B. Mariæ. Arnold. Carnot. loc. cit. Alanus de Insulis in c. 4. Cant.

Mariæ, nubes est multiformis gratiæ, in qua thronum sibi Deus elegit.

*Aut inter se recentilationis nostræ in-
violabile testamentum.* Docet Abbas Bo-
ne Vallis Arnöldus. Sine ventis est, quam
nulla vanitatis, & superbæ vanitas irrep-
sit; sed solus divini amoris halitus perfla-
vit, in ea geminare faciens aromata vir-
tutum. Ab vñdis denique exit, confidentes
in se exire faciens, dirigens ad por-
tum, inducens securitatem. Nunc altissi-
mam rimare nubem, sole eius medium
occupante, & iunge epigraphen: ADDI-
TVR VMBRANTI DECUS. Sol liqui-
dem iustitiæ, qui decorem indutus est, to-
tus se condidit in Maria, vñde decor vitæ
est in illa, Eccl. c. 6. ob quod à D. Hiero-
nymo Deipara vocatur, *nubes dei, num-
quam in tenebris, semper in luce* (H) Hinc
opportune de eadem D. Ambrosius ha-
bet: *Quid splendidius ea, quam splendor
elegit? Quibus consentiens Richardus pro-
fert: De Maria nube dicitur Psal. 104.
Expandit nubem in protectionem eorum,
& ignem ut luceret eis per noctem. Ecce
duo officia ad quæ data est Maria, ut pro-
tegit à fervore solis iustitiæ, tamquam
nubes; & etiam contra diabolum, quasi
igneus murus. Umbrat Maria ut nubes
Dei filium vestiens humanitatis indu-
mento, ab eoque in se reflectit splen-
didissimæ divinitatis lumina, velut spe-
culum in quo relucet Divinæ Omni-
potentiæ signa. Obnubere enim operire est,
(Profert Daniel Agricola) & Beata Vir-
go humana carne velavit unigenitum
Dei. Nos etiam obumbrat, & obumbran-
do nos protegit. Sic eligitur Maria à Jos-
ue cælesti in cæleste domicilium, in
thronum, vbi etiam homines inveniant
sue miserationis placabile tribunal. Pro-
phetico David meditatus spiritu, quæ de
matre Messie erant futuris temporibus
celebranda, eam in Hierusalem præfigu-
ratam docet, & Christi vicem gerens sic
Psalit: *Hæc requies mea in seculum secu-
li, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Ps. 131.
Maria totius Trinitatis requies à Docto-
re Seraphico celebratur: *imo in ea per-
fectissime requievit, tum in utero, ex quo
carnem suscepit, tum in anima, in qua per
gratiam copiosissimam, perpetuam suam
mansionem fecit.* Addit Augustinus
Vvichmannus. Imo ipsa Deipara Civi-
tas est virtutum, Civitas Dei nostri; de
qua gloriosa dicta sunt, *dicuntur quoti-
die, & dicuntur in æternum.* Ait Daniel
Agricola. Hæc igitur Civitas, hæc Dei
requies, Hierusalem est, spectandus Dei-
paræ Typus, ut proferunt DD. Dicitur
autem Hierusalem, *Mater totius terræ,
visio pacis, urbs perfecti decoris, gaudium**

*universæ terræ, & totius orientis clarif-
sima.* Ob quæ, & alia elegit eam Deus in
habitationem sibi, vñde dicit, *hic habita-
bo, quoniam elegi eam*, seu quia desidera-
vi eam, ut legit Hieronymus. Sed pro meo
instituto alij habent, *quoniam delector in
ea, ideo hæc requies divinitatis meæ.* Vi-
de mysteriorum affluentiam. A formali,
propioque desiderio Deus expers est,
cum se comprehendendo, omne possi-
deat bonum, nec desit ulterius desidera-
bile: tamen (ait Alanus Insulensis) *ma-
trem non solum intueri, sed & colloqui
avide desiderabat*, ut sic intensissimum
erga electam matrem ostentaret amorem,
quatenus non pateretur eius amplexibus
frui, sustinuisse desiderium. Sed audi: *desi-
deravi* (inquit) *eam, quoniam dilector in
ea.* Aptè quidem. *Delector*, idest *de, vel ab
ea lactor.* Agnulus hic cælestis avidus à
Maria lactari, non vult ab eius vberibus
avelli, ideoque *elegit eam in habitatio-
nem sibi.* Civitas in fastigio montis loca-
ta, agno hinc inde eam illuminante, mon-
strat epigraphen: CIVEM ESSE JU-
VABIT. Mariam Icon commendat, quæ
in sacris literis, ac PP. Civitas refugij
cognominatur: quæ non eget Sole, neque
Luna, quia lucerna eius est agnus, *estque
animata Civitas*, (ex Greg. Neocesariensi,
si) *de qua dicebat Propheta: Gloriosa di-
cta sunt de te, Civitas Dei, Palatiumque
est animatum Regis Cælorum.* Vñde sic
juvat Deum ipsum ibi Inquilinum esse,
ut eligatur in requiem suam in seculum
sæculi, ut inhabitet in ea: Quare, *Aula re-
galis solij Deo subdita* à D. Ambrosio de-
nunciatur. Ad hanc ergo Sacrationis Jos-
ue Civitatem, quæ refugij est, confugia-
mus, ut salvemur, & requiem ex fesso iti-
neris tramite possideamus. Avide nimis
expetebat Moyse filios Israel suam in
terra Promissionis nactos esse quietem,
ideoque dixit: *Introducens eos, & planta-
bis in monte hereditatis tuæ, firmissimo
habitu tuo, quod operatus es Domine.*
Exod. cap. 15. Protectionem, securitatem
populi, eiusque peroprat in habitaculo
Dei, in Hierusalem, in Syon incolatum,
quem locum peculiarem Dei nominat
hereditatem, sive (ut volunt alij) *habi-
taculum Jehovæ*; Jesus nempe: cuius San-
ctuarium, & habitaculum sanctum, fir-
missimum erat ad muninem, & ad om-
nium custodiam. (I) Sed cur Plantari in
hoc Monte Mariano fideles dicuntur, in
quo suum Jesus possuit habitaculum?
*Quia instar plantarum, & arborum fixis
radicibus cum Jesu sedem obtineant.* Ait
Parisiensis Haye, & Menochius. Plantæ

cap. 2. Cant. R.
ch. à S. Laur.
lib. 2. p. 3. Da-
mascon. ser. de
Dorm. Virg. D.
Greg. Neocesar.
orat. 3. de An-
nunt. 1. 2. D.
Ambr. libr. de
Inst. Virg. c. 12.

(I) Exod. c. 15.
v. 17. Bib. mor.
& plures ibid.
Menoch. ibid.
Anglic. lib. 17.
cap. 136.

Maria, Iesu habitaculum, hominum firmissima tutela.

siquidem ita radicum lacertis terræ meatibus occluduntur, ut facile sit repullulare, non evelli, dum sic tenaciter solo adherent, ut vitam existiment nullam, si vi extrahantur. Deflecte id ad Dei firmissimam hereditatem, Iesu dulcissimum habitaculum, Mariam, ad cuius fideles munimen introducuntur, quod avide ambiunt, in qua si radix infigitur amoris, affectus, & voluntas videlicet, stabiliuntur in felicitatis quiete perpetuo intermorigitura. Audiendus Alphonsus Augustinianus sic loquens: *Merito sponsus Iesus suam genitricem miris encomijs exaltat, nativis coloribus fortitudinem mirabilem illius depingens.* Age, tibi Montem Civitate firmissima obijce coronatum, cum stemmate: **FIRMA MANET SEMPER.** Vtique Maria, dignissima Dei habitatio, in qua ut in Civitate sanctificata Deus requievit, (K) non movebitur in æternum: *Quia ipsa est munimentum Ecclesie, & omnium fidelium.* Ait Daniel Agricola. Ad eam mortales confugiant, ibi enim salus, ibi deget Iesus, requiescens ut in Civitate sanctificata, quam Deus possedit in initio viarum suarum.

172 Demum Civitatem Refugij sibi contiguam, declivia eius ornando lambentem, Mons Ephraim ostentabat. Ostentat & Iesus Mariam omnibus, & pro omnibus refugij urbem ad eam confugientibus. O Beata fiducia, (exclamat Anselmus) *ò totum refugium! Mater Dei, est Mater nostra.* Quid? Sinet nos obrui periculis? Minime gentium: siquidem (dicam cum Amadæo Lausanensi) *Desiderium B. Mariæ perficitur, quando educuntur quotidie vinculati de lacu miserie, & lato fecis, de peccati ergastulo, & profundo iniquitatis, indulgentiæ dono respirantes in auras perennis libertatis.* Sic illa colligit dispersos. En ad quid Maria, Civitas refugij constituitur, ut non solum ab humanis per eam cladibus liberentur, sed à divinæ iustitiæ sævitia subducantur. Hoc Davidis desiderium docuisse conspicitur, dum Psal. 59. sic Psalebatur angens: *Quis deducet me in Civitatem munitam? Quis deducet me in Civitatem abundantem.* Habent alij. Hec Civitas circumstantiæ dicitur (Notat meus Parens Augustinus) quia ex omnibus gentibus ad eam confugiunt, ut ibi ab Hostium insidijs tueantur; siquidem vallo, moenij, arcibusque cingitur, ubi etiam aderant fortes plurimi, & bellicosi, ut ex Lyrano, & Parisiensi

Haye defumo. (L) *Maria* (dat Alanus Varenfis) *nobis Civitas, nobis Tabernaculum est: nec tabernaculum unum, sed pro diversis eius laudibus, & presidij tabernacula multa.* Imo Psalmi titulus id aperte demonstrat; est enim: *In laudem, pro Rosa*, quæ Mariam pulcre refert, siquidem est: *Quasi plantatio Rosæ in Iericho.* Eccl. 24. *quod interpretatur defectus, quia nisi Maria confortaret, peccatores deficerent.* Ait Daniel Agricola. Hanc urbem David ambiebat, huius esse colonum optabat, ubi tot sciebat Angelorum adesse Phalanges, tot virtutum myriades, ut quisque nec adversa aut cognosceret, aut timeret. Abundans undique est Civitas hæc, nec cuique in ea denegatur spiritualis annona: *Nec mirum* (Pandit Anselmus) *fundamentum siquidem, & quasi quoddam sacrarium Civitatis: & habitaculi summi boni in ea ponebatur.* Sed quænam illa Civitas munita, quam Regius Psalter avidus expetebat? Regia idumææ vrbs, (refert Menochius) ubi strenui aderant bellatores, & vocabatur *Themam*, vnde Eliphaz Themanites, Iob familiaris originem duxit. *Themam* autem interpretatur consummata, vel perfecta: vnde Anonymus quidam hæc Virgini cecinit: *Tu Domina es singularis, nam nulla alia, ut tu, sic Deo placuit, nec tam speciosum palatium ei edificavit.* Ergo sicut in comparatione Dei nemo bonus, sic in comparatione tuæ nulla invenitur perfecta, quamvis eximia comprobetur. Idumæa etiam vocatur *pulchritudo robusta*, in qua Marianum firmatur ædificium, etenim altitudinis firmamentum pulchritudo eius, & pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Eccl. cap. 43. Quis igitur nos deducet ad hanc Civitatem munitam, ut adversus utriusque hominis hostes muniri possimus? *Ipsa, quia tamquam Scala, Porta, & ostiaria introducit ad regnum vite perpetuæ.* Profert Albertus Patavinus. Hinc appone urbem in montis supercilio vallatam fortissimis utique muris, ascendentibus hinc, inde turmatim hominibus, cum notula: **ATRAHIT, ET PROTEGIT.** Maria siquidem (ex Glossa) *Est vrbs fortitudinis nostræ, ex quo salvator positus est in ea murus, & antemurale.* Attrahit mortalium obdurata corda, ut mons Adamantinus, cui virtus attrahendi ferrum inest, idest *Peccatores, quia Beata Virgo attrahit ad gratiam.* Moralizat Picaviensis. Protegit etiam, vnde *ad illam recurrere non differamus; habet enim gladium bis acutum,*

(L) Ps. 50. v. 11. D. Aug. ibid. sept. Arab. Haye in Conc. ibid. Lyr. in Gloss. Alanus Varenf. de Laud. Mariæ, serm. 1. D. Hier. Lyr. Rabbi Sal. & plures in Bibl. Max. Daniel Agric. bel. 3. cor. 8. D. Anselm. lib. de Concept. Virg. c. 1. Menoch. in Psal. 59. v. 11. Idem ad c. 1. Abdiæ. v. 8. & Tirin. ibid. Anonym. apud Biblioth. Virg. tom. 2. pag. mibi 366 col. 2. Ioan. de la Haye Bibl. Max. ad c. 49. Jerem. v. 19. in Conc. lit. Alber. Patav. serm. 3. in Ord. de Nat. Virg. Gloss. apud Bibl. Virg. tom. 1. pagin. mibi 493. col. 2. Berch. in Red. l. 11. c. 40. n. 2. Amb. Coran. serm. de Assumpt. Virg.

(K) Alphons. Orosius in Encom. Virg. de fortitud. cap. 4. Cantic. Daniel Agric. stell. 11. cor. 10. D. Anselm. c. 12. med. 8. Amadæus Laus. de Laud. Christipare. bom. 8. Exod. c. 21. n. 35. Iosue 20. & alibi. Lyr. in Gloss. & Haye in Bibl. Max.

Per Mariam omne malum à nobis arceatur.

Maria vt Civitas refugij attrahit, & protegit.

(M) *Ifai. c. 2. v. 3. Lyr. ad c. 3. Proverb. v. 17. Oleast. apud Novarin. Vmbr. Virg. l. 4. exc. 81 n 757. Daniel Agricol. stell. 9. cor. 3. Alanus Varenf. de Laud Mariæ serm. 3. & D. Anastas. Synait. de Anunt. serm. 1. Theat. Vit. Human. tom. 2. verb. Digitus. Richard. à S. Laur. l. 6. tit. 1. lit. X. Eumenius in Paneg. apud Theatr. Vit. Hum. verb. Via.*

tum, vt nos ab hoste cito defendat. Ait Coranus devotus, Parentis Augustini alumnus. Festinemus igitur ingredi in illam Civitatem, in qua quietem experiemur, & præsidium Iterato his salutemus Virginem attributis. Urbem, montemque Sion, nomine domus salutabant dicentes: *Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas.* *Ifai. cap. 2.* Pulchræ istæ viæ sunt, quia ad decorem virtutum inducunt; inquit Lyranus: & mystice de Maria Sermonem habet Propheta (M) vt cap. 1. satis abunde diximus. Ad eam ergo vt ascendamus oportet, quæ est Civitas, & domus supra montem posita, vt inde nobis impendatur ducatus per viam æquitatis, & euntes de virtute in virtutem non arctentur gressus nostri, imo sine offendiculo curramus. Sed quomodo vias rectitudinis nos doceat hæc Civitas, videamus. Olim dum quis ad Bivium offendeat, anceps an hoc, aut illud iter arriperet, quo ad aliquam Civitatem refugij perveniret, intentus erat in stipitem ibidem erectum, ex quo scripta pendebat hæc vox *Miblat*, vt directorium viæ, quæ ad refugij urbem ducebat. Mariam, habitaculum refugij prænotavimus, cum Damasceno, & alijs; sed insuper vt ad se, & per se ad Deum fideles dirigantur, per eam ducatum recti itineris, & viæ salutis accipiunt. Inquit Daniel Agricola. Sed summam antedicta scite Alanus Varenf. sic fans proponit: *Virgo, vna est post Deum via, vnus nobis ob tam insignes virtutis gradus ad Paradisum accessus, ostium sacrationis illius tabernaculi; & ianua regni cælestis, vnum divinum promontorium nobis in hoc salo iactantis sæculi laborantibus, & cælestis specula Paradisi, unde insidias omnes antiqui coniiciamus hostis.* Perbelle, & nil ad rem opportunius. Duas æque vias Civitatem adeuntes, devia tamen vna, in altera pendente ex ligno hoc indice, propone: **SIC TIBI MONSTRAT ITER.** Ornatur manus digito, qui *index* vocatur, & *salutaris*, quod indicare illo exporrecto solemus. Hoc non extraneum Mariæ attributum est; etenim vt scribit Richardus à S. Laurentio: *In Maria fuit gratia omnis viæ, quæ ducit ad salutem.* Adventantibus olim ad vrbes Regibus, & Imperatoribus, viæ floribus, toreumatibus, vittis, ac Coronis ornabantur, teste Eumenio; & hoc, vt honorificentius à cunctis plauderetur adventus. Deus iustis fecit in Cælo Regnum, *Apocal. cap. 5.* in quo pompatice recipiuntur, at hic per

manus Mariæ viæ demonstrantur omni gratia, omnique virtutum Corona sibi præoculis proposita, vt sic expeditius ad Civitatem futuram, quam omnes inquirimus.

Maria, ad Patriâ secura ductrix, securum monstrat iter.

CAP. XXIX.

GALAAD MONS, GARIZIM,
ac Gelboe, vario diversarum virtutum
stromate perornant Mariam; saluta-
rem, propitiâ, misericordem
testantur.

172 **T**estem se primo exhibet Galaad, vt Mariam salutis vehiculum pronunciet, etenim *Acer-vus testimonij* (vt dixi cap. 11.) interpretatur. At quia ibi intexuisse oportuit de puritate originaria eius vsque ad c. 14. testimonia Biblicorum, Patrum, ac Interpretum, modo ad alia dirigor, haud devius ab eius innumeris laudibus decantandis. (N) In Galaad, Iacob, & Laban sibi mutuo iuraverunt, & reconciliati sunt fœdere inito. Mons iste ad tergum Phœnicæ, & Arabiæ, collibus libani copulatur, in eoque eius nominis Civitas est ædificata, & vocata Galaad. Mons est nobilis, in eoque quibus vulnera, morbi-que curentur, herbarum medicamina vbertim reperiuntur. Mons est fœderis, & reconciliationis, lucris, & negotiationis, quem negociatores pro speciebus aromaticis comparandis sæpius frequentabant, vt constat *Gen. c. 37.* Vltius etiam Galaad interpretatur *revelatio*, sive *specula*, quæ altitudo est ad prospiciendum, vt docet Augustinus, & clarissimum in his Mariæ symbolum: de qua evidens testimonium sacre literæ perhibent, quod vtraque nobilitate nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Hinc Ambrosius Tarvisinus hæc pandit: *Tota nobilitas Iudeorum exhausta est, & in Christo, & Maria gloriosa matre eius terminata, ex qua postea omnis nobilitas, & dignitas Christianorum ortum sumpsit.* Mons est in quo, & per quem intimus Deus, & homo fœderantur, & vno amoris vinculo vinciuntur. Sic loquitur D. Andreas Cretensis: *Per Mariam osculata sunt iustitia, & Pax, qua medius ipse reconciliator intercessit, terrestribus cælestia coniugens, & novam in Cælum redeundi mortalibus semitam patefaciens.* Sibi Galaad virgineus copulat libanum, quatenus sui primi originei candoris omnia eius facta perhibent testimonium; vt ostendat (expendit noster Galatinus)

(N) *Marius de Calass. Conc. Hebr. tom. 4. Hay. tom. 18. in Indic. Berch. in direct. Anglic. lib. 14. c. 15. D. Aug. in Indic. q. 49. apud Lau-ret. Ambros. Tarvisi. ser. 32. confid. 2. concl. 1. D. Andr. Cret. Orat. de Anunt. Petr. Galatin. lib. 7. c. 5. de Arcan. D. Ansel. Cantuar. de Excell. Virg. Mariæ cap. 1. Daniel Agric. stella 6. cor. 6. D. Bern. ser. 2. Dom. Pentec.*

ipsam

Mariæ nobilitas, non ex terrena, sed ex cœlesti origine pensanda est.

ipsam palestram & in Conceptione, & in vita futuram fuisse. Est & Mariæ typus salucifer, medicinalisque Galaad, cuius si in celsitudinem attendamus, erit fortassis hoc ipsum optare, (inquit Anselmus) nobis causa non parva salutis, & sauciatis ex vitiorum punctationibus animis medicina salubris. Negotiationis etiam Mons Maria est, siquidem aliena negotia curat, ut propria, & non sibi, sed toti gentiam se credidit mundo, communia negotia ex virtute Charitatis, proprijs anteponebat. Cum Augustino profert Daniel Agricola. Vnde à Bernardo appellatur Maria, negotium omnium seculorum. Primo Nobilitatem Mariæ sedule expendamus: quæ non tantum testimonium à sua regia mutuatur progenie, sed à cœlesti pensanda est origine. *Egreditur virga de radice Iesè, & flos de radice eius ascendet.* Protulit Isai. c. 11. *Planta custodita*, habent, alij. (O) *Virga enim Virgo Maria est flexibilis pietate, flos vero Christus*, explicat Lyranus. A *Planta custodita* flos hic egreditur, quia à divino obumbrata spiritu, nullos perhorridi vermis experta est ab origine morsus, nullos falcis venenatæ experta est ictus. Bene ergo *Planta custodita*, quia soli Deo à Deo solo præservata. Nobilitatem regiam explicat virga, sed nec in illa sistit: equidem flos, & virga vno radicis vinculo maritantur, nam virga egreditur de radice, & de radice etiam flos ascendit. Quid ergo? Forte pensare erit utriusque originem vnam virgæ, & floris esse? Absit. Verbi enim Processio, qua Deus est, per dictionis actum à solo divino intellectu est, sicque cum nullo commiscetur creato. Tamen, ita excrevit Mariæ celsitudo, ut omne humanum videretur transcendisse, ad divina usque, ferme pertingens. Adsit Bernardus dicens: *Ipsa est Virginis nostræ Gloria singularis, & excellens prerogativa Maria, quod filium unum, eundemque cum Deo Patre meruit habere communem.* Hic ergo secundus homo de cœlo cœlestis, cœlestem addidit Mariæ nobilitatem. Implet enim Verbum Mariam, & à Verbi superexcellsa nobilitate Maria impletur, ut eidem Verbo alloquens Augustinus dixit: *Quem tu impleas, subleuas.* Vnde merito Albertus Pius in hac prorumpit: *Quanam lingua, quæ mens ad eius celsitudinem explicandam digne valeat accedere?* Ideo, ut Mariæ deducatur nobilitas in eadem radice cum Verbi nobilitate commiscetur, ne penitus aliena censeatur. Rimemur denuo verba proposita textus. *Egreditur virga de ra-*

dice Iesè. Isai. c. 11. Maiestatibus nobilissima virga prætendit indicium, regique est potestatis argumentum. Sed cur Arboris nomen obducitur, & solius virgæ vocabulum perhibetur. Forte, quia hæc prima est egressio Mariæ, in qua nec nomen ligni, in cuius fructus esu natura vitata est, expedit memoria, quia ab eius primo egressu arcetur etiam tantilla rememoratio delicti. Sic Galatinus loquitur: *Peccatum originale in Conceptione Immaculatæ Virginis locum nullum habuit.* Ut virga etiam Maria egreditur Augustam referens nobilitatem; quandoquidem pullulat ut nobilitatis origo, ex quo familia Davidis spoliata suis Regibus, quasi plebeia latebat terris. Inquit Tiranus. Sanè Nobilissima ut Virga virgo egreditur, ut non solum per eam plebs Judaica iugum excuteret servitutis, imò deperditum inde auspicaretur fastigium nobilitatis. Quare, merito sic ab Andree Cretensi Maria Salutatur: *Ave corona pretiosa regum.* Reges enim corona demonstrat, & solum egrediente Maria, nobilissima regum egreditur corona. Sed ulterius discutiamus. *Egreditur virga de radice Iesè.* Isai. c. 11. non de radice Abraham multarum gentium Patris? Id, non sine superno mysterio, dictum esse puto, Iesè enim interpretatur *Salus domini, ens, aut incendium.* Ex his Maria, virga regalis procedit; ex ente (quo nil communius) *Salus domini*: ut innotesceret non lethalem arripuisse Adami radicem, sed pro radice sui primi esse, Deum sibi consignasse salutem, ex se oriundam, omnibusque communicabilem. His quasi quæculus Mariæ allicit affectum Anselmus dicens: *Si tu, quæ plena salute es potita, non intendis, ut eadem salus pro modulo nostro etiam ad nos usque pertingat, iam nostri commodi negligens esse videberis.* Originea in virgine, ex quo egreditur, hæc salus est, ut non tabifico infectam Mariæ halitu compræhendas radicem, sed salutarem. *Ipsa enim* (cum Richardo loquor) *est causa salutis generis humani, & quedam ratio, & complementum post filium suum, omnium quæ facta sunt, & quæ futura sunt.* Quid salutis cum ægritudine? Num salus infirmari potest? Si in originali Mariæ radice salus ponitur pro fundamento, vnde Mariæ conceptio conglutinabitur delicto? Ad alia dirigamur. Iesè, ex quo virga hæc regia procedit, interpretatur *ignis, vel incendium.* Aptè proculdubio. Ignis inter omnia elementa, natura, & operatione est dignior, imò naturam nostram esse ignem asser-

Virg. c. 1. Ricb. l. 10. Amad. Lausan. de B. Virg. Hom. 1.

Maria, ob varia attributa egreditur quasi virga ex radice Iesè, & Christus, flos ex virga.

(O) Is. c. 11. v. 1. Lyr. in Glos. ibi. Plures in Bibl. max. Subr. D. l. 1. et. d. 3. 2. q. 2. n. 6 D. Ber. de Annut. ser. 3. Alb. Pius. l. de Præc. & innocent. Mariæ Adamus Delphus in c. 11. Isai. v. 1. Alf. ibid. Petr. Gal. de Arcan. l. 7. c. 8. Tiran. in Bibl. max. ad c. 11. Isai. v. 1. D. Andr. Cret. de B. Maria, orat. 2. D. Greg. in 1. l. Reg. c. 16. apud Lauret. Marius de Calaf. t. 4. Cœc. Hebr. Hays. 1. 18. Bibl. max. in Indice. D. Anf. in Opusc. Mariæ, c. 12. Richard. à S. Laur. l. 2. p. 1. Cig. l. 2. de Nat. Deor. Arist. l. 1. de Anima, c. 4. Dan. Agric. stell. 11. cor. 5. Anglic. l. 10. c. 3. D. Dyon. l. de cœlest. Hierac. c. 12. D. Isidor. Pictav. in Reduct. l. 6. c. 4. n. 1. Richard. à Sancti Laur. l. 6. tit. 13. D. Anf. de exci.

vit Tullius. *Gratia autem, & Charitas Virginis ignis est, quem Christus venit mittere in terram, id est in Beatam Virginem.* Affert Daniel Agricola. Ignis igitur inter omnia elementa longe excellentius omnibus alijs rebus est, & naturæ spirituali proximius, clarum, illuminativum, omniumque habet locum eminentiorem. Hæc ex Anglico. Et tandem appellatur à Pictaviensi *nobilissimum elementum* Maria autem regina ob dignitatem nobilitatis commendatur, ex Richardo: *Ac supereminens omni, quod post hominem Deum, creatum est, excellentia Maria contemplatur, iuxta Anselmum: & quæ receptaculum divini Spiritus est, non humanam sapiet fragilitatem, sed in spiritualem transformabitur creaturam.* Clara itidem Maria est, & quæ numquam marcescit, *sed omni luce clarior,* (Affert Amadeus noster Episcopus Lausanensis) *omni suavitate gratior, omnique potentatu sublimior, totum mundum illuminat.* His igitur relatis vsque modo, alijsque Mariæ prærogativis innumeris egreditur virga ex radice Jesse, posteris omnibus sua nobilitate ingenuam nobilitatem fusius communicatura. Radicem igneam, ex qua prodeunt flos, & virga vincti pingitur, cum scripto: **DANT PONDERA HONOREM.** Virga, & flos duæ res sunt, sed coniunctæ: (P) *Maria autem, & Christi una est caro, unus spiritus, una charitas; & ex quo dictum est ei, dominus tecum, inseparabiliter perseveravit promissum, & donum.* Ait Arnoldus Carnotensis. *Virga igitur alia non est, nisi Beata Dei genitrix, de qua processit flos ille campi fructu, odore, pulchritudine singularis.* Ait Absalon Abbas. In Jesse autem radicanter, (dulce radicis onus) ut radix illa sic cœlesti grava pondere, fructus ferat honoris, & gratiæ, quatenus sub illorum umbra requiescere, honorem affert, & gratiam. Explicat Menochius. Galaad etiam testem se perhibet, per Mariam homines Deo intimius fœderari; quia (ut refert sapientissimus Idiota) *inventa virgine invenitur omne bonum. Ipsa namque super benedicto filio suo irato reconciliat servos, & amatores suos.* Advocetur & ad hoc iterum Anselmus scribens: *Tu ergo domina, genitrix reconciliationis, & reconciliatorum, Parens salutis, & salvatorum. Non enim est reconciliatio, nisi quam tu casta concepisti.* Hoc plenè roboratur sacro ex epithalamio, in quo de Deipara Virgine sub nomine sponsæ hæc habentur: *Vna est columba mea, perfecta mea, una est ge-*

nitrici suæ electa. Cant. c.6. *Vim verborum perpende. Quæ eligitur cœlestis sponsi genitricis officio, eligitur vnice perfecta, sive (ut alij docent) immaculata: Siquidem, quæ in Dei matrem eligebatur, decuit omnem sibi possibilem conciliare perfectionem, immaculatam esse, non fœdam. Id promittit Anselmus sic: Peccatum fuerat, quod homines à pace dirimebat. Quia ergo ita fieri oportebat, matrem de qua talis tolleretur, nudam ab omni peccato esse decabat.* Vna vnice igitur est columba hæc, ita à Deo dilecta, ac si nullam aliam haberet. Expandit Tirinus. Sed omnia aptius inserit sic Rupertus: *Verè columba, quia gratia plena; verè electa, quæ non solum salva existeret, verum etiam ipsam salutem pareret.* Ita perfecta est Maria, ut nil ei desit ad gratiam, ad gloriam, cuius sponsus singularis pullus est, & homines cuncti dum sub eius umbraculo foveantur. At, cur Maria non Aquilam, aut Turturam, sed Columbam refert? Procreat plures Phœnicia, Ægyptusque columbas sub die in arvis errantes, sylvestres, hominumque fugientes consortia, ob idque captu difficiles. Ut ergo sub Heri dominio contineantur, melleo liquore rostrum domesticæ vnus illinitur columbæ, & ad sylvas indulgetur advolare. Quæ ut odoris, saporisque præsentiant iucunditatem, ad domestica pascua alliciuntur, dominioque imperio fœderantur. Paci, ac mansuetudine, testantur omnes, vnice addictam esse columbam, quæ putissimæ Genitricis Dei typus est, miseros peccatores suis precibus in libertatem, pacem, & fœdus apud Deum restituentes; nosque columbas seductas, non habentes cor. Cumque Maria columba mel, & lac sub lingua portet, *omnis quem illa ad filium trahit, impossibile est, ut pereat.* Profert Anselmus. Vnde omnes currunt in odorem vnguentorum suorum: *Id est tracti effectibus bonitatis suæ.* Exponit Lyranus. Colligit tamen in vnum omnia Doctor Doctorum Alensis sic: *Trabe me quodammodo invitam, ut facias voluntariâ: trabe torpentem, ut reddas currentem.* Ergo ore aspersam odorifero liquore columbam, sylvestrium agmina præcurrentem, emblemate notabis: **TRAHUNTUR ODORE.** Sic enim nos fœderat Deo, associat Paradiso, replet in bonis, extrahit à periculis. Galaad etiam salutifer, ac medicinalis mons, iure Mariam præsignat, ac testimonium indicit eam matrem esse salutis, ex quo in matrem fuit electa Salvatoris. Idcirco veluti Galaad mede-

Maria, colūba est, devios à Christo, ad Christum benigne trahēs.

(P) Tertul. ad Praxeam. c. 8. Arnold. Carn. orat. de B. Virg. Absal. Abb. ser. 1. de Annū. ord. 20. Menochius in Bibl. max. ad c. 24. Eccl. v. 22. Anglie. l. 170. 136 Idiota in Prol. Tract. de Virg. Maria. D. Anselm. in opusc. orat. 8. & l. de de Concept. Maria. l. c. 5. Cant. c. 6. v. 8. Bibl. Venet. in max. Tirinus ibi. Rupert. in Cant. 6. Guiliel. Anglie. l. 12. c. 6. D. Basil. Epist. 175. ad Iudith. Ofec. c. 7. v. 11. vide Glos. ibi. Bercho. in Red. & direct. late. D. Anselm. de Excel. Virg. Lyr. in Cant. c. 1. v. 4. Alex. Alef.

(Q) D. Greg.
lib. 4. de Doctr.
Christ. cap. 16.
Eccl. c. 24. v.
41. Haye in
Conc. Lit. ex Bi-
bl. Tigur. Corn.
Iansen. ibidem.
Alensis in Glos.
ibid. D. Anast.
Synaita Anago-
gic. contempl. lib.
11. circa med.
Richard. à S.
Laur. l. 11. tit.
1. Alens. loc. cit.
D. August. ser.
2. de Annunt.
qui est 38. de
Sanctis. & ha-
betur in decret.
d. 1. c. 44. Ri-
chard. à S. Laur.
l. 9. tit. 3. & 4.

Maria nos
ægros quarit,
vt sanet, quia
omnium salus
& medicina
est.

(R) Eccl. c. 43.
v. 24. & c. 24.
v. 6. Alens. in
Gloss. Anglic.
late l. 9. cap. 7.

ri, ad Mariam misericordiae matrem at-
tinet, nam *mederi* (ex D. Greg.) *opus mi-
sericordiae est.* (Q) Ideo de seipsa Maria
aliquando loquebatur: *Ego quasi fluvius
Dorix exiit de Paradiso.* Eccl. cap. 24.
Non alicuius individualis esse nomen
fluvij *Dorix*, putant fere omnes, sed tra-
mitem significat, vel fossam in quam flu-
vius derivatur. Sic deducit Parisiensis
Haye ex Bibl. Tigur. Hæc autem Virgi-
ni mystice ab Alensi attribuantur, quæ
quasi trames aquæ immensæ venientis,
fluenta gratiarum ad Ecclesiam emittit,
vt arida peccatorum corda irrigentur, in
posterum sanctitatis fructum emissura. Sed
cur è Paradiso Maria vt *Dorix* fluvius
egreditur? E Paradiso exeunti Adamo, à
Deo comminatae sunt pœnæ, infirmita-
tes, dolores, quibus nati eius vsque mo-
do vitam agunt ærumnosam, vt docet
D. Anastasius Synaita. Tot cladibus vt
Maria Adamum mulctatum vidit, statim
exiit de Paradiso, vt fluvius *Dorix*, qui
interpretatur *medicamentum generatio-
nis*, & quasi (videns vbique profugum)
trames immensæ salutis aquæ, illum se-
quitur, fauciatum quomodolibet sana-
tura. Ad hæc meus Parens, & Magister
omnium Augustinus sic; *Mater generis
nostri pœnam intulit mundo: genitrix Do-
mini nostri salutem edidit mundo. Eva
occidendo obfuit, Maria vivificando pro-
fuit. Illa percussit, ista sanavit.* Fluvius
aridas riparum arbores peneque emor-
tuas plena irrigans scaturigine depingi-
tur, lemma ferens: *IRRIGAT, VT VI-
VANT.* Hæc Mariæ adscribuntur, quia
(assert Richardus à S. Laur.) *ipsa est flu-
vius Dorix, qui interpretatur medica-
mentum generationis, nam ipsa sanavit
generationem humanam, quam prima ma-
ter ita mortaliter vulneraverat, vt à
planta pedis vsque ad verticem sanitas
non esset in ea.* Ideo vt Adamum contem-
plata est mœsticiæ, ac ægritudinibus addi-
ctum, exulem è Patrio solo, quasi medi-
cina, & versus eum vt fluvius *Dorix* exi-
it de Paradiso: Idcirco Salomon de ipsa
Deipara figurative loquens, habet: *Me-
dicina omnium in festinatione nebulae, &
ros obviens ab ardore venienti.* Eccl. c. 43.
de Maria hæc decantari mystice, nullus
ambigit, ipsa dicente: *Sicut nebula texit
omnem terram.* Eccl. c. 24. idest, ab ardo-
re iræ Dei, & comparatur nebula Beata
Virgo. Inquit Magnus Alensis (R) Sæpe
nimium aruis vt spargitur gelu, incom-
moda plurima affert: elongato à nobis
enim plurimum sole, maxima tunc fit
aeris, & aquæ contritio, ex qua frigus

non modicum generatur, & omnia vi-
ventia mortificantur rigore hyemali.
Inquit Anglicus. Imo quia pori tenacius
clauduntur, necessario infirmitates variæ
procreantur. Cum igitur fiat Austus, fri-
gidus qui nullatenus est, sed calidus, &
siccus, sæpe flores, germina, & arbores
languescunt; sed tunc adveniente subito
nebula terram humectat, geluque dis-
solvit: tuncque nebula est horum medi-
cina in festinatione, *hoc est ea mala cu-
rat, & tollit.* Sic Iansenius textum discutit.
Inundat Maria omnium gratiarum
fluenta, rorem nebula hæc, quo arbores
inversæ homines pinguescant large im-
pertitur, sicque ariditas omnis, & ægri-
tudo corporis, & animæ per ipsius Vir-
ginalis nebulae irrigationem pœnitens pro-
figatur. Nebula guttatim super plantas
marcidas, & elanguescentes, quas pluens
exhilarat, roreque vitali fecundat, fert
scriptum: *VNDAS DAT LARGA
SALUBRES.* Succinte omnia clausit
Richardus sic scribens: *Per nebulam con-
grue designatur Maria, quæ à terrenis
elevata festinavit eruclare illud verbum
bonum Luc. 1. Fiat mihi, &c. Et per hoc
verbum medicinale curationem contulit
nobis, idest Christum, qui languores nos-
tros portavit.* (S) Sic vt nebula tegit Virgo
imo protegit omnem terram, ne exitiali
culparum pereat ariditate, eique sapius
post pluviam opulentiam, lætam indicens
ferenitatem, in omnibus se proficuum
exhibet, & munificam.

173 Ad Garizim properemus mo-
do, iuxta Jericho palmarum urbem si-
tum, quemque ex adverso respicit mos
Ebal vicinus, in quo maledictiones po-
pulo comminatae sunt; sicut tres nobi-
liores tribus, cum Sacerdotibus benedi-
ctiones in Garizim deprecabantur. Ideo
hic mons veneratione frequentabatur
causa sacrificij. Ita imminens in Sa-
maria, ab Austro Civitati Sichem vici-
nus, vt loquentem in vertice, Civitatis
Coloni audire possint. In eo Iovis Hos-
pitalis templum à Sanabalat Praefecto
Samaritæ instar Hierosolimitani construc-
tum fuit. Aliaque multa in hoc monte
evenerunt, quæ omittuntur; vt ad nostrum
accedamus institutum. Iugum istud,
quod *scindens*, vel *securis* interpretatur,
Mariam aptissime commendat tortuosi
caput colubri, securis velut scindentem.
Sic sentiunt omnes fere PP. & DD. &
inter hos vnus modo mihi eligendus Va-
rensis Alanus dicens: *Maria contrivit
caput serpentis, nec ipsam tetigit Abime-
lech, sed ipsa conteret, imo contrivit caput
eius.*

1. 11. cap. 12
Lyr. in cap. 10.
Exod. v. 13. Me-
noch. ibid. Haye
Iansen. in c. 43.
Eccl. v. 24.

Maria, tam-
quam nebula
nos protegit,
nobisque me-
decatur.

(S) Richard. à
S. Laurent. de
Laud. Virg. lib.
12. part. cap. 8.
Berch. in direct.
verb. Nebula.
Marius de Ca-
lass. tom. 4. Conf.
Hebr. Iudic. c.
9. v. 7. ibidem.
Menochius.
Laurer. Ceroar
tom. 1. Alleg.
Haye tom. 18.
Bibl. Max. Io-
seph. l. 11. Antiq.
c. 7. Theatr. Vit.
Human. verb.
Mons. Alanus
Varenf. de Laud.
Mariæ, ser. 4.
Gen. cap. 3. Fig.
Lyr. in Gloss.
ibid. Tirinus in
Bibl. Maxim.
Haye in Conc.
Lit. D. Bern.
serm. 4. super
Salve Regina.
& hum. 2. super
Mis-

Missus est. Alphonf. Orazcus in Encom. Mariae ex Cantic. Cantic. Tiran. loc. cit. D. Aug. lib. de Nat. & Grat.

eius. Sicut enim in prima femina abundavit iniquitas, sic in Sacratissima Virgine abundavit omnis plenitudo gratiae. Idem ex Sacris Biblijs hæc veritas comprobatur, nam Gen. c. 3. hæc habentur: *Ipsa conteret caput tuum. Quod de Immaculata Virgine infecta demonibus, per quam mediante filio, potestas demonis est contrita*, exponit celebratissimus Lyranus, & ex illo Tiranus. Quod suadet D. Bernardus hæc dicens Virgini: *Innocens fuisti ab originalibus, & ab actualibus peccatis; nemo ita præter te.* Sed his tenaciter inhærens principijs, libeat sciscitari, cur Maria colubri caput non caudam contrivisse pronuntiatur? Graditur super pectus: satis ergo securi erat pectus transverberare. Cur solum capiti infertur à Virgine ictus? Cauda Brutis finem signat, pectus medium, caput principium. Vomerat originale coluber ore venenum, cuius est principium, caput. Non igitur Maria relicto in radice, infecto originali sputo, medium, aut finem lanceat, non enim lapsa sanctificatur; sed à principio munda, atque à summo Principe præservata, ferit caput, culpæ principium, ut nullam in principio pateat incurrisse iacturam. Sic perbelle Augustinianus Alphonfus: *Enim vero caput, & initium, in quo Sathanas dominatur hominibus originalis culpa est, quam Posterius Adæ omnes contrahere coguntur. At gratia Dei Mariam corroborante, sic de hoc humani generis hoste triumphavit, à Deo potenter caput huius draconis contrivit, ut nec per instans illam ditioni suæ obnoxiam habere.* Similia Tiranus profert. Virgo pede caput draconis calcans depingitur, subiecto epigraphe: **ET PRÆMIT, ET PERIMIT.** Maria enim scimus, (Augustini sunt verba) *quod plus collatum fuit gratiæ ad vincendum ex omni parte peccatum, quam alicui de femina nato.* Vicit ergo, quæ à radice, à principio victrix evasit, non postquam venenum capitis in eam irrepsit. Vide itaque in Garizim Mariam arripuisse securim, gladium evaginasse, quo caput nequam serpentis, ne in eam irruere posset, scinderetur. Hic triumphus innumeris ornans Mariam adoreis, ad montis huius fastigium Fideles adsciscit, ut vnice Benedictam inter mulieres Mariam attollant benedictionibus, laudibus eius, & gratiam, & gloriam efferant. *Qui enim benedixerint illi, benedicentur per filium suum, & accipient salutem æternam: & qui ei maledixerint, erit maledictus à filio.* Affert columna Theologiæ Ægridius

Romanus. (T) Hæc insinuant verba, quæ de Maria mystice sunt Eccl. cap. 24. *Qui elucidant me vitam æternam habebunt. Id est, qui me laudant, me honorant, me benedicunt.* Exponit ille. *Magna autem laus (ait Gellius) non abest ab admiratione: admiratio autem, quæ maxima est, non parit verba; sed silentium.* Laus Marianæ primæ gratiæ per omnium ora iam pæne diffunditur, omnesque aguntur in admirationem; à Deo prælectam in matrem, ita plenitudine gratiarum conceptam fuisse Mariam, ut Angelicam quoque transcenderet naturam, quæ ipsam mirata, in hæc continuo verba prorumpit, *quæ est ista?* Tam pulchra, scilicet, in abundantia gratiæ. Habet Rupertus. Nam quo magis Maria augefcit, eo clarior efficitur. Addit Haye. Omnibus autem patet Mariani honoris, & gloriæ campus: vtinam denegaret nullus. Qui sunt ergo, qui vitam æternam pro mercede habent, Mariam elucidantes? *Interpretes mei*, qui alios erudiunt. Habent Bibl. Max. Qui distincte Mariam pulchram prædicant, immaculatam, in gratiarum plenitudine conceptam. Hi *vitam æternam habebunt, cum quadam excellentia dignitatis.* Docet Alensis. Inter omnes autem immaculati conceptus Mariæ elucidatores, quis præcipuus? Proculdubio ille sanctitate, doctrina, ac miraculis celeberrimus, Deiparæ amantissimus, Ecclesiæ inextinguibile iubar, Theologorum omnium facile Princeps, Religionis Franciscanæ iuratus ab omnibus Præceptor Venerabilis meus Patrens, Docteur Subtilis Ioannes Scotus. Id testatum relinquunt Clem. V. ob victoriam de adversarijs Immaculatæ Conceptionis reportatam, eum in Ecclesia insigniens *Docteuris Subtilis* titulo. Id in officio ab Ecclesia de Conceptione approbato statuere Sixtus IV. & in Bulla. Iulius II. Sixtus V. & vniuersaliter omnis Ecclesia tenet, fatetur, suadet, etiam ipsi hostes, licet invidiæ agitati livore. Ille igitur vir Sanctissimus, Doctrina Scholasticorum omnium antesignanus, docens, disputans, scribens, prædicans, primus omnium evaginavit gladium defensoris, ac elucidaturus Mariam, quam nolebat impuram, sed à sui esse primo instanti gratijs cumulatam. Hic ergo (Pie solum pro nunc) vitam æternam possidet, Mariana post Deum visione fruens, quam invictus propugnauit. Sanctitatem eius, & in vita, morte, & post, testantur monumenta marginibus adducta, (V) quæ brevitatis causa omitto, nec ad longum

(T) Ægid. Rom. in Salut. Angelic. Eccl. c. 24. v. 31. Idem Ægid. ibidem. Gellius libr. 4. D. Hier. tom. 9. epistol. 10. ad Paul. & Eustoc. Rup. in Cant. c. 7. v. 6. D. Amb. Alenf. Haye in Conc. Lit. ad c. 6. Cant. v. 9. Plin. in Panegy. Haye in Bibl. Max. Menoch. ibi. Alex. Alenf. in Glos. Clem. V. in Bulla. Offic. Eccl. a Sixt. IV. approbat. Bulla quæ incipit, libenter ad ea. Iul. II. Bulla, ad statum. Vrb. ban. VIII. Bulla, imperscrutabilis.

Maria contrivit caput draconis, non pectus, aut caudam. Quare?

(V) Pineda Ier. fuita in d. err. ad

ad Trinitatem
Regis Aragonie
Lezana Carme
litani in Apolog.
c. 15. Michael
Onerus orat.
Encom. & Innu
meri apud Illu
strissim. Sama
nigo, in Vit.
Doct. Subt. l. 1.
c. 9. Mathæus
Sosa in Vita
Scoti præfixa l.
1. Sent. tom. 1.
§. de Sanctis.
Scoti. Gilbert.
Brunus Histor.
Eccl. & ex eo
Thomas Demp
sterus id Apolog.
Scotorum Mar
tyr. Franciscan.
die 8. Novemb.
Petrus Cratopo
lius lib. de SS.
Germ. & alij Pit
tas. apud. Ioan.
Hob. Aristot.
apud Andr.
Ebor. verb. Mē
daciū. Abra
ham Bzovius in
Annal. Arist.
apud Ding. l. 5.
Richardus a S.
Laur. lib. 2 p. 1.
Guaricus Abb.
ser. 1. de Epipha
nia. Idiota de
Virg. Maria c.
1. D. Germanus
de B. Virgine.
cic. 1. de Orat.
Juvenal. sat. y.
10. Hist. Saxon.
D. Aug. epist.
113. D. Chryso.
D. Hier. Cas
sian. lib. 2. epist.
& epist. 8. apud
Andr. Eborens.
verb. Præmium

Maria, Maria
num Docto
rem Pia beat
ob eius virtu
tes, merita, &
labores.

gum recenseo. Num non possideret vi
tam æternam, vir ille pius, cui sub arbo
re Virgo scientiam infudit, in quo sibi
complacuit, & cui annuens caput eius
marmorea inflexit imago, ut nunc adhuc
Sorbonæ perseverat, dum ad reportan
dum de inimicis triumphum, hanc ingre
diebatur, Mariæ nixus Patrocinio? Quid
hæc, cum morte à mordaci Bzovio ex
cogitata? Quid hæc cum imposturis ad
inventis solummodo, non solum ab his,
qui foris sunt, sed ab illis, cum quibus
in domo Dei ambulavimus cum consen
su? Fabulantur Doctore Subtili mortem
seu violentam, seu subitam irrepsisse.
Respondeat Bzovius. Nonne *iustus qua
cumque morte præoccupatus fuerit, in re
frigerio erit?* Sap. cap. 4. sive, *præmature
moriatur?* Imò Jordanis post Parentem
nostrum Sanctissimum Dominicum, or
dis Magister Generalis, nonne præma
tura obiit morte, inter inundantes flu
minis suffocatus aquas? Quid ad hæc
Bzovi! num non inter vestræ Religionis
Beatos hic pius vir annumeratur? Ita.
Pro nostro autem Pijssimo Doctore Sub
tili paritas non curret? Nequaquam, quia
Bzovius turgit invidia, quam si Doctor
noster declinasset, tunc *miserabilis fieret*.
Et sanè toto aberravit Bzovius cœlo,
dum dixit Subtilem Doctorem è vivis
decesisse 1294. cum obierit 1308. Vbi
advertere debebat sibi tunc temporis pro
iniuncto munere esse, Historiam Eccle
siasticam compaginare, & *docentes alios
(iuxta Aristotelem) mentiri non debere*.
Et certè hoc apud Pios, & nulla æmula
tionis tabe infectos lucratus est, quod &
ceteri mendaces; ut *si vera dicat aliquan
do, ei tamen non credatur*. Sed cum meū
non sit Apologiam modo texere, devenio
ad principale, utpote Doctorem nostrum
Marianæ primæ puritatis acerrimum pro
pugnatorem, in æternitatis regno vitam
agere Beatam, ut ex Historijs deduco, &
pro nunc pijssime credo. Elucidavit Vir
ginem præ alijs in re momenti maximi:
Vnde vitam æternam (vir alias virtuti
bus omnino deditus) absque dubio con
sequutus est. *Honorare enim Mariam,
Thesaurizare est sibi vitam æternam*.
Promittit Richardus & ferè idem Guarri
cus. Sed pro nostro nunc finiendi institu
to (& si plures torqueat) audiatur Idiota
Pijssimus hæc proferens: *O Virgo, impe
tra tuis assiduis postulationibus, ut te
laudem, te glorificem, te benedicam, tuas
virtutes enarrem, tua mirabilia nume
rem, tuam exemplarem, & deificam vi
tam predicem, scripta de te elucidem, ut*

*habeam in laudibus tuis vitam æternam;
imò in vita æterna laudes tuas, & super
benedicti filij tui concinam, quia scriptū
est, Qui elucidant me, vitam æternam ha
bebunt*. Hortus depingitur ferax, rore cœ
lesti madidus, cum lemmate: **TOLERA
TÆ PRÆMIA NOCTIS**. Si vitæ ar
ctitudinem, sive mortis spectes iniurias,
non Subtilis Magistri vitam appellabis
diem, quam inter virtutis exercitia ducit
proculdubio laboriosam, pro Maria exal
tanda fessam: At ipsa, cum ipsum, ipsius
que scripta suæ fecerit voluntatis Paradi
sum, sitque ex virtute cœlesti Ros veluti
concepta, & generata, hunc Hortum cœli
co vestit ornato, quia cum Luna sit, mater
est roris, ideoque impinguat selectum à
se viridarium, & inter vireta collocat Bea
torum. Sic præmia consequitur pro his,
quos ad propugnandam Virginis à labe
origineæ immunitatem, sustinuit agones,
& *consummatus in brevi explevit tem
pora multa, placita enim erat Deo anima
illius: Propter hoc properavit educere illū
de medio iniquitatum Populi autem* (id
est insipientes Lyr.) *videbunt finem sa
pientis, & non intelligent quid cogitave
rit de illo Deus, (X) & quare munierit
illum Dominus*. Sap. c. 4. Ad alia ab his
minimè dissonantia deveniamus, quæ pro
fert Salomon cap. 3. dicens Eccl. *Sicut qui
Thesaurizat, ita & qui honorificat ma
trem suam*. Pulchra sententia: nam (ut ad
vertit Parisiensis Hays) *honor qui à filijs
matri defertur, Thesaurus reconditus est,
quo in cœlo in æternum potientur*. In Ma
ria misericordiarum, & gratiæ totius re
peritur thesaurus; & eam (ut docet An
selmus) *ita Matrem Dei, & hominum fie
ri oportebat, ut mundam ab omni pecca
to esse deceret*. Mater ergo omnium Ma
ria est, ab omnibus veneranda, ut sic om
nes ex illa virtutum fodina innumeros
congerant meritorum Thesauros. Ete
nim ipsa & *Thesaurus domini est, &
Thesauraria gratiarum eius, unde donis
spiritualibus ditat copiosissime servien
tes sibi*. Habet Richardus a S. Laur. The
saurus autem, vetus est depositio pecunie,
aurum, argentum, gemmas, alique con
tinens pretiosa suppellectilia. Cœlestes
Thesauri Mariæ commisi sunt, unde vo
catur œconoma, & dispensatrix numerum
divinorum. Igitur, qui eam honorificat,
sicut qui Thesaurizat, quia Mariæ meri
tis omnia bona spiritualia congerit, *con
gregans sibi merita pretiosa*. Canit Ecce
lesia dulcior Lyr. Adapertum conchyle
cœlestem in se recipiens rorem, hoc scri
ptum monstrat: **DITAT, ET EXOR
NAT**

(X) Sap. c. 4.
v. 13. 14. &
17. Lyr. in sua
aurea Gloss. ibi.
ad v. 14. Eccl.
c. 3. v. 5. Hays
in Bibl. Max.
ibi. Dan. Agri
col. stell. 4. Cor.
9. D. Anselm.
opuscul. de B. Vir
gin. c. 5. Richar.
a S. Laur. lib. 2.
p. a. c. 22. Vlpian
instit. lib. 2. de
rer. divis. §. pe
nult. Adamus
Broverus in sa
lut. Angel. co
ron. in Prol. Ale
xius a Salo, in
Arte amand.
Mariam, pri
vileg. 2. Lyr
in Gloss. ad c. 3.
v. 5. Eccl. Ioan.
Varr. lib. 3. d. 3.
Abb. Panorm.
c. conquestus, de
Ferijs. Abulens.
Paradox. 1. c.
21. Salazar de
Concept. c. 42.
sect. 15. & innu
meri. Anton.

Possessio. Jesuita in appar. Sacer. Dermicius Toadeus Nite-la Franciscan. Ambr. Catherin. in disp. immacul. Concept. ad Conc. Trid. p. 1. vide in 3. d. 26. q. unic. n. 10. Vading. in vit. Scoti, c. 14. n. 40. Anton. Andr. in lib. 12 Metaph. Tartaret. in 3. d. 13 q. 2. Ferebini in vit. Scoti, ca. 5. n. 14. Doct. Subt. li. 1. oxon. d. 2. q. 1. 2. & 3. Quodl. 5. in 4. d. 46. q. 1. n. 7. in 1. d. 17. q. 3. n. 21. & d. 30. q. 2. n. 14. Memorial. Seraph. contr. iuram. Salmatic. a. 1. §. 2. n. 14. in 3. d. 3. q. 7. n. 3. & d. 13. q. 1. 2. 3. & 4. n. 9. huius. In 1. oxon. d. 16. q. unic. n. 2. §. ad probationem. In 4. oxon. d. 8. q. 1. n. 3. & d. 13 q. 2. Alan. Varen. de Laud. Mar. in Prol.

NAT. Ros Maria est, eiusque Conceptio nil foeditatis ebibit, coelestis tota est, gratiosa penitus, quo modo ingeritur in Franciscanorum cordibus præcipue, dum hæc securissima sententia, quasi convictum olim *opinio Minorum* vocitabatur. Et certè ita, irrefragabilis est, & erit *opinio Minorum*. Hoc purissimo Thesaurorum locupletamur, quo (et si alias opibus pauperes) iam divites facti sumus. Primus vero, qui hunc in Scholis coelestem invenit Thesaurum, proculdubio fuit. Venerabilis sanctitate, ac doctrina Pater, ac Præceptor noster, Doctor Subtilis Scotus, quem virgo Primum sui immaculati *primi esse* vindicem, abunde ditavit: Affectu, dum eius annuens precibus caput ei Parisijs inclinat. Fide, etenim omni firmitate quidquid Ecclesia statuit, amplectitur, tenet, & acerrimè propugnat: Vnde, cum tot insultaverint adversus eius doctrinam acriter invidi, numquam vel in apice eius sententia fugillata est; imò potius Concilia, Pontifices, ac sacrum Inquisitionis Tribunal, eam ut Catholicam, Piam, ac securam, reliquerunt intactam: Quod non omnibus evenit Doctoribus, & ex quo deberent confundi, qui nos persequuntur, sed de hoc plenius legatur devotissimus, & sapientissimus Pater, Ambrosius Catherinus Dominicanus. Insuper, Puritate vitæ, & doctrinæ, à Virgine fuit locupletatus Subtilis Doctor: Purissimus enim fuit, omnibusque ornatus virtutibus, virginitate præcipue, qua corpus honestavit, placuitque Virgini virginum, eumque hæc instituit Doctorem Marianum. Inconculsa dicescebat spe, efficacem concipiens continuè appetitum Deo in Patria fruendi, operum bonorum se muniens exercitio, fruentique orationis studio coelorum intima contemplans. Charitate, qua in divinam totus agebatur bonitatem, eam contemplando, amando, ac incessanter sequendo, sic tenaciter honorem domini, ac dominæ omnium curans, ut non solum se ad Deum pennis elevaret amoris, sed alios fervide ad similia invitaret. Religione, qua orationis amica ita excelluit, ut ferè continuo oraret, ab humanis sequestratus, studium oratione compensans, & in studijs absortus orans. Sic altius alijs de Deo, eius imperio, & omnipotentia scripsit, præ omnibus ut Aquila Aquilam Augustium sequutus, sic Subtilem Subtilis, Veracem verax, ut in Quatuor solum oxoniensibus libris, eius se muniat dictis, octingentis quindecim vicibus; Vnde nullus fidelior

Augustini discipulus. Compassione, & animi teneritudine, qua mytheria prosequeretur Redemptionis, Incarnationis præcipue: Vnde in Nativitatis nocte deliquium sacri dum pateretur amoris, puerulus Jesus, eius se brachijs innectens, suaviandus, & amplectendus obrulit, eique dona coelestia large indulgit. Idcirco de hoc, & de sacratissimæ Passionis Sacramento tam pie, & tenere scripsit, ut eius verba internam quoque redolent pietatem. His, alijsque perornatus virtutibus vixit, & obiit Subtilis Præceptor, Marianæ primæ puritatis invincibilis propugnator, sicque Thesaurizans, Mariæ ope dives evasit, Thesaurizans Thesaurum non deficientem in cælis. *Nihil enim certius habeamus, (scribit Alanus Varenus) quem Mariam unam esse omnium matrem, virtutum omnium, coelestiumque favorum incomparabilem Thesaurum.*

174 Ad Garizim gressus nostros, in sui Laudem iterum Maria dirigat. (Y) Templum in hoc monti Jovi Hospitali constructum erat, quem etiam Judæorum Deum Varro putavit errans, referente Augustino. Sed ad vtiliora, hæc transferantur; Hospitalis enim, nimis pronus ad hospitandum, & miserendum dicitur: Sacraque huius Hospitalis miserationis ara, ad Mariæ montem potius est transferenda, in qua Pater hospitabatur complacens, Spiritus Sanctus obumbrans, Verbum carnem ex ea induens, ait Helychius Jerosolymitanus, & omnes benignum matris experientes affectum. Hoc nos evidenter docent Verba illa Sponsi ad Mariam dirigentis, Cant. c. 6. *Pulchra es amica mea, suavis, & decora sicut Jerusalem.* Pulchra Maria dicitur, ut ab omnibus diligatur: *Pulchritudo enim sola maxime omnium amabilis*, censet Platon. Ideo à Pulchritudine colloquium Sponsus incipit, quia *quæ vis epistola concitator est pulchritudo*: Ideo alij legunt *amabilis*, aut iuxta beneplacitum. Maria enim amabilis, & beneplacens est omnibus; qui (dante Anselmo) *omnibus est unicum reclinatoriū aternæ pietatis*. Cui non benè placet reclinari in hoc misericordix diversorio, ubi coelestem experiuntur hospitalitatem habitantes in exilio? Quis ibi divertere pertimescat, ubi blanda, dulcisque suavitas, ut se cunctis communicet, deget? Suavis est *misericordia obertate*, explicat Alensis. *Benè accepta*, quia nullus ad eam confugit mansionem, qui non tenere recipiatur, blande tractetur, ac dulcedine coelestis pabuli-

(Y) D. Aug. de Consens. Evangelist. lib. 1. cap. 22. de Civ. Dei, lib. 6. c. 6. & lib. 7. c. 5. Helych. Jerosolymitan. orat. 2. de Deipara. Plato de Pulchrit. Arist. apud Stob. D. Anselm. Opus de B. Virg. c. 12. orat. 5. Cant. c. 6. v. 3. Alens. ibi. Aquila in Bibl. Maxim. Arist. lib. 1. Polit. Januens. in Catholic. Theat. Vit. Hum. tom. 2. Alanus Varen. de Laud. Mariæ. serv. 2. Bibl. Venet. Hage in Conc. Bibl. Max. Richard. à S. Laur lib. 4. tit. 25.

Maria omnes semper parata est recipere in suæ suæ misericordix

li nutriatur. Sed cur instar civitatis eius suavitas depingitur, *suavis, & decora sicut Jerusalem?* Civitas, est civium unitas societatis vinculo adunata. Jerusalem vero *visio pacis* dicitur. In Maria igitur pacificè videntur homines habitare, unitatem servantes in vinculo pacis, sic quod omnes associat, recipit benigna, hospitat gratiosa. *Filius* (Mariam alloquens Alanus profert) *te matre, veluti quodam suo tabernaculo usus est, quæ mater, & sedes una esses misericordiae, omnium robur, omnium turris, omnium electorum, & sanctarum animarum receptaculum.* Textum insuper alij sic legunt: *Palabra es, & suavis sicut Tirsas.* Sedes regum Samariae, regiaque vrbs Tirsas erat, & interpretatur *complacens, volens*, vel *suavis*. Suavitatem Maria cum complacentia, & volitione connectit, quia sibi complacet velle omnibus suavem miserationis communicare hospitalitatē. *Quid ad Mariam* (clamat Richardus) *accedere trepidat humana fragilitas? Tota suavis est, mitis, & mansueta, cuius Charitas non irritatur malis nostris.* Civitas in montis vertice sita, muris vallata, ostijsque sine foribus circumsepta, fert epigraphen: **SIC PER VIA CVNCTIS.** Maria (docet Alanus) *civitas Dei est: nec mirum, cum per eam omnis divinus si datus nobis ascensus; quasi eadem præstet ascensum, quæ ingressum donat, & omne munimentum.* (Z) Ipsa Virgo est Tabernaculum Dei, homines misericorditer suscipiens, imò eos invitans ut in suo salutari gremio hospitentur. Ipsa est, quæ pervia Cœli Porta manet, in qua nullæ ingressui fores obijciunt obstaculum: imò ad eius nutum portæ Paradisi reſerantur. Ait Absalon Abbas. Hanc Mariæ largam munificentiam extollit idem Salomon Prov. c. 31. dicens: *Manum suam aperuit inopi, & Palmas suas extendit ad pauperem.* Hoc totum de Virgine explicatur ab Absalone Abbate, dum Mariam hic Mulierem vocari contendit, quæ dicitur quasi *mulier, à mollitie*; idest *emolliens Herum, vel Heroem*, idest Christum; (ut sentit Daniel Agricola) *Beata autem Virgo ipsum emolliovit, & placavit, & genus humanum ei reconciliavit.* Manum suam mulier hæc sanctissima aperuit inopi, seu extendit ad afflictum, ut Montanus habet. Inops, nec opes quibus utatur habet, nec ut alijs porrigat; ipsa Maria ei manum aperuit, cuius binæ sunt tornatiles aureæ plenæ Hyacinthis: idest, *Ad omne opus bonum volubiles.* Ait Doctor irrefragabilis Alensis. Quod in Hy-

acinthis moraliter explicatur, qui symbolum sunt misericordiæ, cuius Mater antonomastice Maria dicitur. Afflictus vero adversitatem coniunctam habet, humano circa aliqua orbatus adiutorio. Ad hunc extendit propitia manum, quia *Virga est consolationis, molestiarum levamen, afflictorum refugium, & omnium dolorum cordis medicamentum.* Maria ergo manum inopi aperit, & ad pauperem palmas extendit: *Quia ubique inducit ad opera misericordiæ ultro, & liberaliter;* explicat Lyranus. Manum primo aperit, etenim *manus à manando dicitur;* & Mariæ sic dispendunt opera pietatis, ut illas habeat exemplo filij semper extentas, non contractas; inquit Richardus. Manus etiam dicitur quasi *munus*, ipsa enim dispensat omnia: vnde Maria manum nobis inopibus aperit, ut munera cœli dispenset, quibus nimio indigemus: omnes enim gratiæ ad nos è cœlis derivatæ, necesse est ut tranſeant per manus Mariæ; docet Bernardus. Vnde *Manum aperuit inopi, elemosynam largiendo.* Insuper, *Palmas extendit ad pauperem.* Palma, manus extenta dicitur, quia ad modum Palmæ arboris ramos habet, & fructus, *Dactylos* videlicet, à quibus (in digitorum similitudinem efformatis) sic digiti nuncupantur; suntque hi natura mobiles, & flexibiles, à dando dicti. Modo Maria ut palmas extendit manus, ut munera porrigat, ne quis à sua prorsus liberalissima generositate frustratur. *Palmas suas extendit ad pauperem, necessaria ministrando.* Habet Alensis. Confirmat idem, ante versiculum litera per modum tituli apposita, nempe *Caph*, idest *inclinatio*: sic siquidem Maria ad subveniendum inclinata est, ut ei tenere D. Parens, & Ecclesiæ Seraphicus Doctor dixerit, *Recordare domina Pauperum, & miserorum, & sustentâ eos ope refrigerij tui.* Omnibus enim annuit subventura, inclinatur ad omnes ut opem impendat, nec subterfugit vllus imploratum suæ subventionis auxilium: *Securius velocem in necessitate subventionem sperabo* (clamat D. Anselmus) *nisi vnde mundo processisse propitiatorium scio?* Inclinator Maria manus inopi ad aperire, ex quibus gratiæ fluunt incessanter, & ad Palmas extendere pauperibus, vnde cœlestibus ditentur opibus, abundant divitijs. *His enim verbis* (addit Janſenius) *significatur liberalis, & ultronea eius oblatio, ipsamque velut obtrudere egenis sua.* Manus frumentum continens supra campum matura segete vberem, fert dictum:

man. verb. Manus. Rich. à S. Laur. lib. 5. tit. 17. D. Ber. iam adduct. Angl. l. 5. c. 28. & l. 17. c. 115. Piffav. Red. lib. 2. c. 26. n. 1. vide Marius de Calass. Haye, Lyr. Tietm. Georg. Venet. & alios. D. Bon. in Psalt. D. Ansel. opusc. de B. Virg. c. 12. orat. 7. Ians. in Prov. c. 31. v. 20. Robertus Holcot lib. de imaginib. c. 7. apud. Novar. umbr. Virg. lib. 4. c. 41. Excur. 147. n. 388.

Per Mariæ manus, cœli munera abunde derivantur hominibus.

(Z) Alanus Varen. de Laud Marie ser. 1. de Andr. Cret. de Nativ. Virg. orat. 2. Absalon Abbas. Adam. Brouverus, in Prol. salut. Angel. Absal. Ab. de Purific. ser. 3. qui est ord. 16. Daniel Agric. in Cor c. 3. Arias Mont. in Bibl. Max. ad c. 31. Proverb. v. 20. Cant. c. 5. v. 14. Alensis ibi. Ians. in Catholic. Tirin. ad 5. cant. v. 14. D. Damian. ser. 40. D. Damasc. serm. de dorm. Virg. D. Bon. opusc. 25. Lyr. in Gloss. ad c. 31. Proverb. vers. 20. Theatr. vit. bu-

MUNERIS ISTA MEI. Numquam enim arua melsibus ditarentur opimis, nisi manus ante dispensasset semina liberalis. Aperit sic Maria manum suam, & nos implet benedictione; etenim Pia Mater, & Virgo est: signum autem cœleste, quod *Virgo* dicitur, spicas manu ferens effigiatur: *Per quod describitur Virgo, Mater Christi immaculata*, (scribit Robertus) *nam ipsa tenet spicas cœlestium seminum gratiarum, & virtutum suis dilectoribus tribuendas*. Fœlices qui ad suæ pietatis ianuas pulsant, ubi *manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem*.

(A) Marius de Calass. tom. 4. Conc. Hebr. Hæc t. 18. Bibl. Maxim. Angl. lib. 14. c. 17. D. Ber. in Cant. ser. 54. Ps. 71. 2. 6. Lyra in Gloss. ibid. Titell. man. Alens. D. Aug. Menoch. Tyrin. & alij. B. Amad. Laufer. 54. bom. 3. de Incarn. D. Ber. sup. Misus est, bom. 2. Ambr. Catber. opus de Immac. Concept.

175 Gelboe tandem nostro sese obtutui obijcit; (A) & dicitur *revolutio deprecationis*: mons in quo Saul, & Jonathas periit; vber antequam à David malediceretur, quem maledictio sicca, & sterilem fecit; unde in illo numquam Ros, aut pluvia cadit. Steriles denotat gratijs peccatores, iuste à Deo ob perpetrata scelera maledictos. At, si respiciant, & mediante Maria ad Deum deprecationes revolvant, rore benedictionis, & gratiæ iterum reviviscunt. Prævidens vates Regius Verbi Incarnationem, sic loquitur Psalm. 71. *Descendet sicut pluvia in vellus. Id est, suaviter, & impercibiliter descendet in Virginem, per suam Incarnationem*. Commentatur Lyranus. Vellus niveum Maria est; etenim *sicut vellus cum de carne sit, extra carnem excrevit, & carnis pæssiones ignorat*: sic Deipara Virgo intacta, vellus purissimum, nullas carnis sentit illecebras, ducens vitam transcendentem puritate, & gratijs Angelicam. Vellus apte dicitur, in quo pluvia sine dispendio concluditur, ut postea sitientibus exprimitur. Guttæ enim è Cœlo manantes, cum sicca in area vellus attingunt, in ipso placide, ac vberim includuntur, unde postea facili negotio emungantur. Sic in Mariam verbum descendisse perhibetur, *sicut pluvia in vellus*: Non solum, *quoniam vellus, cum sit de corpore* (ait Pius Ambrosius Catherinus, Dominicanus) *nescit corruptionem; & Maria et si fuerit de massa peccati, quasi vellus, incorrupta, per Christi gratiam est inventa*: sed quia homines cum tunc nimis agiles, & proni ad malum, terram habitant, & arua arefacta à facie maledictionis. Jer. cap. 13. Verbum vellus purissimum, in quo se ut pluvia immisceret, elegit; ex quo postea in eos, aridaque eorum corda, vi amoris expressum abiret, eosque suis fœcundissimis gratijs irrigaret. *Mundus enim* (ait

Antonius Genuensis) *diu fuerat privatus gratia Dei rore: sed descendit ros de Cœlo in vterum Virginalem, & cum eo dulcedo benedictionis*. Sed insistamus etiam aliorum lectioni sic habentium: (B) *Descendet sicut pluvia super herbam ressecatam*. De hominibus sermo est, cuius vita, *mane sicut herba transeat, vespere decidat, induret, & arescat*. Indurata delictis à gratia originali hæc herba decidit, unde aruit; sed per Mariam se pluvia cœlestis in terram diffudit, *magna omnium letitia, & voluntate*, quia sic irrorans super herbam sitientem, eam coegit succrescere, & germinare. Ideo Ambrosius hoc tetigit: *Maria velleri comparatur, quia mollis ad obsequium*. Divinæ utpote voluntatis, cui in promptu parebat. Sed tamen mollis etiam circa peccatores, non in se sibi gratias pluvia retinens benedictionis, sed larga refundens, ut fideles fructus reddant meritum opimos. Vellus plene madidum, & exuberans guttis pluviae, in campi planitie habet epigraphen: EXUBERAT, PLENUM. Maria, plena gratijs celebratur à Deo, Angelo, & homine; & sic plena, ut de eius plenitudine omnes accipiant, ut docent D. Bonaventura, & Bernardus, hicque addit: *Spiritu Sancto superveniente, nobis quoque superplena, & supereffluens facta est*. (C) Fuit Maria aureum vellus imperceptibilis roris, cui cœlestis placido se infudit illapsu, iuxta D. Methodium, & Chrysologum. Inde per Mariam maledictum evadimus, & benedictionis gratiam consequimur, ut iam cœlestibus impinguati profluvij, virtutis fructus operemur opimos, non Gelboe æmulantes siccitatem, sed revolventes ad Virginem nostram deprecationem. Id stabilitur verbis Osee cap. 6. dicentis: *Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Pietas, & benignitas* legunt alij. *Pietas gratissima Deo est*, ait Tullius; quæ etiam suos habet impetus, impatiens contineri, quominus larga suffragia præstet; iuxta Quintilianum. Benignitas autem virtus est sponte ad benefaciendum exposita, lenis, blanda, dulcis alloquio, & sua cunctos invitans dulcedine: imo liberalitati præstat, docet Ambrosius. Hæc cum misericordia agglutinatur, ut in tribus vnum, idemque sit dispensandi beneficii argumentum: *Misericordia autem, quæ mala relaxat, & bona tribuit, à Maria inchoata est*, iuxta inrefragabilem Alensem. Unde Doctor Sanctus D. Parens Bonaventura proclamat: *Benedicite Vir-*

(B) Anton. Genuens. de Fig. Bibl. pro Maria ad Num. c. 11. Plures in Bibl. Maxim. Haye in Conc. ibid. & Psal. 89. Lyra ibid. D. Ambr. serm. 13.

Maria, vellus in quo cœlestis pluvia imbibitur, ut inde mundus irrigetur.

(C) D. Bern. serm. 2. de Assump. & alibi datus. D. Bon. D. Methodius Orat. de Hypap. D. Petr. Chrys. ser. 143. Offic. c. 6. v. 4. Bibl. Chald. & alij apud Haye in Bibl. Max. ibi. Cic. lib. 2. de leg. Quint. de clam. 6. D. Ambr. lib. 1. de Offic. Alens. in Cant. Magnif. v. 5. D. Bon. in Ps. Virg. Angl. lib. 11. c. 4. D. Ambr. lib. de Vid. p. 2. D. Andr. Cret. Orat. de Nat. Virg. Richard. à S. Laurent. de Laud. Marie, lib. 7. tit. 13.

Misericordia
Mariæ quasi
nubes, &
quasi Ros.
Quare?

ginem in toto corde vestro, misericordia enim illius plena est terra. Sed quo pacto circa nos hæc misericordia Virginis se habeat, videamus. *Quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens.* Nubes est, & Ros. *Nubes, communis materia ad nivem, pluviam, maiorisque illuminatione à sole susceptiva, quæ omnia largiter ad terram benigna refundit,* vt explicat meus omniscius Anglicus. Sicque nubes arentem irrigans campum, hanc notulam præfert; SE EXHAURIT EGENTI. Maria, quæ mater est misericordiæ aridos conspiciens, & fraudatos virtutibus fideles, eos ad meritoria excitat, iuvamine vt auxiliatrix fecundat, & vt nubes obumbrans eos gratijs impinguat. Aptè Ambrosius: *Ascendet Dominus super nubem levem, & veniet in Ægyptum, idest in afflictionem mundi huius per Virginem.* Nubes est Maria, quæ levavit hunc mundum de gravi scœnore peccatorum. *Nubes est, quæ ad fructum terram habilitat, & fecundat.* Ait Richardus à S. Laur. *Insper, quasi ros est misericordia Maria.* Delectant Roris guttulæ campum, flores impinguat, gramina candidant, & herbarum extremitatibus in earum proficuum se suspendunt. Sic efficax est in virtute, vt terra per eum inebriata, medullam miro modo in granis amplificet. (D) Vnde roris depingitur copia ex Aurora nascente nascentis, cum lemmate: EX UTERO AURORÆ. Et sane ita, siquidem Aurora dicitur *Aurora rorans;* quod Mariæ aptius congruit, *Quæ* (loquor ex Abfalone Abbate) *velut Aurora diei iam eminentis prænuncia, ortu suo mundo illuxit, & noctis præcedentis facta terminus, primitias quasdam spiritus, & dona gratiarum singulariter accepit.* Adde, quod de Maria tradit Richardus dicens: *Maria Aurora, idest Aurora rorans, nam eius meritis percipimus auram, refrigerium, & rorem gratiæ.* Non ergo veluti montes Gelboe sic aridi appareamus, vt deprecatione revoluta haud ad Januas Matris Misericordiæ pulsemus, sed instemus orantes, vt eius meritis Ros, & pluvia veniant super nos, cuius ope interius irriguum concipiamus gratiæ. Id nos clare docuisse idem Oseas videtur, dum ibidem cap. 6. habet: *Quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet nobis quasi imber temporaneus, serotinus terra.* Alij habent, *egressus eius quasi aurora.* Hæc autem typum gerere Mariæ, ex dictis liquet satis. Sic Maria ad nos Imbrem diffundens, qui ab imbuendo, quia terram inebriat cadens, vo-

catur. Sed cur Imber iste Virgineus, & cœlestis, (Mariæ symbolum ex Daniele Agricola) nunc temporaneus, nunc serotinus exprimitur? dicam. Temporaneus Imber (iuxta D. Hieron.) est, quo iactum semens coalescit in terra, vbi radices figit, ex quibus in bulbos, & cannas polita coalescat. Serotinus vero est, quo ipsa grana iam ingrossata maturantur, ad debitum opimi fructus statum pervenientia. Modo ad rem etiam. Datur apud Theologos Gratia præveniens, quæ hominem excitat & adiuvat ad bene moraliter operandum, & similiter gratia subsequens, seu cooperans, quæ volentem bene operari subsequitur, ne frustra velit. Maria ergo vtramque nobis à Deo consequitur gratiam, & diffundit: vt Imber temporaneus præveniens renuentes, vt in virtute radicentur, & operari bene velint: vt Imber serotinus, nos gratijs irrigans, ne frustra operari bene velimus, & operemur. Imber è Cœlo ex Phiala vbertim cadens, iacta semina arentia irrigans, epigraphen signat: PLENIOR UNDA FLUIT. Scilicet vt & grana proficiant, & pariter maturescant. Ad hæc ex Bibl. Virgin. verba sic desumuntur. *Maria Phialas gratiæ, misericordiæ, bonitatis, & largitatis in omnes effudit.* Per Mariam ergo fidelis quisque, qui vt Gelboe ariditatem gratiæ conciliat, gratiæ imbrem de facili consequetur, si interne pia ad eam deprecatio revolvatur.

Per Mariam
nobis confer-
tur gratia præ-
veniens, &
subsequens.

CAP. XXX.

GOLGOTHA, SIVE MONS
Calvarie, Virginem in Jesu Crucifixo
dolores, martyrium, & solitudinem,
passam demonstrat.

176

AD Golgotham devenimus, vt in Golgotha passum Jesum, compassam Deiparam contemblemur. Sane mons hic est, in quo beneplacitum est Deo moriens habitare in eo, vt per mortem tartarea deprædentur regna, Cœli ianuas aperiat, morte mutet vitam, renatis conferat gratiam. Hic mons lanceatum Mariæ cor demonstrat, quatenus Domino ad eum ascendente, & Cruce super humeros baiulante, verba Jacob Gen. cap. 49. ad Judam directæ, ad natum Virgo retorquere posse videtur, dum ait: *Ad prædam fili mi ascendi.* Sive (vt habent Sept.) *ex germine, & ramusculo.* Crucis, ascendisti ad prædam, cum è somno mortis expergefactus captivam duxisti captivitatem. Id de-

(D) Anglic. li.
11. c. 6. Berch.
in Reduct. &
diction. D. Ipsi-
dori. & alij. Ab-
salon Abbas de
Assumpt. ser.
1. Richard. à
S. Laur. lib. 7.
tit. 8. Osee ca.
6. v. 3. Alij
apud Haye in
Bibl. Max. ibi.
Jansenius in Ca-
tholic. Berch. &
alij plures. D.
Hier. in Oseeam
apud Dan. Agri-
col. in Cor. stell.
4. coron. 10. D.
Aug. in Enchir.
cap. 32. Subt.
D. H. lib. 2. &
lib. 4. d. 16. q. 2.
& passim. Bibl.
Virg. 10. 1. pag.
mibi 520. col. 1

decanat vates Regius Psal. 75. sic: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Quod alias ab alijs scribitur; lumen illuminans, splendidus, maximus à montibus prædæ. (E) Hocque totum refertur ad montem *Moria*, ubi Templum erat fundatum. Docet Lyra. Huius autem una pars montis *Moria*, est *Mons Calvaria*, in quo Christus (velut alter Isaac) Deo Patri se in sacrificium obtulit placationis. Sed vide discrimen. In Isaac immolatione Pater dolebat, torquebatur dolore, videns mortem filij imminere. At, in *Moria*, idest (ait Marius de Calassio) in monte amaritudinis Domini Divinus Pater (in quem nec dolor, nec tristitia locum habent) de cruenta filij nece non dolet; sed turmatum dolores omnes cor matris transcendunt, dum pateretur natus, amoris vinculo etiam præda facta. In hoc monte nos omnes Christus illuminans, ad prædam ascendit, etiam matris animam glutino Charitatis ad suum martyrium adducturus. Scite hæc ita expandit Guilielmus: *Quot vulnera filius accipiebat in carne, tot pia mater accipiebat in corde.* Prædam igitur Christus in hoc monte fecit, ubi vitam mater inter prædæ spolia compensavit. Golgotha vnde, idem cum *Moria* est, & hic amaritudo Domini dicitur; (F) *Golgotha* autem à radice *Galab*, idem est ac *transmigratio*: eo quia qui ibi ob perpetrata facinora mali capite plectebantur, ab hac ad aliam vitam transmigrare coacti. Proficiscebatur ab vrbe in hunc locum exeundo per portam relictam ab Assyrijs intactam, (eversis alijs) quæ iudicij dicebatur: seu quia in *Portis urbium* erant *subsellia iudicij*, & *tribunalia*, ubi iudices, & magistratus sedebant, ut refert Parisiensis Haye; seu quia per eam egrediebantur ministri ad exequendam sententiam, quam in iudicio iudices promulgaverant. Hæc B. Angelus del Pas. Hic etiam mons *Golgotha*, dicitur locus *Calvaria*, diciturque propie *Calvaria*, os capitis humani nudum; & quia ibi decollabantur rei, & multa capitum ossa disseminata erant, dicebatur locus *Calvaria*, vel *Calvariarum*. Quod vero à *Calvaria*, seu capite Adam ibi sepulto, sic ingum illud, nomen sortitum sit, in diversis diversa legi, nulliusque sententiam taxo veneratus omnes. Marginati videantur Doctores. Nos vero pie asseramus locum illum *Calvariam* dici, quia caput nostrum, nostraque excellens *Calvaria* Christus, in temporis plenitudine, ibi crucifixus, mortuus, & sepultus est

pro nostra salute. *Calvaria* enim tum primum in eius morte, vocatus est mons ille; nemo enim caput vivum salutabit *Calvariam*. Subdit Perpinianensis Angelus. Modo, mare Mariæ purpureum transfretate non pigeat, ubi Suspiriorum voragines, dolorum scopulos, amaritudinis rivos, tristitiæ abyssum, & profunda contemplabimur lachrymarum. Exordiamur ab illo, quod de Deipara mystice scribitur Cant. cap. 7. *Nasus tuus sicut turris libani, quæ respicit contra Damascus.* Vbi alij ponunt; *Facies tua*, partem pro toto Synechdochise sumendo. *Facies Maria alta, & elevata erat instar turris, ita ut eminus situm posset speculari Damascus, eiusque habitatores crebris excursionibus Judæam infestantes; habet Cornelius.* Sic erat turris fortitudinis à facie inimici, respiciens ad *Damascus*, qui dicitur *Sanguinis Poculum*, vel *Sanguis Procuratoris*. Maria turris est; Poculum Sanguinis, *Golgotham* scilicet Procuratoris nostri Jesu Sanguine madefactum respiciens, dum stabat iuxta Crucem. Sed alia pie advertas. Ex adverso *Golgotha* ad Aquilonis partem turris prope *Golgotham* erecta erat, quæ dicebatur *mulier*. Hocque nomine iterato in *Calvaria* Monte Maria vocata est, ei nato dicente; *Mulier, ecce filius tuus; ne ex teneritudine nominis materni si exprimeretur, aggravaretur animus Virginis videntis Passionem Filij.* Exponit Lyranus. Hæc *Turris mulier* ibi iuxta Crucem stans, contra *Damascus* respicit, *Sanguinis Poculum* contemplans ad nostram redemptionem effusum, datum à nostræ salutis Divino Procuratore prætitum, nostrique piaculi inextinguibile lavacrum. Speculatur simul hæc *Turris mulier*, iacta in natum convicia plebis, catenarum stridorem, Crucis gravamen, illatos truciter livores in ipsum, caput spineum, corpus extenuatum, & stagnans cruorem, quo iter fuscus irrigatur; videt & crucifixionem, audit lachrymosum eiulatum, contemplatur mortem, & fere moribunda abit in lethale deliquium. Ibi Maria (velut alter Abraham, ut scribit Chrysologus) corpus suum immolabat in filio. (G) Apte etiam Arnoldus Carnotensis ita: *Omnino tunc una erat Christi, & Maria voluntas, unumque holocaustum ambo pariter offerebant Deo, hæc in sanguine cordis, hic in sanguine carnis.* Turris objicitur bassi sanguine tincta, cum dicit: *FIRMIOR ICTU.* Fundamenta si sanguine aspergantur humano, stabiliunt adificium. Sic Maria cre-

Pas lib. 15. in c. 15. Marc. c. comm. 22.

In Monte Moria Turris erat cui nomen Mulier.

(E) Anglie lib. 14. c. 18. Ps. 65 Gen. c. 49. v. 9. Sept. & Bibl. Hebr. Psal. 75. v. 56. D. Hier. Flamin. Tigur. Maurif. Syr. Arab. in Bibl. Max. Lyra in Gloss. ibi. Tirin. ad ca. 22. Gen. v. 2. & in cap. Matth. 27. v. 32. Marius de Calass. tom. 4. Conc. Hebr. Guilielm. in cap. 7. Cam. v. 5.

Mariæ, cor, & anima, præda fructu Jesu in Golgotha, ei ipsa compassa

(F) Marius loc. cit. Haye tom. 18. & ad c. 8. Prov. v. 1. in Cont. Liter. B. Angel. del Pas. lib. 15. in c. 15. D. Marc. c. 22. Magister cap. 170. Hist. Ev. ad Matth. cap. 27. Marc. & Luc. 15. D. Cyrillus, in Com. sup. Isai. apud Moysen Barcepham. p. 1. de Paradiso cap. 1 in fine, & cap. 14. Ephreem Syrus, ibid. D. Hier. & plures. Cant. c. 7. v. 4. Bibl. Maxim. ibid. Cornel. & Lap. Adrichom. in descrip. Terræ Sanctæ. n. 98. Marius Sæpè adduct. Joann. c. 19. v. 20. Lyra in Gloss. ibi. B. Angel. del

(G) D. Petrus Chrysolog. ser. 108. Arnold. Carn. in Tract. de Laud. Mariæ, D. Ambr. ep. 82. & lib. de Instr. Virg. c. 7. apud Guilielm. Ef-

Esst, in Bibl. Max. ad c. Ioa. 19. v. 25. Ludolph. Carthus. de Vit. Christ. 2. p. c. 63. D. Ber. ibid.

Maria aquales ac Filii iuxta Crucem sustinuit dolores.

(H) Ioan. c. 19 v. 30. Lyra in sua Gloss. ibid. Arnold. Carn. trat. de Sepr. Verb. Dom. in Cruce. Isai. c. 53. v. 3. Adamus Delphius ibid. Lyra. & Alensis in Gloss.

Maria omni Passionis Christi dolorum, & ærurnarum receptaculum fuit.

(I) Eccl. in Offic. Dolor. B. Virg. cum D. Bonav. Hailg. ad c. 5. Cant. v. 7. Marius de Calaf. datus. Haye tom. 18. Laur. Anglic. l. 17. c. 101. B. Amadeus Laufer. hom. 5. de Laud. Christi. pare.

crebris etsi dolorum ictibus quassata, tamen ut firma licet mœsta turris stabat iuxta Crucem, ubi non solum pedibus, sed maxime animo stetit stabilis, immota, & infracta. Inquit D. Ambros. *Stabat Maria in Cruce cum Filio pendens mentali dolore, ita quod potius mori cum illo, quam amplius vivere elegisset.* Meditatur Ludolphus Carthusianus. Inde D. Bernardus de his tenerè meditatus habet: *Vndique sunt angustia, vndique tormentum, & poena. Sentiri potuerunt, narrari non possunt. Stabat Maria iuxta Crucem corpore, sed in Cruce tota migraverat mente.* Puto, æquales (suo modo) ac Filij fuisse dolores in Cruce pendentis, & Deiparæ iuxta Crucem stantis. Id deduco ex Christi tenerrima antequam moreretur capitis inclinatione, dum *inclinato capite emisit spiritum.* Ioan. c. 19. Hocce moriendi genus à Christo eligitur, quasi ostendens, quod non involuntarie, sed ex obedientia Patris moriebatur. Explicat Lyranus. (H) Sed in tam acerbis tormentorum agone, fenticosum ad pectus Matris Christus inclinat caput, ut quot infligeret spinas, tot vulnera; quot sentes, tot dolores: & sic quasi totus in Mariam stantem videbatur refundi. Hoc docuit ita Arnoldus Carnotensis: *Filius ad pectus Matris, & ubera respiciebat.* Apte cur sic? Vaticinatus fuerat Christus à Judæis multa passurus: quare Isaias cap. 53. eum vocat *virum dolorum*, id est *totum doloribus obnoxium*, commentatur Adamus Delphius; vel *multi, & magni doloris expertum*, ut habet Lyranus. Abundantiam doloris notat, taliter quod totus dolor totum occupaverat Christum, ut nulla esset in ratione, aut corpore pars, quæ vel tristitia, aut dolore non afficeretur. Caput igitur, & se totum cum capite ad Mariæ pectus inclinat Jesus, monstrans Mariæ animam dolorum omnium receptaculum esse, & officinam. Non enim singulariter, sed indefinite Mariæ dolores exprimuntur, dum ab Ecclesia, cum D. Parente Bonaventura canitur, quod *stabat Mater dolorosa, iuxta Crucem lachrymosa, dum pendebat Filius.* (I) Testatur id etiam Hailgrinus dicens dum Mariam sic alloquentem adducit: *Percutientes Filium meum percuterunt me, & vulnerantes eum vulneraverunt me.* Vide, ut vir dolorum omnes retorquet in Matrem, dum inclinato capite Matris pectus respiciebat, nihilque sibi arrogavit doloris, quod non in pectus transfunderet genitricis. Super arborem Myrrhæ luminosa spicula sol retor-

quens pingitur, arboris lachrymoso trunco hinc, inde vulnerato, cui adscribitur lemma: *HÆC SOL MIHI VULNERA PARAT.* Maria interpretatur *Myrrha*, cuius instar solares dum (visio filio) recipiebat ictus, suam ipsius animam doloris pertransivit gladius; & scissum cor in amaritudinis mœstitias, totum ad Virgineum corpus lethalia vulnera dispensabat. Audiatur ita loquens B. Amadeus: *Hoc patiendi genere Virgo gloriosa triumphans, quanto cunctis vicinior, tanto cunctis gloriosior, veneranda Cruci Domine Passionis inhaesit, hausit Calicem, bibit Passionem, & torrente doloris potata nulli umquam similem potuit perferre dolorem.* Totus Golgotha in Mariæ pectus transfunditur, Crucis acerbitates Virginis transverberant animam: sic ut nulla sit in Cruce subeunda poena, quæ in corde ipsius martyrij crudelis non imprimat argumenta. Cœlestem Hierusalem, in terrestri figuratam vidit Joannes ille visu præditus Aquilino, ut sponsam agni in throno sedentis tanquam occisi. Sed unde vidit? *Sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum, & ostendit mihi Civitatem Sanctam Hierusalem.* Apoc. cap. 21. Perbelle. Golgotha mons magnus est valde, & altus, ex quo Civitas Hierusalem in declivi sita videtur; nunc temporis maxime, quo mons ille intra murorum ambitum continetur: interimque qui antea sceleratorum supplicij habebatur infamis, Christi morte maximam assecutus est gloriam, toto orbe diffusam, ita ut terra illa veneretur, in qua Sepulchro Domini noctu, dieque servant excubias Franciscani. Inde ergo vidit Civitatem Sanctam Hierusalem; Mariam videlicet, inquit Rupertus. Sed inquirere est, qua forma viderit eam descendere Joannes? *Civitas in quadroposita est*, v. 16. sive *Quadrangularis erat, aut in quadrato posita.* Vertunt alij. (K) Civitas hæc in throno agnum continebat tanquam occisum, cuius luccerna est: *Idest Christum, quia agnus est ratione immolationis.* Ait Lyranus. Modo cur supera hæc Civitas, quadrata obijciatur, non circularis? Quia *Quadratura huius Civitatis, firmitatem constantem denotat, quia quadratum in quancumque partem iacias, stat semper firmum, & fixum.* Habet eruditissimus Parisiensis Haye. Felicem notarunt Prisci numerum quadratum; Thebanique sapientiam lapidi quadrato (sicut fortunam globo) insistentem plangebant: at ego quo modo sit, penalem hanc contemplor

(K) Quæ est min. Ant. del. Castillo Hist. Terræ Sanctæ. Adric. & alij. Apoc. c. 21. v. 10. Rupert. Abbas, de Div. Offic. l. 7. c. 25. Bibl. Syr. D. Ambr. Haye in Conc. Lit. Lyra in Gloss. ad c. 5. Apoc. v. 6. D. Bernard. Sen.

ibid. D. Anton.
Pad. in cap. 7.
Apoc. Haye in
Conc. Lit. ad c.
21. v. 16 Cae-
lius Rhod. lect.
Antiq. l. 10. c.
14. Tiran. ad c.
10. Prov. v. 15
in Bibl. Max.
Amad. Lays.
bon. 5. de Laud
Christi.

Maria non
solum Crucis
acerbitates
sustinuit, sed
Crux totam
eius animam
occupavit.

(C) Lyr. in Glos.
ad c. 19. Ioan.
v. 25 Aug. Vi-
chman. in Sab.
c. 4. Arn. Carn.
de Laud. Per-
pet. Virg. Am-
br. Cather. in
Opusc. de B. Vir.
l. 1. c. 3. Apoc.
c. 21. v. 21. Ha-
ye in Conc. Lit.
ibi. Rufin. Hist.
l. 2. c. 29. Plin.
l. 9. c. 35. Ec-
clesia in Hymn.
Dolor Virg. ex
D. Bon. Bed. de
Nom. Hebr.
Marius de Ca-
lass. Haye Lau-
ret. Aug. Anco-
nit. in Salut.
Angel. q. 4. D.
Hier. t. 9. ser. de
Assumpt. &
epist. 10. ad
Paul. Damasc.
Thren. c. 1. v. 2.
Rupert. id. Isai.
l. 2. c. 14. ad 1.
Thren. v. 2. D.
Bon. Comment.
in c. 1. Thren v.
2. Lyr. in Glos.

geometricam figuram; etenim à trans-
verso in transversum angulum, Crucem
oculis monstrat; nec sua à Cruce vm-
quam firmitas elongatur. Mariam in
Golgotha, vbi stabat iuxta Crucem Jesu
hæc Civitas in quadro posita denotat, vt
omnibus pateat totum suum esse in Cru-
cem abire, in doloris Crucis, in Crucis
acerbitates. Nil in ea spectandum nisi
agnum cum throno Crucis eius cordi
infixum; videndum aliud nihil, nisi tor-
menta, passiones, lachryme, & marty-
rium. Hæc omnia fantem audiamus
Amadeum. *Igitur pro natis morte, inef-
fabili dolore gloriosæ Virginis pectus vre-
batur, & altissimo pietatis iaculo confo-
sum, extremas spirabat inter angustias,
hausit poculum amarum ipsa morte, &
quod hominum genus ferre non posset, ad-
iuta divino munere femina veluit susti-
nere. Vicit sexum, vicit hominem, & pas-
sa est ultra humanitatem.* Cruci innixa
Civitas, hæc subscribit: **MOESTA TA-
MEN, SED FIRMA CRUCI.** Maria
enim propinquius stabat iuxta Crucem,
tanquam magis fervens in amore Filij.
Explicat interpretum facile Princeps.
Vnde ex maiori propinquitate *Crux, &
Clavi Filij, fuerunt etiam matris, &
Christo crucifixo crucifigitur Mater.* Scri-
bit Pie Augustinus Vvichmanus. (L) Se
Mater in Filio Patri immolabat aeterno,
& unum holocaustum pariter offerebant,
illa insanguine cordis, hic in sanguine car-
nis. Ait Arnoldus iterum advocatus. Sic
sacra ista Civitas *moesta tamen sed firma*
Cruci stabat ita tenaciter annexa, vt
qui Christum, (dat Ambrosius Catheri-
nus) præsertim crucifixum à Maria dis-
iungit, hic profecto & Christum scindit,
& mysteria salutis non integre capit.
Addamus alia. Civitas in quadro posita,
duodecim ornabatur portis, & duodecim
portæ duodecim margaritæ. Apoc. c. 21.
*Idest singule portæ fuerunt factæ ex sin-
gulis margaritis,* iuxta Parisiensem Ha-
ye. Porta ingressum præstat ad urbem;
olimque ad Portas appensi superstitiose
videbantur Serapidis Thoraces, quorum
loco Crucem Christiani substituerunt.
Ergo vrbs Mariana cœlestis in ingressu
Crucem, insuper & in quadrata figura
videbatur intus eam amplecti. Sed modo
cur Margaritæ ad ingressum appendent?
*Margarita Cœli lachrymæ est, ac limpi-
dissima roris cœlestis guttula,* Plinio tes-
te. In ingressu igitur Margaritæ appen-
duntur, vt sic lugubri lachrymarum ar-
gumento ingredientibus ad Virginis vm-
bram, dum concrucifixam mirantur,

compassionis planctus sibi prope obvios
emittant. Audi cum Seraphico Doctore
canentem sic Ecclesiam, dum te, & om-
nes ad similem provocat compalsionem:
*Quis est homo, qui non fletet, Christi
Matrem se videret, in tanto supplicio?*
Supra montem vrbs posita, lachrymosis,
è Cœlo cadentibus guttulis aspersa, ac
Cruci innixa, monstrat epigraphen:
**PLANCTUS NON DESERIT VM-
QUAM.** Vide Mariam in monte Gol-
gotha concrucifixam, sive natum societ,
in Cruce contempletur, aut sepelliat,
semper mœroribus, anxietatibus, ac la-
chrymis sociatur; siquidem in nomine
amaritudinem iam præfert, quia *ama-
rum mare* Maria interpretatur, eiusque
dolor omnes etiam intensissimos omnium
martyrum dolores excessit, vt notant
Hieronymus, & Damascenus. Hæc pro-
sequamur. De ipsa Deipara mystice ex-
pediuntur verba illa Thren. Jerem. cap.
1. *Plorans ploravit in nocte, & lachrymæ
eius in maxillis eius.* Crebrum obrep-
se planctum, verba ipsa indicant, dum la-
chrymæ non continentur in oculis, ac
intra palpebrarum clausuram, sed in *ma-
xillis Domine sunt lachrymæ eius.* Com-
mentatur Rupertus. *Mortem autem plo-
rat salvatoris Civitas Hierusalem,* docet
Seraphicus Magister, illaque vrbs Mariæ
typus est, ex eodem Ruperto Abbate
adducto. Plorans ergo plorat, quia *plan-
ctum in longum protrahit, eiusque vehe-
mentiam, & carentiam solatij, signo de-
monstrat exteriori;* addit D. Bonavent.
vnde per hanc reduplicationem intelli-
gitur *fletus abundantia;* inquit Lyr. Qua-
propter in Tigurinis Biblijs legitur,
oberrime flevit. Sed num Maria mortem
Filij, solum ploravit in nocte, minimè
vero in die? Absit. Ex quo ipsum flagel-
latum scivit, Crucem humeris vidit ba-
iulantem, quousque vidit resurgentem,
à ploratu non cessavit: tamen semper no-
cte ploravit, quia orbata suo sole, dies ei
pro nocte fuit, dum etiam in meridie te-
nebræ densissimæ factæ sunt super uni-
versam terram, docent Lyranus D. Bo-
nav. & B. Angelus del Pas. Etsi dies ergo
sit, in nocte Maria plorat, dum natum
amittit. In noctem sibi dies transforma-
batur: Quia *nox à nocendo dicitur, quia
oculis nocet, quos privat à sua perfectione,*
vt docet Anglicus. Nil Mariæ charius suo
Filio, nil dulcius, nil perfectius; dumque
illo viduatur, in noctem vertitur dies, sole
enim tenebris obvoluta: *Satis obscura,
quasi Luna ecclipsata inveniebatur.* Af-
fert Biblioth. Virgin. Plorans ploret in

ibid. Tigr. in
Max. Lyr. ad
c. 27. Mith. &
23. D. Luc. &
D. Marc. 15. D.
Bon. & B. Ang.
del Pas. in Luc.
Anglic. l. 9. c.
24. Bibl. Virg.
t. 2. pag. mibi
656. col. 2.
Hailgrin. ad
Cant. 1.

Mariæ, nul-
lus sine nato
dies, semper
nox ad plan-
ctum magis
apta.

nocte, non enim dies est, ad occasum Sole emergente. Luna sub ecclipsi deficiens, reddit epigraphen: SOLEQUE DEFICIO DEFICIENTE MEO. Quod apposite Hailgranus ad Mariam retorquet, explicans illud Cant. 1. *Nolite me considerare, quod fusca sum, quia decoloravit me Sol: Nunc (ait) Beata Virgo loquitur de dolore, quem habuit tempore passionis filij sui, dicens, nigra sum, obscurata, decolorata, quia decoloravit me Sol moriens, decorem me fecit Sol obscuratus, ipsoque obfusato, obfusata est & mater.* Rimemur alia. Vehementi ex planctu, aderant lachrymæ eius in maxillis eius. Diem converterat mœsticia in noctem, ob silentium, & solitudinem, unde aptior est lachrymis. Exponit Princeps Interpretum. (M) Sed cur in maxillis doloris indicia, lachrymæ nempe pendentes? Prædixerat Simeon hæc Mariæ: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Luc. cap. 1. *Idest, dolor passionis eius pertransibit animam tuam.* Inservit Lyranus. Nec in consone; nam lachryma sic ideo dicitur, quia lacerat mentem. Vnde ideo lachrymæ in maxillis apparent Mariæ, ut mentis, (animæ videlicet) lacerationem demonstrent, predicent crebram ob necem filij doloris acerbiteriam. Hinc D. Hieronymus de Maria profert; *Quod quia in parte impassibili passa est, plusquam martyr fuit.* Virgo inconsolabiliter plorans, hanc Gnomam monstrat: HOC FLUMINE PETRA CAVATUR. Maria, Petra est, cuius lachrymæ cor etiam penetrant, internumque animæ dolorem demonstrant. Sic hæc Petra usque ad interiora cavatur, dum doloris gladius animam transverberat amore iaculatam. Amadæus Lausanensis hæc ita recolligit: *Torquebatur Maria magis, quam si torqueretur ex se, quoniam supra se incomparabiliter diligebat id unde dolebat. Et ut paulisper omittamus acerbissimam illam de morte nati mœsticiam, quis explicet quo dolore ardebat Beata Virgo, quibusve premebatur angustiis?*

177 Quis dolorosam utique matrem, à crucis martyrio proferet immunem, dum lachrymantibus, fixisque in natum oculis, tota in filium abibat, acerbæ eius tormenta in suam animam transportatura. Sic stabat iuxta crucem, ut crux ab ipsa separari minimè posset; & tamquam fidelis advocata nostra stabat iuxta tribunal iudicis, consecutura fidelibus beneficium absolutionis. Pœna pœnam attingit, & Filij crucifixi matris animam martyrium possidebat. Auream

laminam opere factam cælatoris; cuius materia purissimum erat aurum, (N) Typum gessisse Crucis, & crucifixi testatur Eucherius; imò D. Parens Antonius Paduanus quatuor illas literas. *Iod, He, Vau, & He* docet significare, *Principium vitæ Passionis est iste*; Vnde in ea inscribitur nomen Passionis dominicæ. Modo quid de huiusmodi lamina textus dicat, audiamus. *Ligabis eam vitta Hyacinthina.* Exod. c. 28. Sive funiculo Hyacinthi, ut volunt alij. Mariam Hyacinthus refert, Herba coloris cœlestis, etsi intincta croceo colore videatur; namque illa tota cœlestis fuit, nil in ea inquinatum, nil quod offenderet videntis obtutum. Age: tota Passio, Crux, & crucifixus hac vitta ligantur, eique vinciuntur. Quare? Ut in solo crucifixio clavorum non maneat immanium cælatura, cum cruce, & acerba passione maneat in vitta, ut etiam hæc veneretur & crucifixæ, & passæ. Apte meus D. Bernardinus Senensis ait; *Stabat Maria iuxta crucem, quia omnino illa plus ad crucem appropinquabat, quam quicumque alij: quia non solum iuxta crucem stabat, verum etiam in cruce pendebat, de se enim in se nil remanserat, tota commigraverat in dilectum: & dum ille corpus, illa Spiritum immolabat.* Quis Mariæ potuisset iuxta crucem stantis, cordis exprimere anxietatem? Nul- lum inter homines maiorem dolorem invenies, quam liberos mortuos aspicere. Inquit Euripides. Cum esset Christus, filius vnicus matris suæ, dilectus ex dilecto; idest, præ cæteris omnibus dilectus, ideo Maria, & amoris iaculo sauciabatur. Vnde non vnum, sed plures in animo recipiebat ictus, quia tristitia multiplex malum, & ubi quis dolet ibi animum convertit. Sed ad textum redeamus. *Ligabis eam vitta Hyacinthina.* Exod. c. 28. Principium vitæ Passionis Christus est, Virgini charitatis glutino vincitus: Flos autem iste inscriptos hos monstrat characteres AY. Qui suspirium efformant, animique latens tormentum. Ideo Hyacinthina vitta Maria ponitur, quod in Golgotha iuxta crucem sine suspirijs, sine animi anxietatibus non spectatur. Audire sic ita loquentem Arnoldum; *ipsa se ipsam macians, in altario ligna, & flammæ congeriebat. Altare erat in corpore Filij.* Flos Hyacinthus purpurascens A, & Y. characteribus, lemmatè ornatur: SIGNANT MEA VERBA DOLOREM. Sic quidquid in Maria est iuxta crucem stante, sonat amaritudinem, redolet anxietatem. Mariæ enim (dat Columna

(N) Exod. c. 28 v. 30. & 37. Eucher. apud Lau- rer. in Sylva Al- leg. D. Ant. Pa- dua. in cap. 28. Exod. Magister Hist. Schol. ad c. 28. Exod. c. 65. Berch. in Red. 1. 12. c. 81. Angl. 1. 17. c. 86. Levin. Lemnius correct. de Her- bis c. 15. D. Ber- nard. Sen. tom. 1. ser. Fer. 6. post Dom. Oliv. c. 3. Euripid. apud Andr. Eborac. Idem in Alcest. Plures suppres- so nomine apud Philip. Picinel. mund. symbol. 1. 11. c. 12. num. 105. Arnold. Carnot. Tract. de 7. verbis do- mini in cruce. Aegid. Dom. su- per salut. An- gel. Richard. a S. Laur. 1. 1. c. 3.

Mariæ totum, amaritudinē sonat, in Pas- sione filij ma- ximè.

(M) Lyr. in sua Gloss. ad cap. 1. Thren. Ier. v. 2. Luc. c. 2. Lyr. in Gloss. Iacobi in Catholic. verb. lachrymæ. D. Hier. ser. de As- sumpt. B. Virg. apud Lyr. in c. 2. D. Luc. v. 35 B. Amadæus Laus. de laud. Christiparæ, Hom. 5.

Dolores Ma- riæ inexplica- biles.

Theologia Aegidius Columna primo fuit amara afflictione propria; amarior compassione aliena, amarissima propter mortem filij. Eam proinde D. Epiphanius, Crucem vocat, quasi quod non solum huius acerbitates, & tormenta stans sustinuerit, sed abierit in crucem, ut nil tunc in Maria esset, quod crux acerba non foret. Alia construamus. Post aquarum colligationem in vnum, Deus congregationes aquarum appellavit Maria. Gen. cap. 1.

(O) Mariam intellige, iuxta D. Bernardum, & Bonaventuram. At D. Pater Bernardinus Senensis scite advertit, Maris secundam pluralis numeri nominativi syllabam, brevem esse; In Virgine vero Maria longam. Cur sic? Attendas. Maris amaritudo est per solis fervidam in ipso incidentiam partes subtiliores sublevantis, & extrahentis. Vnde tria ibi notantur; dulcis ab amaro separatio, partium relictarum adustio, & adustarum permixtio. Profecto Maria (ait Sanctus Pater) fuit in Passione filij sui amarum mare, quia ibi fuit dulcissimi filij subtractio, & omnium amaritudinum admixtio. Sed num hoc amaritudinis mare, arctum est, breve est? Nullatenus; nam est mare magnum, & spatiosum; siquidem dolor fuit in Maria maximus; intensivè, quia usque ad animum penetravit; fuit maximus extensivè, quia per quatuor dies continuos se extendit; fuit maximus ostensivè, eo quod dolorem suum ostendebat cordis singultu, abundantia lachrymarum, lamentatione clamorosa vocis, pectoris tunctione, & manuum allisione. Hæc ille. Mare depingitur extensissimum, hanc inscriptionem referens; VNDIS EXTENDIT AMARUM. Evenit in Mari amaro Mariæ ita: quæ dum suam diffundit latè dolorem, lachrymosis etiam vndis ex eius oculis decurrentibus, dum intrinsecum monstrat animi dolorem, eum inconsolabiliter dat dicens: O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus. Tren. cap. 1. Attendite, diligenter considerando, & compatiendo. Ait Seraphicus Doctor. Pro nostro autem principaliori argumento adfit Parens D. Antonius Paduanus dicens: Maria mare amarum interpretatur, quia in filij passione quodam quasi presagio nomen amaritudinis est sortita. Non solum Mariæ dolor fuit intensissimus, sed intensissimè geminatus. Ex verbis Simeonis ad Mariam alloquentis id deduco. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Luc. c. 2. utique, nam in amissione rerum (docente Augustino) tantus

erit dolor, quantus inhaeserat amor. Maria autem vehementer doluit, iuxta Origenem, quia vehementer amavit. (P) Sed quid mysterij in illis clauditur verbis, Tuam ipsius? Si ipsius filij, quomodo nominat suam? Si suam quomodo ipsius filij? Hæc discursus subtilitas à D. Parente Bernardino est excogitata. Addam tamen; rectè suam matris, & ipsius filij animam acerbissimus Passionis gladius vno concidit ictu, nam Maria Passionem filij omnino suam fecit ex viscerosa compassione. Sic gladius, idest Passio, tuam ipsius animam, idest Christi, quam reputas, & diligis ut tuam, pertransibit. Ita Chrysostomus. Sed verba quomodolibet antrorsum, & retrorsum considerata, scilicet Christi, & Virginis, miram doloris indicant participationem, ut si dicatur, ipsius animam tuam, aut tuam ipsius animam pertransibit gladius. Hæc D. Bernardinus, nec inconsona: nam Christi animam tristitia, dolor, mœstitudo, & anxietas occupaverat ab ingressu Passionis, quapropter dixit, tristis est anima mea usque ad mortem. Marc. cap. 14. Non fat erat in Maria vnicum animæ suæ sustinuisse dolorem; sed ipsius filij gladius doloris in eius animam introimitur, ut sic doloris vehementia geminetur, & quantumcumque fuerit possibile in eius anima augeatur. Id nobis monstrat D. Bernardinus adductus: In Beata Virgine præter illam amaritudinem, quæ fuit per filij subtractionem, fuit maxima amaritudo propter affectionem suarum adustionum. Videns enim suum vnicum filium tot, & tam indigne pati, vehementi tribulationis aestu interius percussa est, & in immensum amaricata. Sed quid mirum, dolorem in ea fuisse immensum, dum in ea utriusque animam vinculo sociatam amoris, idem indivisus oportebat ut sauciaret gladius? Binos in vno trunco fœderatos cuspide furculos propone, quibus valet subscribi: VULNERE JUNGIT AMOR. Sic enim in stipite furculi maritantur, hæque sunt vires amoris ut è geminis animabus vnicam efficiat: Quapropter vno ictu Mariæ animam, & ipsius Christi gladius pertransivit. Audiatur D. Hieronymus sic fans: Quot lésiones fuerunt in corpore Christi tot vulnera in corde matris. Quot spine pungentes, tot clavi perforantes. Hi duo cœlestes furculi in vno, eodemque crucis trunco dira passi, vno indiviso amoris, & doloris iaculo transverberati sunt, quia vnum holocaustum pariter offerebant. Palmæ Mariæ sæpe similitudinem conciliat; at in Golpho

(P) D. Aug. ser. de Assumpt. Orig. tom. 3. Hom. 19. in Luc. D. Bernardin. Sen. tom. 4. de Glorios. Nom. Maria, ser. 2. art. 1. c. 1. Div. Chrysost. apud Alensem in c. 2. Luc. D. Marc. c. 14. D. Bernardin. Sen. loc. cit. Div. Hier. in quodam ser. apud Ant. Gemens. in Figur. Bibl. de B. Virg. ad illud Ioan. 8. digito scribebas in terra.

Maria, dolores Christi in corde sustinuit.

(O) D. Bern. apud la Haye in Arb. vite ad c. 1. Gen. n. 368. D. Bonavent. in spec. 6. Virg. c. 7. D. Bernardin. Sen. tom. 4. de Glorios. Nom. Mariae a. 1. c. 1. Anglic. lib. 13. c. 21. & 22. Richard. Marius de Calass. tom. 4. Haye tom. 18. Thren. c. 2. v. 12. D. Bonav. Comment. ibi. Lyra in Gloss. D. Anton. Pad. ser. Dom. infra. off. Nativ.

Maria, tota amaritudine plena in passione Filij.

gotha maximè: vbi circa stipitem (corpus videlicet) asperitatem induit, folia in modum gladij habentem eam transfixuri. Sic sponfus de ea fatur Cant. cap. 7.

(Q) Cant. c. 7. v. 7. Haye in Conc. liter. ibi. Lyr. in Gloss. Guiliel. in Câr. apud Corn. d. Lap. Anglic. l. 17. c. 115 Plin. l. 17. c. 18. Richard. d. S. Laur. l. 12. p. 6. c. 5. §. 1. c. 3.

Mariæ statua
cur Palmæ cō
paratur?

Statua tua assimilata est Palme. (Q) Rectum corporis statum signat. Ait cum Lyrano Parisiensis Haye. Et rectè quidem, nam stabat iuxta crucem vt Palma ictibus percussa doloris, natum contemplans è crucis Palma pendentem. Hæc statura, celsitudo animi Mariæ fuit, dum stabat (habet Guilielmus) iuxta crucem fuit, atque eo ipso sibi met quodammodo erat in crucem erecta, stando iuxta crucem filij: Ipsa sibi quodammodo per affectum maternum facta erat crux. Sed cur in Golgotha rupe Palmæ comparatur statura Mariæ? didici ex Plinio, alijsque Palmam maximum asferre incrementum, si amaris, & faldedine imbutis vndis irrigetur. Quapropter Huic arbori hoc adijcies lemma: HÆC SALSIS ALITUR VNDIS. Aptè stat vt palma, lachrymis, suspirijs, ac gemitibus stipata sic vndique, eisque pro tunc vt sibi magis apto vtens in tanta solitudine alimento. Ad hæc Richardus: Maria, Palma hispida, quia filij Passionibus afflicta: Vnde propter vehementiam doloris, quem habuit in filij Passione, sortita est nomen amaritudinis.

178 Nec adhuc à Golgotha pœnalis Mariani cursus arena divertamur; vbi Christo, & Mariæ insensibilia etiam compatiuntur. Arridet his, & ante dictis illud Psalmi 45. *Transferentur montes in cor maris.* Hæc proculdubio, mutatio dextera excelli; (R) dum sepe propinqui montes mari, cadunt in mare; explicat Lyranus. Nonnumquam procellarum vi rupes avelluntur, montesque, ac Promontoria cadunt interdum, & stridore in cor maris aguntur. Sed mysticè alia videamus. Mare amarum interpretari Mariam diximus ex Hebraico fonte; imò id confirmat Chrysologus. Dum autem hoc mare iuxta crucem doloris fluctibus quasi labatur. Terra mota est, & Petra scissæ sunt. Math. c. 27. Quo terremotu totum per orbem disperso, non sole ades collapsæ, sed & Petra, tum rupes Golgotha sectionem, avulsionemque à suo stabili situ sustinuerunt: ait Tirinus. Sed quorsum hæ rupes ceciderunt? *Transferentur montes in cor maris*, & quia mare stabat immobile iuxta crucem, conturbati sunt montes in fortitudine eius. Montes naturaliter asperitates, ambages, duritiem, ac solitudinem important. Ibi nimbi, procellæ, ac nubes generantur; ventis, ac turbini-

bus montes præ alijs terræ partibus exponuntur. Vide hæc omnia ad cor maris Mariæ translata: etenim quidquid asperitatis, solitudinis, planctus inconso-labilis obijci animæ potest, in cor Maris Mariæ translatum est, vt nil pœnalitatis deficeret, quod in ea spectandum non esset. Maria, quasi mare, id est tota amara fuit pro dolore filij. Afferit Richardus à S. Laur. Asperitimi, umbrosique montes cor maris occupantes, hac notula inscribuntur: DVRA HÆC MIS-CENTUR AMARIS. Quidquid in monte experitur lassitudinem sonat, asperitatem, & solitudinem: Quidquid vndosum in mari est, amarum proculdubio est; hæc omnia versus Golgotham in corde Mariæ compaginantur, ad quod omnes amaritudines, & dolorum asperitates transferuntur. Ad rem præcitatus Author: Cor Mariæ dulce, & amantissimum, plusquam dici possit amaricatum est filio crucifixo. Dolores siquidem nostros, & filij, tunc ipsa portavit in intima pietatis visceribus. His adhuc contexere licet, quæ Joel vaticinatus est c. 2. *Sol convertetur in tenebras, & Luna in sanguinem.* Hoc in Pâsione Domini accidisse, ad literam comperio, quando Luna realiter (et si miraculosè factam) passa est Ecclipsim, vt cum D. Dyonisio docet Lyranus. (S) Luna autem, cum patitur Ecclipsim, rubea, an sanguinea videtur. Solem aspice Christum in crucis patibulo mœroribus obtenebratum: coniungitur autem cum Luna Maria, quæ estat iuxta crucem, sicque ille convertitur in tenebras, ista in sanguinem. Maria enim Luna est, quasi nil similius, nec proximius soli: quæ dum fuit sub sole Christo, Ecclipsis solis, (ait Albertus Franciscanus) id est mortis Christi concusativa fuit. Heliotropiam memorat Anglicus omniscius gemmam venis sanguineis superfusam, cuius virtus vna est facere aquam in vase positam ebullire, & post modicum tempus in nebulam, guttulasque pluviales resolui. Nec id tantum, etenim vt habetur in lapidario, *Sanguineum reddit nutatò lumine solem, Ecclipsimque novam terris effundere cogit.* Hic lapis Beatam Virginem signare, Piëtaviensis sentit: Quæ sanguineis guttis respersa in Calvario fuit, fortè enim dum stabat iuxta crucem, à Solis iustitiæ perforato capite guttæ cadentes eius tunicam, ac velum ininxerunt. In vase etiam cordis represas antea aquas, ad oculos vsque ebullire fecit, & in pluviam doloris mutatas, suspirantibus eas constituit instrumentum.

(S) Joel c. 2. v. 31 Lyr. in Gloss. ibi. Idem ad c. 27 D. Math. v. 45. D. Dyon. Areopap. in Epist. ad Polycarp. Albert. Franciscan. in Cœliloq. mor. c. 76. ibid. Angl. l. 16. c. 41. Berch in Reduct. l. 11. c. 72. n. 1.

Heliotropia
Gemma Ma-
riam a pedē
crucis stantē
figurat.

(R) Ps. 45. v. 3. Lyr. ibi. Lor. Marius de Calaf. t. 4. Conc. Hebr. D. Petrus Chrys. ser. 146. Math. c. 27. v. 45. Tirin. in Bibl. Max. ibi. Anglic. l. 14. c. 2. Berth. in Reduct. & direct. latè. Richard. d. S. Laur. l. 1. c. 3. §. 1. 2. p. 2. c. 1.

Maria acer-
bissimos
quosque do-
lores, & ama-
ritudines, in
corde sola
portavit.

Sanguineum etiam reddit solem, eclip-
simque novam terris effudit, dum sui cor-
dis sanguine doloroso in Filium ageba-
tur, sui cordis sanguinem in doloris calice
potatura. Sic Luna veritur in sanguinem,
ad se dum sui nati sanguineum refert
dolorem. Lunam ex aduerso Solis spectā-
tem his litteris insignies: EST ÆMULA
SOLIS. (T) Sic enim hoc sidus solem
emulatur, ut ei in omnibus sit simillimum.
Luna nostra Maria in sanguinem versa, sic
filio in Golgotha assimilatur, ut per om-
nia sibi similis in ferendis sit martyrijs.
Acerbissimus erat dolor patientis, (cla-
mat Augustinianus Alphonfus) *acerbissi-
mus & matris compatiens. Fuit enim
ibi reciproca alternatio compassionis, sub-
indeque concursus motus doloris*. Adea-
mus modo ad vatis Evangelici oraculum,
quod sic sonat: *Volavit ad me vnus de
Seraphin, & in manu eius calculus, quem
forcipe tulerat de altari*. Isai. c. 6. Vbi alijs
sic legisse non displicet, *in manu eius
vnio*, idest *Margarita* lapis candidus, &
pretiosus, gemmarum omnium superans
claritatem. Hæc forcipe stringitur, qui
Crucis figuram portat, sicut *vnio* Mariæ
iuxta Crucem stantis. Cur autem ut
Margarita stat modo Maria iuxta Cru-
cem? Ex Margaritis perforatæ aliquæ in-
veniuntur; imo (teste Plinio) et si glo-
bulus sit niveus, Margarita videtur,
animam habere sanguineam. En totum
patienti Mariæ adaptatum. In Cruce in-
venitur, *stabat enim iuxta Crucem Iesu*
pœnarum forcipe & pressa, & crucifixa.
Perforata videtur, unde animam sangui-
neam habet, ex quo ei dictum fuerat,
tuam ipsius animam pertransibit gladius.
Luc. c. 2. Adit meus D. Antonius Pa-
duensis dicens: *Dolor, quem Beata Virgo
Maria sustinuit in Passione Filij sui, fuit
quasi gladius, qui ipsius animam pertran-
sivit*. Dixisse etiam alias sponsum Chris-
tum, Crucis & Passionis memorem, Ma-
riæ sponsæ memini, Cant. 8. *Pone me ut
signaculum super cor tuum, ut signacu-
lum super brachium tuum: quia fortis est
ut mors, dilectio*. Hic vult se ut impres-
sionem sigilli, cœlatum in Mariæ corde
remanere, ut sic videatur cum Filio mo-
riente mori: cordi enim etiam si impin-
geretur levissimus utcumque capillus, ho-
mo remaneret examinis: cumque Maria
dixisset, *ego dilecto meo*, & *ad me con-
uersio eius*, ut totus patiens, crucifixus, &
moriens in Matris corde remaneret, im-
primi ibi ut signaculum desiderat; quod
enim valde diligitur, supra cor poni di-
citur. Explicat Princeps interpretum. Id

profert cum D. Hieronymo Antonius
Genuensis sic: *Quot lésiones in Corpore
Christi, tot vulnera in corde Matris.
Quot ictus carnem rumpentes, tot sagi-
ta cor, & animam Virginis vulnerantes*.
In signatorio olim annulo serpentem vna
simul cum Luna depingi solitum, repe-
rio. Nec ad rem sine causa. *Sicut enim
Moyse exaltavit serpentem in deserto,
in Cruce ita exaltari oportuit Filium ho-
minis*. Ioan. c. 12. Luna autem eclip-
sim in Golgotha passâ, Virgo est: vnâque si-
mul duo in vno cœlantur annulo signa-
torio, ut sicut amor inter eos non patitur
sectionem, sic nec Crux, dolores, tor-
menta, & pœnæ non sustinent alietatem.
Vltra, aliud oportet animadvertere in si-
gillo. Quod ferro sculpsit, & cœlatur, in
signato remanet, non quod sine cœlatura
videtur. Meus autem Iesus sic iniu-
rijs, & plagis lacepsitus in Cruce pepen-
dit, ut à *planta pedis* (V) *vsque ad ver-
ticem capitis non esset in eo sanitas*. Isai.
c. 1. Nempe, quia hiat vulneribus cor-
pus, quasi sculpsit immanibus cœlatur-
is, in Sacro suo Corpore quas fodiere
stilo ferreo Lanceæ, flagrorum, spinarum-
ve ictu procaces Iudæi. Sic ponitur Chri-
stus ut signaculum super cor Mariæ, vbi
vulnerum vacuitates remanent, obliteran-
dæ numquam. De lateris vulnere id ita
testatum reliquit Bernardus: *Impressum
est sigillum, plaga scilicet lateris, quam in
pretium redemptionis nostræ, & placat-
ionem continuam, iugiter exhibet ante
oculos Patris*. Oblivisci haud potuit sui
Maria dilecti; amor enim omnia suo sub-
dit imperio; ideoque in corde amoris
centro sigillatur, ut olim milites nomine
Imperatoris. Vnde eorum seu imagines,
seu nomina quos valde diligebant, Prisci
in sigillis insculpere assueverunt. Maria
dilecti vulnera, plagas, stigmata, quibus
procedit ut concrucifixa, & honorata,
sigillum Passionis characteribus incisum,
cordique applicans, refert & dictum:
COMPRIMIT, VT IMPRIMAT.
Nisi enim manu aggravetur, ceræ effigies
sigilli non imprimitur. Crucifixi Imago
clavis, vulneribus, lancea exaratur, hoc-
que modo Mariam aggravans in corde
Mariæ imprimitur. Alanus id cecinit:
*Virgo Maria Christum posuit super cor
suum, quia ipsi per imitationem conforma-
ta est*. Maria ergo, dum ante Crucem sta-
bat, pijs spectabat oculis Filij sui vulne-
ra, (scribit Ambrosius) *etiam vulne-
rata dolore*. Sic cum per oculos ad cor
transmittebat, ut vulneratus sigillaretur
in corde, charitatis inamissibili characte-

(V) Nov. Sacr.
Elest. l. 3. c. 18.
n. 531. & n.
539. Adamus
Delphius, in Is.
c. 1. D. Ber.
Opusc. de Cha-
ritate, c. 27. D.
Ambr. Orat. de
Obit. Valentin.
Justus Lipsius
de Milit. Rom.
l. 1. dial. 9. D.
Aug. Epist. 50.
Novar. in Sac.
Elest. l. 3. c. 18
n. 535. Alanus
apud Cornel. à
Lap. D. Ambr.
in Epist. ad
Ecclesiam Ver-
cell. Cant. c. 7.
v. 5 Bibl. Venet.
Genebr. Hays
in Conc. Lit. ibi.
Tirin. in Bibl.
Max. ibid. D.
Bon. in Stimul.
Amor. Barthol.
Angl. de Pro-
piet. Rer. l. 5. c.
1. & 2. Lat. D.
Ansel. de Laud.
Virg. c. 5. An-
glic. loc. cit. Ha-
li, Avicen. Ga-
len. in Tegni Cō-
stant. l. 2. c. 11.
D. Bern. serm.
Sig. Magn.

Maria, &
Christus cō-
participes
eiusdem Cru-
cis, pœnæ, &
doloris.

Dolor Mariæ
omnium do-
lores exce-
dit.

re. Mariæ caput in Carmelo effigiatum reliquit sponsus dicens: *Caput tuum ut Carmelus*. Cant. cap. 7. Vbi alijs placet hæc lectio: *Caput tuum super te, rubrum est sicut Rex alligatus in canalibus*. Rex regum Iesus, in Crucis canalibus alligatus, vndas vndique purpureas emittens. capiti insedit sponsa Mariæ, idest *menti*, seu *parti superiori animæ*: ut sic Rex clavis ligatus, & purpuram fundens matris occupet memoriam, ut passionis continua plus torqueatur recordatione. Sed cur dicit, *Caput tuum super te*? Carmelus interpretatur *Agnus coccineus*, vel occisus, qui Christus est, ex A Lapide. Hic ergo ponitur sic super caput Mariæ, quatenus innotescat quidquid sanguineum, cruentum, & in Christo occiso invenitur lamentabile, sicut onus grave gravatum est super caput Mariæ. D. Parens Bonaventura id instruit: *Quæro Matrem Dei, & invenio spinas, & clavos. Quæro Mariam, & invenio vulnera, & flagella; quia tota conversa est in ista*. Addam & istud. Principalis ex corporeis membris caput est, & nobilissimum, quo patiente, omnia quæ sibi subfunt, patiuntur; in eoque lætio quælibet notabilior, ac sensibilibior est. Agnus ergo sanguineus, crucifixus, & occisus, Crucem, Vulnera, Spinæ, mortem capiti minatur Mariæ, ut sic pateat in ea notabiliorem, ac sensibiliorem esse ictum, ex quo erga natum, intensissimum conceperat affectum. Auscultetur D. Anselmus hæc proferens: *Utique pia domina non crediderim te potuisse vilo pacto sustinere stimulos tanti cruciatus, quin vitam amitteres, nisi spiritus dulcissimi Filij te confortaret*. Quid mirum! Ictus maiorem in caput dolorem incutit. Caput pingitur dire lanceatum, cum lemmate: **INTERNVM CONCIDIT ICTVS**. Sedes enim animæ caput vocatur, in eoque commune sensorium residet: vnde dum graviter icitur, & mentis organa turbantur, & Animæ potentiæ torquentur. Sic ad internum quoquo modo penetrat ictus. Apte D. Bernardus: *Tuam, ô Virgo, animam pertransiit gladius doloris, ut plusquam martyrem te non immerito præducemus, in qua nimirum corpore a sensum Passionis excesserit compassionis effectus*.

179 Ad Portum adhuc nefas duco devenire; merces cum animæ sit hoc per mare purpureum navigare. Quis enim tam cito pijsimam relinquet matrem, ingenti lachrymarum profluvio delibutam, Filio concrucifixam, dilecto orba-

tam, ingenti dolore concussam, & pene ob mortem Filij deficientem? *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis libani, Ascensum purpureum, media charitate constravit*. Cant. c. 3. *Solium, aut Ferculum*. Legunt plures; ad quod spectandum *Filia Hierusalem invitantur*. Explicat Parisiensis Haye. Ferculum, quod a ferendo dicitur, Crux Christi est, ait Apponius, quam Christus super humeros baiulavit, & ex qua factus est principatus super humerum eius, *Crucem sibi baiulando*; (ait Lyra) quæ ipsum crucifixum sustinuit, & in qua velut in feretro per spatia aliqua requievit. (X) Doctor vero Doctorum Alensis de B. Virgine id exponit, quæ novem mensibus Christum portavit. Purpureus igitur huius feruli est ascensus: nam sive Crux sit, sive Maria, sic reciprocantur, ut quidquid passionis, martyrij, laboris, ac sanguinis reperitur in vna, reperire sit & in alia. In Crucis ascensu clavi, vulnera, cicatrices contemplantur; itidem & ad ferculum marianum hæc omnia atrociter refunduntur. Guilielmus id ita profer: *Sequitur in ferculo ascensus purpureus, quia non defuit martyrij sublimis meritum*. Sed nec admirandum, dum medium eius, nempe cor eius tenet charitas, seu erat ardens amore, quo Maria ad se totos filij vehementer cupiebat transferre atrocissimos dolores. Intensior Mariæ dolor ex alijs probatur. Ipsa enim Virgo (cuius typum sponsa gerit) in afflictione dimissa dicebat: *Anima mea liquefacta est, ut locutus est*. Cât. c. 5. scilicet, *ut vocem sponsi agnovi, deseruit me animus, & ad spolum avolvit*. Expendit Parisiensis Haye. Atque adeo alij legunt, *Anima mea egressa est, emigravit, exanimata sum, animus meus permotus est*. Cur? Quando? Eo loquente. Nunc quid dilectus locutus est, videamus. *Mulier, ecce Filius tuus*. Joan. c. 19. *Quasi dicat, esque nunc fui tibi in obsequium*. Exponit Lyranus. Iam à tuis me subduco oculis, ut transeam de hoc mundo ad Patrem. *Revera viscera tua penetrat gladius, configit animam tuam lancea, & gladius, laniat mentem tuam spinarum aculeus*. Dimittis alumnum, Mater Filium, ancilla Dominum, & una die orbaris Patre, & Filio. Ait Augustinus. Ergo fere quia dilectus iam declinaverat, atque transferat, anima Mariæ liquefacta est, permota est inconsolabili tristitia, dolore nimio affecta. Hic cruciatuum omnium maximus est; ideoque (profert Ludolphus) *compatiebatur Filius Matris compatiens; sciebat enim ipse angustias*

(X) *Cantic. c. 3. v. 9. Bibl. Syr. & Tres PP. in Bibl. max. Haye in Glos. Lit. ibid. Isc. 9. v. 6. Lyr. in Glos. ibid. Adamus Delphius in Is. Alens. in Cant. D. Andr. Cret. orat. 2. de Nat. Virg. Alphons. Orozco. Pro Immacul. Virg. Concept. ex Cât. 3. Guilielm. Parvul. apud del Rio. Cant. c. 5. v. 6. Haye in Conc. Lit. ibid. Bibl. Tigurin. Sept. Bessén. & alij in Bibl. Maxim. Lyr. in Glos. ad cap. Ioan. 19. v. 26. D. Aug. apud Ludolph. 2. p. cap. 63.*

Mariæ, in parte impassibili martyrium passa est.

(Y) D. Sophron
ser. de Assumpt.
Psalm. 106. v.
29. Januens. in
Cathol. August.
in Psalm. 64.
Georg. Venet.
Cant. 2. tom. 6.
cap. 9. Arnold.
Carnotens. ser.
de B. Virg.

Dolores,
quos Maria in
Passione susti-
nuit, melius
silentio, quam
lingua expli-
cantur.

stias materni cordis, noverat dolorem, animæ eius. Omnia complens audiatur Sophronius. (Y) Beata Virgo Dei Genitrix, quia in ea parte passa est, que impassibilis habetur, & atrocius passa est gladio Passionis Christi, plusquam martyr fuit: unde constat, quia plus omnibus dilexit. Psalmistam Regem de hoc alloquentem mystice, audiamus. *Statuit procellam eius in auram.* Psalm. 106. Procella proprie elevatio est fluctuum à ventorum irritamentis exorta, & Passionem denotat Christi ex Judæorum furenti rabie dimanatam, ut censens meus Augustinus, & Georgius Venetus. Hæc procella mare Marianum sæve quatit, in pie, atrociter, ut nullus perperam omittatur insultus, omnes urgeant invadere Mariam. Sic fatur Abbas bonæ vallis Arnoldus: *Verrum Virgo tantarum procellarum falsuginem ebiberat, & clauso tanti doloris tormento, intrinsecus alium vultum exhibebat.* At Psalmi versiculum iterato prescrutemur, cum alijs legentibus ita: *Statuit procellam eius in silentium.* In procella commoventur omnia, turbatur aer, Cælum fulgurat, atræ immiscuntur nubes, tumescunt fluctus, viventia in mari turbantur, & forte ad scopulos se collidunt. In Passione Jesu evenit ita, nam Cælum, Terra, Mare, Monumenta, ac saxa commota sunt, omniaque hæc irritamenta, concussiones, Procellæ, aliaque immania quæ tunc temporis accidisse perhibentur, in cordæ Mariæ fragorem fecerunt, intulerunt mœstitudinem, acerbam ingesserunt anxietatem; tantaque procella cum silentio plane confunditur: quia quas passa Virgo est procellas, amaritudinum, dolorum, & angustiarum, aptius potest silentio commendari, quam oratione referri. Ad idem erit pingere Mare quatuor concussum ventis, adhibito lemmate: **SINE PONDERE PONDUS.** Pondus enim gravitatem significat, & mensuram. Vnde pondus in mari Mariæ iactum Passionis tempore, haud quis potest mensurare, ponderare non potest. *Vero enim* (scribit Anselmus) *pertransiit animam eius gladius doloris, qui fuit amarior omnibus doloribus*

(Z) D. Ansel.
Opusc. de Com-
pass. B. Mariæ,
c. 5. Cant. c. 5.
v. 1. Marius de
Calass. tom. 4.
Conc. Hebr. Ha-
ye 1. 10. in indi-
ce Lauret. Bedæ
& alij. Cornel.

(Z) cuiusvis passionis corporeæ. Cætera silentio premo, penitus ignorans ubi, vel unde aliquid dicendum assumam, ex quo luctus tui modum, o Pudicissima Virgo, alicui proponere queam. Vteriora dictis annectantur, ex dictis sponsi dilecti ad sponsam Virginem dilectam, Cant. c. 5. *Messui myrrham meam, cum aromatibus meis.* Maria, myrrha maris est, ideoque de

ea sponsus loquitur; vel myrrha mortis; quia mare amaritudinis, seu doloris, profert Cornelius. Maria enim (affert Guilielmus Parisiensis) myrrha est electa, manans ab arbore misericordie vulnerata. Proculdubio quot vulnera in flore campi, Christo videlicet, reperta sunt, tot in Mariæ corde reperiuntur, quæ vulnerata est charitate. Metitur in Golgotha hæc myrrha dum orbata benedicto fructu, in pallorem mutat viriditatem, in Planctum pulchritudinem, dulcedinem in amariciem. Videamus. Myrrha, arbuscula est, cuius gutta è vulnere manere inciso cortice, & quæ sudando lachryma effluit, myrrha electa dicitur. Mirum autem est, quod hæc arbor potius in Arabia, quam alijs in partibus reperitur. Arabia autem *vespera*, vel *occasus* interpretatur. Metitur ergo hæc myrrha, Mariæ planctus, moerores, & lachrymæ amaritudinis mentuntur, in *vespera* Passionis Filij; ut habet Richardus à S. Laurencio metitur cum aromatibus, quæ trita redolent solum. Sic doloribus, lachrymis, suspirijs atterebatur hæc myrrha electa. Maria, de qua hæc profert Arnoldus Carnotensis: *Pectus maternum immanitate doloris ardetur, suspirat intrinsecus, & erumpentes revocat lachrymas, & eo amplius anxietas intumescit, quo prohibetur egredi, & per lamenta, luctusque dissolvi.* Pallens myrrhæ arbor pingitur, lachrymas vbertim amaras diffusans, Pentametrum tenens: **MOEROREM LACHRYMIS EXPRIMIT ISTA SUIS.** Hoc idem promit, cum Virgine ita alloquens D. Anselmus: (A) *Quidquid crudelitatis inflictum est corporibus martyrum, leve fuit, aut potius nihil comparatione tuæ Passionis, quæ nimirum sua immensitate transfixit cuncta penetralia tua, tuique benignissimi cordis intima.* En myrrham immaniter iaculatam, & inconsolabiliter plorantem. Nos autem omnes, & omnia advocat, ut attendatur si est dolor sicut dolor suus. Sic secuta solem iam fere sputis obscuratum, qui exivit in eum, qui dicitur Calvariæ locum, condolebat mcerens, ut utriusque nos compati digneremur. Hoc nobis aliquantulum demonstrant sponsi verba de Maria dicentis: *Progreditur Pulchra ut Luna.* Cant. c. 6. Hæc luminare est, quod minuitur in consumatione; cum enim nati verbum audivit, *Consummatum est*, minuta est pulchritudo eius, præ dolore palluit, quia lumen oculorum suorum ipsum non erat secum. Vnde huius Lunæ egressus? à Hierosolyma usque ad Golgotha, ubi

à Lap. in Cant.
c. 5. v. 1. 3. Sen-
su. Guilielm. Pa-
risiens. Pessil.
ad c. 24. Eccl.
in Fessio. Assump-
Anglic. lib. 17.
c. 101. Ricbar.
à S. Laur. l. 12.
part. 6. cap. 10.
Arnol. Carnot.
serm. de B. Virg.

Maria, myr-
ra arbor vul-
nerata vulne-
ribus Passio-
nis, quibus
incisa, plorat,

(A) D. Ansel.
in Opusc. de B.
Virg. de Com-
pass. cap. 5. &
passim. Cant. c.
6. v. 9. D. Bon.
D. Brigit. V. M.
Mariæ ab Agro-
da. Ludolph.
Carthus. loc.
adduct. & alij
plures, cum Ri-
chard. à S. Laur.
lib. 7. tit. 4. An-
gl. lib. 7. tit. 4.
Angl. l. 8. c. 29.
Bereb. Reduct.
lib. 6. cap. 29.
& in direct.
verb. Luna. D.
Ansel. Opusc. de
B. Virg. c. 5. de
Compass.

Maria, Luna fuit in Calvario posita omnia trahens ad sibi compatiendum.

suo sole obeunte, & ipsa obiret, vel viveret à doloribus iaculanda. Pie Richardus hæc habet: *Maria, Luna fuit in Filij Passione, quoniam sicut non fuit ei species, neque decor, sic ipsa per compassionem nigra fuit, & ofuscata.* Cur autem Lunæ potius Maria in Passione Filij assimilaretur, liceat perscrutari. Hoc sidus dominium maris obtinet; quia Maria regnum occupat amaritudinis. In Lunæ decremento patiuntur elementa omnia, imo & mixta; etenim mare minuitur, in colearum ventriculis etiam medullæ, gemmæ nitorem deperdunt, humores quatuor primis quatuor qualitatibus elementorum correspondentes, & in crânijs cerebra diminuuntur. Vnde (ait Anglicus) *eius defectui compatiuntur omnia.* Ob id, ut Luna ex Hierusalem hodie progreditur Maria, ut ei patienti, & compatiienti compatiuntur omnia, planctum planctu sociantes, mœrorem mœroribus, ut in tanta pressura nos sibi tenere Maria cognoscat addictos. Luna supra orbem posita, fert literam: OMNIA, MOTA MOVET. Sic, *quis est homo, qui non flet, Christi Matrem si videret, in tanto supplicio?* Videamus & contemplatione, memores simus; quod nos D. Anselmus sic monet: *Hæc commemorasse sufficiat, ut ea oculus pietatis attendens, dum tantæ Matris gemebundus affectibus compatitur pij amoris, illius fructu remunerari aliquando mereatur.* Sic cum tanto Doctore dolorum Mariæ absolvimus tractatum.

CAP. XXXI.

HERMON, ET HEBRON montes, Marianum montem superexaltant, in quo Agnus cœlestis nutritur, exaltatur, & ad nostram opem adsciscitur.

180 **H**Ermon, (qui Sanir, & Sarrion dicitur) ad orientem Terræ Sanctæ situs est, non procul à Gelboe, (B) & interpretatur *destructio*, vel *consecratum Deo*. Mons est modicus, herbis, & pascuis fecundus ob fluentia pedem eius lambentia, & ob roris copiam in eius vertice perfusam, vnde ibi pecora nutriebantur immolanda, etenim evadebant pinguiora ob roris abundantiam. Pars montis libani hic mons est, & ultra interpretatur *lumen exaltatum*, & Christum designat iuxta Augustinum, ad Patris dexteram in Cœlis exaltatum. Hic mons Hermon, pars est extrema montis

Galaad, (de quo diximus) & omnes, iuga sunt montis libani. Ex isto monte videtur terra Judææ, quæ & Promissionis dicitur. Marianum montem exaltatum super omnes colles repræsentat Hermon: *destructio* etiam dum dicitur, Deiparam extollit Hominum protectricem, inardescenter dæmonum savitias conculcantem. Accipe de hoc perbellum ex Exodo testimonium. Avide dum Moyses faciem Domini tentabat speculari, hæc ad eum verba Deus direxit: *Protegam te dextera mea.* Exod. cap. 33. Deum in specie humana tunc Moysen vidisse, (quam de Virgine postea assumpsit) testantur cum Philone Hebræo plures, sicque quasi hominis tergum vidit, hocque modo eum protegere decrevit. (C) Spectanda Moysi erat Divina Manus, ut obvios non timeret incursum, timens sibi. At alij legunt, *Protegam te, vel obumbrabo nube mea.* Quod à litera *Caph* initium habet, quæ manum, & pariter nubem denotat. Nubes ardorem temperat solis. Manus validitate obstat inimicis: quorum præcipui adversus humanum genus, dæmones sunt. Vtraque autem (sive nubes, sive Manus) denotat Mariam: *Quæ nubes est* (inquit Daniel Agricola) *candida per omnimodam puritatem, aquosa per gratiarum abundantiam; & velut nubes abscondit peccatores ab ardore solis iustitiæ.* Etiam nobis Maria est manus, quæ defensionem dicit, & auxilium; iuxta Arnobium: *& ipsa* (dat datus Agricola) *est fortis auxiliatrix fidelium contra dæmones, & septiformem turmam vitiorum.* Nubis igitur, & manus Maria erga nos munus obit, ut divinæ temperet ardorem iustitiæ, & destruat insidiantes dæmonum turmas, ut valida manus; ne spiritualia præcipue inferant nocumenta. Manus ex nube solem velante, monstrat epigraphen: **ADDITUR UMBRANTI ROBUR.** Fortitudo pro æquitatē pugnat, fert Tullius: cumque æquum sit Mariam Titulo Matris negotium addidisse defensionis, velat solem, ne solum iciat; robur addit, ut dæmones destruat. Quid? Excandescunt ita Mariæ præsentiam, ut suæ audaciæ destructivam, quod nec ipsam exordiri immanes larvæ patiuntur: vnde *gloria magna est tam potentes vincere dimicatores, quos nostra cœlica victrix terrore domat, quia vincere scit, tamen hostis esse nescit.* Cum autem hostis in domo præ alijs formidabilis sit iuxta illud Christi Math. c. 10. *Inimici hominis domestici eius;* ideo quia nos imbelles, &

Maria, destruxit insidiæ dæmonum, hominū protectrix.

(C) Exod. c. 33. v. 2. 2. Olea. ibi. Lyra in Gl. Phil. Hebr. lib. de Vit. Moysi. Mag. cap. 76. Hist. Schol. ad cap. 33. Exod. Menoch. in Bibl. Maxim. Bibl. Arab. ibidem. Daniel. Agric. stell. 8. cor. 10. Arnob. in Psal. 18. Agricol. de Nom. Mariæ. c. 2. Cic. 1. de Offic. Demost. Exag. lib. Plin. Jun. Epist. 2. Senec. Math. c. 10. v. 36. Veget. Hist. in Hist. Sax. Theatr. Vit. Hum. Passim, & Berch. Cant. c. 4. v. 4. Alens. in Cant. Ecclesiæ, in Litan. Hailgrinus ad cap. 4. Cant. v. 4. Cornel. Brocard. cap. 7. num. 43. Adriechum. in descript. Hierusal. n. 170. Vilhelmus Tyrius Belli Sac. lib. 9. c. 3. Hæye in Conc. Lit. ad c. 4. Cant. v. 4. Menoch. ibid. Rich. s. Laur. lib.

(B) Marius de Calass. tom. 4. Conc. Hebr. Hæye tom. 18. Aug. in glic. lib. 14. c. 7. & 8. Aug. in Psal. 132. apud Lauret. in Alleger. Menoch. in c. 3. Deut. v. 8. Lyr. ad cap. 4. Cantic. v. 8.

lib. 5. tit. 9.
Anglic. lib. 9. c.
25. late. D. Bern-
nardin. Sen. 10.
1. concl. 61. a. 2
c. 10. Alphon-
sus Oroz. de
Laud. Mariae,
ser. 3. in cap. 7.
Cant. vers. 4.
Theatr. vit. Hu-
man. verb. Tur-
ris. D. Aug. ser.
de Nativ. Virg.
Alanus de In-
sulis, de B. Virg.
elucid. in sc. 6.
Cant. Richard.
à S. Laur. de
Laud. Virg. lib.
2. Curt. lib. 7.

imbecilli resistere haud valemus, Mariæ opem validam ex corde imploramus. *Sicut turris David collum tuum, quæ adificata est cum propugnaculis. Mille Clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.* Cant. cap. 4. In encomium Sponsæ cecinit Salomon. De Maria autem mysticè hæc verba debere intelligi, Ecclesia tenet, Alensis docet, & Hailgrinus confirmat sic: *Eminentia sublimitatis Mariæ, est sicut turris David, hoc est à Christo vero David fabricata, ut peccatoribus esset refugium, & munimen. Propugnacula huius turris sunt virtutes, gratia, & prerogativa, quibus peccatores protegit, & inimicum expugnat.* Turris est Maria, etenim à tuando dicitur, quia præbet defensionem. Turris autem hæc, erat Arx Sion, caput regni David, vnde Hierusalem ab inimicis oppressa defendebatur. Textum alij ita vertunt, *adificata est ad usum dirigendi homines, seu ad disciplinās.* Quia inde viatores viam docebantur, tanquam à Pharo aliqua, & in militaris disciplinæ studio Juvenes ut peritiores evaderent, se exercebant. *Turri ergo Mariæ comparatur,* (Afferit Richardus) *quia sicut turris fortiter pro nobis diabolo se opponit.* At, nec mirum, si mille clypei pendent ex ea: olim enim moris erat, ut Principes ex turribus clypeos, & arma suspenderent, tum ad ornatum, tum ad terrorem, & fortitudinem. Sed libeat inquirere, cur collum Mariæ turris dicitur? Collum loco, & dignitate capiti est propinquior: omnis vis sensitiva, & motiva, imò & respirativa per collum ad inferiora membra derivatur. Iure hoc Mariæ competit, quæ Christo capiti proximior est, & per illius manus vita, spes, salus, omniaque bona nobis communicantur. Adsit D. Parens Bernardinus dicens: *Plenitudo gratiæ fuit in Christo, sicut in capite influente; in Maria vero, sicut in collo transfundente.* Sic collum istud turris similitudinem habet, contra diabolum respicientis, & contra omnes hostiles impetus, invictissima habentis omnium virtutum, divinarum quoque dignitatum admiranda præsidia. Ait Alanus Varenfis. Turris Maria est à terrendis hostibus dicta, ex qua nostra spiritualia præcipuè pendent propugnacula. Turris vndique clypeis, Pharetris, alijsque munita bellicis apparatus, monstrat lemma: **HÆC TEGIT, HÆC ARCET.** Hoc Deiparam decet, quæ à D. Parente Augustino *virtus Pugnantium, & Palma victorum cognominatur.* Ipsa namque arcet demones nos impugnantes, & nos regit

& protegit sub vmbra alarum suarum. Omnia in vnum collegit Alanus de Insulis proferens: *Mariæ, terribilis Principibus tenebrarum diabolo, & Angelis eius. Hos terret, & pungit, & pro suorum famulorum erectione improbos reprimat, & retundit malignantium insultus.* Amplius valet virtus, quam multitudo, iuxta Curtium: Vnde nil, aut parum nobis infernales officere Phalanges poterunt, si sub vmbra marianæ turris, eiusque protectione muniamur. Præstigiatores Pharaonis, ut Moysen confunderent, protecerunt singuli virgas suas, quæ versæ sunt in draconis, ut habetur Exod. c. 7. Virtute demonum id fuisse factum, putat cum alijs Princeps Interpretum. (D) *Sed devoravit virga Aaron virgas eorum.* Ibi v. 12. Quod fecerint Ioannes, & Mambres malefici virgas in colubros mutari, non fuit secundum veritatem, sed secundum apparentiam, addit Lyranus: Siquidem his demon cooperabatur, ut nempe à proposito inferendi plagas in Ægyptios desisterent, sicque ille de filiis Israel triumpharet, quatenus Pharaonis addicti vinculis remanerent. Sed cur Aaronis baculus demoniacos illos serpentes, non fugare, sed devorare dicitur? Quæ in fugam aguntur, postea fortè invalescunt, bellumque iterum ineunt fortè, Ar, quæ devorantur, penitus extinguuntur, nec vires suppetunt, ut iterato certamen arripiant. Virga Aaron Mariæ est, in qua sine voce, & scriptura Verbum Divinum per diem legitur, sicut in illa nomen Dei Tetragrammaton. Dracones, demones proculdubio sunt, suggestionis veneno totum genus humanum inficere conantes. Igitur virga virtutis Mariæ, non eos fugat solum, sed destruit, & consumit, ne vitiosius homines seducere tentent. Virga per quam Deus (ait Abbas Absalon) fecit mirabilia in mundo, è quibus unum ex maximis est, quod versa in colubrum dracones Ægyptiorum devoravit, Mariæ est, quæ omnia crimina, omnes hæreses impiorum, qui in Ægypto huius mundi iludebant, tum virtute prolis, tum exemplo suæ sanctitatis delevit. Baculus ex Fraxino descersus, à manu supra distantes, fugientesque colubros vibratus, Gnomam refert: **NOBIS FERT VMBRA VENENVUM.** Et quidem non est opus serpentes Fraxini virga, ut intereant, baculare: eius enim ita aspernantur vmbra, ut potius sese in accensum deijciant rogam, quam subter Fraxinum. (E) *Mariæ, ingens robur, diabolo Principi tenebrarum obijcit, cuius caput contri-*

(D) Exod. c. 7. v. 12. Lyra in sua Gloss. Mag. c. 13. Hist. Schol. ad c. 7. Exod. Menoch. in Bibl. Maxim. D. Aug. apud Magist. Hist. Schol. Hæc in Arb. vit. ad cap. 7. Exod. v. 12. Absalon Abbas, de Assumpt. ser. 1. qui in eo est 43.

Mariæ, virga Aaronis est, demonum vires enervans.

Mariæ, Turris non defendens, demones arcens.

(E) Anglic. lib. 17. c. 62. Berch. Red.

Red. lib. 10. c. 31. n. 1. Alanus Varen. de Laud. Marie, ser. 3. ad c. 7. Cant. Luc. c. 1. v. 35. Lyra in Gloss. ibi. Alensis, B. Angelus del Pas & alij. D. Arbanas. in Evang. de Satisf. Deip. Joan. c. 12. v. 31. Lyra in sua Gloss. ibi. Alensis, Estius, Menoch. Have in Concil. Liter. Tirinus, & omnes. D. Bernardin. Senen. ser. 51. art. 3. c. 2. D. Aug. Epist. 107. Estius in Epist. D. Paul. ad Coloss. c. 1. v. 13. Adamus Delphius ibi. Menoch. Corn. à Lapid. Alensis, & alij. Chrysipp. serm. de Laud. Virg.

Maria, virtute Dei munita, inferni terrores devincit dominatores.

vit. Ait Alanus Varenfis. Sed profecto iucundius à Gabriele hæc veritas declaratur, dum ab eo Mariæ dicitur: *Spiritus Sancti superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Luc. cap. 1. Quia Deus intimè dilexit mundum, ita ut filium suum vnigenitum daret, Spiritui Sancto, qui amor est. Incarnatio appropriatur; qui *supervenit ad conferendum maiorem gratiæ plenitudinem: Quia prius venerat super Virginem adhuc in utero matris existentem, eam à peccato originali præservando.* Explicat Lyranus. Quomodo autem venerit in Virginem, aperit D. Athanasius dicens: *Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ut in Apostolos virtus ista ideo descendit, ut contra omnem adversariam virtutem vigerent, ideoque Spiritus supervenit essentialiter; ita quoque Spiritus Sanctus in Virginem descendit.* Optimè quidem. Apostoli divina suffulti virtute totum orbem Christi subdiderunt imperio, prædicente Domino: *Nunc Princeps huius mundi eiicietur foras. Idest, diabolus, qui est Princeps mundi, nempe hominum mundialiter viventium:* Habet Lyranus. Dominium ab Apostolis arreptum est diaboli, quod tyrannice possederat, ideo devictus principatum amisit, quia Spiritus Sancti virtute, erant fortes in bello, ad pugnandum cum antiquo serpente. Cum autem eodem modo (etsi intensiori gratia) supervenerit in Mariam, dæmones a sua umbra maiori virtute exterminat, vincit, propulsat, & ad infernum detrudit. Meus Parens D. Bernardinus Senensis hæc astruit: *Sicut magnus ignis effugat muscas, sic ab ardentissima Virginis mente, & inflammatissima Charitate effugantur dæmones.* Splendidissima lux copiosos emittens radios, & fugans tenebras, portat inscriptionem: **SIC NOX HIS PELLITVR ARMIS.** Non enim alij oportet armis circumcingi ad propulsandum tenebras, quam armis lucis. Tenebræ autem nominantur dæmones, qui per peccatum facti sunt tenebrosi, utpote aversi a Deo, qui vera lux est: atque Maria, quæ *illuminatrix* dicitur, participative lux est, quapropter à Chrysippo Præbytero vocatur *solis ortus, qui nullum potest ferre occasum.* Non sustinet circumcirca tenebras, eas in abyssum valida demergit. Hinc discam Hermon, qui *destructio* est, aptè Deiparam super exaltare, quasi Mulierem fortem spiritualium Barathri acierum destructivam. Inserere his etiam maximè duco Sponsi alloquium huiusmodi de Spon-

sa: *Pulchra es, & decora sicut Hierusalem: Terribilis ut castrorum acies ordinata.* Cant. c. 6. Hæc de Maria explicat Rupertus, cum alij. (F) Nec mirum in dramate pulchritudo cum fortitudine foederetur; nam iuxta versionem Tigurinam, non *pulchra* legitur, sed *amabilis*: Pulchritudo autem sola, amabilis est maximè omnium, ut docet Plato. Hoc autem Mariam aptius exornat, quæ pulchra est, ut Hierusalem, amabilis ut ipsa; cuius attracti amoris dulcedine, eius nomen annulis gestabant Hebræi, ut memoria saltem ipsius in exilio solarentur, eam ibi exaratum sæpissimè meditantes. *Maria autem præ filiabus hominum speciosa est,* (affert Daniel Agricola) *quæ speciosum forma, non solum præ filiis hominum, sed etiam præ millibus Angelorum, suæ carnis substantia vestivit.* Ideo plusquam Hierusalem amabilis, de qua dici debet, *si oblitus fuero tui Hierusalem,* (idest, ò Maria, ait mystice D. Parens Bonaventura) *oblivioni detur dextera mea.* Psal. 136. Hæc ergo sic pulchra, sic amabilis, *terribilis est ut castrorum acies ordinata.* Sive ut *vexillata*, ut vult Montanus, & alij. Sed quid pulchritudini, cum vexillis? Quid amabilitati, cum marcialibus instrumentis? Scio olim in vexillis nomina Imperatorum solita depingi, ut sic omnes ad reverentiam provocarentur. Nec solum id: Addictus supplicio, si militaris vexilli se posset umbra tueri, immunis à periculo iudicabatur, nec mortis damna subibat. En quomodo Maria terribilis, en quomodo vexillata, quia in ea Deus ipse inscribitur, ut amplius veneretur, & per ipsam fufius innotescat: Quia (ut cum D. Ambrosio prædixi) Maria interpretatur, *Deus ex genere meo.* Ipsa sola, terribilis ut acies est, sub cuius præsidio nil est nobis nocimenti timendum, nam ibi indemnes iudicamur à periculis, hostibus territis, & in fugam actis. Id sic profert Alanus de Insulis: *Maria terribilis, ut castrorum acies ordinata; quia Angelorum vallota est agminibus, dæmonum suggestiones repellens.* Subdantur tamen verba D. Germani dicentis: *Tu Maria, nequissimi hostis contra servos tuos invasiones repellens, tutos, atque incolumes servas.* Labarum, sive vexillum Virginis Mariæ iconè ornatum, ostentat epigraphen: **BELLI DISCRIMINA PELLIT.** Quod ex Ranulphi relatu Carnotensibus evenisse reperio: Cum enim Bollon Princeps Danus obsidionem vrbi miraretur, cives Virginis subuculam ex Constantinopoli à Carolo

(F) Cant. c. 6. v. 3. Rupert. ibi Sophron. Alensis, D. Bonav. Plato de Pulchrit. Novar. Sacr. Elect. l. 3. c. 18. n. 533. Daniel Agric. in 8. stella, cor. 8. Bibl. Tigur. Mont. & alij apud Parisiens. Haye. Julius Cæs. Bulin. de Imperat. Rom. lib. 2. c. 12. Alanus de Insul. in c. 6. Cant. v. 3. Sophron ser. de Assumpt. D. German. orat. de Zona Deiparæ. Ranulph. l. 6. c. 2. Nicetas in Alexio duca. Philippo. Bergo. lib. 9. supplem. Chron. ad ann. 489. Novarin. Vmbr. virg. l. 4. 636. Alanus Varenf. de Laudib. Mariæ ser. 3. in fine Psal. 124. v. 2. Lyra in Gloss. ibi. Bibl. Cald. & Arab. in Max. D. Aug. in Ps. 124. v. 2.

Calvo advectam, loco vexilli de mœniji suspendunt; moxque territus hostis fugam paravit, & visum amisit. Sanè hinc laudabilis priscorum mos Ducum, qui in prælijs Deiparæ imaginem gestabant, cuius ope inexpugnabili enexpugnabiles fiebant territis hostibus, & propulsatis. Vltimam his apponat manum Alanus Varenis ita: *Maria undique redundans est spiritualibus muneribus, gratijs, & divinis foecundissima charismatibus, multiplici armorum apparatu terribilis, ut castrorum acies ordinata, & quo se, omnesque tueatur, murus fortissimus, fulgentibus armis conspicua.* Mariam ergo Peccati, ac dæmonis destructivam *Hermon*, qui destructio est, superexaltet: quia ex quo *montes in circuitu eius*, (idest Hierusalem, Angeli ad Custodiam) *dominus est in circuitu populi sui.* Psal. 14. & hoc, *ut nostra spes sit in illa, quæ illuminat montes.* Ait D. Parens Augustinus. Sit & in Maria, ut utriusque adiutorio fiant hostes spirituales in ludibrium, devicti à vexillata Maria in nostrum auxilium invocata.

181 *Hermon* etiam, *consecratum Deo* exponitur, consonumque valde *Mariæ*, quæ ab æterno in matrem est ordinata, antequam terra fieret, sive *coronata fuit*, ut alij legunt: Idest *fuit apud Deum*, eius placita voluntati, nilque in ea quod Dei offenderet visionem, reperire fuit, cum ad coronam, non ad mancipium fuerit ordinata. (G) Sic consecrata fuit Deo in creatione *Mariæ*, ut consequeretur Principatum, non servitutem: Vnde merito *Hermon* ipsam iteratò salutat; quasi totam Deo dicatam, in nulloque instanti ab eius gratia alienam. Sic Deus per ipsam extollitur, gloriosior innotescit. Cecinit in Habacuc c. 3. *Deus ab Austro venit, & sanctus de monte Pharan. Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra.* Austro hic, Spiritus Sanctus est *obumbrans Virginem protectione virtutum*, cuius opera Deus, homo factus est. Ab Austro igitur, ubi deget divinus ille amor Virginem foecundans, Deus incarnatus venit, qui cum sit lux vera à meridie, idest mero, & puro die venit, utpote à *Mariæ*, quæ maximam gratiam invenit apud Deum, quæ se Deo conservavit, quæ nil tenebrosum habuit, unde ipsa digne dies nominatur: Scribit Daniel Agricola. Sed cur à monte Pharan Deus progreditur præcipuè, cum alij obijciantur, quos non est parvipendere montes? Quia loquitur *cum nobis facie ad faciem apparuit, factus homo.* Ait

Cornelius. Sed addam, cum meo Mario de Calassio, quod Pharan est monti Sinai contiguus, Deoque specialiter consecratus, & interpretatur quoque *Fructificatio matris*, *Mariæ* videlicet fructum benedictum fructificantis: Imò etiam *pulchritudo, laus, & gloriatio dicitur.* Ergo cur potius ab hoc, quam ab alio monte Deus venit; etenim mons umbratus, quem *virtus Altissimi obumbravit.* Luc. 1. Mons Deo sacratum, quia mons Dei, mons pinguis, ferens fructum vitæ, quo alantur homines. Mons pulchritudinis, quia *altitudinis firmamentum pulchritudo eius.* Eccl. 43. Mons laudis, quia Deum in laude magnificat, unde *Beata Virgo, magnificentia Dei fuit*; Ait D. Bernardinus. Mons gloriationis est, quia ex quo ab illo monte venit, *operuit cœlos gloria eius*, & cum gloria suscepit eum. Quapropter adductus D. Bernardi discipulus, Arnoldus Carnotensis iterum advocetur dicens: *Filij gloriam cum Matre, non tam communem iudico, quam eandem.* Cor nomine *Mariæ* insignitum inter prunas ponitur, lemma monstrans: IBI VBI. Ibi tendit, cum igne sit naturæ, ubi sphaera ignis propria est: ni, cum Deus ignis sit, Deut. 4. ad Deum, cui ab initio sacratum fuit *Mariæ* impatiens advolat detineri, ut ibi valeat dulcius amare, & amari, imò & omnium corda arripere, & amore divino inflammare. Id cecinit noster Amadeus inquisens: *Maria erat tanquam quidam ignis acutus, divino amore omnium corda inflammans, & omnia in Deum aliquo modo convertens.* Sic tota Deo, ipsique consecrata fuit *Mariæ*, ut gratia eius, ab eius gratia posset nullatenus deviare. Ad hæc faciunt, quæ ipsa de se profert Eccl. c. 24. *Quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam.* Biblia Syriaca legunt: *Quasi libani vapor in tabernaculo*, seu quasi incensum, ex Chald. (H) *Libanus significat Thus, quod ex arboribus libani thuriferis sponte manat, & Virginem designat, de qua procedit Thus, quod crematur in sacrificio in suavitatem odoris.* Affert Guilielmus Parisiensis. Arbor hæc Thuris in Arabia nascitur lauro similis, solaque inter arbores Deo sacrata, cuius guttam accipientes pro libito Sacerdotes, Deo litant, quasi ex arbore sacrificata Deo. Id expressit D. Gregorius Nyssenus hæc scribens verba: *Talis, o Virgo, est odor vestimentorum tuorum, ut sit similis Thuri, quod Dei honori est dedicatum.* Thuribulum manu agitatum, & thure inter prunas ardente, fert scriptum: AD

Maria, quidquid habet, in Deum refundit, cum quo communem gloriam, ac eandem habet.

(H) Eccl. c. 24. v. 21. Sept. Tigrin. Syr. Menoch. & Tirin. ibid. Guilielm. Parisien. ser. de Assumpt. ad cap. 24. Eccl. Anglic. lib. 17. c. 172. Berch. in Red. lib. 12. c. 71. D. Greg. Nyssen. Hom. 9 in Cant. Rupert ad c. 3. Cant. Pictav. loc. cit. Alanus in cap. 1. Cant. Gen.

SA-

(G) Prov. c. 8. v. 21. Rodolp. & Plures apud Bibl. Max. Menoch. ibi. Habac. c. 3. v. 3. Bi. bl. Hebr. & alij Alanus de Insulis ad cap. 4. Cant. v. ult. Daniel Agric. stell. 7. cor. 10. Cornel. à Lap. in c. 3. Habac. v. 3. Marius de Calass. t. 4. Conc. Hebr. Anglic. 1. 14. c. 30. & 36 Luc. c. 1. Eccl. c. 43. D. Bern. Sen. t. 1. Conc. 61. art. 6. c. 4. Arnold. Carn. Tract. de Virg. Maria. Angl. 1. 5. c. 36. B. Amadeus Rapt. 8.

c. 4. v. 25. *Lyra*
in sua Gloss. libi.
in Gloss. ad
c. 3. D. Luc. v.
38. Hay. in Conc.
lit. libi. Petr. Ga-
latinus, de Ar-
can. Cathol. ve-
rit. lib. 7. c. 3.

Maria, ex ma-
teria à Deo se-
lecta, & puris-
sima formata
fuit, eique ab
initio sacrata.

SACROS ATTINET VSUS. Odo-
rumentum hoc Virginem ex Ruperto, &
Pictaviensi denotat; nam Maria vt liba-
nus non incisus dedit odorem suum, alijs
proposita in exemplum. Notat Alanus. Sic
Mariam Hermon celebrat dicatam Deo
ab initio, & ante sæcula, vt Matrem Re-
demptoris prævisam. His adnectamus, quæ
Genesis cap. 4. cum in lucem Eva edidit
Seth, dixisse refertur Adam. *Vocavit no-
men eius Seth, dicens, Possuit mihi Deus
aliud semen pro Abel. Hic describitur or-
natus generationis Adam*, vt expresse
Lyranus: *Quia hic Seth fuit vir iustus,*
vt sic ex iusto per Mariam nascatur
Christus. Omnes homines ab Adam cum
ducant originem, solus Adam dicitur
Luc. cap. 3. *Qui fuit Dei, non per gene-
rationem sicut alij, sed per formationem*
de limo terræ, & infusionem animæ. Ha-
bet Magister Interpretum. Sed quid, aut
quomodo nato Seth, aliud semen asserit
Adam, Deum in eo posuisse pro Abel?
Audiatur noster celeberrimus Galatinus
asserens, quod *cum Deus Adam plasma-
ret, fecit quasi massam, ex cuius parte no-
biliori accepit intemeratæ matris Messie
materiam, ex residuo vero eius, & super-
fluitate Adam formavit. Ex materia au-
tem immaculatæ matris Messie facta est
virtus, quæ in nobiliori loco corporis Adæ
conservata fuit, quæ postea emanavit ad
Seth, deinde ad Enos, & succedaneo or-
dine ad reliquos usque ad Sanctum Ioa-
chim, ex qua demum virtute beatissima
mater Messie formata fuit.* En aliud il-
lud semen Adæ, qui fuit Dei. En mate-
ria purissima à Deo sibi prælecta, eique
omnimodè sacrata, quam nullæ peccati
fæces maculavere, cum ab initio non alij
quam Deo fuerit consignata. Fons, è terra
scaturiens inculta, ac Sylvestri, inscriptum
habet: **PURUS AB IMPURO.** Vn-
de ab Alano Varenfi vocatur Maria,
*Totius Trinitatis fons gratiæ divini-
bus consecrata sigillis; (I) decensque erat,*
vt ea puritate, quæ maior sub Deo, nequit
*intelligi, virgo illa niteret, cui Deus Pa-
ter unicum filium suum, quem de corde*
*suo æqualem sibi genitum, tamquam se ip-
sum diligebat, dare disponebat.* Perpetua
olim continentia imponebatur apud Per-
sas, qui Solis servitio consecrabantur. Ma-
ria, virgo virginum est, quæ signum sacræ
virginitatis extulit, & intemeratæ inte-
gritatis pium Christo vexillum levavit,
teste Ambrosio: & tota soli iustitiæ de-
dita, & consecrata fuit. Hinc mihi sapius
objicitur ille magnificus in oleæ tabella
scriptus supra Christi caput titulus, *Le-*

sus Nazarenus Rex Iudeorum. Cur
Christus, Nazarenus vocatur, cum fue-
rit Bethleemites? *Quia ibi fuit nutritus,*
respondet Lyranus. At, cum Origene mo-
do cenfeo, quod *Nazarenus vocatur à*
*matre, cum qua unum holocaustum pari-
ter offerebat;* iuxta datum Arnoldum.
Nazarenus, idem est ac *floridus, vel con-
secratus.* Mariam titulus tangens signat,
sed supra caput Iesu, in tabella oleæ pie-
tatis, vt innotescat eam vt Deo conse-
cratam à creatione, ad opus Redemptio-
nis pietate etiam influere, et si etiam re-
dempta, non sublevativa, sed præserva-
tiva redemptione, vt tueretur acriter Sub-
tilis Præceptor, & Pij omnes cum illo
Elevatur Maria cum Christo, quasi *vir-
gultum coram eo;* vt *flos consecrationis,*
catenus vt supraposita capiti, diros sanet
aculeorum ictus, vulnera mitiget spinea
quæ corona in capite aperuit; dum do-
lores nostros ipse portavit; & consecra-
tam Domino pateat ante mundi moli-
tionem, fuisse Mariam. Bina ex vno sti-
pite lilia apertè prodeuntia, hanc signant
inscriptionem: **CRESCIT ODOR.**
Maria, & Christus, vterque flos campi,
& lilium convallium, eodem florido in-
signiuntur titulo odore virtutis, & gra-
tiæ per orbem latè diffusio, vt sic omnes
curramus in odorem vnguentorum suo-
rum. *Idest, tracti effectibus bonitatis suæ.*
Exponit Lyranus.

182 Ad Hebron montem gressus di-
rigimus accedentes, qui mons in Iudæa
est, in quo famosissima erecta est eiusdem
nominis civitas, eique in declivi conti-
gua erat Vallis Mambre. Hunc mon-
tem, hancque urbem incoluere (K) Za-
charias, & Elisabeth, Ioannis Baptiste
Parentes. Hæc vrbs etiam *Cariatbarbe*
dicitur. Hebron autem interpretatur so-
cietas, vel coniugium: Et aptè Mariæ exal-
tat intemeratam cum Ioseph desponsa-
tionem, ratione cuius, Agnus ille cœles-
tis à Maria nutritus, putabatur Filius
Ioseph, Luc. 3. etenim *conveniens erat*
ipsum de Virgine desponsata nasci, ne ab
infidelibus tamquam illegitimè natus
abijceretur; ait ex D. Ambrosio Lyranus.
Hocce ergo divinum coniugium, sacra-
tissimamque societatem Mariæ cum D.
Ioseph initam, Hebron mons, & civi-
tas prædicat, & toti vtilissimam mundo,
ac gratam Cœlo superexaltat. Verum si-
quidem matrimonium, & non tantum
sponsalia inter Beatissimam Virginem
intercessit, cum D. Parente Augustino
omnis Theologorum Schola propugnat,
præcipuè Theologorum facile Princeps

de Laud. Virg.
Maria. Subtil.
Doct. lib. 3. d. 3.
q. 1. Lyr. in c. 1.
Cant. v. 3.

Titulus crucis
Mariam ali-
qualiter respi-
ciebat. Despo-
satio Virginis
explicatur.

(I) Alanus Va-
renf. de Laud.
Mariæ, ser. 1.
D. Anselm. in
Opusc. de B. Vir-
gine, cap. 18. D.
Ambr. lib. de
Bon. Virginit. p.
4. Iustin. apud
Pictav. in di-
rect. verb. Conse-
crare. Ioan. c. 19.
vers. 19. Bibl.
Arab. Lyr. Orig.
de diver. Arnold

(K) *Lyra in*
Gloss. ad c. 14.
Ioan. v. 12. An-
glic. lib. 14. c. 8.
B. Angelus del
Pas in c. 1. Luc.
1. 2. c. 36. Hæc
in Conc. lit. ad
c. 23. Gen. v. 2.
Rabanus Mau-
rus apud An-
glic. libi. Marius
de Calass. Lau-
ret. & alij. Lyr.
ex D. Ambr. in
c. 1. Luc. v. 27.
D. Aug. lib. de
Nupt. & Con-
cup. c. 9. & 11.
Subt. Doct. lib.
4. d. 3. q. 2. D.
Anselm. in c. 1.
Matth.

Matth. Gerson
Parisiensi apud
B. Angel. del
Pasini c. 1. Luc.
1.2. c. 24. Hist.
ex PP. collecta,
apud Ant. Es-
cobit. 2. num. 1.
Isai. c. 11. v. 2.
Lyra. Alanus
Delphi. Omnes
ibi. B. Amadeus
Rapt. 5. ibidem.
Lyran. Anglic.
lib. 1.2. cap. 26.
Berch. Picinel.
Plin. & Plures.
Lyr. & Menoc.
ad cap. 6. Cant.
v. 3. Guilhelm.
Estius in Div.
Matth. c. 1. v. 19
Div. Chrysof.
Hilar. Omnes.
Columell. lib. 2.
cap. 8. Sap. c. 7.
v. 26. Eccl. cap.
43. v. 20. Haye
in Conc. Lit. ibid.
B. Amadeus
Lausan. de B.
Virg. bom. 2.

Subtilis Doctor. Desponsatio itaque etiam tunc, iuxta D. Anselmum, praecebat nuptias per tempus aliquod, quae facta est Hierosolymis; nuptiarum autem solemnitas facta est post redditum ab Elisabeth, à Monte, & Civitate Hebron, quando de divino conceptu certior Ioseph factus est. Sed de his latius infra. Nunc ad sacrationem divertamur Hebron, coelestem coniugij Mariae cum Ioseph statum, & divinum utique celebrantes matrimonium. Tertiumdecimum Puella Maria compleverat annum, cuius curant institui nuptias Sacerdotes, Maria nequaquam annuente voti causa. Agitur apud Triadis tribunal negotium, cuius imperio Regia sobolis viri manu virgas afferentes adiscuntur. Floret Iosephi vnica, è Templi vertice descendente nivea columba, ut nidum verbo faceret in humanis nascituro. Quis ad quid eligitur? Ioseph, an Maria? Ambo ex melioribus meliores, ut sponsalicio gloriam in gloria paciscantur. Egre dietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, cap. 1. cecinit Isaias. Virga Maria est ex qua flos Christus prodijt, quamque manu Ioseph ut sponsam sibi associat dilectam. Sic Lyrantus, & omnes. Vigam apprehendit Ioseph, quae subito stornit, cuique arida infedit columba, (spiritus utpote divinus, cuius est signum columba) ut subito revirescens, ex gemmis flores hiarent, divinum quemdam expanituri castissimae vtriusque sponsi pudicitiae odorem. Requievit itaque Spiritus Sanctus in specie columbae, ad designandum plenitudinem gratiae. Addit Lyra. Cur vero Pater, aut filius ad sacrum hoc sponsalitium maiestate suprema donandum, sed solus Spiritus Sanctus in columbae forma videatur descendisse, nil mihi ingerit novitatis. Praedixi enim, hanc esse columbae naturam, ut ex acervo grana semper eligat meliora. Dempto Christo, nullus in terris melior Maria, & Iosephilla, quia fuit electa specialiter, & gratiosa in oculis sponsi. Hic, quia erat vir iustus, seu perfectus eximia probitate. Ad eos igitur in virginale coniugium sociandos, Divinus Spiritus ut columba descendit, ut eligeret ex omni carne, quos elegit ab omni virtute. Eccl. cap. 45. Niveis florens baccis, super quam sedet columba, virga proponitur, hoc insignita lemmate: CANDIDA SOLA PLACENT. Et quidem huius est proprietas aviculæ, locum gratus habitare sibi esse, qui albo tectorio fellas

pollas habeat; nam quanto est locus cultior, tanto latior avis conspicitur; habet Columella. Modo Maria, candor est lucis aeternae, in eius anima infusae, & pulchritudinem candoris eius admiratur oculus. Idest, tanta admiratione rapietur, ut in ecstasi agatur. Inquit Parisiensis Haye. Sic Ioseph iustus candidus nitore virtutum, non nisi candidissimae Mariae debuit sociari, ut sic ex utraque sacrum columba coelestis demonstraret coniugium, gratius sine dubio, quam Hebron. Sic ad Matrimonium elevatur Maria. Sed quomodo? Ipsa sic respondet: Quasi vitis fructificavi suavitatem odoris. Eccl. cap. 24. Certe ita, nam trinula à lacte avulsa puella, plantata in domo domini, & in atris domus Dei nostri, tot alijs puellis exempla virtutum monstravit, ut etsi non in imitationem, in admirationem adduxerit, ita quod Mariae humilitas, & Virginitas emisserunt odorem bonae opinionis, exemplo resciendo, & ad amorem inflammando. Promit Alanus de Insulis. (L) Vnde, quasi vitis fructificavit suavitatem odoris, idest suavem odorem sanctae conversationis, & opinionis, cum iucunditate mentis. Dat Daniel Agricola. Vitem namque commendat odor, cum floreat, & fructus cum maturus pendet. Hæc nostra supera vitis floreat modo, prope Ioseph, qui crescens, vel augmentum dicitur, benedictum fructum postea editura. Idcirco legisse alios comperio: Fructificavi gratiam. Quæ Christus est, gratia utpote substantialis homines vivificans. At, cur Virgo viti comparetur, inquiramus. Vitis à vinciendo dicitur, nam se mutuo, arboreque constringunt, hæque amant arbusculæ societatem, sicque proximiora ligant, viridique foederant corimbo, & maritali affectu vlmis, aut Populis se connectunt. Vitem Gregorius Thaumaturgus appellat sic Mariam: Ave gratia plena, vitis semper vicens, quæ animas glorificantium te letificas. Ideo depingitur vlmò innixa vitis, cum inscriptione: SIC SOCIATA QUIESCAM. Ioseph, Virginis Santissimæ, & Christi custos à Deo immortalis positus est; scribit Isidorus Isolanus: Maria, vitis vbarum ferax, valde florens, intacta, ferens Botrum, per quem pulsa mundi sitis, vocatur ab Hesychio, & Doctore Seraphico. Hæc committitur Ioseph obumbranda, & custodienda, nam ipsum constituit dominus suæ Matris solatium, quam fideliter custodivit, docet D. Bernardus. Sic Maria, ut vitis sociata quiescit, dum Iosephi umbraculo innititur, productura vinum spi-

Maria, melior sponsa, spōsus melior, Ioseph.

(L) Eccl. c. 24. v. 23. Alanus de Insulis. B. Amadeus Rapt. 3. Daniel. Agric. cor. 5. stell. 1. Menoch. ad c. 24. Eccl. v. 23. Marius tom. 4. in fine. Angli. l. 17. cap. 176. D. Greg. Thaumaturg. serm. 1. de Annunt. Isidor. Isolanus 3. p. c. 22. D. Bon. in Psalt. Min. Hesych. orat. 2. de Deip. D. Ber. bom. 2. super Missus est.

Maria, quo an-
nulo subarra-
ta à D. Ioseph,
in desponsa-
tione.

(M) Benedict.

Gognon. lib. de

Morte Virgin.

Laurent. Mas-

sellius lib. 6. c.

21. apud Thom.

Frances. de Ir-

ritigoyt. in Cert.

Schol. pro Deip.

disp. 3. sec. 2. n.

27. Lyrant. in

Gloss. ad c. 22.

Ier. v. 25. Plin.

l. 33. c. 1. Bibl.

Tig. Besson. &

alii in Bibl. Ma-

xim. Lyr. in Glos

ad c. 8. Cant. v.

6. Aulus Gel. l.

10. Noct. Attic.

cap. 10. Maco-

brius l. 1. c. 13.

Novarin. &

plures. D. Isid.

Orig. lib. 20. c.

15. D. Bernar-

din. Senens. tom

1. serm. 1. de S.

Ioseph. 2. c. 1.

spiritualiter *letificans cor hominis*. Vtrius-
que manum dexteram sponsi associat
sponsationis vinculo Sacerdos, novos
Caeli benedicturus sponfos, & in vxor-
em à Divo Ioseph acceptata Maria, &
huius Ioseph in sponsum, eam annulo
subarravit, quem Virgo suum ante tran-
situm simul cum Zona, fascia Christi,
eiusque syndone, discipulo dilecto Ioan-
ni Evangelistæ tradidit, in dilectionis ar-
gumentum. Zona Deiparæ asservatur Der-
tusa in Gotholonia, magna populi Reli-
gione. (M) Fascia, qua tenellum Corpus
Iesu à Matre obvolutum fuit, etiam Der-
tusa custoditur in Ecclesia Sancti Fran-
cisci, cuius Cœnobium pulsus ex Hispa-
nia Franciscanis Conventualibus, Do-
minicanis traditum fuit. Sindon vero
Taurini prope Pedemontium subalpino-
rum vrbe Augusta, in Sabaudia, magna
totius orbis veneratione colitur. Annu-
lus vero (cuius materia, *Onyx* pie credi-
tur,) Perusiæ asservatur. Hoc à D. Ioseph
dotatur, & datur Maria, quasi dilectæ
sponsæ sigillante pudicissimum amorem.
Olim enim amatorum nomina, seu ima-
gines impressa annulis ferebantur. *Ant-*
iquitus enim annulus erat signum dile-
ctionis, & firmitatis; inquit Lyranus. Pro
nostro autem argumento stare iudico
verba illa sponsi ad sponsam, Iosephi ad
Mariam, annulum tradentis, *Pone me ut*
signaculum super cor tuum, ut signacu-
lum super brachium tuum. Cant. c. 8. des-
ponsatorum hic mos est, etiam à priscis
derivatus ævis, manui sponsæ annulum in-
ferere, in fidei, & amoris tesseram: unde
alii habent; *Impone me cordi tuo, ut si-*
gillum; & ut annulum in manu tua. Cur
sponsus Ioseph avidus virgineum tra-
hendi ad se amorem, & manum, & cor
Virginis sigillare præsumit? Quia (res-
pondet Lyranus) *quod valde diligitur su-*
per cor poni dicitur. Omnia sic sua verba,
cogitationes, amores, opera Mariæ ad se
vult Ioseph converti, ideo cor obsignat,
dum obsignat manum. Attende ex Aulo
Gelio transmissam eruditionem. *Ann-*
ulus (ait) in digito, qui in manu leva mi-
nimo vicinior est, portatur, ex eo quod
nervus corde expenditur, illucque tendit,
deciditque: quare priscis visum fuit, quod
ille digitus annulo, tamquam corona cir-
cumdatur. Inde annulus à sponso sponsæ
datur, ut eodem pignore eorum corda iun-
gantur. Docet Isidorus. Duo corda vnico
constricta annulo, gaudent lemmate:
VNO NECTUNTUR AMORE. Sigil-
lata namque bina vnico annulo amoris
corda, nequit vnus amoris impetus sub-

terfagere: Unde credo (Profert D. Bernar-
dinus Senensis) *virum Sanctum Ioseph ar-*
dentissimum fuisse in Dei amore: & quia
noverat Virgo quanta erat unitas matrim-
onialis in spirituali amore, & sciebat si-
bi à Spiritu Sancto datum in sponsum, &
ad participandum secum in charitatis
amore, ex totius cordis affectu Sanctum
Ioseph sincerissime diligebat. Sed cur in
huius calici mysterio sponsalitiij, annu-
lus à Divo Ioseph ferens non aliam,
quam onychem gemmam porrigitur? Hoc
fuit, ut sponsi vtriusque virginalis pudic-
cia innotesceret magis, & vtriusque
sponsi præmissa subsidia creaturis. Inter
alia hoc Moyssi præceptum à Deo datum
est. *Exod. 28. Sumes duos lapides Onychi-*
nos, & pones in utroque latere superhu-
meralis, memoriale filijs Israel. (N) Ad
modum, quo annulis gemmæ, hi lapides
in superhumerali includebantur *ad mo-*
numentum, vel ad recordationem. Hi la-
pides, non simplices à pluribus iudican-
tur onyces, sed compositi, *Sardonyses*
nempe. Hi ex onyce, & sardio coales-
cunt, & miro fœdere maritantur: imo
(advertit Parisiensis Haye) *onyx, & Sar-*
donyx, penes aliquam coloris diversit-
tatem solummodo discriminantur; tan-
toque emicabant fulgore in superhume-
rali, ut divinus quisque lapis iudicaretur,
ut ex Iosepho tradit idem. Modo adver-
tas. *Onyx* specularem naturam habet po-
litam, & ad modum speculi imagines re-
præsentat; hæcque gemma indica can-
det *Sardius* vero rubet: duoque hi co-
lores maxime commendant pudicitiam
virginalem, quæ in utroque superexcel-
luit sponso. Inde igitur duæ hæc cœlestes
gemmæ à Sacerdote sacro connubio fa-
derantur; & iam non duo, sed vnum sunt
divino vinculati amore. Vide in Maria
superexcellentem gratiæ, virtutis, & vir-
ginitatis candorem. Meditare in Ioseph
genas rubore perfusas, dum tantæ Virgi-
nis se adhuc famulatu iudicabat indig-
num. Tamen divino monitu hi pretio-
siores gemmæ à Sacerdote maritali vin-
culo vniuntur, in admiratione, ac gra-
tulationem populi, quasi lapides positi
in superhumerali, *memoriale filijs Israel,*
idest ut ad intuitum eorum Pontifex
meminisset pro omnibus orare. Docet
Eftius. En ergo Ioseph, & Maria specu-
lum vterque sacratoris pudicitiae, mutuo
alterius alter imaginem repræsentat,
dumque sic hæc duæ vinculantur gem-
mæ, scriptionem signant: BINUS, ET
VNUS. Duo Maria, & Ioseph procul-
dubio erant; vnus tamen in firmo Virgi-

De Annulo
Virginis, Zo-
na, & fascia
Salvatoris,
quædam dan-
tur.

(N) Exod. c. 28

v. 9. & 12. Lyr.

in Gloss. ibid. v.

11. Bibl. Chald.

Sept. Bib. Venet.

Haye in Conc.

Lib. Aquila, &

Iosephus, apud

Haye in Conc.

Lit. v. 9. Angli-

cus l. 16. c. 72.

Pistav. in Red.

lib. 12. c. 103.

Rueus de Gem-

mis l. 2. c. 5. B.

Amadeus Cit.

Rapt. 5. B. An-

gel. del Pas, No-

var. alijque in-

numeri. Eftius

ad c. 28. Exod.

v. 9. & 12. in

Bibl. Max. D.

Ambr. J. de Per-

pet. Virg. Maria

D. Petr. Chrysol.

ser. 175. D. Aug.

ser. 15. de Nat.

Dom. & ali.

apud B. Angel.

del Pas loc. cit.

Beda in Apoc.

Picinel. Mund.

Symb. lib. 12. c.

30. n. 279. Ru-

pert. ad cap. 1.

Matb.

Sardonix ma-
trimonij Ma-
riæ, & Ioseph,
vmbra.

nitatis proposito. Illa *onyxem* candore purissimo repræsentat, hic *Sardium* honestatis rubore; exque duobus iam in vnum coalescentibus indissolubile oritur Virginei matrimonium contubernij. Adsit Rupertus hæc proferens: *O coniugium verum, & sanctum, coniugium cæleste, non terrenum: unus spiritus: una fides erat in eis.*

183 Quintum decimum attigerat Maria suæ ætatis annum: Ioseph quadragimum secundum, quousque protenditur virilitas, quam non prætergradiabatur Ioseph, qui *vir* dicitur ab Evangelista, cum casto matrimonij vinculo fœderantur. Sic oportuit hæc sacra fieri sponsalia, virginitati siquidem fida adhiberi debet custodia, quæ in Ioseph inveni erat secuta, namque vir à vi, seu virtute, qua alijs præstat, dicitur: *Ioseph autem* (ex Bernardo transcribam) *dominam suam domini sui matrem fideliter custodiuit.* (O) Ad hæc probanda thronus mihi ille eburneus Salomonis occurrit, de quo hæc in sacris literis habentur: *Fecit Salomon thronum de ebore grandem: & duæ manus hinc, atque hinc tenentes sedile: & duo leones stabant iuxta manus singulas.* 3. Reg. cap. 10. Ad decorem, & sumptuositatem operis, aderant leones ibi, ut explicat Lyra. Perpulcher erat solis ascensus ex marmore porphyrio fabricatus; cuius natura est fortiolem, ac lucidiorem alijs se monstrare lapidibus, unde solidissimæ fabricantur columnæ ad ædificia sustinenda, cuiusque in venis alius sæpe lapis gignitur pretiosus. Ob id, *non est factum tale opus in universis regnis.* Sed cur throni magnitudo ex ebore potius conficitur? Ebur candidissimum est, & mundissimum, eundemque interius, exteriusque conservat candorem. Mariam denotat, quæ candidior est ipsa nive, & rubicundior ebore antiquo: ait Guerricus Abbas. Adstruat idem noster Daniel Agricola dicens: *Thronus veri Salomonis est B. Virgo Maria, factus de ebore candido, quod propter sui candorem significat munditiæ castitatem. Duæ manus sedile hinc, & inde tenebant, quia Pater, & Spiritus à Matre Filij numquam recedebant.* Sed si his validissimis thronus Virgineus manibus nitebatur, ad quid iuxta manus leones: *Quia ibi erant* (inquit Thaumaturgus Paduanus. D. Antonius.) *Ioseph, & Ioannes, qui stabant hinc, & inde, iuxta manus.* Ioannes, quia dilectionis titulo gaudebat, iuxta Divini Spiritus, qui amor est, manum adstabat: Ioseph vero iuxta ma-

num Patris, cui, potentia adscribitur: ut sic detur intelligi, à virtute, & potentia Ioseph thronum Virgineum custodiri. Sistatur Isidorus Isolanus scribens hæc: *Ioseph Matris Virginis pudorem tutatus est, & altissimi Mysterij scutum fuit inexpugnabile.* Leo eminenti excubias servans throno, hac notula insignitur: SPIRITUS INTUS AGIT. Castissimum, quo Divus Ioseph amorem erga Deiparam ferebatur, denotat: Qui leonis instar, vigil eius custos virginitatis fuit, eiusque filium ita arcto prosequeretur affectu, ut eius mores Angelici dicendi sunt, & ipse divina ardens charitate, ut Deus verum manibus pertractaret. Numquid coram magno perseverans igne quispiam frigeret? Deus autem noster ignis ardens est, cui, & matri per singulas horas Ioseph abstabat. Promittit ille. En leo apertis dormiens oculis, thronum invigilat custodire, & virtute suffultus nescit ardens igne castissimi amoris à throno Virgineo separari. Idipsum prædixisse evangelicum vatem, verba demonstrant dicentia c. 62. *Habitabit Iuvenis cum Virgine, & gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus.* (P) Vbi Montanus legit, *maritabitur Iuvenis cum Virgine; desponsabitur Ioseph cum Maria: habet Doctorum Doctor Alensis, & Lyranus.* Idem, *pacifice contrahent connubia.* Quod sic in hac Sacra Mariæ, & Ioseph desponsatione evenisse, liquet satis: etenim Spiritus Sanctus in specie columbæ super caput Ioseph, in eiusque postmodum florentem virgam descendisse perhibetur: qui cum nexus Patris, & Filij sit, ac substantialis amor, hos pacis intemeratæ pacis vinculo sacros maritavit amantes id sic testatur Div. Parens Bernardinus: *Spiritus Sanctus tanta unione coniugij, univit menti Virginis animam Ioseph, quia ei erat virtutum operatione simillima.* Sed cur Iuvenis dicatur Ioseph, ut cum Virgine contrahit sponsalitia, rimemur modo. Iuvenis à iuvando dicitur, quod ætas maximæ sit ad laborem tolerandum apta: sicque congruum erat, ut Ioseph, qui velut novus Atlas Cælum Marianum, Cœlique molliorem sustinere parabatur, Iuvenis esset cum desponsaretur, ut Virginem iuvare in periculis valeret, hominemque Deum manibus sustentare. Hæc Isolanus sic profert: *Præ ceteris viris fuit Ioseph Domini amantissimus in cuius humeris proculdubio ipse Dominus Iesus infans resedit, atque in illius requievit brachijs, & in Iosephi thalamo habitavit infans, puer, adolescens,*

(O) B. Angel.
del Pas, loc. cit.
D. Bern. hom. 2.
super Missus est.
Theatr. Vir.
Hum. verb. Vir.
Lyra in Gloss.
ad 3. Reg. c. 10.
n. 19. Anglic.
l. 10. c. 40. 41.
& 42. & l. 16.
c. 69. Magist.
Hist. Schol. ad
3. Reg. cap. 23.
Hist. Guerric.
serm. 1. de An-
nunt. Daniel
Agricol. cor. 1.
stell. 11. D. Ant
Pad. ser. Dom.
5. post Trin.
Isidor. Isolanus
2. p. c. 4. Isidor.
del Sol. 3. p. c. 22

Maria, thronus Salomonis
leo custodiens
D. Ioseph.

(P) Isai. c. 62.
v. 5. Arias
Montan. & alij
apud Bibl. Max
ibid. Alensis in
sua Gloss. Lyra
ibid. Tirinus, &
alij. Eustachius
in Hexamer.
apud Novarin.
Vimbr. Virg. lib.
4. Exc. 116.
1081. D. Bern-
nardin. loc. cit.
ser. de S. Ioseph.
Theatr. Vir.
Hum. tom. 4.
verb. Iuventus,
ex Marcello. Ia-
nuens. in Cathol.
Isolanus 3. p. c.
9. & 2. p. c. 4.
Democrit. apud
Max. serm. de
Senect. & Iu-
vent. Isolan. 4.
p. c. 8.

Maria, & Puer
Iesus à Divo
Ioseph susten-
tantur, quin
oneri cedat.

¶ *Juvenis.* Summa siquidem hæc Iosephi Gloria. Bona autem Iuventutis (afferebat Democritus) sunt robur, & pulchritudo, in quibus præcelluit D. Ioseph, nam *Matris Virginis pudorem tutatus est*, & altissimi mysterij fuit scutum *inexpunabile*. Pergit ille. Sic Sponsus Ioseph gaudet super sponsam Mariam, nam eum *Regina Angelorum sponsum amatissimum adhuc clamat*. Addit datus Author; ideoque, & Deus etiam gaudet, in tam excellenti matris suæ castissimo sponso. Vlmus onustam Botris vitem, hæc signat: **DAT MIHI PONDUS HONOREM**. Vestitur Vlmus frondibus vitis, eiusque quasi propijs fecundatur racemis; vnde pondus non fert vlmus iacturam, sed Gloriam. Maria vitis est, ex qua processit ille, de quo ipsa dicebat *Botrus Cypri dilectus meus mihi*. Sustentat Mariam, & Puerum Ioseph, vnde magnus sibi adsciscitur honor. Sic quidam cecinit:

(Q) *Cuncta Deo parent, Ioseph, tua gloria crescit.*

Crescit bonos: paret nã Deus ipsi tibi.

Sponsam Mariam peracto Hierosolymis sponsalicio Sponsus felissimus Ioseph ad propiam in Nazareth domum refert, quod & præcecinisse videtur Regius Psalter di- cens: *Iustus, ut Palma florebit*. Psalm. 91. *Efflorescet, sive diffundet se, germinabit, aut tolletur in altum sicut Palma*. Habent alij. De Ioseph loquitur, qui antonomastice *Iustus* à Spiritu Sancto vocatur, Math. c. 1. idest, in omni virtute perfectus, teste Chrysostomo. Ut magis Iustus effloresceret ut Palma, in floridam Civitatem ascendit, Nazareth nempe, quæ *flor*, aut *florida* interpretatur, & sita est super montem, iuxta *Thabor*, ibique iustus ut Palma tollitur in altum, efflorescens omni genere virtutum. Sed cur sic? desumam ex nostro Anglico rationem. In hoc arborum genere mas, & femina contemplantur; hæcque solum germinat Palmæ maris odore, aut halitu suffecta, & una simul in eodem solo associata Maria odore, & halitu divini Spiritus, ut germinaret quasi Palma, fecundata fuit. *Hic autem, cum Ioseph convenit*, (inquit eruditus Novarinus) *quia uterque Maria sponsus est, & vices Spiritus Sancti Ioseph gessit*. Floret igitur Ioseph iustus in Civitate florida, ut Palma: quia sponsa Mariæ *statura assimilata est Palmæ*, & ut germinet florem unicum Iesum, umbra Ioseph oportet obnubi, eius florifero tegmine recreari. Sic binæ Palmæ frondibus mutuo inclinatis, & complexis, quælibet

seorsum monstrat epigraphen: **INTACTA MARITOR**. Quod ad Vagineum Mariæ cum Ioseph sponsalitiū sic vergit D. Parens Augustinus: *Virgo sine viro gravidatur. Viri nesciam sermo Dei marital; simul facta est mater, & virgo: semper clausa, sed non infœcunda*. Ioseph etiam fuit mundissimus in virginitate, ut docet D. Bernardinus. Idcirco ad Nazareth floridam sponsatus ascendit, ubi Maria quasi Palma etiam exaltata est, ut suo umbraculo, & pallio obtecta, florem campi germinaret fecunda. His innitatur adhuc. *Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo*. Abac. cap. 3. Sic conformis Solis motui Luna suum observabat motum, ut hoc currente festinaret, cessante non curreret. Ideo autem id puto, quasi quod ut sponsa pareat Soli: *Lunam enim* (R) *fœmineum sidus, Solem masculinum accepimus*. Scribit Plinius. Instar sponsi, & sponsæ steterunt in habitaculo suo, sive in habitatione sua, aut Sol, & Luna stetit: quasi quod indivisum Cœli pararetur duobus habitaculum, & hoc ad nutum, & obsequium *Jossue*, Iesus nempe, qui virtute indutus ex alto, fecit eos habitare unius moris in domo. *Sole est Beatus Ioseph*, inquit Rupertus; Maria autem, *pulchra ut Luna*: steterunt ambo suo in habitaculo Nazareno, ut sic inde nutui parerent *Jossue*, salvatoris videlicet nascituri. Luna soli contigua, hoc insignitur lemmate: **LUMINA IUNGIT AMOR**. Mariam, & Ioseph apte tangit, quos Virgineus sociavit affectus, ut etiam ambo luminaria magna Cœli, tamen coniugali vinculo stant una simul in habitaculo, quin discriminari patiantur. Vnde D. Matheus ideo ponit *Genealogiam Ioseph, & non Mariæ*, (docet D. Bernardinus) *propter unionem, idest ad commendandum sacramentum coniugij Virginis, & Ioseph, sub quo natus est Christus, nempe quod tanta fuerit unitatis, ut merito propter ipsum Ioseph dictus fuerit, & quodammodo vere fuit Pater Iesu Christi*. Eos igitur mons, & Civitas *Hebron* ob tam sacrum, ac cœleste coniugium & superexaltet, & plaudat, ut sic gloria utriusque illibati sponsi fufius innotescat. Quæ de monte *Moria* dicere hic oportebat, cap. 31. dicta sunt.

cum sit idem mons, ac
Golgotha.

(R) *Abac. c. 3. v. 11 Plin. Nat. Hist. lib. 2. c. 9. apud Belu. Hist. Nat. l. 15. c. 10. & alij plures, Anglic. Berch. Cœl. Rhodigin. Bibl. Tig. Reg. Haye in Conc. Lit. Lyra, Delphius, Tirin. & Menochius, ac Cornel. à Lap. ibid. D. Bernardin. Sen. l. 1. ser. 1. de Sancti. Ioseph. art. 1. c. 2. Rupert. Abb.*

Maria, & Ioseph, Sol, & Luna, luminaria sua in eundem scopum diffundentes.

(Q) *Apud Novarin. Vmb. Virg. l. 4. Exc. 118. n. 1107. Ant. Escob. & alij. Psal. 91. v. 13. Bibl. Syr. Chald. Arab. & alij in Bibl. Max. D. Chrysost. hom. 4. in Matb. Marius de Calaf. t. 4. Cœl. Hebr. Haye t. 18. in Indice Anglic. l. 17. c. 115. Alanus de Insulis ad c. 7. Cant. D. Ant. Pad. Nev. Vmb. Virg. lib. 4. Exc. 118. n. 1203. Gers. in sua Iosephina. D. Aug. ser. 13. de Temp. Div. Bernard. Sen. ser. de S. Ioseph.*

Maria, & Ioseph Palmæ: quarum una alterius halitu efflorescit, & fecundatur.



C A P. XXXII.

OLIVETI, ET OREB MONS,
qui unus est cum Syn, & Synai Dei-
para excellentissima proferunt
Attributa.

184

OLivarum, sive Oliveti mons, iuxta Hierusalem situs est, tamque vicinus, ut noctu Templi luminaribus illustraretur. (S) Ob olivarum autem copiam, huiusmodi nomen sortitus est: eratque Mons crismatis, & vñctionis, mons luminis, & refectionis, ac curationis, & medicaminis, iuxta Augustinum. Ab hoc monte dominus ad cœlos ascendit, & super eundem ad iudicium apparebit. Mons etiam propitiationis dicitur, & offensionis; quia ibi Salomon sex Idolis in populi scandalum templa construxerat, quæ postea Rex Josias destruxit, & delevit. Oliveti igitur Mons mysticè in oleis, & olivis, plura figurat: Nam oleum oliva (ait Isidorus) ex radicis amaritudine surgit in Pabulum luminis, in medicamen vulneris, & in refectionem esurientis. Hæc omnia perbelle adaptantur Mariæ, & in ipsam veneratus mons Oliveti refundit. Olea est ex amara seu Adæ, seu Judæorum stripe procedens, sed sine peccati amaritudine, & ut lilium inter spinas, ad pabulum luminis ministrandum etiam illi, qui est lumen de lumine: at præcipuè nobis utique miseris, in tot exilijs tenebris cæcutientibus. Id completum videtur ex illo Eccl. c. 1. Vbi de hoc mariano lumine (Richardo à S. Laur. dante) hæc habentur: *Effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem, secundum datum illius, & præbuit illam diligentibus se.* (T) Hoc lumen Deus, & præbuit, & effudit, sed secundum datum illius, sive pro sua magnificentia, ut habent alij. Hoc autem exponitur de Maria. Ait ille. Quid autem sit nobis Deum tantum impendere lumen, non ex alia, quam ex magnificentia virtute, in promptu est ratio. Magnificentia, est spontanea rerum difficultium cum exhibitione consumatio: Ita ut nil ultra in specie illa dandum remaneat. *Modus enim magnifici est facere maiora, quam sit dignitas recipientis*, ait Lyranus. Ideo Deus beneficia luminis Virginei non solum præbuit, sed effudit; id est, ex toto fudit. Dato enim hominibus lumine Mariæ, nil dandum ulterius videtur remanere. In ventra enim Virgine, invenitur omne bonum, inquit Idiota sa-

piens. Magnifice ergo hæc lux ab oliva speciosa campi deprompta effunditur super omnem carnem; id est super omnem hominem cor carneum habentem, docent Alensis, & Lyranus: & hoc, quia dat lucem gratiæ. Cœlum Sole, Luna, ac Stellis una simul micantibus, manu ipsum extendente, dictum hoc refert: **NIL LUMINIS EXTRA.** Manus cœlum quasi extendens divinam obumbrat magnificentiam, quæ nil æquè conatur, quam dana sua quotidie in nobis quam maxime ampliare, augere, & perficere; docet eruditissimus Tirinus. Maria, cœlum est pulchrum, omni gratiarum lumine admirandum, cui D. Parens Augustinus hæc canit: *Quidquid dixerò, minor laus est, quam dignitas tuæ meretur. Si cœlum te vocem, altior es.* Circumfunditur hoc lumine cœlum, ut cæcis hominibus impendatur: Nam ipsa Virgo (Profert Daniel Agricola) illuminatio est, non solum cæcitatibus mentis, sed & corporis. Idcirco has tenerrimas Virgini dicabat Anselmus voces: *Dominæ, adesto propitia, mater illuminationis meæ, adiuvæ potentissima, ut mudentur sordes mentis meæ, ut illuminentur tenebræ meæ.* Adsit cito Maria Mons Oliveti adoraturus, qui mons luminum est, ut in illa supereminentem supereminentis luminis videat charitatem. *De-di te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ.* Ait Isai. cap. 49. *Deus hanc lucem fecit.* (V) Affert Richardus) quando Beatam Virginem splendescere dixit, quoniam per eam mundi tenebras illustravit. Sed quid luci cum salute? Hæc, incolumitas est sive anima, sive corporis. Illa, (sive qualitas, sive substantia sit) est simplex species splendida in genere corporum, summè multiplex in efficacia: nam cum quid bonum commune sit, est id, in quo corpora cœlestia communicant cum inferioribus. Insuper lux, & illuminatio benignitatem, & propitiationem Dei significant, quia dominus omnes actus nostros dirigit. Datur tamen Maria hominibus in lucem, & salutem; quia lux dirigit, salus perficit: *Cecitas autem morbus est*, ut in iure docetur. In Maria igitur Deus posuit lucem, ut illuminet hominem cæcutientem; posuit & salutem, ut binam hominum eliminet cæcitatem. Nam tenebræ morum, plusquam oculorum timenda sunt, docet Augustinus. Salus est hæc lux Mariæ, quia opera eius salus à Deo profecta, mundo communicatur. Lux copiose diffusa super dēsas orbis caligines, retinet epigraphen: **NEMINI S U A MU.**

His. Daniel Agricola. Cor. 3. stella 3. D. Anselmus in Opusc. c. 12. orat. 8.

Magnificentiam suam Deus per Mariam manifestat, illuminans Peccatores.

(S) Anglic. l. 14. c. 28. Berc. in Reduct. l. 1. c. 18. D. Aug. Lyra in Glos. ad l. 2. Reg. c. 7. v. 12. & 4. Reg. c. 23. v. 13. Magist. Hist. Schol. c. 36. ad 4. Reg. 22.

Maria, lumen Peccatoribus refundit, ne in vitiorum barathra labantur.

(T) Eccl. c. 1. v. 10. Richard. à Laur. Mariae, l. 10. tit. 11. Alij apud la Haye in Cœc. lit. ibi. Janues. in Catholic. Lyra in Glos. ad l. 2. Reg. c. 7. v. 22. Idiota in Prol. Tract. de Virg. Maria. Alens. & Lyr. in Glos. ad c. 1. Eccl. v. 10. Tirin. in Bibl. Max. ad c. 25. D. Math. v. 29. D. Aug. de Assumpt. Virgin. Hom. 3. qui est ser. 35. de san-

(V) Richard. à Sanct. Laur. loc. cit. Theatr. Vir. Hum. t. 7. verb. salus. Anglic. lib. 8. c. 40. Lyr. ad c. 1. Gen. v. 3. & in c. 6 Num. v. 26. Haye in Conc. lit. ibi. D. Aug. l. 11. de Civ. Dei. c. 7. Menoch. in Bibl. max. ad c. 49. Isai. v. 6. Apud jurisconsult. ex Andr. Ebor. verb. Cecitas. Anglic. l. 8. c. 28. & 40. Amalō Abbas ser. 2. de Assumpt. qui est in eo 44.

Maria, lux, & salus est omnibus, nulli illuminatio-
ne denegans
nec salutem.

M VNERA CLAVDIT. Lucis proprium est agris mœsitiam tollere, cœcosque illuminare, cumque sit summè communicativa, nemini sua munera claudit. Audi Absalonem Abbatem, in vnum omnia hæc colligentem ita: *Maria, longe posita illuminat radio misericordiae; qui propè sunt, consolationis suavitate; qui secum sunt in Patria, excellentia gloriæ.* Nil ultra dicendum manet. Illud etiam insinuasse iudicantur Verba, quæ de seipsa typum Mariæ gerente, dixit Esther c. 10. *Parvus fons crevit in fluvium, & in lucem, solemque conversus est.* Estherem hic fons parvus refert, illa Mariam:

(X) Esther c. 10. v. 6. Menoch. & Tyrin. ibi. Lyra in Gloss. ad cap. 2. Esth. apud Laur. Tirin. ad c. 2. v. 7. & ad c. 10. v. 6. Daniel Agric. Coron. 1. stell. 1. in fine. Richard. ad S. Laurent. de Laud. Mariæ lib. 1. c. 4. & 1. 9. tit. 1. passimque. Anglie. lib. 8. c. 40. Berch. in Reduct. & direct. passim. D. Ber. apud Ambr. Tarvisin. serm. 32. Sabb. 4. Dom. Quadreges. D. Isidor. apud. Angl. lib. 8. c. 28. Berch. in Red. lib. 5. c. 28. m. 1. D. August. (sive Amb. Coran.) ser. de Assumpt. Adamus Broter. in salut. Angelicæ, orat. 1. Prol. Daniel. Agric. Cor. 9. stella 10.

Mariæ, fons nostram sitim extinguens: lux & Sol nos illuminans.

(X) siquidem Esther idem est ac stella, aut medicinae contemplatio, quod proprium Virginis est, quæ ut stella maris nos ducit ad portum salutis, & ut medica salutem quam peperit, applicat benigna faucibus. Sed quamnam fontis in lumina transformatio? Aqua fontis fugiens à scaturigine, amaritudini se immiscet detestata dulcedinem, nec ulterius sitim retrocedit levatura. Ideo Maria in lucem, Solemque mutatur; *Idest in magnam letitiam, felicitatemque totius populi Israelitici.* Inquit Tirinus: *Quia in lucem universalem, & stabilem mutata est, quæ antea per humilitatem fons Parvus erat.* Profert Daniel Agricola. Fons est Maria, quæ aquam primo in cryptis latentem manifestat: *Nam per ipsam apparuit nobis benignitas, & humanitas Salvatoris, qui prius in terra viventium erat Deus absconditus,* ait Richardus. In lucem Primo hic fons convertitur, lucidum enim corpus est diaphanum aquæ: ut tamen sine lucis beneficio nil videtur, quia nullum corpus illuminatur, mutatur fons in lucem, ut nostra sitis desideratam nanciscatur facietatem, & nostri cordis tenebræ quasi à fonte mutant illuminationem. Vnde exclamat melleus Doctor Bernardus ita: *O Maria, tu ad tui imitationem nos provocas, & sic noctem nostram illuminas.* In lucem fons transformatur, quia lux summè mobilis, & agilissimæ diffusionis est, sui que ipsius maximè diffusiva; & ut Maria lucis in nos propitia, largaque diffundat effectus, non patitur solummodo à Deo pacisci illuminationem, sed ut pro votis illuminet, transformatur in lucem. Ideo Bernardus addidit: *Qui vias tuas, o virgo, insecutus fuerit, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite.* In solem pariter abit fons ille virgineus, etenim Sol ab Isidoro, etiam fons totius lucis appellatur: Quare fons in fontem

vertitur, & in effectu solummodo variatur: Est verò Sol, Planeta Fortunatus, & virtuosus, inferiora, & superiora illuminans, & illustrans, imò virtutem, & vigorem omnibus nascentibus præstat. Hæc omnia deserviunt ut corona Mariæ, *per quam, in qua, & de qua quidquid boni recipimus, & recepturi sumus, recipere cognoscimus.* Inquit Augustinus. Ad rem autem sic Virginem Adamus Brouverus salutat: *Tu es Sol clarissimus defectum prorsus nesciens; Sol è terra cœlos irradians; Sol è cœlis terram illuminans; Sol peccati nubes discutens.* Sol radians in campum cuiusvis speciei consitum arboribus, floribus, ac herbis, dictum portat: **SUFFICIT OMNIBVS VNVS.** Sua enim lux illuminat, creat, recreat, ditat, & fecundat. *Sic Beata Virgo, (dat Agricola cultus) quæ nec primam similem visa est, nec habere sequentem, est sicut Sol, luminare par sibi non habens, & toti mundo sufficiens.* Inde Oliveti mons pedibus Mariæ obvolutus, eam ut illuminationis centrum veneratur, & colit, singularem tanti luminis gratiam Deo libans in cultus coronam. Nec à tanto discedamus splendore, dum de Solis loquens Salomon hæc habet: *Altitudinis firmamentum pulchritudo eius est, species cœli, gloria stellarum, Sol in aspectu annuntians in exitu.* (Y) Eccl. c. 43. Hæc planè de Maria mysticè dicuntur: *Quia sicut Sol ad hoc factus est, (verba sunt Richardi) ut illuminet totum mundum, sic Maria ad hoc facta est à Deo, ut misericordiam, veniam, & gratiam, quasi lumen à Deo impetret toti mundo.* Discutiamus singula verba textus, in quibus resumitur propositum de Sole, iuxta Lyranum. *Altitudinis firmamentum, pulchritudo eius est.* Sive ornamentum altitudinis, ut ex Bibl. Tigur. deduco. Sol enim ita cœlorum altitudinem ornat, ut sit offensio pulchritudinis Dei, quasi signum illam manifestans. Idem Mariæ adscribit D. Anselmus fans: *Quid amplius dicere possum Domina! Quemadmodum omnia, quæ in cœlo sunt per glorificationem tuam inestimabiliter decorantur; ita per eandem glorificationem, cuncta quæ in terra subsistunt, ineffabiliter sublimantur.* Ideo hac nova illuminationis gloria sibi per Mariam adducta, ornatur cœlum tanti Solis influentia decoratum. Solis ergo ibi (Mariæ videlicet) celebratur encomium, extollendo illum ab opificij magnitudine, à caloris efficacia, & luminis excellentia. Sol inter medios radians orbes, sydereum nempe, & sublunarem, Inscriptio-

(Y) Eccl. c. 43. v. 1. & 2. Lyr. in Gloss. ibi. Richard. ad S. Laurent. 1. 7. tit. 3. latissime. D. Bon. de verb. Apoc. Idiota in Prol. Bibl. Tigur. in Max. Alensis in cap. 43. v. 1. Eccl. D. Ansel. Cant. in Opusc. de Assumpt. c. 8. Sept. in Bibl. Max. Fansen. ibi. D. Bern. ser. 1. de Assumpt.

Maria ut Sol cœlum ornat, terram illuminat.

tionem notatur: **SPLENDET IN OMNIBUS**. Ornamentum altitudinis Maria plauditur, ex qua etiam fontes lucis ad ima propitiae derivantur, ut sic appareat utrumque Orbem Mariae radijs illustrari. Id canit Bernardus: *Maria praesentia totius illustratur orbis, adeo ut & ipsa caelestis Patria clarius rutilet* Virgineae lampadis illustrata fulgore. Etiam Sol species caeli, & gloria stellarum vocatur. (Z) Eccl. c. 43. Species caeli, seu totius caeli pulchritudo effectiva, docet Lyranus. Seu habens aspectum gloriosum, & praeclarum, qui est pulchritudo, & gloria altitudinis. Pulchrescere autem cognationem habet cum verbo Hebraico *faphabb*, quod est *effulgere*: unde Sol dans speciem, & pulchritudinem, pariter communicat refulgentiam, ita quod ut pulcher trahit omnium oculos, ut splendens illuminat splendoribus orbatos. Sic est speciosa Maria, imò omni corporali, & spiritali specie repleta. Est enim speciosior Sole. Profert Richardus à Sancto Laur. Vnde quid mirum, quod gloria stellarum sit, decus caeli, & ornatus illustris, seu syderum nitor: (ut alij habent) Quia species Solis consistit in splendentis radij emissionem, qua ad sydera, ad terras, ad omnia late diffunditur communicata. Sol speciosa orbes pulchritudine replens, hoc lem-mate gaudet: **SPECIES, DAT CVNCTA VIDERI**. Ablata enim luce Solis, eius specie, & pulchritudine, cetera invisa manent, nulla apparet species, cuius lux formam ostentat. Sic Maria, quae lux est propter speciositatem, visibilia facit ea, quae prius non apparebant, quae splendorem diffundit, oculos illuminat, & tenebras fugat. Addit Richardus. Superfunt alia. Est denique Maria, Sol in aspectu annuntians in exitu. Eccl. c. 43. Hoc est, cum incipit apperere in ortu suo. Tunc enim diem annuntiat, cuncta laetificat, tenebras exterminat, & caliginosas etiam montium latebras illuminat. Ideo tunc spectaculum caeli visu magnificum est, legunt Bibl. Tigur. Cum primum enim aspicitur in exitu suo, annuntiat maiestatem, & gloriam Dei, explicat Parisiensis Haye. Sed quid amplius Sol in exitu suo annuntiat? Virtutem, & suae illuminationis efficaciam: Quia suo lumine illustrat alia luminaria caeli syderei, ut exponit Lyranus. Vide Solis mirificam efficacitatem. Saturnum illuminans saturitatem influit, in Jove adiutorium, in Marte fortitudinem, gratiam in Venere, sicque de alijs caeli luminaribus. Ex inde ergo Dei maiestas inno-

tescit, laudatur, & Solis quasi immensa illuminationis virtus clarescit ubique. Sic Maria, quasi Sol solus lucens, idest praeter ceteris luminaribus, omnes proprietates, & virtutes in se unica representat. Cecinit Richardus. Sol septem ad stellas lumina dispensans, hac litera ornatur: **PER ME MEA SYDERA LUCENT**. Omnia enim à Sole splendorem mutuunt, eorumque comparticipat virtutem. Sic Maria omnibus Sanctis sanctitatem fundavit, & impetravit sanctitatem omnibus, habet Augustinus Anconitanus. Vnde nullus est qui se abscondat à calore eius. (A) Nec nos ut ab eius illuminemur radijs, ab eius abscondamur umbra, in qua pabulum est superni luminis, quo velut Oliveti mons illuminet vultum suum super nos, & mifereatur nostri.

186 Olivetum etiam in olivae succo levamina vulneribus confert, (B) nam surgit ille in medicamentum vulneris, iuxta Isidorum. In Maria (altero velati in Olivarum monte) etiam reperitur contra peccatorum vulnera medicamen, vita inextinguibilis contra mortem. Ipsa id affert Prov. cap. 8. Dicens: *Qui me invenerit inveniet vitam, & auget salutem à Domino*. Siquidem ita est, nam Maria vita est, imò Mater omnium viventium vita gratiae. Pandit Richardus. Vnde D. Anastasius Antiochenus, eam appellat *vita cibum, ac immortalitatis fontem, ex quo prodijt, qui interemit corruptionem, ac mortem destruxit*. Ob peccatum omnes morti sumus addicti, & capitali infirmitate omnes morimur, nisi à vita (quae Maria est) de infirmitate, & morte peccati sublevemur. Hanc qui lucratus fuerit vitam, non unam, sed plures adipiscetur, favorem Domini, voluntatem Dei, eiusque possessionem, ut alij docent. Quid? Amplius vita nostra in Maria, & per Mariam diffunditur, si quidem legunt plures: *Educat, quod voluerit à Domino*. O mortalium felicitatem! laborat egritudine peccati humanum genus, torquetur homo, dum animam tali livore torquetur; dumque ad Deum iuste irritatum, & iniuste offensum levare oculos non praesumit, ad Mariam, quae vita, & dulcedo est, gressus sui cordis dirigit, cuius interventu vitam gratiae consequatur. Gemit, orat Peccator, & Maria mediante, *educit quod vult à Domino*, animae gratiam, cordi laetitiam, corpori salutem, animo tranquillitatem; sic ut nil pro votis maneat ad fruendum. Ideo Maria, *stella vitae* ab Hesychio nominatur, quia omni-

(Z) Eccl. c. 43. v. 1. Lyra, Menoch. & Janf. ibi. Theatr. Vir. Hum. t. 6. verb. Pulchritudo Richard. à S. Laurenc. l. 5. tit. 1. Bibl. Tig. Syr. & Arab. ad c. 43. Eccl. v. 10. Richard. l. 7. tit. 11. D. Ambr. in Hexam. D. Isidor. Anglic. & alij. Eccl. c. 43. v. 2. Bibl. Tigur. Janfen. in Glos. Haye in Conc. lit. ibi. Lyra in sua Glos. ibid. Anglic. l. 8. c. 28. Rich. loc. cit.

Maria, ut Sol superiora, & inferiora illuminat, & omnibus influit.

(A) Aug. Anconit. in salut. Angelic. lect. 6. q. 1.

(B) D. Isid. apud Angl. & Berch. adduct. Prov. c. 8. v. Richard. l. 6. tit. 1. D. Anast. Antioch. de Annut. Deipara ser. c. Arias Montan. Bibl. Tigur. Isid. Clar. Bibl. Arab. Alij apud Parisiens. Haye in Bibl. Max. D. Bon. in spec. Virg. D. Bern. ser. de Nat. Vir. B. Amadeus Hom. 7. de B. Virg. Hesych. orat. in Laud. Virg. Richard. l. 2. p. 3. D. Aug. de Amic. apud Andr. Etorenf. verb. vita. Ecclesia in Hym. Ave Maria stella. D. Aug. ser. de salut. Angel. qui est 21. de Temp. & 17. de Natali Dom. Daniel Agric. de Nom. Mariae. c. 2.

omnibus eam large infundit, & impen-
dit. Charissima passim Maria in sacris
vocatur epithalamijs; vnde & nobis cha-
rior, quia vtilior, omniumque salutem
procurens: si autem in vera dilectione
(dante Augustino) reperitur *medicamen-
tum vite*, proculdubio in Maria dilecta
reperiri oportet medicamentum, & vita,
imo quidquid boni à Domino possibile
est, quod educat fragilitas humana. Duæ
depinguntur arbores, in altera, *Eva* cum
scripto: **PORRIGIT ISTA NECEM.**
In alia, monstrat Mariam epigraphen:
PORRIGIT HÆC VITAM. Mariæ
namque canit Ecclesia, *Quod Eva tri-
stis abstulit, tu reddis almo Germine.* Et
confirmat Augustinus dicens: *Auctrix
peccati Eva, Auctrix meriti Maria.*
*Illa occidendo obfuit, ista vivificando
profuit. Illa percussit, ista sanavit.* Ad
aliam Textus partem deveniamus. Qui
invenerit sibi propitiam Misericordiæ
matrem Mariam, *hauriet salutem à Do-
mino.* Prov. cap. 8. *Quasi à puteo pleno
delicijs, & divitijs, à quo haurimus salu-
tem, & omne bonum.* Afferit Alensis. (C)
Haurire siquidem nil est aliud, quam
aquam, aut alium liquorem de profundo
extrahere. Ex quo Adamus deliquit,
sumque creatorem offendit, erat longe
à peccatoribus salus; sicque eiulantes di-
cebant, *expectavimus salutem, & elonga-
ta est à nobis.* Isai. c. 50. At, ut ad nos ac-
cessit Virgo propitiata, iam salutatur
spectata Gentium salus: Quod protulit
D. Andreas Cretensis. Haulu etiam Pu-
teorum aquæ salubriores, & limpidiores
redduntur: Quare, & si longe salus distet
à nobis propter iniquitates nostras, *Ma-
ria tamquam quidam Aquæductus, seu
canalis haurit aquam vivam de fonte vi-
vo, qui est apud Deum, quem refundit in-
ferius per pietatem peccatoribus.* Non
ergo salus hominibus proficua, in divinæ
bonitatis puteo amplius incommunicata
continetur, sed à Maria exhauritur, &
peccatoribus propinatur. Idcirco *uni-
versorum salus* prædicatur Maria ab An-
drea Cretensi. *Totum enim tempus Ma-
ria præcedens adventum, fuit ærumno-
sum, & in quo acrius egrotabat genus
humanum, sed hac Aurora radiante, cu-
rata est aegritudo humana.* Dat etiam An-
tonius Genuensis. Manus abunde putea-
lem aquam exhauriens, & multitudinem
largiens signatur scripto: **DULCIOR
INDE REDIT.** Maria, nostra, *vita, &
dulcedo, est, & potissima dulcedo ipsius,*
profert Richardus: Deum enim nobis
dulcem reddit, & aquas gratiæ salutaris

dulcissimas porrigentem. Adnectentur
his ea, quæ Prov. 3. dicuntur: *Lignum
vitæ est his, qui apprehenderint eam.*
Montanus legit *vitæ arborum*, quasi quod
non vnam solummodo, sed multiplicem
eius fructus impenderet vitam. *Per lig-
num enim vitæ non solum continuabatur
vita sine morte media, ut vult Lyranus;
sed hominem reddidisset longævum, sa-
num insuper, valentem, ac robustum.* Ha-
bebat enim vim non tantum nutritivam,
sed & medicam præ omnibus pharmacis,
ait Tirinus. Imo, cum ligno vitæ com-
paratur id, quod suave est, & salutare, ut
habet Menochius. *Maria autem* (subdit
Richardus) *est lignum vitæ his, qui ap-
prehenderint eam*: Quia instar illius pul-
cherrimi ligni vitam gratiæ auget, virtu-
tis inspirat, misericordiæ porrigit, forti-
tudinis contra hostiles dæmonis impetus
largitur, imo vtriusque hominis laborio-
sas sanat infirmitates. Ideo dixit Guarri-
cus, quod *in Maria est medicina pecca-
ti, & restitutio sanitatis.* Arbor procera
vnico fructu, cui notula *fructus vitæ*, pin-
gitur, vmbra ferens deliciosissimam, &
lemma: **PRÆBET SOLA MINE
VITAM.** Vtrumque præstat Maria, ut
arbor vitæ, etenim vmbra eius ad præ-
standum extenditur solamen; fructus, &
folia ad sanitatem gentium: vnde inquit
Richardus; *Medicina profluxit nobis
de plenitudine Mariæ.* Idem adstruere
videtur sponsus, dum de Mariæ oculis
loquens, hæc encomia texit: *Oculi tui
Piscine in Hesebon, quæ sunt in porta fi-
liæ multitudinis.* Cant. cap. 7. Parcere, &
subvenire animi est, tribuitur vero ocu-
lis, qui primo ex interiori motu commo-
ventur ad veniam, & subventionem præ-
standam. Advertit Parisiensis Haye. (D)
Ideoque (ut D. docet Gregorius) *oculi
per animam vident, & animæ fenestræ
sunt.* Pijssimi ergo oculi Mariæ sicut Pis-
cinæ sunt in Hesebon ad portam filiæ
multitudinis: quod ideo ponitur, ad eam
à Probatica piscina discriminandam;
quandoquidem statuto tempore vnum
solummodo solvebat à quacumque de-
tinebatur infirmitate. Non sic Maria, sed
oculi eius Piscinæ salutis sunt in Porta
filie multitudinis, ut pellat à numerosa
multitudine quasuis molestas aegritudi-
nes, & ærumnosas animæ infirmitates.
Scite id explicat ita Richardus: *Oculi
Mariæ sunt Piscine in Hesebon, quæ
interpretatur Cingulum mæroris, quia
cingit hominem, & restringit peccatorum
sanem, & fluxit peccati.* Talibus enim
sunt oculi Beatæ Virginis quasi Piscine,
id est

Maria, arbor
est ferens vmb-
ram vitalem
& fructum sa-
lutiferum.

Per Mariam
omnia bona
vitæ, & gra-
tiæ nobis à
Deo refun-
duntur.

(C) Alens. ad
c. Prover. 8. v.
35. Berch. in di-
rect. verb. Hau-
rire. Isai. c. 59.
v. 11. D. Andr.
Cret. de Nat. v.
Mariæ, ser. 2.
Daniel. Agric.
cer. 9. stella 7.
Lyra in Gloss.
D. Ambr. Cret.
loc. citat. Ant.
Genuens. de Fi-
gur. Bibl. ad
Cant. 6. Ri-
char. à S. Laur.
lib. 4. tit. 26. D.
Ioann. Damasc.
orat. 1. de Nat.
Deiparæ. Lyra
ad cap. Prov. 3.
v. 18. Tirin. in
Bibl. Maxim.
ad c. 2. Gen. v.
9. Menoch. ibi.
ad c. 11. Prov.
v. 30. Richard.
à S. Laur. lib.
12. part. 6. cap.
18. Guarr. Abb.
ser. 1. de An-
nunt. Richard.
lib. 1. de Laud.
Mariæ, cap. 4.
in fine.

(D) Cant. c. 7.
v. 4. Haye in
Conc. Liter. ad
c. 5. Ezech. v.
11. D. Greg. in
Cant. & in
Evang. hom. 6.
apud Eboronf.
Richard. à S.
Laur. lib. 5. de
Laud. Mariæ,
tit. 5. D. Ant.
Pad. D. Bonav.
Tiselma. Hail-
grin. & alij.

Mariæ oculi
salutem Pec-
catoribus im-
partiuntur, si-
cut Piscinæ
Hesebon sa-
nitatem.

id est respectus misericordiae eius, qui est multiplex lavatorium. Circumcineta egris Piscina aquis abundans limpidissimis, indicat scriptum: AGRIS MEA VINDA MEDETUR. Venit Spiritus Sanctus in Virgineam, (ait Richardus) & duplicem curavit in natura humana infirmitatem, alteram carnis, alteram mentis. (E) Medicamina nunc, quae pro Maria ab Oliveto sumpsimus, ad Oleæ medicinalem succum retorquamus, quod praedixisse iudicatur Zacharias dicens cap. 13. In die illa erit fons patens domui David, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris. Denotat pro statu legis gratiae continuum, ac perennem gratiarum omnium in nos emanationem, & fluxum. Ait Parisiensis Haye. Ab huius fontis liquore omnis expiatur immunditia, & fordes aegritudinalis peccati. Sed quinam hic fons, tam salutiferis, ac copiosis exuberans aquis? Christus dominus, docet Galatinus; etenim scaturigo ista alludit ad fontem Siloe, qui typus fuit Christi, qui Missus est ad nos à Patre, quasi legatus, & Siloe interpretatur Missus: de cuius aqua traditur, quod faraceni usque hodie, dum in ea se abluunt, deponunt corporis foetorem, quem naturaliter contraxerunt. Fides sit penes Segulliacū à Cornelio adductum. Quod & Ambrosius testatum reliquit dicens: Omnia habemus in Christo: si vulnus curare desideras, medicus: si febribus aestuas, fons est. Itidem, Mariam hic fons praefigurat, qui modo patens dicitur, & Cant. 4. signatus. Patens amicis, signatus inimicis. Patens per misericordiam, signatus per iustitiam. Explicat Richardus. In ablutionem Peccatoris hic fons manifestus patet: quia peccatum, infirmitas est animae, imo lethalis infirmitas, iuxta Originem. Ideo ut talem Maria abluat aegritudinem fons ponitur patens, ut nullius ad eam praepediatur accessus. Dicitur hic fons, patens, (inquit Theodoretus) ut ex eo omnes salutem potent. Nec novitatis quid in hoc indicandum est; nam hora eadem qua Maria quasi oliva speciosa in campo Bethleemitico salutem peperit mundo, Romae fons olei erupit, ut qua fuerat tot peccatorum immunditijs aggravata, cognosceret se per Mariam liquorem esse consecutam gratiae, ut in illa tot peccatorum vulnera sanarentur. In viridarij medio vberimus fons aquis marciolos recreans flores, sustinet pro lem-mate: SE FUNDIT IN OMNES. Cum fonte copiose fluente compen-

da est beneficentia Mariae: Ipsa enim figurata fuit (affirmat D. Bernardinus Senensis) in fonte illo, qui de terra ascendens, irrigabat universam superficiem terrae. Vnde à Sophronio appellatur Maria, fons signatus sigillo totius Trinitatis, ex quo vita fons manat. (F) Sed rem absolvat sic de Maria loquens Richardus à S. Laur. Maria illud oleum misericordiae est, quod Christus infudit vulneribus sauciati, id est generis humani. En Maria est ad abluendos peccatores fons aquae patens; ad medendos vero animae morbo sauciatos fons olei, ut olivarum mons eam nobiscum plaudat, veneretur, adoret totius spiritualis medicinae officinam, & salubrem vulnorum nostrorum medellam.

186 In oleis etiam, quibus mons Oliveti abundat esurientium refectio reperitur: Et Maria, quae est oliva speciosa in campis dulcissimum nobis contulit fructum, de quo ipsa Deo alloquens dixit: Esurientes implevit bonis. Luc. c. 1. Ideoque arridet Absalonis Abbatis elogium: Arbor nostra fructifera Maria, ramos suos extendit, in quibus fructum dulcem copiosissime invenire possimus. Aperta in campis sistitur haec coelestis oliva, quia fructum suum, quantum in se est, omnibus communicat, quod apparuit quando filium suum peperit in via, ut posset ab omni praetereunte capi. Fert Daniel Agricola. In campis apparet (iuxta Guilielmū) quasi fons misericordiae peccatoribus, qui ambulant in campo, id est in lata via, quae ducit ad vitam. Tota Maria est, ut nos pascat esurientes, ut nos coelesti pabulo reficiat. Id omnibus probatu facile, si Noetica factum spectetur columbae: Quae venit ad eum ad vesperam, portans ramum olivae virentibus folijs in ore suo. Gen. cap. 8. Virentia oleae folia adnotantur, ut spes daretur iusto ex tam arcto proximi exitus hospitio. Sic censent Dionysius Carthusianus, & Haye. Mystice autem Columba haec Maria est, quae ramum olivae in ore suo detulit ad Noe in Arcam, Deum humano generi reconciliatum demonstrans. Dat Agricola. Pacis ramum ore columba refert, quia eum Mariae oculi sint instar columbarum, respectus eius pietatis, & misericordiae dulcedine perfusus est. Sed cur virent in oliva campi folia, nec fructus apparent? Num folia solummodo olivam habuisse compertum est? nullatenus. Ramus ille & folia, & fructus habuit. Docet Augustinus. Rami defervit viriditas ab oblectamento, fructus ad Pabulum. Cumque

(E) Richard. lib. 12. part. 2. Haye ad c. 13. Zachar. v. 1. Galat. lat. apud Tirin. ibid. Lyr. Segulliacus apud Cornel. à Lapid. in c. 13. Zach. v. 1. D. Greg. hom. 20. in Ezech. D. Ambros. lib. Hexam. 6. c. 4. Richard. à S. Laur. lib. 9. tit. 1. Orig. in Exod. hom. 7. & in Math. c. 14. & hom. 4. Theodoret. apud Cornel. Richard. lib. 4. tit. 22.

Maria, fons patens omnibus ad sanien-
peccatorū de
tergendam.

(F) D. Bernard. Sen. 10. 4. apud Philip. Picinel. lib. 2. Mund. Symb. cap. 26. n. 498. Sophron. hom. de Assump. Ricb. à S. Laur. de Laud. Maria lib. 1. c. 2. Idem, lib. 12. part. 6. c. 2. Luc. c. 1. v. 53. Absal. Abb. serm. 3. de Assump. B. Mariae, qui est ordine 45. de Nativ. serm. unic. qui est 47. Daniel. Agricol. coron. 5. stella 2. Guilielm. Parisiens. in Postilla ad c. 24. Eccles. Gen. c. 8. v. 11. Dion. Carthus. apud Haye in Arbor. Vit. tom. 2. in Gen. cap. 8. n. 109. Daniel. Agric. loc. cit. Absalon Abbas de Assump. ser. 1. ord. 43. Ricb. lib. 5. tit. 5. D. Aug. tract. 6. in Joann. apud la Haye loco citat. n. 107. Berch. in direct. Mor. verb. Fructus. D. Bern. apud Richard. lib. 12. part. 1. cap. 6.

Inventa Maria, nil manet desiderandum hominibus. quia omne bonum ex ipsa procedit.

que columba Maria homines intuetur Arcæ mansuiculis addictos, cibarijs forte casos, non solum eos viriditate spei curat delectare, sed pabulo saluari reficere. *Ad fructum, velut ad finem ordinantur omnes arboris partes, germen, flos folium: est enim fructus id, quod pro utilitate hominum ab hominibus fruitur, & manducatur.* Scribit Berchorius. Columba ore tenens Navi proxima Ramum oleæ baccis, & fructibus onustum, inscriptione notatur: DESCERPSI, UT SATIEM. Hoc columbæ Mariæ congruit, de qua hæc profert Divus Bernardus: *Qui esurit, esuriat amplius, & qui desiderat, adhuc amplius desideret; quia quantumcumque desiderare potuerit, tantum est accepturus.* Nil ultra ut reficiantur spiritualiter cupidi, inventa Misericordiæ matre, optandum est. Ad id ipsum ipsa nos allicit dicens: *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini.* Eccl. c. 24. Ubi Biblia Syriaca habent: *Deflectite ad me, & ex proventibus meis optimis voluptatem capietis.* Mira largitas Mariæ, de qua hunc locum explicat Richardus. Tepidos invitat ad accessum, ut ex eius abundantia reficiantur, quos beneficijs desiderat superare. (G) Rogans trahit, ut suis & fruamur delicijs, & satiemur: unde iam difficile non erit largum fieri divitem. Regiam Mariæ munificentiam hæc denotant verba; *Multo enim regalius est addere, quam auferre:* unde hic ipsa ut accedamus enixe rogat, addens liberalitati rogatum. *Transite ergo ad me, (ait) per cognitionem, & amorem, cognoscat munifica, ut sim dilecta. Transite, omnes qui concupiscitis me; nam omnibus possum satisfacere, quantumvis celestibus indigeant alimentis, unde implebimini illuminationibus divinis.* Sic enodat textum Lyranus. Transite omnes sine status discrimine, & implemini, etenim in vteri mei clibano coctus est ille, qui dixit, *ego sum panis vite.* Similiter vinum bibite, ego enim *quasi vitis fructificavi suavitatem odoris.* Sed cur generationum nomine appellat fructum vnicum, quem Maria produxit? Quia in eo omnes homines ut in eminentiori continentur, replens in bonis desiderium suum, influens eis motum gratiæ, & satietatem virtutis. Sic una generatio, fructus benedictus ventris sui vnicus, omnes complectitur generationes, fructus omnes ambit, ut sic ex fructu vnicu pinguisima ubertate generationes omnes pro voto satientur. Nil ad rem prætermisit noster Daniel Agri-

cola sic textum explicans: *Transite ad me. Quid discurretis per mundanas vanitates, quæ vos nequeunt satiare? In me omnis gratia, quam subministrabo, si transieritis ad me. Libenter enim debet venire pauper ad divitem, ut locupletetur, pollutus ad fontem, ut mundificetur, Famelicus ad refectonem, ut bene procuretur, nudus ad munificam, ut ab ea vestiat, miser ad misericordem, ut misericordiam consequatur.* Situlam ad putei Trochleam appensam statue, paratam omnes satiare quotquot accedant, cum lemma: OMNIBUS UNA SAT EST. Virginem potius Trochleæ, & situlæ typo significabis, quæ suis clientulis è divinæ felicitatis, & gratiæ puteo locupletissima dona refert, unde dicit, *Qui me invenerit, hauriet salutem à Domino.* Inde sermonem de Maria texens, sic fatur sapientissimus Idiota: *Accede igitur per devotam mentis contemplationem, ad gloriosissimam Virginem Mariam, quia per ipsam, & in ipsa, & cum ipsa, & ab ipsa habet mundus, & habiturus est omne bonum.* Transeat ergo homines ad Mariam, ad Virgineum Olivetū, ubi Pascua feliciora invenient, & esuriei facietatem: *Etenim plenitudo perfectissima omnium gratiarum in Maria est, quia ipsa est horreum saturitatis iuxta famem mortis.* Ait Author Bibliothecæ Virginalis. (H) Ad hæc faciunt etiam, quæ Psalmographus Deo cecinit Psal. 103. *Omnia a te expectant, ut des illis escam in tempore: dante te illis, colligent, aperiente te manū tuam omnia implebuntur bonitate.* Hic habent alij, *Cum tu dederis vivent, & cum extenderis manum tuam, saturabuntur.* Extendere manum, liberalitatis argumentum est; nam nil manus contracta porrigit, dat extensa: etenim *aperire manū, extensionem bonitatis, saturationem, & refectonem alijs dispensam significat.* Dat ergo Dominus, & dat munifice, unde acervatim colligunt beneficia, & spiritualiter saturantur, qui antea famelici cupiebant saturari de micis, quæ cadebant de mensa Domini. Sic aperuit Dominus in lege gratiæ manum, quam quasi clausam antea habebat, & sic implet omne animal benedictione; idest *satiat beneficijs,* ait Menochius, cum Tirino. Sed Subtiliter Augustinus: *Et si das, aliquantum das; tamen das in oportunitate: differs, non aufer, & hoc in oportunitate.* Satiat, quando oportet, ut necessitas urget, & hoc etiam est intelligere de Matre Domini, de Maria, nam *etiam ipsi, & hoc dicere possumus, sicut & filio, omnia a te expe-*

Omnis spiritualis satietas per Mariam ad homines derivatur.

(G) Eccl. c. 24. v. 6. Richard. lib. 4. & 12. D. Ambr. lib. 1. de Offic. Arist. lib. 5. Ethic. Arist. apud Plutarch. in Apoph. Lyræ in Gloss. ad c. 24. Eccl. v. 26. Alens. D. Ant. Pad. D. Bon. Jansen. ibidem. Lyræ in epist. 1. ad Cor. cap. 1. v. 5. Estius Delphius, Menochius, & alij. Daniel Agricola coron. 7. stell. 5. Prov. cap. 8. v. 35. Biblioth. Virg. tom. 1. Idiota lib. de Virg. Maria in Prolog.

(H) Biblioth. Virginal. tom. 1. pag. mibi 469. col. 2. lit. C. Ps. 103. v. 27. Bibl. Syriac. apud Max. ibid. Lyr. in Gloss. ad Ps. 104. v. 16. D. August. Titelm. Haye, Alens. Lorin. Auguan. alijque. Richar. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 2. part. 1. caus. 26. D. Hieron. Bernar. & alij apud Ambros. Tarvisin. in Sabbath. Marian. Confid. 3. concl. 3.

Mariæ manus oculata, & largiter extensa ad dispensanda hominibus beneficia.

expectant, ut des illis escam in tempore; nam oculi omnium in te sperant, o Maria. Hæc Richardus. Manus oculata, & bonis affluens, largeque extensa, inscriptionem signat: **CLAUDITUR UM- QUAM.** Mater enim cum sit Misericordiae, suos semper oculos ad nostras convertit necessitates: cumque nulla gratia de Caelis ad terras descendit, nisi transeat per manus Mariæ, ideo ut in nullo censeatur defuisse advocata, aperit semper manum suam, ut impleat omnem hominem benedictione. Albertus Minor hæc habet: *Iuxta manus Misericordiae Mariæ habitant peccatores, ut exinde recipiant veniam, & medelam.*

(1) Ideo oculi omnium in illa sperant; Quia sicut Maris profunditas, sic nec Mariæ liberalitas potest exhauriri. Addunt Richardus, & Carthusianus. Quamvis ergo difficilem animi refectionem, si ut decet, in Mariâ speramus, velut in saginato Olivarum monte reperiemus. Idem innuere voluit Moyse, dum docet, quod in molitionis rerum principio, *spiritus Dei ferebatur super aquas.* Gen. c. i. Ut vehiculum aqua subserviebat spiritui divino, qui non in imis terræ visceribus, nec sub aquarum mole, sed ferebatur in superficie, ut cunctis beneficia porrigeret communia, non negaret. Proculdubio Mare Mariam præfigurabat, quæ *Spiritus Sancti umbraculum* erat, inquit D. Methodius, cum alijs. At placet aliorum lectio, quæ se habet sic: *Spiritus Dei confovebat, incubabat, & quasi vitali calore animabat aquas, velut avis incubans ovis.* Ex Mariâ Virgineo Mariæ sacer ille Pullus *Homo Deus*, ad hominum refectionem erat proditurus. Vnde opportunè ut Spiritus Sanctus superveniret in Mariam, cuius ope, & opera, virtute scilicet, & divino modo fecundaretur; eique incarnatio appropriatur, quia opus est summæ bonitatis Dei erga nos. Inde in principio, cum ferebatur super aquas, *lineamenta ducitabat*, docet Tertulianus, quia postea in mare Mariæ erat superventurus. Sed, numquid non totius Trinitatis utrumque opus erat? erat sane: sed quia *Mariâ Mare est propter aquarum, id est gratiarum plenitudinem*; etenim sicut in mari nec fundus, nec mensura est, sic nec Mariâ accepit gratiam ad mensuram aliorum: Ideo Spiritus Sanctus dicitur fovisse illius aquas, in quas erat superventurus in ubertate, in affluentia, in plenitudine, & effusione. Fert B. Amadeus, & optime. Spiritus Sanctus dator est munerum, & ut om-

nia in Mariam refundat, ad eam confovendam suo divino calore venit, ut Virgo eadem dona famelicis hominibus impertiret. Ad hæc faciunt verba hæc Guilielmi. *Spiritus Dei ferebatur super aquas omnibus se offerens, ad omnes se exhibens benefaciendo, & utilia providendo, quod est proprium Spiritus Sancti.* Hinc, cum Mariæ cura sit de omnibus, nullus est qui se abscondat à calore largæ charitatis eius. Indidit sapiens Idiota. Flumen depingitur septem se oris in mare copiose fluens, cum dicto: **SEPTEM DIFFUNDITUR ORIS.** Hæc Spiritus Sancti dona designant, quæ instar Nili copioso hiatu in mari se immittunt, eius aquas valde accrescentia, ut latius postea per Mariam distendantur. Virgo enim (affert ad rem Guilielmus) *continet Abyssos vite, & immortalium gaudiorum, non sibi, sed ut effundat alijs: Angelis torrentem voluptatis, hominibus, rivulos sanctitatis.* Sic tamen effundit, ut non minus contineat. Prætereunda haud sunt etiam verba, quæ à sponso sponsa diriguntur Cant. cap. 7. *Venter tuus acervus tritici vallatus lilijs, ideo ut acervus fuit venter Mariæ.* (Habet Thaumaturgus Paduanus) *quia in eo acervata fuerunt omnes prerogative præmiorum, & meritum.* Tritici, quia in eo, quasi in cellario industria veri Ioseph repositum fuit triticum, ne tota Ægyptus fame periret. Exurgit ut acervus tritici venter Mariæ, quia grano illo intumuit, quo omnis renatorum seges excrevit. Dat B. Amadeus Lausanensis. Fecunditatem hic acervus tritici denotare Mariæ, docet Parisiensis Haye. Sed cur in hoc acervo nil habetur de spicis, sed solum de tritico? *Tritico nil est fertilius, nil utilius hominum alimentum, alijs est granis nutritibilis, diciturque frumentum à fruendo, sicut à terendo triticum.* Venter Mariæ nobis subministrat delicatissima condimenta, omne genus cibi spiritualis, Profert Tirinus. Ut ergo cibum famelici homines non perhorrescant, vallatum lilijs, & floribus offert, quibus attractivi odoris impendantur oblectamenta. Et ut sine labore beneficia in tritico figurata fruantur, grana porrigit à spicis excussa, ut ex tegumento, nulla vi, aut lassitudine, excutere sit necesse. Sic eruditus Novarinus, & Richardus sic: *Largitas Mariæ imitatur largitatem filij sui, qui dat amplius, quam petatur.* Ex campo Mariæ aliquales sat fuisset nobis colligere spicas, sed Mariâ nos ditare beneficijs volens, offert grana à paleis iam excussa, ut pluris fiant munera dif-

Quadrages. B. Amadeus Lausan. de Laud. Christipara, b. 6. Haye in Conc. Lit. ad Cant. c. 7. v. 15. Plin. lib. 18. cap. 10. Anglic. lib. 17. c. 65. & 167. Berchor. Reduc. lib. 12. c. 59. & 166. Richar. de Laud. Mariæ, lib. 4. Novarin. in Umbr. Virg. c. 51. & 1388. D. Germ. in Encom. de Virg.

(1) Albert. de Marquesijs in Cætilog. Mor. de B. Virg. cap. 75. Richard. cit. lib. 1. cap. 3. Dyon. Cartb. lib. 3. de Laudib. Virgin. Gen. cap. 1. v. 2. D. Methodius orat. in Hypopant. Rupert. ad cap. 1. Matb. & lib. 1. de Glor. & Hon. Filij Dei. Bernardin. de Bust. p. 7. ser. 4. Procopius Hier. Basl. Bibl. Syr. & Haye in Cœc. Lit. Bibl. Max. ad cap. 1. Gen. v. 2. Lyra, Tirin. ad c. cit. Lucæ, v. 35. B. Angel. del Pas, in c. 1. Luc. lib. 2. c. 3. Tert. lib. de Bapt. Subr. Doct. l. 1. Sent. & in Quodlib. passim, & est de fide Richar. de Laud. Virg. lib. 1. c. 3. Guilielm. in medit. Idiota lib. de Contempl. Virg. B. Amadeus homil. 5. de B. Virgin. Lyra in c. 11. Isai. v. 2. Lauret. de Numeris. Berchor. & plures alijs apud la Haye. Guilielm. ad c. 7. Cant. v. 15. D. Ant. Pad. ser. Domin. 6.

Mariâ non solum largâ confert hominibus beneficia, imo quin oporteat nimis pro eorum acquisitione laborare.

dispensantis. Binōs statūe tritici in campi planitie acervos Rosi, ac Lilijs vallatos, hocque lemmate: **DELECTANT, SACIANTQUE SIMUL.** Mariam symbolum sapit, quæ puritatis floribus Cœlum, solemque oblectat, vberissimo tritici cumulo mortales miseros ditat: quapropter à D. Germano Maria vocatur, *Mendicantis Divitiæ.* Adeant igitur famelici, mendicique omnes ad hunc olivarum pinguisimum montem, ex quo omnium gratiarum per Mariam alimenta discerpent, nam et si *multa filia congregaverunt divitias, hæc supergressa est universas.*

187 Horeb modo occurrit transcendendus, qui non sine spiratione (puto) scribi debet, ut alteram montis sin, aut sinai partem esse constituamus; (K) Oreb enim sine spirationis nota nomen viri est. Hic ergo mons situs est in Regione Madian, iuxta Arabiam desertam. In hoc monte Rubum vidit Moyses incombustum, deumque sæpius ad se loquentem, & interpretatur Horeb lingua Hebraica, *destructio, siccitas, aut gladius.* Et quidem iure hæc tria complicantur in vno, dum enim terris denegatur cœlestis pluvia, arefcit terra marcent virgulta, & fruteta, Gladius obrepit, nam fame mortales strangulantur, & fere omnia destruuntur. Hoc tamen siccitatis, destructionis, ac Gladij incommodum à Maria, quæ nubes est pellitur, nam etiam ipsa, fulgura in pluviam facit. *Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* Psal. 71. quod de incarnatione verbi explicatu, facile est: nam sicut pluvia in vellere recipitur, & ab eo exprimitur sine corruptione velleris, sic Christus fuit conceptus, & natus absque corruptione virginittis. Exponit Lyranus. (L) Alij autem legunt, *descendet sicut pluvia beneplaciti* id est, *descendet grate, optate, magna omnium letitia, & voluptate.* Cur sic descendit? Quia descendit (iuxta alios) *super desertum, seu super desertam terram.* Deus autem dat omnibus affluenter, Iac. 1. Vnde oculo pietatis videns terræ ariditatem, hominum necessitudinem, & destructionem, descendit ut subveniret sicut pluvia in vellus, in Mariam utpote, per quam emanaverunt illius stillicidia stillantia super terram. Sed cur, in vellere imbibitur, quasi negans pluvia hæc cœlestis ariditati terræ immisceri? Quia hoc vellus Mariam denotat, quæ est sicut vellus, vel spongia, quæ multam de facili trahit aquam, & eam facillima compressione refundit. Subdit Richardus. Stillat

Deus aridæ pluviam, sed priusquam terrâ irriget, descendit in vellus, in spongiam virginalem attractivam, ex qua, rogatu hausta, terram irrigat, campos fecundat, arua vegetat, homines hilarat. Daniel Agricola apte sic lussit: *Descendit sicut pluvia in vellus, quia in Mariam descendit terram irrigans ad fructificationem, quia venit cum omni plenitudine, & abundantia gratiarum.* Vellus guttatim arua madidam irrigans, portat notulam: **COMPRESSUM VELLUS OPMAT.** Hoc explicat pulchre canens sic Virgini Anselmus: *Ave vellus puritatis, in quo Deus maiestatis, inundans tamquam pluvia, distilavit in gratia.* Illa siquidem fuit vellus, in quo Filius Dei instar roris de Cœlo delapsi, cum univèrsa divinitatis suæ amplitudine se collegit: *Quod vellus postea irrigavit instar salutaris pluvie omnes partes terræ.* Inquit Adamus Brouverus. Si igitur Maria (ut dat Ambrosius Eremita) *fontem intra se genuit, quo rigavit orbem terrarum, ut excipiamus hanc pluviam voluntariam,* proni accedamus ad Mariam, cuius ope hauriemus aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Idem insinuare Spiritus Sanctus voluit, dum dixit Gen. c. 2. *Fons ascendebat de terra irrigans universam superficiem terræ.* D. Bernardus totam terram à fonte ascendente irrigari habet; alij vero à nube, nebula, vapore, vel scaturigine. Quod haud improprie de vaporibus dicitur, qui densati ad modum roris forte descendebant, & terram irrigabant. Sed aliter Lyranus sentit, utpote quod aquæ latentes sub terra, divina voluntate ascenderunt usque ad superficiem terræ. (M) per modum fontis in qualibet parte terræ, ubi erant plantæ, & herba producenda. Sicque tunc, cum non fuisset pluvia, satis erat terram à fontibus irrigari, addit Parisiensis Haye. Per hunc fontem Maria designatur, quæ fons Misericordiæ est, (iuxta Ambrosium, & Richardum) quia sicut fons per subterraneos meatus semper recipit aquam, & semper refundit, sic Beata Virgo, quæ est fons, à Christo ad ipsam, & ab ipsa ad nos fluunt aquæ, de candore benignitatis & triusque. Sed si nondum plantæ erant productæ, cur fons ille irrigabat univèrsam superficiem terræ? Gen. cap. 1. *Vocavit Deus aridam terram; à siccitate inducta post aquarum separationem, explicat Parisiensis Haye.* Maria ergo, quæ in illo fonte typice figurabatur, videns terræ ingruere ariditatem, siccitatem ubique distendi, impatiens cohibere aqua gratiæ, ascendit irri-

Brouverus in Salut. Angel. Coronat raxi 7. Ambrosius Eremita in l'ref. de Annunt. Mariæ.

Per Mariam beneficium pluvie confertur à Deo aridæ.

(K) Marius de Calass. tom. 4. Conc. Hebr. in indic. Hay. Bibl. Max. tom. 18. Angl. late l. 14. c. 30. & 36.

Maria, beneficium pluvie à Cœlis immitte ad pellendam terræ ariditatem.

(L) Psal. 71. v. 6. Lyr. in Gloss. ibid. D. Isidor. lib. Orig. apud Rich. à S. Laur. lib. 12. p. 5. c. 9. Haye in Conc. Lit. Bib. Chald. Mouriff. & alij in Max. Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 1. c. 3. Daniel Agric. coron. 10. Bella 4. D. Ansel. Cantuar. in 2. p. Psalterij, ad illud Ps. 70. Ego autem semper sperabo. Adamus

(M) Gen. c. 2. v. 6. D. Ber. Lip. pomanus, Aquil. Sept. Chald. Haye in Conc. Lit. ter. Lyr. in Gloss. apud Bib. Max. ibid. D. Ambrosius lib. de Exhort. ad Virg. & de Isaac. c. 5. Rich. à S. Laur. l. 4. tit. 22. Haye in Conc. Liter. ad c. 1. Gen. v. 10. Menoc. & alij. Rich. à S. Laur. libr. de Laud. Virg. 9. tit. 1.

Maria terræ ariditate subvenit, etiā non rogata.

irrigans universam superficiem terræ. Profiliens è terra fons aridum irrigat campum, subdita epigraphe: **ELEVOR IN PLUVIAM.** Fons enim (vt dabo lib. 2.) *a fundendo dicitur*: & iste fons (Maria vtpote, dat Richardus) *prompte aquam suam exponit: idest dona à Deo recepta, refundit ad nos inferius, subministrans nobis plenitudinem gratiarum.* Sic Horeb siccitatem in delicias vertit, plene irrorans, etiam antequam urgeat necessitas, quia hunc fontem ostiaria aperit pietas, nec Maria patitur nostros in tanta tribulatione gemitus invalescere, sicque orantibus pia porrigit beneficia pluvie. Id demonstrant verba illa Ioelis cap. 3. *Fons de domo Domini egrediatur, & irrigabit torrentem spinarum.* (N) Ad quid irrigantur spinæ? Num emolumenti aliquid involunt, vt aquarum limpida scaturigine recreentur? Absit: *Sed signat illos, qui in presenti vita ad modum spinarum sunt arefacti per carentiam delectabilium*; docet Lyranus. Spina argumentum probat sterilitatis terræ, vt vult Pictaviensis. Imo spinarum semina aruis iacta, iacturam plantis inducunt, quas suffocant, ne valeant ulterius proficere. Omnes hæ spinæ per Mariam in flores vertuntur, pinguescit ager, ariditas abit in plenitudinem pluviarum, vt iam non amplius sterilecant prata, dum vberime irrigantur à Maria. *A Paradiso exiit hic Aqueductus*, (scribit Agricola) *qui aquarum, quæ super Cælos sunt, fontem potuit attingere, fecundans, & abundans aquis per gratiarum plenitudinem, quæ fluunt in Ecclesiam, & fidelem animam.* Sic exit fons de domo Domini ad irrigandum torrentem spinarum, vt non amplius scateat sentibus, sed floribus, vtilique irrigatione pinguescat: nam *de abundantia Mariæ hauriunt omnes, & hauriant incessanter*, inquit Richardus. Senticosum fons irrigans campum, pullulantibus è spinis floribus, hoc scripto illustratur: **IN MELIUS SIC SPINA RESURGIT.** Nec hoc (etiam in naturalibus) mirum, Rosa enim florum Regina nascitur verius spina, quam frutice, in Rubo quoque proveniens, Plinio dante. Sic gratis, quæ plena est Maria melius id exequi poterit, commutando novalia Domini, & ariditatem nostram rigans aquis largissime, vt pro spinis, & vepribus flores virtutum multiplices germinemus. Profert Hieronymus. His Accinunt, quæ de filiis per desertum Sinai divagantibus David habet Psal. 77. *Mandavit nubibus desuper, & Ianuas Cæli*

aperuit, & Pluit illis Manna ad manducandum. (O) Mira Dei cum liberalitate dignatio! Iugum aliud Synai est Horeb, quod idem est ac *siccitas*, vbinam degabant pro tunc filij Israel in terra deserta, invia, & inaquosa, vbi non solum aquam Dominus eduxit de Petra, sed mandavit nubibus desuper; vt *cibum generarent*, iuxta Ayguanum: *qui sursum generabatur in aere, vbi est locus nubium.* Explicat interpretum Magister. Non hoc solum, sed *Ianuas Cæli aperuit.* Idest (iuxta Genebrardum) *Nubes aeris rupit, vt pluerent.* Et hoc, vt ostenderet *escæ nimie largitatem, quia tamquam pluvia de Cælo descendit.* Affert Cassiodorus. Sed quid pluit? *Manna ad manducandum. Frumentum, triticum cæleste.* Habent alij. *Mysterium advertas.* Quod Dominus pluit *Manna* vocatur, & *Panis.* Manna, idem est, ac *quid est hoc?* Ducebat enim in admirationem quod pluvia cadens in terram siccitas, haberet omnem suavitatis saporem, nam *sapiebat prout volebant.* Commentatur Lyranus. Panis etiam nomine hæc pluvia insignitur, nam *Panis* idem est ac *omne, vel totum.* Vnde totum desiderabile Deus aridæ terræ pluit. O stupendum divinæ bonitatis erga homines beneficium! Sed vbinam mandavit nubibus, Cæli Ianuas aperuit, frumenta Dominus paravit, & pluit? In Monte Synai, Horeb, idest *siccitati* contiguo, in quo putabant Hæbrei Deum specialiter habitasse, in cuiusque altero iugo vidit Moyse, Rubum incombustum, typum videlicet Mariæ. Mons enim Synai, in quo vere Deus specialiter habitat, Maria est, ait Glossa: sed aptius Divus Parens Bonaventura hæc mystice ludens: *Deus excellenti, & singulari modo est in Maria, tamquam in proprio tabernaculo*: Imo per realem quamdam identitatem, addit Dyonisius Riquelius. Nil ergo mirum obiecta digno obrutui Imagine Mariæ, quod Dominus *mandet nubibus, Ianuas Cæli aperiat, pluat è Cælo cæleste frumentum*, terramque aridam reddat aquosam. Mons altissimus è cuius supercilio nubes terram irrigantes elevantur, hanc monstrat epigraphen: **CAMPUS PINGUESCET AB ILLO.** Dum cælestis hæc pluvia inundavit, *habitabit gloria Domini super Synai, tegens illum nube*, Exod. cap. 24. Forte vt nubes pluvie præstaret materiam, montem venerata in quo figurabatur Maria. At omnia coronet Damianus scribens: *Peculiari modo, quam cum reliquis creaturis Dominus cum Mariæ habi-*

(O) Psal. 77. v. 23. 24. & 25. Marius adduct. & Hay. Ayguanus, Lyr. Genebrard. & Cassiodor. in 1. sal. 77. D. Hier. Haye, & plures in lib. Max. ibid. Sap. c. 16. v. 20. Lyr. in Gloss. ibidem. Haye, & alij. Iauens. in Catholic. D. Isid. Anglic. Berch. & alij. Vide Gloss. in Exod. c. 19. & passim. Anglic. lib. 14. c. 36. Gloss. cit. à Bibl. Virgin. t. 1. pag. mibi 470. col. 2. lit. A. D. Bonavent. in Luc. c. 1. Dyon. Riquelius de Dignit. & Præcon. Virg. lib. 1. a. 21. D. Petr. Dam. ser. 1. de Nativ. Mariæ. apud B. Angelum del. Pan in Luc. 1. h. 2. c. 25

Adinutum Maria Cæli suas Ianuas aperit, nubes pluunt, terra arida fecundatur.

(N) Ioel cap. 3. v. 18. Lyr. in sua Gloss. ibi. Berch. in Reduct. l. 12. c. 146. & in direct. verb. Spina. & passim. Angl. l. 12. c. 148. Lauret. Cervar. tom. 2. Allegor. verb. Spina. Lyr. in Gloss. ad cap. 3. Ioel v. 18. Pictaviensis. in Reduct. & direct. loc. cit. Daniel Agricola. coron. 12. stel. 7. Rich. à S. Laur. de Laud. Mariæ l. 9. tit. 1. Plin. lib. 21. c. 4. D. Hier. in cap. 3. Ioel v. 18.

Maria ariditatem terræ in Pluviam vertit, spinas in flores.

habitavit. Sinai est, cum specialiter Deus inhabitet in ea, ideoque ad eius nutum, cœli pluunt pluvie accrescunt, pellitur ariditas, novalia saturantur.

188 Quot inundant Mortalium fletus, cum cœli quasi es solidantur ob hominum perpetrata flagitia, & propter peccata nostra mandat Deus nubibus, ne pluant super terram, imbrem. Isai. c. 5. *Quia in terra illa secuta est siccitas magna.* Declarat Lyra. (P) Quot singul-

(P) Isai. c. 5. v.

6. Lyra in Glo-

ssa ibi. Ada-

mus Delphius,

ad Lapid. & alij

D. Bon. Opusc.

25. Damasc.

ser. de dorm.

Deip. D. Da-

mian. ser. 40.

Rich. l. 12. Idiot

Cōtempl. Ma-

ria, c. 6. Arnol.

Carn. Tract. de

7. verbis ad il-

lud, Mulier ec-

ce filius, &c.

Deut. c. 28. v.

12. Lyr. in Glo-

ssa, ibi Meno-

ch. in Bibl. ma-

xim. Bibl. Syr.

& Arab. Bibl.

virgin. t. 1. pag.

mibi 469. col.

2. lit. C. Ioan.

Haye in Conc.

lit. ad cap. 28.

Deut. v. 12.

Alens. Corn. à

Lap. Titel. Pro-

cop. Gloss. Ang-

lic. Rupert. Re-

mitig. & alij plu-

res Richard. de

Laud. Virg. l. 4.

Idiot. de Virg.

Mar. c. 1. Isai.

c. 23. v. 3. Lyra

in Gloss. ibi Me-

noch. Adamus

Delph. in Isai.

& alij Haye in

Conc. ibi. Tirin.

ad c. 2. Gen. v.

8. Herod. Stra-

bo, Solin. Cœl.

Anglic. & Plu-

res. Theatr. vit.

bum. verb. Flu-

vius. Lyr. Dio-

dor. l. 1. c. 3. Se-

nec. in quest.

natur. Richar.

à S. Laur. l. 9.

tit. 4. Lyra in

Gloss. ad Gen. c.

tus audiuntur? Quot anxietates per corda fidelium divagantur? Funduntur preces, devota iterantur peregrinationes, ad sanctorum imagines eorum suffragio è miserijs sublevandi omnes accurrunt: Sed pervia omnia sunt, etenim Deus iuste nimis lacepsit à peccatoribus, ut eos sic penalitibus excitet à somno victorum. Nullæ cœlestes pulsandæ fores supersunt, nisi Mariæ, ad cuius pulsans ianuam, nullus censetur habuisse repulsam. Ideo D. Germanus ei canit: *Nemo est, cui donum concedatur, nisi per te, o castissima; nemo est, cui misereatur gratia, nisi per te, o honestissima.* Idcirco (ut dedimus cum D. Parente Bonaventura, Damiano, & Richardo) *Maria, tutissimum afflictorum refugium, molestiarum levamen, & consolationis Virga vocatur, ad quem præcipue in communi necessitate recurrere opus est, ut eius efficacissimo adiutorio divinam assequamur opem.* Bona Dominus legem suam servantibus spondens, hæc alijs adnectit Deut. c. 28. *Aperiet Dominus Thesaurum suum optimum, cœlum, ut tribuat pluviam terræ tuæ in tempore suo.* Sic Lyranus explicat hunc textum, videlicet quod primo ponitur imprecatio benedictionum super observatores legis, secundum ea, quæ solent homines desiderare in præsentī vita. Sic autem ab alijs versiculus legitur: *Horrea bonorum suorum de cœlo demittet pluviam; vel aperiet Dominus horreum suum optimum, cœlum.* Quasi in horreo retinentur à Deo frumenta, dum interdicitur novalibus pluvia. Cum pluit cœlum, aperitur horreum, & grana turgent in spicis, in aristis pinguetunt; nam tunc pro votis est abundantia, placata pijs precibus divina iustitia. Aperiantur Horrea cœli, cum ad Januas Mariæ pietatis pulsamus: *Maria enim plenitudo est perfectissima omnium gratiarum, & horreum saturitatis intra famem mortis,* inquit Author Bibliothecæ virginalis. Tunc igitur erit, quando infalibiliter. *Deus tribuet pluviam terræ in tempore suo.* Horreum autem (affert Parisien-

sis Haye) *Thesaurum vocat, quia in eo quodammodo habet repositas, seu reconditas hasce pluvias, quæ secum bonorum omnium copiam evehunt.* Cœlum autem dicitur Thesaurus, quia tota felicitas, & fertilitas bonorum istis inferioribus provenit ex influentia cœli, & stellarum. Explicat noster Lyra. At, quinam huius habet curam Thesauri, ut pro libito aperiat, quatenus pluviarum divitiæ dispensentur pro tempore opportuno? Richardus respondet: *Maria, Thesaurus, quia in ea reposuit Dominus omnia dona gratiarum.* Idem, eidem canit Idiota, *Peccatoribus Thesauraria gratiarum existis.* Si ergo in Maria pluvie Thesaurus, & ipsa Thesauraria dispensatrix est, extra Mariam aptius illa non sit querere adiutorium, ut nanciscamur pluvie beneficium. Isaiæ verbis in huius rei confirmationem utamur, qui Tyro alloquens dicit cap. 23. *In aquis multis semen Nili, messes fluminis fruges eius.* Alijs placet legere proventus eius; copiosam enim messem affert copiosa inundatio Nili. Ait Haye. Fluvius hic ex montibus Lunæ nascitur, versus Promontorium bonæ spei, & utilitate, commodisque ceteros orbis fluvios excellit: *In Aegypto enim raro fit pluvia, sed fluvius Nili dividitur per rivulos ad hoc, ut fructificent semina in terra projecta; & ideo fruges Aegypti dicuntur fruges fluminis Nili, quia ibi crescunt in magna abundantia,* fert Lyra. Tantam vero Nilus Aegypto fertilitatem infert, & agri colendi facilitatem, ut brevi tempore vberimos fructus absque magna impensa, labore ve reportent. Hic fluvius Mariam signat, ex Richardo, quæ quasi Nilus fecundat terram, & conculcat omnem miseriam, unde dicitur Isaiæ cap. 23. *Messes fluminis fruges eius.* Imò, quia Nilus alter est ex fluminibus à fonte Paradisi provenientiibus, & vocatur Gebon (quod iuxta Hebraicum idioma) *Valis gratiæ,* & Mariam significat, iuxta D. Antonium Paduanum, qui ipsa est *valis, ideo fuit gratia plena, & de plenitudine eius omnes nos vacui accepimus.* Hoc mysticum Niliacum Mariæ flumen nos adorare oportet, (cultum etiam Aegyptij litabant Nilo) veneratione prosequi, ex quo siccanti terræ, & ob ariditatem hiantī, aquarum copiosa provenit scaturigo, qua accrescunt fruges eius, arua impinguantur, hilarescunt homines, cuncta distantur. Nilus irrigans vberissime campos, hanc monstrat inscriptionē: AUCTION IN SYRIO. Cum enim Sol acius terras calore impetit, Nilus naturæ privi-

2. v. 13. Marius de Calasi. Haye, Beda, de Nom. Hebr. D. Ant. Pad. serm. Dom. 4. Adv. Philo Hebr. l. 1. de vit. Moysis, Adamus Brouver. in salut. Angel. cor. 9. 12.

Maria, tanquam Nilus inundatione feraci, terras benigna irrigat.

legio maiorem quam alias, molem trahit aquarum. Vnde Hebraus Philo scriptum reliquit: *Nilus aestate adulta, quando quolibet flumen fertur decrescere, perennis aequae ac torrentes crescens, ac diffusus, arua inundat aquis stagnantibus.* Aptè ad hæc Adamus Brouverus *Maria, gratia plena ut fluvius, quæ tamen pleno fluit alveo.* Nil ergo mali nobis eveniat timeamus, si Mariæ nitimur suffragio. Expectemus à Deo pluviam de cœlis, hoc cœlesti Nilo super arua nostra inundante, nam Marces nostra, fruges eius, per quam irrigantur, fecundantur, accrescunt. Hisce consona videntur ea, quæ dicuntur Eccl. c. 35. *Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluvie in tempore siccitatis.* Id est, sicut maxime opportuna est pluvia in tempore siccitatis, sic valde tempestivè succurrit misericordia Dei homini, in tempore angustiae.

(Q) Eccl. c. 35. v. 16. Ioan. la Haye in Conc. lit. ibi. Quintil. declam. 6. vide Andr. Ebor. in exempl. verb. Benignitas, &c. Berch. in direct. D. Subt. in 4. d. 46. q. 2. & 3. & alibi in Quodl. Eccl. c. 40. v. 22. Lyra in Glos. ibi Cic. 2. de leg. Chrys. in Epist. ad Philip. serm. 9. Daniel Agric. Cor. 2. stella 1. Lyra in Glos. ad c. Eccl. 35. v. 26.

Mariæ erga homines largitas, & misericordia, sicut spectata tempore siccitatis pluvia.

(Q) Animum utcumque misericordem torquet valde, miseros alios videre angustijs complicatos: cumque suos habeat impetus pietas, in obiectum miserabile fertur, saltem in voto subventurus. Cumque videt miserum iam opitulatum qualitercumque, de bono provenitu letatur utrique congratulans. Speciosa hic est Dei misericordia, ad nos continuo oculos dirigens subventura; vnde quia benigna omnibus prodest, speciosa omnibus placet, nam *gratiam, & speciem desiderat oculus.* Eccl. 40. hoc est *rem speciosam, nam in hoc delectatur.* Docet Lyra. *Speciosa itaque est misericordia in tempore tribulationis*, non solum hominibus, sed Deo: *cui grata est, & magnus mortalibus questus.* Maria mater est totius misericordiae, & quasi oliva speciosa. Inde in tempore tribulationis avidius spectanda est, ut eius misericordia sublevemur ab angustijs, & miseria. Adverte paritatem. Maria, quæ mater misericordiae est: *Quasi nubes pluviae; post enim magnam siccitatem temporis superveniens nubes pluviosa, est magis gratiosa hominibus.* Docet Lyranus. Arescunt sæpè arbores ob denegatam à cœlo pluviam, & sol acriori pungens calore solum, ipsum cogit, eiusque cespites in patula hiulcari ora, quasi quod querimoniam præ ariditate fundunt ad Superos, ut subveniant. Tunc ex inspirato ascendunt vapores, qui in densam conglobati nubem, pluviam minantur arvis apprime proficuum. Quot tripudia, quot se per omnium corda lætitiæ diffundunt? Mulcet pectora votum, & Deo de proximo obsequuntur beneficio. Misericordia Mariæ

nubes est, est & pluvia: dumque hæc à nobis summè optata desideratur, Misericordiam suam misericordiae mater super nos extendit, quasi opportunam pluviam in tempore siccitatis. Nubes copiosè irrigans agros, hæc inscriptione notatur: **SPARSO IAM IMBRE NITEBIT.** Denique siquidem nubes videntur antequam aquas parturiant, at post clarescunt, dato pignore subventionis: quod misericordiae Virginis non ambigam accommodare; de ipsa enim dici potest, quod de Deo Nazianzenus scripsit: *Prompta, munifica, atque proluxa natura est: lucundius dat, quam alij accipiant.*

(R) Etenim est utriusque misericordia, quasi nubes matutina, quæ à solis percussa radijs, imbres dum excutit, elucidatur. De Maria mysticè loquitur Salomon Prov. cap. 3. dicens: *Lignum vite est his, qui apprehendunt eam.* D. Hieronymus legit. *lignum vite est his, qui acceperint ad eam.* Sicut enim per lignum vitæ continuabatur vita, ut sic homo manens in statu innocentiae, de vita naturæ transisset ad vitam gloriæ, sine morte media: sic Maria sibi addictos de vita gratiæ ducit ad vitam gloriæ, procul facta morte secunda Gehennæ. Huiusmodi Virgo salutatur encomio à D. Ephrem Syro: *Ave Paradisi dilectiarum, Ave lignum vite, Ave clavis Regni Cœlestis.* Cœlorum clavis Maria est, quæ sola aperit ut nobis inde beneficia diffundantur, vnde & parat terræ pluviam; nam *ei commissi sunt Thesauri Regni Cœlestis, ut quidquid petierit, mox impetret.* Habet Adamus Brouverus. *Paradisus est deliciarum, ex quo fons egreditur vberissimus gratiarum scatens laticibus, vnde irrigatur arida superficies terræ. Sic Alanus Insulensis: Paradisus Maria est, in quo ineffabilis misericordiae fluentia, in quo gratiarum omnium irriguum.* Sed ad hoc ligno vitæ haud discedamus. In Trapobana novi Orbis Insula (ut refert Maiolus, & Solinus, cum alijs) rarissime pluit, sicque arida terra illa est, ut omni flumine, & fonte orbetur penitus. At, ne gens periret, Deus ibi pulchram, ac frondosam produxit arborem, (mirabile dictu) quæ vitæ haud erubescam ut nominetur. Ex truncorum enim medullis massa nivis instar candida extrahitur, qua homines ut pane salutifero utuntur. Mirabilius his est, quod Aurora rorante, nubes densa super hanc arborem insidet, indeque tot aquarum fluentia derivantur, ut homines, & bruta his abunde satientur, terraque maneat abunde fecundata. En

(R) D. Greg. Nazianc. orat. 40. in Sanct. Bapt. Prov. c. 3. v. 18. D. Hier. ibi in Bibl. max. Lyra in sua Gloss. D. Ephrem Syrus, ser. de Laud. Virg. Adamus Brouver. in salut. Angelic. Alanus Insul. in elucid. de Vir. Maria, ad c. 4. Cant. Solin. & Maiol. alique Plures apud Theatr. vit. bum. & Vlyss. Aldrov. Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. l. 9. tit. 1. D. Ioann. Chrysost. ad Popul. Antiochen. Hom. 1. & in Act. Apost. Hom. 36.

Mira res, de quadam arbore in Insula Trapobana enascente.

Mariam in hoc ligno, in hac arbore figuratam, ex qua vita nostra processit, Christus, qui est veritas, & vita, ipsaque etiam lignum vitæ his, qui apprehendunt vel acceperint ad eam. Ex hoc vitæ ligno nostra pendet vita, remedium, in necessitate subventio, pluvia sic citatis tempore, & omne bonum à nobis desiderabile, Lignum itaque frondosum guttatim ex frondibus pluens, hoc dicto obijciunt: BRUCTUM DISPENSAT, ET IMRRES. Maria, arbor vitæ est benedictum fructum emittens, quo penè mortales satientur: ultra tamen, ut nostram fecundet animæ ariditatem, ut fons perennis scatuit, ut terram irriget, à qua oritur. Promittit Richardus. Accedamus igitur ad Mariam oraturi, siquidem oratio non solum, cælum aperit, sed indigentibus medicina est, ut ait Chrysostomus: quam, ut subveniamur, accersire oportet, cui precibus emissis, non tantum terræ siccitas evanescet, sed ariditas nostri cordis in fluentia transibit gratiarum, Nec ultra erit velut Oreb siccum, sed Marianæ gratiæ rigatu fecundum.

189 *Sin*, & *Sinai* (idem Mons proculdubio) mystice transfiliendi obijciuntur montes, quos venerabiles præ alijs plura reddunt: In primis Hebræorum est traditio, ibi Deum specialiter habitasse, vnde inter loca religiosa annumeratur: nec ibi ambulare Pastoribus erat licitum. Ibi etiam in *Horeb* (altera *Sinai* parte, sive scopulo) Rubum vidit Moyses incombustum, (S) Marianæ Puritatis symbolum, ut canit Ecclesia in Antiphona: vnde de illo igne Dominus ei loquutus est, eumque pro educendis à captivitate filijs Israel, ducem constituit, legatione functum, ad Pharaonem. Ad horum montium pedem sua tabernacula locaverunt Israelitæ, Deum in igne, & nube viderunt, ubi per se, aut per Angelum Decalogi præcepta, & legem dedit, quæ Moysis tabulis cœlavit Saphirinis. Est mons valde excelsus, ad Pascua aptissimus, optimis, ac salutaribus herbis constitutus, ac prope Madian in Arabia situs: mons fuit propitiationis, & misericordiæ, dum Dominus populo noxam dimisit, quando fecerunt vitulum in *Horeb*. Sarcophagum etiam virgini, ac Martyri D. Catherinæ hic mons preparavit, & tam *Sin*, quam *Sinai* interpretatur *Rubus*, aut *Spina*. Tandem ex duro quodam huius montis Silice Moyses iterato virgæ ictu, copiosam eduxit aquam. Ad moralem, & mysticum sensum, si hæc retorqueantur, semper Mons *Sinai* (ut etiam *Spina*)

Mariam sine culpæ originalis spina venenatur conceptam: Similis est spina fuerit, quia per spinas intelliguntur peccatores: & Maria ut spina aparuit, quando parere voluit legi de partu mulierum, quin teneretur; cum opere virili non conceperit. Afferit Daniel Agricola. Spina autem in terra sterili nascitur, Maria ex Anna sterili mundo proditur. Spina pungit, sed defendit: Maria peccatores somno vitiorum deditos lenit ut resipiscant, pungit, quos contra insidiantes tenebrarum colonos defendit. Hoc perspicue ex sacris literis deducitur; Psalmo enim 67. David hæc cecinit: *Si dormiatis inter medios cleros, penna columbæ de argentata, & posteriora dorsi eius in pallore auri*. Alij vertunt sic literam: *Si quiescatis inter alas columbæ*: Quæ expressissimum Mariæ Symbolum est, & à Sponso prædicatur, *una est columba mea*. Cant. c. 6. Nam pullos alienos Columba nutrit (ait Rupertus Virgini alloquens) & nos qui eramus alieni à genere tuo, ecce vivimus tuis meritis. Inter alas, inque dorso immaculatæ huius Columbæ nos expedit requiescere, sic nacti Mariæ tutelam, & protectionem. *Idest* (inquit Parisiensis Haye) *eritis tutissimi, & latissimi vultu*. Vnde hæc hilaritas? Hæc lætitia vnde? Quia quiescunt homines in dorso Columbæ; & ideo lati, quia ibi stabiliuntur firmiter tuti. Accipe ex nostro Anglicano medicam eruditionem. Spina dicitur à spiculatorum acutissime, quibus contra tangentium iniurias est armata; à cuius similitudine dorsi longa pars media à summo deorsum usque, dicitur *Spina dorsi*, propter radiolos ossium, quæ sunt acuta sicut spinæ. Quiescamus in dorso Columbæ: etenim ibi etiam sepem inveniemus spinarum, qua tegamur, & ab hostium insidijs liberemur. *Spina est ad defendendum*: (dat Pictaviensis) *Vnde videmus, quod de spinis fiunt sepes circa hortos, quæ ipsos muniunt, & defendunt*. Spinarum sepes, circumquaque flores muniens, literam monstrat: PROTEGIT, ET MUNIT. Mortalis homo, tanquam flos agri sic efflorescit, hostilibus patens incurisibus, nisi Mariana protegatur sepe: Quapropter ipsa dixit Cant. 8. *Ego murus*. Vbi Lyranus exponit, *Propugnaculis munitus*. Stimulat peccatores Maria, ut à vijs pessimis resipiscant, & (leniter licet) ut spina tangens, peccati spinam evomere cogit. Hoc ipse Regius vates præcinit. *Gravata est super me manus tua, dum configitur spina*. Psal. 31. Titulus huius Psalmi eruditione David præ-

Cant. c. 6. Rupert. l. 3. in Car. c. 4. D. Aug. in Psal. 67. v. 14. Tiliem. Geneb. Casiod. & plures. Haye in Conc. ibi Angli. l. 17. c. 148. D. Isidor. apud ipsum. Galen. Hypocrat. Avic. Daniel Zanertus, & alij. Pictavi. in direct. verb. Spina. Et in Reduct. cit. Cant. c. 8 v. 10. Lyra in Gloss. ibi Corn. à Lapid. Titelm. Hortulan. pluresque.

Maria spinam æmulatur, Peccatores & pungens, & muniens.

(S) Marius de Calaf. in Conc. Hebr. Haye, Be da, D. Hieron. Exod. c. 3 v. 10 Lyr. in Gloss. Eccles. in Antiph. diei Purific. Angli. l. 14. c. 36. Exod. c. 19. v. 3. Lyra. & Haye ibi. Exod. 34. v. 1. Lyra, & Haye ibi. Philo Hebr. de vit. Moyses, Laur. in Alleg. 1. 2. Luc. c. 2. v. 24. Lyra in Gloss. ibi B. Angelus del Pat. D. Bon. D. Ant. Pad. D. Bern. deducitur etiam ex Sabt. D. l. 4. d. 1. q. 3. art. 3. Daniel Agric. Cor. 5. stella 10 Psal. 67. v. 14.

sefert, etenim postquam à Nathan re-
prehensus, & punctus fuit gladio spiri-
tus, quod est verbum Dei, se Peccato-
rem fatetur, & veniam pollicetur sibi,
non suis viribus, sed gratia Dei. In his
fundatur eruditio David, qui in alium
mutatus hominem, (T) peccati prome-
ruit dimissionem. Ergo sic loquitur. *Gr-
bata est super me manus tua.* Chaldeus
habet: *Invaluit super me percussio tua.*
O Felicem sic à Deo percussum! Nam
percutit, sed manus eius sanabunt, seu ad-
ducit plagam, & adfert medicinam. Cald.
ad cap. 5. Job. *Emendatos consolando
magis, quam ante.* Lyra *Compunctus sum
mala conscientia, confixa est mihi spina,
compuncta est conscientia mea, ex ipsa
aggravatione manus tue.* Docet com-
munis Magister Augustinus. *Me pungit
anime aculeus, dum à te vehementibus
malis afficior, ac velut spinam violenter
infigi.* Glossat Genebrardus. Configi-
tur spina in conscientia peccatoris, in vi-
tijs inveterati, & tunc gravata est super
eum manus Domini. Sed cur gravata?
Nunc audi. Dum gravatur manus ut pla-
ga, tunc inducitur in plagam medela.
Contemplare hominem avidum nimis
Alofiam, aliumve piscem comedendi, quē
è digito ad os deducit, & ferē immaltica-
tum introducit in alvum: sed ob incon-
sideratam transglutiendi celeritatem, ma-
net in gurgulione, seu faucibus transfixa
spina, quæ acriter utrumque faucium la-
tus pungens, etiam emittendi halitum ob-
durat, examini ferē manente homine, dum
penitus suffocatur. Accurrunt ceteri sta-
tim, pugnoque, aut palma manus dor-
sum percutientes, spinam extra percus-
sione retundunt. Sic accidit peccatori,
quem spina pungit peccati ferē usque
ad animæ deliquium. Torquet conscien-
tiam spina delicti, & gratiæ vitam suffo-
cat: sed tunc agravatur super eum ma-
nus Dei, seu manus Mariæ, & reviviscit.
Adtē ad hanc Richardus scribens: *Salus
nostra (V) in manu Mariæ est. Ipsa enim
est causa salutis generis humani.* Pungit
Maria mortales à salute devios, percutit,
sed manus eius sanant, ictu peccati spina
retunditur, & deperdita salus recupera-
tur. Ex ore spina prodeunte, manus ad-
mota dorso, hoc signatur dicto: **ICTU
DAT ISTA SALUTEM.** Hoc idem
meus nos docet Parens Augustinus, hæc
dicens: *Ex ipsa aggravatione manus tue,
quid factum est, cum confingeretur spina?
Datus est ei sensus doloris: si ille cognos-
cit, ille ignoscit.* Sic Maria sæpe manum
peccatori aggravare videtur ob transver-

sam peccati spinam ipsum strangulan-
tem: at, non punitio ictus est, sed resipif-
centiæ occasio, ut qui pene mortuus erat,
reviviscat. Id suadet Anselmus dicens:
*Celsitudinem tantæ Virginis attendamus.
Erit enim hoc ipsum optare causa nobis
non parva salutis, & sauciatis ex vitio-
rum punctationibus animis medicina salu-
taris.* Alia his attexatur. *Dabo (inquit
Deus) in solitudinem Cedrum, & Spi-
nam, & Myrtum, & lignum olivæ.* Isai.
c. 41. Cedro, Myrto, & olive Spina an-
nectitur: Maria enim est Cedrus in libano,
oliva in campo, Myrtus in Paradiso. Ce-
drus arborum regina, aspectu pulchra,
odore iucunda, fructu suavissimus. Myr-
tus; semper viriditatem conservat fœlici-
tatis symbolum; amoris matri olim Ve-
neri dicata: vnde Mariam celebrat viro-
rem gratiæ à primo usque ad novissimum
conservantem instans. Fœlicitatis est
Thesera, vnde dixit ipsa Prov. c. 8. *Bea-
tus homo, qui audit me, & vigilat ad fo-
res meas quotidie.* Ipsa etiam mater est
pulchræ dilectionis, Eccl. 24. quapropter
ei ob varias virtutes hæc virgulta acce-
dunt efformatura coronas. Sed spina qua-
re? Hæc solitudo, de qua Dominus loqui-
tur, Ecclesiam denotat, quam illustravit
virtutibus per istas arbores designatis, do-
cet Alensis. *Spina autem (ait ex D. Hier.
Ipse) arbor est in deserto odorifera, &
comis extensa, quæ ramis suis magnum
facit circulum, & quæ omnes arbores, tam
in nitore, quam in fortitudine superet.*
En Mariam in hac spinea pulcherrima ar-
bore expressam. Odorifera nimis est, vn-
de clamabat pro sodalibus sponsus, *post
te curremus in odorem unguentorum
tuorum.* Umbrifera est, ramos protectio-
nis ad omnes usque extendens dicendo:
*Quasi Terebintus expandi ramos meos, &
rami mei honoris, & gratiæ.* Eccl. 24. Cir-
culum ita facit extensum, ut & cœli gy-
rum compræhendant, iuxta illud Eccl. cap.
24. *Gyrum cœli circuiui sola.* Omnes
etiam puras rationales arbores nitore, &
fortitudine superat. Igitur ut spina odo-
rifera, extensa, nitens, ac fortissima sisti-
tur Maria in Ecclesia, ut in via Dei recal-
citrantes pungat, ad Dei amorem alliciat,
& tepidos per vias Domini diligentes in
posterum reducat. Spinæ per gyrum in-
fra aculeum florenti hæc Gnoma subiij-
citur: **PUNGIT, ET EXORNAT.** Sic Maria spinæ nitenti, (X) & floridæ
comparatur à Daniel Agricola: etenim
florens puritate, virtutum candore, om-
nique gratiarum negere, tum Synagogā,
tum Ecclesiam mirificè ornavit, & ornat,

l. 12. Reduct. c.
22. Prov. c. 8.
v. 37. Eccl. c.
24. v. 24. Le-
vin. l. 1. c. 1. de
Herb. Bibl.
explicat. c. 39.
Alens. in Gloss.
ibi. Haye ex D.
Hier. in Conc.
liter. ad c. 41.
Isai. v. 19. Plu-
res alij ibi.

(T) Psal. 3. v.
4. Lyr. in Tit.
Psal. c. v. 4.
D. Aug. ibi. Bi-
bl. Chald. in
Max. & ad c.
5. Job. Lyra in
Glos. ibi. Gene-
brar. Casiod. &
Tilhelm. Eugu-
bin. cum Fla-
minio, & alijs.

Maria, ut spi-
na pungens
peccatorem,
peccati spinā
evomere facit

(V) Richard. à
S. Laur. de
Laud. Virg. l. 2
p. 1. D. Aug. Ex-
posit. 2. in Psal.
3. v. 4. Casiod.
Jacobus de Val.
Alensis, Lorin.
le Blanch. &
plures, cum D.
Hier. & Parisi.
Haye. D. Ans.
l. de Exc. Virg.
c. 1. Isai. c. 41.
v. 19. Anglic. l.
17. c. 23. Beresh.

Maria, segnes
in via virtutis
stimulat ut
spina Ecclesiā
ornat ut flori-
da.

(X) Daniel.
Agric. stella 5.
cor. 12. Ruel-
lius l. 2. c. 53.
apud Philip.
Picinel. Mund.

*Mund. Symb. l. 10. c. 3. 8. Eccl. c. 24. v. 8. & 9. Bibl. Syriac. & Arab. in Max. Lyra in sua Gloss. Haye in Conc. litter. ibi. Alensis. Janse-
nius. ad cap. 24. Eccl. v. 8. & 9. D. Assumpt. Virg. c. 8. Picin. & Ruellius loc. cit.*

Maria suis gratijs implet omnia, omnia complectens ut omnibus proficua sit.

pungens fidelium corda, ut in divinum transferantur amorem. Nec ab his deviat, quod de *Spinacea* nobis herba dicendum occurrit, quæ à spinoso, & aculeato semine nomen est sortita, in qua typice Maria præsignatur, quæ à spinoso Hebræorum semine derivata, in florem campi profilit, non terras suffocans, sed vivificans, & vallans. Hoc enim proprium spinacæ hærbæ est, ut nullam spernat terram, ubique felicissimè progerminet, & virescat. Quod idem de seipsa Maria fatur Eccl. cap. 24. *Gyrum cœli circuiti sola, Profundum Abyssis penetravi, in fluctibus Maris ambulavi, & in omni terra steti.* Cœlestis veluti spinacea in omni profunditate radices figit, ut homo, qui tamquam flos agri sic è flore-
cit, eius pulsus impulsu coalesceret in spicam ferentem fructus honoris, & honestatis. Maria ergo *demensa est totum cœli ambitum, totumque orbem percurrit, stabilitatem dando undique circa centrum mundi*, iuxta Lyranum, & Parisiensem Haye. Sola circuit, idest *sine curis temporalibus*, ait Alensis: quia tota cœlestis est. Sed cur Maria perambulans cœli gyrum, etiam ad ima se confert, in omni terræ spati permansura? *Significat eam complexam esse omnia*, inquit Janse-
nius. Cœlum per Mariam decoratur, Mare eius quasi immensa gratia inpletur, terra per ipsam ad Æthera sublimatur; unde omnia mirabiliter complectitur. Iterato ad-
vocetur Anselmus hæc habens: *Omnia, quæ in cœlo sunt per glorificationem tuâ, ô Maria, inestimabiliter decorantur, & cuncta quæ in terra subsistunt, ineffabiliter sublimantur.* Sic Spinacæ, quæ semper viret Maria speciem tenet, omni loco vivax, ac fertilissima gratiarum. Hinc lemma hoc herbe annexitur: **LÆTISSIMA SVRGIT VBIQUE.** Maria in plenitudine Sanctorum detinetur, sed ubique radicatur proficua, Justos ut recreet, Peccatores ut sublevet, segnes ut excitet, omnes ut adiuvet. Ob dicta forte Sponsus de Maria loquens, eam esse asser-
vit *sicut lilium inter spinas.* Cant. cap. 2. Seu *sicut flos inter vepres.* (Y) Spinæ vocantur hic reliquæ creaturæ: Maria *lilium redolens, & suavis*, inquit Lyranus. Hæc enim lilij natura est, ut spirante aura, si circumiacentis iciatur spinarum aculeis, redoleat magis, magisque odor eius accrescat, & diffundatur. Spinæ mortales sunt ab Adamo fatæ; At Maria, ut lilium exurgit; quotque precum ictibus pulsa-
tur, gratiæ eius nitor super omnes profusius extenditur. *Quin & ex spinarum*

(Y) Cant. c. 2. v. 2. Besson. Bibl. Syriac. Sept. Lyran. in sua Gloss. ibi. Orig. super Cât. hom. 23. & in Ier. Hom. 7. Alens. in Gloss. ad c. 2. Cant. v. 2. Da-
niel. Agric. Co-

comparatione nitidior hic flos apparet. Docet Bernardus. Sed audire sic Alensem: *Sicut lilium candorem retinet inter spinas, & quanto magis ab ipsis pungitur, maiorem reddit odorem: sic sponsa inter malos conversans, maiorem odorem bonæ opinionis emittit.* Lilium sentibus circumseptum, hanc literā offert: **CRES-
CIT ODOR TACTV.** Id notum fecimus de Maria, quod & confirmat Daniel Agricola, ferè per eadem verba. Quadam pia adhuc pia temeritate dicam, Mariam se spineam nobis offerre, ut valeat amplius nobis proficere. Id deducam ex arbore etiam spinosa, in qua non semel typice monstrata est Maria. Ipsa siquidem ait: *Quasi Myrrha electa dedi suavitatem odoris.* Eccl. cap. 24. *Ut præstantissima Myrrha suaviter redolui.* Seu *spiravit odor meus, tamquam muscus suavissimus.* Legitur ex alijs. Hic, *bonus odor diffusionem famæ significat*, ut exponit Lyranus. (Z) Myrrha est, & myrrha electa, seu ex alijs; lecta, ut iam à principio suæ creationis Deo placeret in odorem suavitatis. Myrrha est, quæ *crescit in Arabia albæ spinæ similis*, ut dat Alensis, & Anglicus; cuius gutta per se manans, præ-
tiosior est, quæ tamen cortice inciso spinosis aculeis manat, etiam magni fit, semperque pretio habetur Mariam contem-
plare arborem myrrhæ, salutiferum gratiarum liquorem large, sponteque hominibus diffundentem: sæpe autem rogati valido petitur, ob quem gratiæ à Maria etiam hominibus derivantur. Maria, (ait Guilielmus) *myrrha est electa, quæ manat ab arbore misericordiæ vulnerata.* Unde Manus etiam Mariæ stillant myrrham, *quia eius opera in nobis perfec-
runt mortificationem vitiorum.* Spinea hæc arbor lachrymam sudat nostrorum vulnerum curativam; ideoque ut Deo, nobis adsciscamus electam, nec à nostro mentis obtutu, cordisque affectu vllatenus elongatam. Arbor hæc ab inciso cortice, & sponte à frondibus præbens medicinalem succum, hoc signatur dicto: **EX VTRAQUE SALVBRIS.** Nempè ex trunco cuspide vulnerato, & velut coactè guttam emittente; vel ex spinosis etiam ramis, unde liquor spontanee profluit. Quoquo modo gutta est salubris, & Mariæ pietas fidelibus salutaris. Ita canit Anselmus: *Salus nostra ex piæ matris pendet arbitrio.* Si ergo non gratias porrigit, quia demeremur indigni, sub umbra huius myrrhæ electæ divertamur, eius misericordiæ umbraculo suffulti, quæ pul-

ron. 8. stella 10 Apponius, & plures apud Cornel. in Cant. 2. v. 2.

Maria, maiorem gratiarum effluxum emittit, quo magis à nobis imploratur.

(Z) Eccl. c. 24. v. 20. Bibl. Tigur. & Arab. in Max. Lyra in sua Gloss. Plin. lib. 12. cap. 15. Anglic. l. 17. c. 101. Guilielm. Parisiens. in Fests. Assumpt. Possil. ad c. 24. Eccl. v. 20. Alanus de Insulis ad c. 5. Cant. Berchor. lib. 12. Red. cap. 98. n. 1. Richard. à S. Laur. lib. 12. part. 6. c. 10. D. Ansel. Cant. de sublimitate Virg. c. 8. Constantin. l. Gra-
dium, & in Pantegn. Dios-
cord. Avicen. apud Vincent. Spec. Nat. l. 19. c. 93. Cant. c. 2. v. 5. sept. ibi, & Haye in Conc. litter. Cornel. à Lap. Titelman. Hai-grin. & alij. Alanus Insulens. in Ante-
Claudiâ. de epi-
ter. & elog. Ma-
rie. Egid. Rom. in expos. super Salut. Angelic.

que coget vtilissimos emanare proven-
tus. Modo inquiramus, hæc Myrrha
electa, cur spiravit tamquam Muscus sua-
visimus? Bibl. Arab. ad cap. 24. Eccl.
Muscus, maior est in aromatibus, li-
quorque ex orientis Bestiola, quæ Mus-
quelius appellatur, inguine manat: illa-
que similis est Capreolæ: dumque se tali
sentit apostemate maturo gravatam ad
fenticosam appropinquat arborem, &
aculeis tumorem fricans, Muscus ema-
nat, qui statim exiens condensatur, fitque
pluribus valde medicamen infirmitati-
bus salutiferum. En Mariæ apta imago.
Nam ipsa similis est caprea, bimuloque
Cervorum. Cant. 2. Vnde & ibidem di-
xit iuxta Sept. Vulnerata Charitate ego
sum. Vulneratur ictibus misericordiæ
quoties cernit miseros homines diro vul-
nere peccati sauciatis; tuncque super
eos abunde effudit miserationis liquo-
rem, quo resipiscant, & ad vitæ salubrio-
ris frugem reducantur. Quapropter ab
Alano Insulensi vocatur vitæ via, porta
salutis. Nivea suavem è latere liquorem
emittens capreola, spinâ icto, hanc tenet
epigraphen: VVLNVS DAT SÆPE
MEDELAM. Charitate, Maria vulne-
rata est, & sicut illuminata est super om-
nes creaturas, & est mater pietatis, &
misericordiæ, ita super omnes creaturas
nobis misericordiam influit; profert Co-
lumna Theologiæ B. Ægidius Columna.
Vt spinæ eam mortales cirnuunt, prope-
rant, pullant, indeque liquor omnis gra-
tiæ promanat, quo nostræ terguntur ani-
mæ sordes, infirmitates arcentur.

190 Neque ad nauseam hic è spinis
depromptus spiritualis eibus, nos provo-
care iudicetur: Placent enim Mariæ spi-
narum fasciculi pro corona eidem asso-
ciati, inter quas sua sæpe sacratissima
imago nec dedignata est apparere, vt
vepres in Rosaria commutaret, spinas
culpæ in aromata gratiæ. Sicut lilium in-
ter spinas, sic amica mea inter filias.
Cant. c. 2. Alijs placuit legere, (A) sicut
Rosa. Cum enim sponsa de se dixisset,
ego flos campi, seu Rosa Saron, vt alij
contendunt, modo ad idem se quasi re-
flectit elogium. Vnde quasi Rosa Saron
inter spinas est. Saron interpretatur ober-
tas, lorica, vel canticum Columba: hæc-
que omnia mysticè accomodantur Ma-
riæ, quæ ceteris creaturis superabunda-
vit in gratijs. Ait Genuensis. Rosa est
vbertatis, tota suavis, quæ peccatoribus,
qui sunt spinæ adheret pietate, & com-
paratione, qua pietate, speciosa facta est.
Lorica etiam nobis Maria est, nam nos

sua vallat protectione, vmbra defendit:
Protegit enim nos sub scuto patientiæ suæ
per exemplum, & oculo misericordiæ res-
piciens peccatorem, intuitu suo dissipat
omne malum. Subdidit Daniel Agricola.
Hæc in Epithalamio, seu Salomonis
Cantico continentur; etenim Canticum
est Columba, & specialissime, & spiri-
tualissime ad gloriosissimam Virginem
reducitur, iuxta Alanum de Insulis. Sed
nunc inquiramus, cur Maria vt Rosa, non
alibi quam inter spinas desiderat mani-
festari? Rosa, tota est medicinalis, nilque
non salutiferum in ea, magnæque efficacitæ
in medicina: Nam sua pulchritudine as-
pectum reficit, suo odore olfactum afficit,
suavitatis mollitiæ tactum delinit, sua
virtute multis languoribus succurrit.
Fert Anglicus, & sequentia Plinius: Rosa
nascitur spina verius, quam frutice: in
Rubo quoque proveniens. Inde Maria vt
Rosa tota salubris sese obijcit nobis: cur
quærenda est imago hæc ipsius inter spi-
nas, inter vepres, vnde provenit, quia ve-
rius ex spina deducitur, vt nostris languo-
ribus medeatur. Vide sacram Mariæ ima-
ginem inter Cantabriæ praruptos scopu-
los, à Roderico de Balzategni in gregis
custodiam iam invigilante inventam, vo-
catam de Arançaçu, idest de Rubo, nam
Arança idem est ac Spina; in spinoso enim
frutice inventa, ibi à fidelibus ob cre-
bra miracula visitur, & veneratur, ac à
Franciscanis habitatoribus sedulo custo-
ditur. Vt Rosa inter Rubi vepres Mariæ
imago inventa est, quæ solo, & salo odo-
rem spargit assiduam, portentis vndique
conspicua, pro votis expetita, quorum
appensa in Altario tabellæ dant conti-
nuo testimonia. Rosa hinc inter Vepres
fita signat notulam: ARMATA ME-
DETVR. Virginem de Rubo in Con-
ventu Franciscanorum de Arançaçu hic
denotat Icon, Quæ nisi vt Rosa inter
spinas, homines confortaret, sine dubio
deficerent. Scribit Richardus. Ex illo enim
scopuloso vertice innumeras largitur Ma-
ria gratias, Nautis subvenit, ægris mede-
tur, totaque velut Rosa est medicinalis.
Ideo forte huius inventæ sacratissimæ Ma-
rianæ Imaginis in Rubo, (B) illud extitit
scriptum à Moyse Exod. cap. 3. Apparuit
ei Dominus in flamma ignis de medio Ru-
bi, & videbat quod Rubus arderet, & non
combureretur. Stupendum profecto spe-
taculum! In corde Rubi apparebat fi-
lius Dei in specie humana, inquit cum
alijs Eusebius Casariensis: etenim in Ru-
bo præfigurabatur Maria, quæ divinus
instar ille Rubus igne Divini Spiritus

Virg. ad c. 26.
Eccles. Daniel
Agric. Cor. 7.
Stella 2. Alan.
de Insulis in
Prol. Cant. Cæ-
tic. Anglic. l. 17
c. 135. Plin. l.
21. cap. 4. Ri-
chard. l. 12. p.
4. cap. 5.

Maria, spinis
vallatur, vt ex
ipsis pignora
extrahat salu-
tis, nostræ cu-
rativa infirmi-
tatis.

Nota, de Ima-
gine Mariæ in
venta apud
Cantabros, in
Rubo: vnde
vltique nunc di-
citur Conven-
tus Virginis
de Arançaçu,
idest de Ru-
bo.

(A) Cant. c. 2.
v. 1. & 2. Arias
Mont. Aquila,
Bibl. Syr. Venet.
Haye in Bibl.
Max. ibi. Ma-
rius de Calass.
to. 4. Conc. He-
br. Haye to. 18.
in Indic. Corn.
à Lap. ad c. 2.
Cant. v. 1. Da-
niel Agric. Co-
ron. 8. stella 8.
Anton. Genes.
in Fig. Bibl. de

(B) Exod. c. 3.
vide Haye in
Conc. lit. ibide.
Eusebius Casar-
iensis. in Presam
Hist. Eccl. &
alii ex Grecis
PP. Ecclesia in
offic. Parisic.
Exod. 3. v. 6.
Bibl. Tigurin.
Chal. & Arab.
Lyr. in sua Glof.

Deut. c. 8. v. 9.
Have, Cornel. à
Lap. ibi. Mag.
Hist. Schol. Ha-
ye in Conc. liter.
ad c. 3. Exod.
v. 1. Lysa in
fua aurea Glos.
Menoc. & alij.
Abfalon. Abbas
de Assumpt.
Marie ferm. 1.
qui est in eo 43
D. Bern. super
Missus est, Ho-
mil. 2. Adria-
nus Mangotius
Monit. 21. Da-
niel Agric. Cor.
5. stell. 3. &
Cor. 11. stell. 7.
And. Cret. orat.
2. de Nat. Virg.
B. Angelus del
Pas in cap. 10.
Marc. v. 18. lib.
10. c. 19. Arist.
lib. 2. de Cael. &
Mund. Alanus
Varen. de Laud
Marie, ser. 1.

Caelorum in-
numera bene-
ficia à Virgi-
ne de Aran-
gaçu populis
dispensantur.

arfit, nec eius puritas virginalis combu-
sta est. Advertere etiam est hunc mon-
tem à Ruborum copia *Sinai* appellari,
quod idem est ac Rubus: vnde hic, sin-
gularis fuit solum ob celestem apparitionem.
Videamus, quid inde. Moyses Pa-
storitiam exercens artem, inconsulto ac-
cedere tentans detinetur. Accersitur à
Deo postea, dum ante tremefactus *ab-*
condit faciem suam, veritus aspicere Deū.
Locus ille, *terra sancta* à Deo prædica-
tur, propter Divinam apparitionem Dei,
& Mariæ, in splendenti Rubo. Ordinaba-
tur apparitio mirabilis in spinoso frutice
ad liberandum populum de Ægyptiaca
afflictione, nam *oculo compassionis des-*
cendit per affectum, dans eis consolatio-
nem, terram fluentem lac, & mel, terram
frumenti, ac vinearum, vbi absque penu-
ria comedebant panem, Deut. cap. 8. Et
rerum omnium abundantia perfruebantur,
eorumque factus ductor in solitudine,
sanavit omnes infirmitates eorum, mis-
ertus populi sui. Nunc ad priora rever-
tamur. Ad montem Dei Horeb (qui Dei
dicitur ob apparitionem in Rubo) acce-
ssit Pastor Moyses tot beneficia à Deo
mutuaturus. Cur sic? solvit Abfalon Ab-
bas: *Quia significata est in Rubo arden-*
te, & non adusto Maria, & eius fecun-
ditas. Maria numquam sine nato fecun-
da. Ex quo igitur cum nato apparet Vir-
go in spineto, beneficia innumera popu-
lis ex monte sancto compensantur. Id-
ipsum evenisse in solitudine de Aran-
gaçu, clarius sole patet. Pascit oves Puer,
ad Rubum properat, properans perti-
mescit. Rimatur quod latet in vepribus,
& videt Mariæ Imaginem, Natumque suo
virgineo in gremio residentem. Nunciat
populis inventum scopulis Thesaurum:
accedunt, mirantur, sacellum erigunt. No-
lasci Filijs primò renunciatum, deinde
Tertiarijs Franciscanis, qui regulam S.
Dominici amplectentes, ibi per annos
aliquot accolæ fuerunt. Tandem Fran-
ciscanæ Religionis adscribitur omnium
voto Cœnobium grande, scientiarum
Emporium, virtutis magisterium, Reli-
gionis specimen, vbi Maria in innume-
ras se diffundit gratias, non penes Canta-
bros solum, sed ad omnes eius opem im-
plorantes. Illic pluviam manant, terræ fœ-
cunditas, omniumque beneficiorum lar-
gitas. Virginæ Imaginis suffragio arcen-
tur mala, ægritudines evanescunt, terræ
frumento, oleo, ac vino abundat, quin
penuriam agnoscant populi, præcipue à
coelesti Imagine opitulati. Rubus sese
offert Mariam cum Nato in corde conti-

nens, coelesti luce ditatus, & lemmate:
HIC FLUIT OMNE BONUM.
Nemo enim absolute bonus, nisi Deus:
Qui solus à se, nec recipit aliunde mensu-
ram: dat B. Angelus del Pas, Marc. c. 10.
Si etiam *id melius est, quod optimo est*
propinquius, teste Aristotele; cum nil Deo
propinquius Maria, omne bonum per
ipsam est expetendum, à qua nobis (iux-
ta Alanum Varenium) post Deum, om-
ne bonum effluxit. Quantum autem in-
dulgeat sacratissimæ Virginis de Aran-
gaçu veneratio, eundem speculemur tex-
tum ineffabilis mysterij manifestativum.
Dum pressus stupore Moyses de propin-
quo incombusti Sacramenta ardentis Ru-
bi explorare conatur, in hæc verba pror-
rumpit: *Vadam, & videbo visionem hanc*
magnam. Exod. cap. 3. Cur magna? Quia
Deus in Rubo apparuit? Apparuit Abra-
hæ vt Hospes, Discipulis vt Peregrinus,
Jacob vt luctator strenuus: (C) Nec ideo
magna visio, apparitio magna. Sed
fortè magna, quia *de medio Rubi promi-*
cabat forma quedam pulcherrima, nulli
visibili similis, divinum simulachrum lu-
ce fulgens clarissima, vt suspicari posset
Dei esse Imaginem? Fortè sic; vt prædixi-
mus cum Philone. En Marianæ Imaginis
Imaginem. Mariam siquidem ita alloquitur
Augustinus: *Si formam Dei te appellem,*
digna existis. Nulli etiam puræ creaturæ
similis est, *sed soli Christo filio suo simi-*
lior quantum ad perfectionem; indeque
nec primam similem visa est, nec habere
sequentem. Sanctitatis etiam simulachrum
vocatur Maria, luce clarissima fulgens,
& *Solis iustitiæ fulgores continuè in se*
admittens; promit Alanus Varenensis. Ob
ista igitur, magna, stupenda, & mirabilis
visio. Sed alia inferantur. *Maximum est,*
cuius non est excessus, & nemo magnus
sine afflatu divino umquam fuit. Maria
autem, & natus eius, non solum excessum,
sed ne admittunt æqualitatem; magnitu-
do enim omnis in Christo est, ait Augusti-
nus: & in Maria, cui fecit magna, qui po-
tens est. Umbra Mariæ Rubus erat, &
Christi umbra, vt Ambr. & Damasc. ha-
bent. Rubus in terra sterili crescens, me-
dicinalis est, & nutritivus, contra pluri-
mos valens morbos; frutexque existit
vbique minutus. En ergo vnde magna vi-
sio: magnum etenim profecto est, Deum,
quem cœli capere non poterant, & Ma-
riam (quæ altior cœlo est) in tam mi-
nuscule frutice apparere, ac hominibus
propè innumera beneficia dispensare.
Magna autem visio (clamat Hierony-
mus) *quia ardebant spinæ, hoc est pecca-*

(C) Exod. c. 3.
v. 3. Gen. c. 18.
v. 1. Luc. c. 24.
v. 18. Gen. c.
32. v. 24. vide
Glossas ibi. &
B. Angelus del
Pas, & D. Bo-
nav. in cap. 24.
D. Luca. D. Au-
gust. t. 10. serm.
31. de Sanct.
Albert. de Mar-
quesijs in Cœli-
loq. Mor. de B.
Virg. c. 74. Ala-
nus Varen. de
Laud. Mariæ
ferm. 1. Ambr.
Coran. ferm. de
Assumpt. Virg.
Arist. 1. Meta-
ph. 10. Cicer. de
nat. deor. D.
Aug. Tract. 13
in Joan. D. Am-
br. in c. 16. Apo-
cal. D. Joan.
Damasc. orat.
2. de Assumpt.
Anglic. 1. 7. c.
139. Berch. lib.
12. Reduct. c.
132. Arist. 1. de
Plantis. D. Hie-
rom. in Ps. 141.
D. Ambr. 1. de
virginibus. Ri-
ch. à S. Laar. 1.
12. p. 6. c. 3.

ta, & hoc igne mundantur. Apparuit in Rubo Christus cum Maria, ut procul à Cantabris abirent peccata, purgarentur; & in melius mutati illius terræ coloni, ex magna visione discerent se in posterum nactos fore in oculis Dei gratiam, ex quo in Rubo felices invenerunt imaginem virginēam. Pro votis id habent, sapissimē pro experimento. Nam *cur desperandum cur Dominus loquatur* (bona) in hominibus, qui est loquutus (beneficia) in sentibus? affert Ambrosius. Idem, modo eodem Rubus apponitur, ostentans epigraphen: **MAGNVS IN EXIGVO.** *Magnus enim Dominus, & magnitudinis eius non est finis.* Psalm. 144. Cuius (quantum possibile est) Maria particeps fuit. Tota hæc magnitudo in Rubo continetur; ideoque *visio magna*, (Plaudit Richardus) *quia nulla maior utilitas esse potest.* Testantur hoc de sua salute desperantes, fortunæ commodis indigentes, languidi Mariæ opem implorantes, ob tritici penuriam esurientes, inter Maris discrimina naufragantes. Qui unanimiter Virginem de Arançaçu mirificam celebrant, experiuntur.

C A P. XXXIII.

SION, ET SELMON, Maria respicientem in Eucharistia Christum, & sua sub umbra homines obumbrantem, denunciant.

191 **O**Mnibus mysticè celebrior, & Augustior mons Sion extitit, in quo adhuc Franciscanorum illustre perseverat Cœnobium: sed (Proh dolor!) à Saracenis nunc possessum, & inhabitatum. In hoc sita erat Arx, & turris David, pro decore serviens, & munimine Civitatis. In altero autem huius montis latere Salomonis Templum extructum erat, & summæ fuit Authoritatis; Nam Iudæa, Synagoga, imò & Ecclesia nomine Sion sapissimè intelligitur in scriptura. Ad Sion radices domus erat, in qua dominus Apostolis suam resurrectionem manifestavit, Spiritum Sanctum in signo visibili super eos misit, ibi etiam (Tirino dante) erecta est Crux Christi, & promulgata lex gratiæ, atque etiam Deipara Virgo *vite finem accepit*; Inquit S. Andreas Cretensis, & Venerabilis Mater Maria de Agreda. In hac domo (vtrique sacratissima) Dominus Pascha celebravit, & Eucharistiam instituit. *Specula* tandem Sion interpretatur, *Acervus*, aut tu-

mulus. Dicitur *Specula*, quia ex eminenti arce adeuntes Civitatem, ex ea egredientes, campestria, & itinera omnia explorantur. *Acervus* dicitur, qui ibi sacramentaliter primo acervatus fuit ille, qui in ventre Mariæ est *acervus tritici vallatus lilijs.* Dicitur. *Tumulus*, quia à monte obevnti Deiparæ parabatur, nisi valli Josaphat hoc sacratissimum depositum pro tribus tantummodo diebus, ut servaretur, esset commissum. Nec mysterio vacat Mariam in melius vitam transmutasse, & occubuisse in loco eodem, ubi Christus datus est nobis panis vitæ, & recubuit. Hoc etenim præfigurasse puto Paschalis Agni immolationem, de qua sic sacra loquuntur Biblia: *Erit agnus absque macula: Immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vespertam.* Exod. c. 12. Hoc fiebat Mense Nisan, qui nostro respondet Aprili, iuxta Lyranum. Alijs placet legere, *erit agnus perfectus immaculatus.* Talis agnus est Christus, ut communiter PP. docent, qui teneritudine Charitatis, & sui corporis cibo nos pascit in Eucharistiæ Sacramento. De Agni illius apparatu sollicita Virgo discipulos monuit, ubi eius filius, & Dominus libentius Pascha perageret, interrogare: ait Eminentissimus Cardin. noster Marcus Viguerius. Erat enim typus filij sui, qui tamquam agnus ad utramque ductus est victimam; ad Eucharistiæ incruentam impulsu amoris, ad Pasionis cruentam Iudaici impulsu livoris. Immolatur ergo Christus, ut agnus, qui ab agnoscendo dicitur, eo quod præ ceteris animalibus matrem agnoscat, & ideo significat Christum, qui matrem inter millia agnovit. Affert Thaumaturgus Paduanus. Agnovit agnus cœlestis panem Eucharisticum, suum nempe corpus in ventris virginici clibano fuisse decoctum, & ex massa virginica compaginatam; ideoque in huiusmodi immolatione nulla Mariæ fit specialis mentio, Quia una est Maria & Christi caro, ex Carnotensi Arnoldo. Sed tamen, quid innoluit mysterij immaculatum agnum ibi porrigi discipulis in cibum, ubi Maria diem clausit extremum? dicam. Dum Hæbrei parabant agnum, aliquot ex Levitis Pfalebant Canticum in exitu Israel de Egypto: Quem itidem moerentes una cum Angelis in eadem domo cecinerunt Apostoli Deipara obevnte. En inter Agnum, & ovem mutua amoris correlatio. Macatur ille, & hymno, cui titulus *Alleluia*, celebratur immolatio: & Agnus matrem agnoscens e terris discedentem, decernit ut idem can-

in c. Marc. 12. v. 13. & 15. Menoch. ibi. D. Laur. Justinian. serm. de Euchar. Exod. c. 12. v. 5. & 6 Lyra in sua Gloss. ibi. v. 2. Sept. Bibl. Reg. D. Ambr. Procop. Cyp. in Bibl. Max. & Haye in Cone. ibi. Abul. ad c. 26. Matth. 9. 14. D. Greg. Nazian. orat. 2. in Pasch. D. Zeno. lib. 3. serm. 30. D. Greg. Rupert. lib. 2. cap. 8. D. Gaudem. Tract. 4. de lect. Exod. Procop. Gazæus in Exod. & alij innumeri. Marc. Viguer. Chord. 7. c. 11. D. Ant. Pad. ser. Dom. 20. post Trin. Arnold. Carnotens. de Laud. Perpet. Virg. orat. Rabbin. apud Novarin. Sac. Elef. Ang. Euch. lib. 5. c. 59. n. 591. B. Amadeus Rapt. 8. circa finem. Beda, Marcianus apud Anglici. 8. c. 26. Absalon. Abb. de Annut. ser. 3. qui est ord. 22. Ambr. Catherin. de Con-su. Gloria Christi, & Maria, lib. vnic. post med. Idem ibidem.

Maria, in Imagine de Arançaçu magna, & mirabilis, ob magna mirabilia.

(D) Angl. lib. 14. cap. 37. & 38. Isai. cap. 2. Lyra in Glossa ibi. Haye D. Anson Pad. D. Bonav. Titelm. D. Bernar. Sen. Cornet. à Lap. Rupertus, & omnes passim. Berch. lib. 11. Red. c. 21. Lyra ad c. 12. Isai. v. 6. D. Hier. Epist. ad Paul. Tirin. ad cap. 3. Habac. v. 3. S. Andr. Cret. de dormit. Deip. Encom. 1. Lyra

Maria, & Christi una, eademque caro in Eucharistia.

retur hymnus: Quasi statuens simili cantu oportere celebrari Mariæ transitum, ac Eucharistiæ Sacramentum. Stella, quæ *matutina* vocatur, de die absorbetur à Solis claritate, quem comitatur semper, sicque Soli adiuncta hac Gnoma signatur: **OCCIDIT, UT VIXIT.** *Mariam non immerito* (inquit Absalon) *appellabo Cæli Stellam, propter eminentis gloriæ premium: Mundi Stellam, propter iustorum solatium: Maris Stellam, propter miserorum refugium.* Hæc Christum iustitiæ Solem *sequeuta est semper*, (Profert piissimus Catherinus) *numquam segregata ab illo anima & corpore, in tota vita sua.* Sic immolatur in filio mater, sic vnus constituunt victimæ contubernium, & quibus alter nenij in morte incruenta colitur, Mater valedicens mundo pariter celebratur. Sic idem vtrumque decet hymnus in Sion, dum ambo tumultantur; ille, nobis ad vitam; illa, sibi ad coronam. *Nam quæ Sponsi erat gloria* (addit Dominicanus Pius ille) *etiam Sponsæ debebatur: unde carnem etiam propriam, quam retinuit sibi, hanc dedit. Filius quidem suam, & matris sponseque carnem: Mater autem, & Sponsa, similiter filij, sponseque carnem, & suam.* His suppetant illa verba Sponsi de Sponsa dicentis: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Cant. cap. 2. Spinæ aculeis torquent, ariditate displicent, ac quidquid in eis est homines, imò & Bestiæ aspernantur. Lilij autem suauitas, & redolentia, insuper & pulchritudo per sensuum organa mulcent animum, trahunt aspectum, delectant olfactum. Inter spinas exurgit, quæ vel nil nocent, vel in flores odoriferos ob lilij niveum vertuntur influxum. Mariam perbellè data tangit similitudo. (E) *Ipsa namque velut lilium suo Salomoni inter dilectas animas servata est.* Sed ad quid servata? Ipsa proferrat. *Ego dilecto meo, & ad me conversio eius.* Cant. 7. Amoris indivisi nexus non finit esse duos; etenim tota est illius, qui *pascit*, Cant. 2. Ipse lilium; lilium & ipsa. Dum vero Sponsus pascit, & pascitur, vterque in alterum convertitur; ut non sit iam duo discriminata videre lilia, sed indivisum in Sponso, & Sponsa: *Nam una est Mariæ, & Christi caro, unus spiritus, una charitas: & ex quo dictum est ei, Dominus tecum, inseparabiliter perseverat promissum, & donum.* Inquit Arnoldus. At, pro re adsit Herodotus referens olim Ægyptios assuetos ex lilijs conficere panes, quibus pro suavi alimento utebantur. Accidit idem modo. Lilium conval-

lium Christus est, Maria inter spinas lilium, cumque *una sit Mariæ, & Christi caro*, quem Christus panem discipulis largitur, Christi est, est & Mariæ. Lacteus iste flos Christum redolet, sapit Mariam. *Manat enim liquor ex uberibus Virginis, & in carnem vertitur Salvatoris.* Cecinit Damianus. Et novitatis quid, cum nil sit fecundius lilio, Plinio asserente? Vnde Marianum lilium fructum protulit benedictum, qui ex ore altissimi prodivit, quemquem Angelorum panem manducavit homo, unde cælum, & solum satiavit. Viduatam folijs lilium hanc portat epigraphen: **ADHVC IN STIPITE REGNAT.** Maria lilium immaculatum vocatur à D. Epiphanio de quo *ortum est pretiosum lilium conval- lium*, iuxta Augustinum. Illa autem è terris assumpta, adhuc regnat in stipite, in illa nempe primigenia carne, quam Christus nobis porrigit in Eucharistia quotidie. Vnde Maria *participat regnum cum Filio.* Habet Richardus à S. Laurentio. Sion igitur, in quo se Dominus in vitæ pabulum fidelibus obtulit, Mariam enixe commendet, quæ quasi propij larga dispensatrix est alimenti: ut omnes pariter *Redempti à Domino Iesu suo sanguine pretioso veniant in Sion cum laude, & letitia sempiterna.* Isai. c. 35. Adnectantur ea quæ David Pfalebat orans pro prosperitate Regni in manu filij sui Salomonis, dum dixit: *Erit firmamentum in terra, superexolletur super libanum fructus eius.* Psal. 71. Maria, firmamentum est in terra, ob fidei firmitatem, & quia *firmata in omni virtute, & quia cæteris creaturis singulariter præeminet refulgentia gratiæ singularis.* Ait Richardus. (F) Mysterio autem aliorum lectio haud vacat habentium; *Erit memoriale triticum, placentula frumenti, abundantia tritici substantificus Panis, sacrificiū frumenti.* Siquidem de Sacramento Eucharistiæ exponitur à Lyrano; in quo Christus memoriale sui reliquit amoris, adipe frumenti nos cibavit, substantifico pane sustentat, sacrificio frumenti nos ad suæ Passionis memoriam trahit. Sed siue Panis, siue placentula, siue triticum, cum firmamento reciprocatur: Ut innotescat nullum esse discrimen inter firmamentum, quod mysticè est Maria, ac Panem Eucharisticum, qui datur in sacramentali mensa. Adsit ad hæc D. Greg. Nissen. dicens: *Huius corporis panem, non agriculturalum opus efficit, sed terra, quæ intacta permansit, & tamen pane plena fuit, quo famescentes mysterium Virginis, facile*

Herodotus lib. 2. Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 4. apud Theat. vit. hum. tom. 1. verb. alimen. tum. D. Epiph. Orat. de Laud. Virg. D. August. ser. 18. de S. n. Richard. a S. Laur. lib. 6. tit. 13. Isai. c. 35. v. 10. Lyra ibi.

Caro Eucharistica ex lacte Mariæ pro cedit.

(E) Cant. c. 2. v. 1. Lyr. Haye, & Tirinus ibi. Catheri. loc. cit. de Inmac. Concept. Cant. 7. v. 10. & c. 2. v. 16. Alij in Bibl. Max. Absalon Abb. serm. 3. de Purific. Ord. 13 Arnold. Carnotens. tract. de B. Virgin. Maria. D. Petr. Dam. apud Novarin. lib. 4. Sac. Elef. Vmbr. Virgin. Exc. 167. num. 1743. Plin. lib. 21. c. 5. Anglic. Bercher. & alij.

(F) Psal. 71. v. 16. Lyr. Genebr. Casiod. Titelm. & omnes. Richard. a S. Laurent. lib. 7. tit. 2. Alan. Varenf. de Laud. Mariæ. ser. 3. in fin. D. Hier. Neb. Felix. Flamin. Genebr. Bibl. Chald. Galat. apud Haye in Bibl. Max. Richard. loc. adduct. Psal. 71. v. 16. Bibl. Tig. & Hebr. in Max. Haye in Cdc. L. ser.

ter. D. Gregor.
Nyssen. de Vit.
Moyſis, poſt
med. Richard.
ibidem.

faturantur. Virginis eſt hoc myſterium, quia Panis firmamentum eſt, & firmamentum Virgo. *Voluit enim Dominus,* (addit Richardus) *quod ipſa eſſet firmamentum in terra inferius, ſicut ipſe eſt firmamentum ſuperius.* Ad alia modo. *Superextolletur ſuper libanum fructus eius.* Pſal. 71. *Ideſt Chriſtus, benedictus fructus ventris ſui.* Luc. c. 1. Ait ille. En firmamentum Virgineum in excellam arborem mutatum, vt quaſi firmamentum in Pane vitæ nos firmari, & ſtabiliri faciat, & vt arbor opima vitæ Fructum hominibus impendat. Sed quomodo? Audi Biblia Tigurina ſic legentia: *Fructus eius ab eo prognatus agitur, concutitur.* Studet quis ex arboris ſummitate fructum ſuauiſſimum deſcerpere, nec valet vincino: manu vtraque arborem concutit, agit; tunc fructus vt ſatiatur, cadit. Maria velut arbor protulit fructum vitæ Panem, inquam, vitæ Jeſum; ſed hic fructus erat ſolus altiſſimus, cuius ad altitudinem nullus pertingere poteſt: Neceſſe eſt ergo arborem agitari, concuti, vt ſic ad illum cadens in terram deſideratus perveniat fructus, & interim animæ quietetur appetitus. Firmamentum ſidereis ornatum ſpicis, literam indicat: (G) DANT SYDERA PANEM. Nec hoc inſolitum: Albumaſſario enim teſte, inter ſydeceas conſtellationes adeſt ſignum virginis, Virgo vtpote decora facie, pura, & mundiſſima, manu ſpicas ferens, Puerum vt comedat alliciens. *Talis eſt Virgo Mater immaculata Chriſti.* Inſerit Robertus. Quare, non inconſulto Maria prædicatur firmamentum, & velut celeſtis arbor vitæ emittens propium in Euchariftia ad alendos homines fructum. Sic velatus ſpeciebus videtur Deus deorum in Sion, vbi Maria habitat ex ſui adipe frumenti fideles ſatiatura.

192 Arbor Maria eſt ex qua proceſſit fructus Euchariftiæ ſalutaris: Qui Panis pinguis eſt præbens delicias Regibus. Id roboratur ex illo Levit. cap. 23. Quod præcepit Dominus Hebræis Paſcha celebraturis, vbi ex alijs hæc ad rem colligo: *Sumetis die primo fructus arboris pulcherrimæ, & latabimini coram Domino Deo veſtro.* (H) *Ligni plectilis fructu nobilem,* legunt plures. Sed mihi plus arridet opinio dicentium, quod erat *Citrus*, arbor hæc Pulcherrima, cuius rami, & folia amœniſſima, fructus autem inſtar tritici flaveſcentes. Quælibet ſit, Maria verè hæc arbor pulcherrima eſt, cuius fructus nimis propter nimiam Charitatem, qua ſe dedit in edulium; vnde

eſca vniverſorum in ea, docet Richardus. Arbor igitur Pulcherrima, Maria eſt tota Pulchra, cuius fructus in vtero virginali conceptus, Chriſtus eſt, & natus, & datus nobis. Ita ſentit Abbas Abſalon dicens: *Arbor noſtra fructifera, Virgo Maria ramos ſuos extendit in quibus fructum dulcem invenire poſſimus.* Sed age: Hic fructus arboris pulcherrimæ non ex ramis, ſed deſcerpitur ex cavitate cordis: ſic enim alij legunt: *Accipietis fructum cavitatis arboris pulcherrimæ.* A cavitate arboris fructus pendet? proſecto res mira: ſed audi. Æquatori proxima ad Polum Arcticum Tornatenſis Inſula iacet, in qua arbore decora, pulcherrimæque naſcitur è eius medulla nivea abunde exoritur farina, ad illius inſulæ incolæ nutriendos ſummè apta. En fructus pulcherrimæ arboris Virgineæ, quem ſumerè debemus, vt gratius lætemur coram Domino Deo noſtro. Advocatus aſſit iterato Richardus ſcribens: *Arbor pulcherrima, Virgo, in qua eſca vniverſorum, ideſt Angelorum, & hominum, quia per eam Angeli, & homines comedunt in menſa altaris Sacramentum filij ſui.* Arbor eviſcerata vberem farinæ copiam per ſciſſuram emittens, fert dictum: **SIC COR DAT FRUCTUS AMORIS.** Et verè ita, nam in hoc Sacramento totus Chriſtus amor eſt, Charitas eſt, ideo à Mariæ corde, ac Arboris pulcherrimæ meditulo (quod centrum amoris ponitur) expetendus eſt, amandus, diligendus: etenim *hunc cibum (I) plus manducat, qui amplius amat;* vt Anſelmus refert. Ad hæc faciunt ea, quæ de ſeipſa protulit virgo, dum dixit Eccl. cap. 24. *Quaſi vitis fructificavi ſuaſitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honeſtatis.* Quæ verba alij ſic transferunt: *Fructificavi gratiam, & fructus mei gloria, & divitiarum.* Hunc fructum vtrique benedictum, & omni benedictione repletum, animæ Palatui vtrumque dulciſſimum, Chriſtum eſſe ſub Eucharifticis ſpeciebus velatum, cenſent Apponius, Rupertus, & Bernardus. Fructus enim eſt gratiæ ſubſtantialis, quam nobis confert, conferendo ſeipſum verum Deum, & verum hominem. Fructus eſt gratiæ, quia eam miro modo augeat, vnde Sacramentum dicitur vivorum per ſe, & ex ſua inſtitutione; imò & primam per accidens cauſare poteſt. Fructus eſt gloriæ, & gloriæ mundum ſacrificium vocari reperio apud Tertulianum: iuxta cuius doctrinam, *Gloria terram noſtram inhabitat, ex quo Deus homo factus eſt, & homi-*

Levit. 23. Abſalon Abbas ſer. 3. de Aſſumpt. ord. 45. vide ſibi. Max. loc. cit. Cluſius li. 1. Exotic. c. 3. Richardus addu- cit.

Nota de arbo- re quadam in Inſula Torna- te, ſcitu digna

(G) Albumaſſa- ſar. lib. 6. Intro- ductor. de Con- ſtelat. Virg. & Rober. O. Kotus apud Novarin. Sac. Eleſt. Vm- br. Virg. lib. 4. Excur. 147. n. 338.

(H) Levit. c. 23 v. 40. Bibl. Samar. Chaldaic. Sept. Schol. Theo- dor. Bibl. Arab. & Syr. in Max. & Hay. in Conc. Richard. lib. 12 p. 6. c. 17. Lyr- ia ſua Gloſſa in

(I) D. Anſelm. Tract. de Sa- crament. Altar. Eccl. c. 24. v. 27. Sept. Bibl. Complut. in Bi- bl. Max. Haye in Conc. lit. ibi- dem. Apponius, & Rupert. in c. 2. Cant. v. 3. D. Ber. ſer. 48. Sub- til. Doct. in 4. d. 10. q. 1. & d. 9. q. vnic. d. 2. Con- cil. Trid. ſeſ. 13 c. 2. Muſtrius in Oper. Mor. diſp. 18. q. 4. d. 1. n. 49. Tertul. lib. 3. contr. Marc. c. 21. Alenſis in Gloſſ. ad c. 6. D. Ioann. c. 15. v. 1. Angli- lib. 17. cap. 176 D.

D. August. ser. de Assumpt. apud Ambr. Ca-
therin. Opusc. de Immaculata
Virg. §. loca ex
Aug. idem. D.
Bonav. in Psalt.
min. Alanus de
Insulis elucid.
in c. 5. Cantic.
Ioa. c. 19. v. 30.
Lyra in sua Au-
rea Gloss. ibid.
D. Bernardin.
Sen. ser. de Pass.
Dom. late. Alex.
Alensis in Ioan.
c. 19. v. 30. ibi.
6. 19. Marius
de Calass. tom.
4. Conc. Hebr.
Haye, tom. 18.
D. Hier. Beda,
Lauret. & alij.

minibus in cibum se exhibuit, & potum. Divitiarum fructus spiritualium nomine hic sacer cibus ab Alensi insignitur, in quo se, gratiæ, & sui divitias vberes effudit amoris. Hunc fructum Maria fructificat Quasi vitis. Vitis à vinciendo dicta est, quia sese mutua constringunt; nec faciliter nisi per vim separantur. Vitis Maria est, & vita nostra: Christus est vitæ panis, & vitæ vitis, Ioan. cap. 15. Nec illud solum; sicut à vite racemus pendet, sic vinum à Botro, vt quasi vim faciat, qui vtrumque à vitæ extrahat. Cordi inhaferat Mariæ hic vitæ fructus, qui & est Botrus Cypri, & vinum germinans Virgines. Vnde per quamdam vim amoris, à Mariana vite oportuit extrahi, à qua non ita faciliter potuerat separari. Namque (docente meo Parente Augustino) *Christus, & Beata Virgo unum quodammodo erant, unus spiritus, & una caro*. Vnico onusta racemo hanc vitis exprimit literam: **EADEM FIT VITA DUOBUS**. Docet, (cum anima magis sit vbi amat, quam vbi animat, ex Aug.) Mariam ibi cor suum vergere, animam, vitam, vbi continuo tendebat amor, in filium nempe cui charitatis indissolubili nexu vinciebatur, vt vitis racemo, ex suamet substantia producto. Quare à Div. Parente Bonaventura appellatur Virgo, *vitis ferens botrum, per quem pulsa mundi sitis*. Imò *Christus anima Maria est per dilectionem*, vt dat etiam Alanus de Insulis. Cedit ergo magnificus hic fructus viti, à (quia ex eius substantia productus) non potuit separari. Dicam alia. Thronus, & domicilium Christi Eucharistici Maria est, nec consecratus gratius aliud adsciscit sibi diversorium. Hoc denotat, quod de Iesu D. Ioannes scribit cap. 19. *Inclinato capite emisit Spiritum*. Sic vita moritur, vt innotescat *se mori ex obedientia Patris, & non involuntarie*. Docet Lyranus. Caput, antequam emittat spiritum, inclinat: vt videatur suos crucifixores quasi ad amplexus amicos invitare; cum propter nimiam charitatem semetipsum tradiderit. Inclinat etiam caput ante expirationem, vt nullus excusetur se nullam habuisse copiam absolventis, & benignè auscultantis, si (vt oportet) ante mortem poeniteat de delictis. Caput inclinat ad dexteram, vbi Maria stabat iuxta crucem; etenim ferè loquutionis impos, ob tellis amaritiem, & favos crucifigentium ictus, quasi innuebat nos ad suam debuisse recurrere matrem, vt per ipsam nacti essemus petitam peccatorum remissionem. Caput inclinat, quasi nos à terrenis ten-

tans abdicare, & cum sit secundus homo de Cælo cælestis, cælestes efficere. Caput inclinat, vt pateat quam gravia hominum forent delicta, vt etiam hominem Deum cogerent humiliari, qui appendit tribus digitis molem terræ. Caput inclinat, ne nullus (etsi gravi onere peccatorum pressus) homo diffidat, & de venia desperet; semper enim Iesum habet, vt illum supportet, & sublevet, inclinatum. Alia mihi sese offert pro re spiritualis ratio. Supra caput Iesu in oleæ tabella scriptus hic titulus legebatur: *Iesus Nazarenus Rex Iudeorum*. Ioann. cap. 19. Nazarenus autem, idem est ac *Consecratus*; estque de fide tunc Christum esse consecratum; & vt ostendat se cibum Eucharisticum, ad Mariam de iure pertinere, & in ea potissimum debere recondi, ad eam caput inclinat, *in cuius castis visceribus* (loquitur Bernardus) *igne Sancti Spiritus coctus est panis iste*. At pro casu audiatur iterum Carnotensis Arnoldus. *Filius ad matris vbera, & pectus respiciebat*. (K) Anima ab humanitate mox separanda; quod ex vi verborum sub speciebus consecratis ponitur, cum capite ad Mariam inclinat: vt totum illud corpus consecratum in possessionem transeat Mariæ, cum qua identitatem habet. Adsit id monstrans Theologorum Magister communis Augustinus: *Christus Dominus de carne Mariæ carnem accepit, in ipsa carne hic ambulavit, & ipsam carnem nobis hic manducandam ad salutem dedit*. Et D. Ambrosius; *hoc quod conficimus corpus, ex Virgine est*. Subdit etiam Augustinus: *Caro Iesu est caro Mariæ*. In ea quærendus est Panis Eucharisticus, ex ea confectus, ex eiusque purissimis sanguinibus à Divino Spiritu coagulatus, vt Cum PP. habet B. Amadeus. Spicam grano fecundam, ex fastigiato hastulæ caput versus terram demissum habentem, indicat hæc notula: **CUM FOENORE REDDET**. Proculdubio *Maria campus, in quo crevit frumenti illius pretiosum granum, quo pascantur Angeli, & fideles in Sacramento altaris*. Profert Doctus Agricola. Imò *spica pietatis est Christus, dat Antipater Bostrensis*: & quia sui corporis grano mundum erat vivificaturus, in campum se deiecit è cruce virgineum, cum fecnore vt inde daret hominibus fructum. Pandit hæc Carnotensis Arnoldus sic: *Ex duobus factum est unum, quod ultra scindi non potest. Ecce, Maria est tabernaculum Dei, habens intra se Sanctum Sanctorum, altare incensi, Manna, Pa-*

(K) D. Ber. Ser. 2. de Nat. Dom. Arnold. Carnotens. Tract. de 7 Verb. Dom. in cruce. D. Aug. apud Adrian. Mangotium in Monit. Marian Mon. 22. D. Ambr. de Init. Missæ, c. 9. ibi. Idem Aug. de Assumpt. Mar. lib. unic. c. 5. B. Amadeus Rapt 5. circa med. D. Damasc. Lyra D. Bernardin. Sen. Aug. Ser. 2. de Assumpt. Petr. Dam. Ser. 1. de Nativ. Dan. Agricola Coron. 10. sect. 10. Antipater Episcop. Bostrenf. orat. de Salut. Dei- paræ, in Princip. Arnold. Carnot. Tract. de Laud. Perpet. Virg.

Moraliter plu-
res causæ dan-
tur, cur Chris-
tus ante mor-
tem inclinavit
caput.

nem vite, & inconsumptibilem cibum.

193 Ad hoc Maria constituta est à Deo Regina super Syon montem sanctum eius: (L) Quia ut vidimus supra montem Syon Agnum stantem tamquam occisum à sola ipsa vocemur ad cenam magnam Dei, in qua ut *delicatisimum ferculum* caro Virginea manducantur: ideoque ipsa dicit, *qui edunt me, adhuc esurient.* Dat Agricola. Idem ex Biblijs mihi innotescit sacris. Cum enim dulcissimus Iesus in crucis Thalamo, victima Deo Patri grata occubisset exanimi cecutiens corpori unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exivit sanguis, & aqua. Ioan. c. 19. Fecit hoc ideo, ut certificaretur de morte eius, Glossat Lyrannus: etenim Christus vita erat, & Pannis vita & mors non poterat impingere nisi volentem. Sic dire Longinus hic in salutiferum latus lanceam contorsit; quod ipsum Christi cor lancee mucrone penetravit, unde manavit sanguis, & aqua: *Fons enim sanguinis est cor ipsum.* Ait Menochius. Sanguis autem hic à corde exiens sacramentum corporis, & sanguinis Christi significat, duce Augustino: Qui ideo aquæ sociatus exivit, ut videretur in sanguine rubor, & in aqua splendor, quibus per hastam decurrentibus ad milicis cæci oculos usque, per sanguinem vitam recuperaret animæ, per aquam splendorem innocentie, facta procul inveterata cecitate. Ideo autem (Pergit Theologorum Magister) Evangelista non usus est verbo vulneravit, seu percussit, sed aperuit: ut illic quodammodo vite ostium panderetur, unde Sacramenta Ecclesie manaverunt. Hunc autem vivificum, ac sacramentalem sanguinem vocat Chrysostomus *pretium ex paterno Thesauro*: siquidem pignus erat, quo viatores ditarentur ad vitam, quam sanguis ille Eucharisticus continebat. Sed cuius fuit, Christi, an Mariæ? Duplicem videtur sanguinem effudisse Christum: dum viveret, ex venis per totum corpus dissecit ferè; post mortem sanguinem fudit ex corde; *Et cum esset una Christi, & Mariæ voluntas*, (suffragante Carnotensi Arnolde) *unum holocaustum pariter offerebant Deo; hic in sanguine carnis, &c.* Ergo Eucharisticum Mariæ potissimè sacramentum est, quia ibi funditur primigenius sanguis; liquor virginæ cordis, quo pinguescunt animæ illum exhaurientes ab amoris Mariani fonte. Cor effigiatum complexis Christi, & Mariæ Iconibus, sanguinem copiose manans, hac inscriptione videtur. FONS EST, CUIUS EXTAT IMA-

GO. Maria, imago est bonitatis Dei, ideo plena representatio, & per omnia Christo similior omni alia creatura. Hæc autem materna propinquitas nil Mariæ profuisset, nisi foelicius Christum corde, quam carne gestasset, ut docet Augustinus. Christus autem effigatus in Maria videtur, cui similis in omnibus, ut homo erat; quod testatur Alanus. Ideo Mariæ gratias agere debemus: (scribit Damianus) *Illud siquidem corpus Christi, quod Virgo genuit: in gremio fovit, fascijs cinxit, materna cura nutrit, illud nunc de sacro altari percipimus.* Idem vaticinio testatum protulit Isaias, dum hæc verba cap. 45. Habet: *Rorate Cœli desuper aperiatur terra, & germinet Salvatorem.* Dei pingit ad homines descensum in assumpta humanitate, ex immaculatis sanguinibus Mariæ. Ita præter marginales, censent omnes. *Aperiatur terra, & fructificetur salus.* Legitur apud plures. Hæc terra, quæ fructum protulit benedictum, *Maria est, quæ nobis peperit Christum, qui se dicit granum frumenti, iuxta Richardum.* Quod & prædixerat Damascenus ita Mariæ alloquens: *Terra es benedicta, ex qua deitatis flamma, manna cœlestis dulcissimum, cœlestis panis vita, fructus absque cultu corporaliter pullulavit.* Terra hæc ut Iesu salutis fructu fecundaretur, aperta est per consensum oris, & cordis, non per corruptionem integritatis. Germinavit igitur nobis fructum æternæ salutis, qui *salvum fecit populum suum à peccatis eorum* Math. c. 1. Ad rem facit, quod refert Pictaviensis de mirabili quodam fructu alium vero fructum continente, & in quadam Novi orbis insula enato. Ille grandiusculi instar Peponis est, visu pulcher, Ambrosiam ut comeditur referens dulcissimam. Statim autem ut secatur ad comedendum in frustra, è medio profilit niveum Arminij instar animaculum, ex fructus substantia genitum, & ab incolis una cum fructu Parente manducatur, in vnumque edulium coalescunt. Ad hæc (in Mariam facile relata) Ambrosius, & Bernardus: *Iesus, qui est fructus ventris, (M) est flos radicis.* Verè benedictus fructus ventris, in quo benedictæ sunt omnes gentes, de cuius plenitudine accepit Maria cum ceteris, et si differentius à ceteris. Aperto cortice Pepo, in quo inclusa cernitur Iesu imago, hoc Exámetro pingitur: NON ALIBI MELIUS FRUITUR SINE SEMINE FRUCTUS. Una cum matris sanguine agnus Dei in Eucharistia & continetur, & sumitur, ut cum Augustino prædixi, Ambrosio,

Isai. c. 45. v. 8.
Lyr. Rupert.
D. Bernardin.
Adamus Delphus,
Titelm.
a Lap. Alensis.
Rich. ad Laur.
lib. 8. Tit. 1. D.
Ioan. Damascen. ser. de Assumpt. Virgin.

Virginalis terra fructu germinat gritiæ, quæ sumimus in Eucharistia.

(M) Berch. in diction. D. Ambrosii lib. 2. in Luc. D. Ber. Hom. 3. super Missus est apud B. Angel. del Pas, ad c. 1. Luc. Comment. cap. 39. Philipp. Abb. lib. 1. in Cant. D. Bern. ser. 2.

(L) Psal. 2. v. 6
Apoc. c. 14. v. 1
c. 19. v. 9. &
17. Gloss. ibi.
Ioan. c. 19. v.
33. Lyr. in sua
Aurea Gl. f. Me
noch. in Ioan.
19. Guiliel. Es
tius. D. August.
Tract. de 4. Fer.
c. 4. Mag. Hist.
Schol. ad c. 19.
Ioan. c. 179. D.
Isidor. Petr. de
Natal. Bapt.
Mantuan. Na
zianzen. & Plu
res. B. Brigitt. l.
7. c. 15. & l. 2. c.
21. D. Cyprian
de dupl. Mariæ
Gabriel Tract.
de Passione. D.
Chrysostom. in
Psal. 14. Tertul
lib. de Baptisim.
c. 16. Cyprian.
de Pass. Arnold.
Carnot. Tract.
de Laud. Perpet
Virg. Mariæ.
Sap. c. 7. v. 26.
Alensis ibi. D.
Aug. tom. 6. l. b.
de Sanct. Virgi
nit. c. 3. Alanus
de Insulis ad c.
8. Cant. D. Pe
tr. Dam.

ferm. 2. de Adv.
D. Aug. ser. 18.
de Temp.

Maria, ut fruc-
tum coelestē
producit, non
bis fructū Eu-
charistiæ.

brofio, & alijs. Ideo à Bernardo Maria vocatur *Planta coelestis, quæ protulit panem de Cælo verum*. A Philippo Abbate, *Virga Aaron absque fomentis naturalibus fructificans*; nam Christus ex Maria procedens homo sine virili semine largitus est nobis per Mariam, suam deitatem. Ab Augustino, virga frugifera supra naturam. Vnde, non melius alibi fruitur sine semine fructus. Quidni? A Mariæ nutu nos posse hoc fructu frui procedit: In manu enim eius vel coelestem fidelibus occludere panem, aut porrigere. *Quasi libanus non incisus vaporavi habitationem meam*. Eccl. cap. 24. De seipsa profert Maria. Non montis, sed arboris nomen ibi *Libanus* est; nec refert in casu, pronunciari masculina, nam Spiritus Sanctus solummodo ad sensum spiritualement attendebat. Evaporavit ergo Maria habitationem suam, ut *Libanus*: Quæ arbor est, nimis odoriferum dispungens liquorem, quo tota montis habitatio suffumatur, nec semel tantum guttam in anno, sed multiplicem. (N) Hæc arbor pretiosioris est intensi, quod si igne tangatur, *vaporem suum sursum emittendo, manifestat habitationem suam*. Sic Beata Virgo (explicat Richardus) *vaporavit habitationem suam, idest Christum, qui fuit habitatio Virginis*. Vnde ex odore Mariæ, una cum Maria eius habitatio manifestatur; *Christus nempe oblatus Patri fervore passionis*. Pergit ille. Hic Thuris vapor Christi non solum tabernaculum implet, sed Christum realiter existentem custodit, munit, & regit. Christus enim Panis vite est, quem præsignabant panes propositionis positi super mensam; quibus superponebatur *Phiala aurea plena Thure*, iuxta Magistrum, & alios. Maria ergo Thus est, quæ Pane Eucharistico ab vna extracto, etiam ipsa ut Thus odoriferum adoleatur Domino: dum tamen panis in altari manet, ipsum tegit, custodit ipsum, quem vaporat ut habitationem suam. Thus panem cooperiens, & positum supra auream patenam, fragrans, & odorem spirans, hanc inscriptionem monstrat: **PANEM CONSERVAT ODORE**. Et quid mirum, panem hunc servasse Mariam, quæ Cœli panem vtero portavit, virgineo lacte fovit; imò sua est caro qua nos alit: *etenim Virgo* (loquitur Daniel Agricola) *etiam est panis omne delectamentum in se habens, & omnis saporis suavitatem*. Ut Pani Eucharistico Maria intimè communicans, nos reficit. Ut Thus odoriferum, odore virtutum vaporat, & custodit. Ad ipsam igitur ac-

cedere oportet, qui comedere pro votis habet, sub sua enim custodia est; sicque ipsa invitat dicens Cant. 5. *Comedite amici, & bibite: Panem, qui de Cælo descendit, & bibite aquam vivam, quæ coelestem Paradisum irrigat*. Exponit Alanus de Insulis.

194 Nec incongruè dicam, hunc divinum Eucharistiæ Panem, in solius Mariæ armario reconditum, ab ipsa, & per ipsam solummodo esse expetendum, nobisque esse communicandum. Deducitur ex Psalmo 36. de Maria mysticè sic alloquente: *Fundamenta eius in montibus sanctis: Ipse fundavit eam altissimus*. De civitate Ierusalem litera loquitur, sed de Maria explicatur: *Quam inhabitavit modo specialissimo Deus, vnde ibi magnus Dominus, & laudabilis nimis*. Civitas hæc Mariana commendatur à multis, sed maxime à fundamentis. Afferit Richardus. *Vel fundamenta sunt omnes Sancti, ex quibus Maria, & ex qua Christus*. (O) Ideo habent alij; *In montibus immaculatis fundamenta eius*. Si autem fundavit eam altissimus in montibus immaculatis, quis eam audeat deturpare, quasi maculatam in fundamento, & radice? Fundatur in Sanctitate Maria, vnde nil inquinatum intravit in ea, turpitudinis nil: etenim si fundamenta iecit altissimus, eius manus quasi primo impingeretur macula, dum maculam pro fundamento permitteret in Maria. Inde ut tanta foeditas excludatur, fundamenta eius sunt *in montibus sanctis: Idest, in monte Sion*. Docet noster Lyranus. In monte Christus discipulis ad manducandum se dedit panem de Cælo verum, & ibi ipse fundamenta posuit civitatis Marianæ, ibi *fundavit eam altissimus*, sive *apperuit*; ex alijs. Sed cur non portarum aut Moenium, sed solius mentionem facit fundamenti? Disponitur, & apparatus Maria à Deo, ut civitas à solo Deo habitanda; vnde primo curat de fundamentis. Olim enim urbem ædificaturi in fundamentum iaciebant fruges, civitatis futuram superstitiose pinguedinem augurantes. In Maria aliter; nam cum Ecclesiæ fundamentum sit Panis Eucharisticus, immaculatus, sanctissimus, in Virgineæ civitatis iacitur fundamento, in Monte Sion Eucharistico, ut sic portans Maria de longe, idest de fundamentis panem suum, eius abundantia totum adimpleat orbem, dum ipsa radicator supra fundamentum sapiens gloriam, gratiam, & sanctitatem. Civitas, cuius ex fundamentis spicæ prodeunt pinguisimæ, ornatur hac litera: **HIS, MOE-**

(O) Psal. 8. v. 2
& 5. Lyra, Ti-
telman. Alenfi,
D. Aug. Cassio
Genebr. Iacob
de Val. & plures
Richardus de
Laud. Maria
lib. 11. Tit. D.
Theodoret. Eu-
thim. Effius Me-
noch. Tirinus, in
Bibl. Max. No-
var. Sac. Elect.
Agn. Euch. lib.
5. c. 52. Exc. n.
550. Anony-
mus apud eun-
dem ibi. Richar-
dus loc. cit. lata.

Olim, civita-
tes ædificaturi
in fundamen-
tis triticeas
spargebant fru-
ges. Sic Maria
civitas est in
Pane Eucharis-
tico fundata,
& vnde robo-
ratur Ecclesia.

Mariæ sub Cu-
stodia Panis
Eucharistici
asservatur odo-
rem gratiarū
omnium emit-
tens.

NIA SURGENT. Maria in cordis intimo Deo continet, etiam Eucharisticum, de eius substantia hominem factum, à qua Panis vitæ surgit in Ecclesiæ munimen, quatenus etiam Maria murus est cum eo, suis in visceribus iacto, unde surgunt moenia, & omnis armatura fortium. *Hæc enim civitas est fundata* (inquit Richardus) *supra Christum: Quia fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.* Id ipsum innotescit ex his, quæ Sponsus de Sponsa habet Cant. cap. 7. *Nasus tuus sicut Turris libani, quæ respicit contra Damascum.* Vbi alios legentes reperio; *Facies tua sicut Turris libani speculans faciem Damasci.* (P) Regia Syriorum Damascus erat: Turris autem libani à Salomone tanta est ædificata celitudine, ut inde domus Damasci numerari possent; unde loco speculæ erat. Versio autem Chaldaica, per turrin libani, montem Sion intelligit: *Cumque Maria turris sit fortissima, contra omnes hostiles impetus invictissima, habens omnium virtutum admiranda præsidia;* ut scribit Alanus Varenfis, cum monte Sion reciprocatur; eam videre ne sit, quin videatur locus, in quo primo instituitur panis hic Eucharisticus. Facie ad faciem respiciunt se Turris, & Damascus. Cur ita? Damascus Eucharisticum significat Agnum; interpretatur enim sanguinis poculum, præfigurans Eucharisticum. Hunc ergo sanguinem Maria ut turris continuo specularatur, nec ab eo faciem avertit, quasi à sui cordis fonte vberissimo emanantem. Hic ergo sanguis manat à fonte turris libani, à Maria in Sion representata, quasi numquam separabilis ab ea, ad quam etiam faciem convertit, nec fugit: *Totus enim erat in illa, & illa in filio.* Dat Alanus Varenfis. Addens: *Maria in Christo est arca deifera.* Numquam sine Deo Maria, mutuo enim se respiciunt ambo ad nobis propitiandum, illa intercedendo, ille ignoscendo. Subdam, moris quondam fuisse Sacram Eucharistiam turribus margaritifera, & argenteis adservari: Quod melius observandum de turri hac libani, seu de Sion virgineo, in quo velut in proprio tabernaculo habitat Dominus, & fideles inhabitare facit *unius moris in domo.* Oculata Turris calice coram ipsa pendulo, hanc epigraphen recipit. OCULOS MIHI FASCINAT AGNUS. Eucharisticus utpote, qui oculos Mariæ rapit, affectum, Charitatem, amorem; idcirco dicitur eius oculos avolare fecisse, seu extra se volare, in filium nempe, in

sanguinis poculum; Filius autem nobis in cibum datus, avolat pariter affectu ad matrem, æquum ambo conficientes amorem. Id insinuat D. Anselmus ita: *Ineffabilis affectus amoris considerari quit inter talem tantæ matris filium, & hanc talem tanti filij matrem.* Sic complectuntur amoris philtro Turris libani, & Damascus, Maria, & Deus Eucharisticus. Sic in Maria augetur huius panis vbertas; siquidem in Domini matre, maiora conspiciuntur, & pro modo soli, quæ minora sunt, & sata fruges vbertatem, & ampliores proventus suscipiunt. Promittit Alanus Varenfis. Numquam Turris hæc Virginea orbatu vberioris panis alimonia, semper abundat, quia semper gratijs Plena; imò, quod plus est, gratia substantiali, Christo Eucharistico nempe. Ipsa testatur dicens: *Respexi humilitatem ancille.* Luc. cap. 1. *Sacrarium omnium virtutum, virgo est iuxta Anselmum.* Imò, earum omnium Triclinium. Cur ergo potius Mariæ humilitatem, quam alias eius virtutes respexit Deus? *Quia licet ex omnibus virtutibus fuerit disposita* (explicat Princeps Interpretum Lyranus) *ad Conceptionem filij Dei, specialiter tamen hoc fuit ex humilitate. Vim rebus aliquando ipsa verborum humilitas affert;* dat Quintilianus. Imò bonus est fundus, ait Bernardus: per quem sibi æterni Patris Thesaurum arripuit, vi quadam amoris ad terras trahens divitias ærarij inexauribilis. Hanc ergo Mariæ virtutem, potius quam aliam è Coelis intuitus est, ut in eius virgineo Angelorum Panis includeretur alvo. *Siquidem humilitas Mariæ* (verba B. Angeli del Pas adduco) *Numisma est, quo tributum illi dependimus omnes, seu potius imago Numismaticis, quæ tributum Cæsareis à vespigali Dei distinguit.* Scio olim (Rabbi Gerund. docente) in numismate argenteo scultam ex vna parte urnam Mannæ, ex altera Aaronis Virgam. Hæc potentia, & dominij Typus, Eucharistiæ illa: ideoque in moneta cudentur, ut innotescat omne nostræ redemptionis pretium in illa contineri. Mariæ humilitas numisma est, ex hac divinam parte potentiam monstrans; quapropter Maria dixit, *fecit potentiam in Brachio suo.* Ex alia urna Mannæ Eucharistici pender: *In Maria enim crevit* (adest loquens Agricola) *frumenti illius pretiosum granum, quo pascuntur Angeli, & fideles in Sacramento altaris.* Adire igitur oportet Mariam Dei Thesaurariam humiles nos, ut inde eius æmulantes humilitatem, denarium, quo addiscamus nobis pignus æternæ

(P) Cant. c. 7. v. 4. Alij in Bibl. Maxim. Sept. apud Cornel. à Lap. Leff. Chaldaici. ibi. Alanus Varenfis, de Laud. Mariæ, Serm. 3. Rupert Abb. in Cant. D. Ber. Ser. 4. super Salve Regina. Alanus Varenfis, de Laud. Mariæ, Serm. 3. D. Greg. Turonensis, de Gloria Martyr. c. 86. Fortunatus Pictaviensis, l. 3. Carm. 35. D. Ansel. de Amor. Virg. ad Fil. c. 4. Marius de Calass. tom. 4. Conc. Hebr. Hæc tom. 18. Bibl. Max. Alanus Varenfis, de Laud. Mariæ, ser. 1.

Maria, Turris est libani, in qua semper est reconditum Eucharistiæ Sacramentum.

(Q) Luc. c. 1. v. 48. D. Ansel. cap. 12. orat. 3. Egid. Rom. super salut. Angelic. Lyra in sua Gloss. ibi. D. Bon. in Spec. Virg. c. 8. Quintilian. l. 8. D. Ber. de Confid. l. 2. B. Angeli del Pas. ad c. 1. Luc. v. 48. c. 45. Lyra in Gloss. ad cap. 17 Nū. v. 10. Rabb Gerund. in Calce Comment. in legem, apud Novarin. l. 7. Scediasmat. c. 7. n. 29. Eflus in Epist. ad Heb. c. 9. v. 4. Danie Agricola. Cor. 10 Stell. 10. Adamus Delphius de Deipar. Hom. 1. D. Petr. Chrysost. ser. 42. Cant. c. 2. v. 16. Menoch. Trin. ibi. S. P. Francisc. in Opusc. Bibl. Max. Pluresque versiones ibi. D. Laur. Instin. de Cast. Conub. verb. & Anim. c. 25. Guerric. Abb

Abb. ser. 2. de *Assump. D. Ber*
 ser. 29. & 71.
 D. Aug. serm.
 150. de Temp.
 Daniel Agric.
 Cor. 7. stell. 10.
 Anglic. l. 27. c.
 91. cum D. Isi-
 dor. D. Greg. in
 1. Reg. c. 7. D.
 Clemens Alex.
 1. Padag. c. 6.
 D. Ambr. in
 Psal. 118. ser.
 14. v. 1. Vide
 Nov. l. 5. Sac.
 Elect. de Agno
 Euchar. c. 49.
 Exc. 18. n. 459
 Marcus Viquer.
 in Decachordo,
 Chord. 6. B.
 Amad. Rapt.
 8. circa med.

eternæ gloriæ, Sacramentum videlicet
 Eucharistiæ, nanciscamur. Adapertum
 conchyle gemmam continens pretiosissi-
 mam, lemmate insignitur: IMIS PRE-
 TIOSA RECONDO. Et certè ita:
 Nam *via ad summa est humilitas*, ait
 noster Adamus Delphius. Sic Maria, *quæ*
vocatur ab Angelo Domina, ipsa se co-
gnoscit, & confitetur ancillam, admirans
 scribit Chrylogus. Conchyle velut
 pretiosiora recludens in imò humilitatis
 sinu se abscondit; unde à Deo, summo in
 pretio habita est. Verum enim vero non
 alibi inveniendus Christus Eucharisticus
 est, quam in Maria, per ipsam, aut ipsius
 in aliquo. Hoc ex ipsius testimonio ad-
 disco. Nam de sponsi amore differens,
 hæc habet Cant. cap. 2. *Dilectus meus*
mibi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.
 Id est, ipse meus est, & ego illius, vnicus
 sponsus, vnice dilectus. *Mibi est omnia,*
Pastor, Pater, Sponsus; explicasse vide-
 tur S. P. N. Franciscus. Aliæ literæ sic
 in textu sonant: *Ego sum illius, qui pas-*
cit. Suo scilicet corpore, & sanguine in
 Eucharistia, vt habent D. Laur. Justinian.
 & Guarricus, cum D. Bernardo, & alijs.
Pascit oves in lilijs. Legit Rabbi Salo-
 mon. Oves nos esse D. Parens Augusti-
 nus optabat ad altaris Sacramentum ac-
 cessuros, vt sic Christus nos suo corpo-
 re, & sanguine pascit; & *Pascit Maria*
suos conuiuas cibo fructuoso, qui est Chri-
stus, quem sumimus in Sacramento. Pro-
 fert Agricola sapientissimus. Sed quare in
 lilijs notanter, non in alijs campi floribus
 oves pascuntur? Num, quia lilium dici-
 tur quasi lacteum, quia *lactei floris her-*
ba, Christum repræsentans in Eucharistia,
 vt disco ex Greg. & Clem. Alexandrino.
 Forte sic. Sed ad alia me conféro. Chris-
 tus Eucharisticus non inter alios (quam
 inter lilia) flores, suos pascit fideles, quo-
 rum *bona Pasqua, diuina sunt Sacramen-*
ta, testante Ambrosio. In lilijs enim suos
 nocte canæ discipulos pavit: Siquidem
 Mappa, qua vñs est tum Christus, acu-
 picta, lilijs intexta, ac Mariæ manibus
 elaborata fuit, vt Pij plerique tradunt; ac
 vsque hodie religiosissimo cultu Vlyssi
 ponæ asservatur. Inter hæc lilia suum
 Christus panem recumbens apposuit:
 Unde tunc verè in lilijs pascabatur, &
 pavit; innuens dulcius inter Mariæ flores
 suum requiescere corpus, vt alij aleren-
 tur ex ipso. Non aderat Maria in Cœna-
 culo, in quo Christus se manducandum
 obtulit discipulis; benè tamen cum alijs
 sanctis mulieribus in eadem domo: cum-
 que Jesu erga matrem amor non pate-

retur manus Mariæ aliquid non parare
 pro Sacramento Eucharistiæ, *manibus*
 (ait) *data lilia plenis*, nam Sponsus Ma-
 tris, & animarum sum, qui pascor, & pas-
 cor in lilijs: unde hic reciprocos amoris
 respectus Christum in Maria, Mariam in
 Christo dulciter vinciebat. Enimvero
numquam Maria in habitaculo suo sine
hoc sacramento manebat; vt è cœlo dicta-
 tum fuit Amadeo nostro. Agnus inter
 Areolæ lilia delicias, signatur dicto:
 PASCITUR, ET PASCIT. Christus,
Agnus Dei est, Ioan. c. 1. *Immolandus*
vt Hostia acceptissima; inquit Lyranus.
 In Mappa lilijs depicta, & à Virgine elab-
 orata pascit homines, & ab hominibus
 Agnus Eucharisticus pascitur, (R) sed
 numquam à Maria, & Mariæ lilijs disce-
 dit. Iterata ad Epithalamia recurramus,
 sponsi vocem modo auscultaturi, sic elo-
 quentis. *Columba mea in foraminibus*
Petræ. Cant. c. 2. Petra hæc, Christus est,
 vt veritatis tuba D. Paulus cecinit, fora-
 mina eius vulnera sunt manum, & pe-
 dum; caverna autem imaceriæ, lateris
 vulnus, ibique columba nidificat, pullos
 enutritura. Ideo alij ponunt, in *scissuris*
Petræ, in tegumento. Dum enim ibi mi-
 tis nidificans columba sanguinem sacrum
 consecratumque fugit, ab omni externo,
 internoque insultu protecta manet, solo
 victitans victrix prædilecti sponsi cruore.
Mariam Columba refert, quæ inter omnes
fuit dignissima, inter omnes vnica, inter
omnes benedicta; vt perhibet Alanus de
 Insulis. Columba fuit virgo, linita ros-
 tro, non melleo liquore, (vt moris est in
 Syria ad profugas, agrestesque trahen-
 dum) sed Filij pretioso sanguine: *Ad*
hæc etenim diuina mysteria (Tradit Ano-
 nymus apud Metaphrasten) *quotidie ac-*
cedebat, & filij corpus, quod prius in vte-
ro gestauerat, visceribus inferebat. Nec
 miror, cum à priscis in vsu temporibus
 fuerit, intra aurex columbæ pectus Eu-
 charistiam asservari. Hæc autem avis su-
 per acervum insidens frumenti, grana sæ-
 per eligit meliora; ad sui mitissimi pecto-
 ris ergastulum translatura. Vide ergo: Co-
 lombæ Matri, vt sanguine fruatur Eucha-
 ristico, Christus sanguineam offert lateris
 aperturam: Maria pectus, in quo suam, &
 filij reponat substantiam; sicque mutus
 intercedit respectus amoris, quo insepara-
 bile reddatur a Christo Eucharistico Mariæ
 pectus; & Mariæ pro nidulo pectoris spō-
 si deserviat vulnus. Iterum ad hoc advo-
 co Augustinum dicentem: *Materna pro-*
pinqvitas nil Mariæ profuisset, nisi feli-
eius Christum corde, quam carne gestasset.

Mappa, supra
 quam Chris-
 tus: consecra-
 vit, Mariæ ma-
 nibus elabo-
 rata, lilijs de-
 picta, & Vlyf-
 sipone Serva-
 ta est.

(R) Lyr. in Glo-
 sa ad c. 16 Isai.
 v. 1. ad cap. 1.
 Ioann. v. 29.
 Cant. c. 2. v. 14.
 Glos. Aug. Hier
 Nijen. & alio-
 rum. Vide A. Es-
 ibi, & Tirin. D.
 Paul. 1. ad Cor.
 10. v. 4. Alan.
 de Insulis ad
 c. 6. Cant. An-
 glic. l. 12. c. 6.
 D. Aug. l. de
 Virg. c. 15. Ga-
 lat. l. 7. de Ar-
 can. Cath. veris
 c. 1. & c. 3. ac
 11. Richard. &
 Plures, Isai. c.
 16. v. 1.

Maria nidi-
cat in latere
Christi: Chris-
tus habitat in
pectore Ma-
rie.

Cor Mariæ, & Jesu imaginibus pictum
cernitur, ferens epigraphen: IN VNA
SEDE MORANTUR. Ex dictis Sym-
bolum explicatur satis, & ex dicendis. Hic
tamen filio, Montem Sion advocans cum
propheta sic Deo alloquens: *Emitte ag-
num domine dominatorem terre, de pe-
tra deserti, ad montem filia Sion.* Isai. c.
16. Petra Maria est, ad Sion translata:
Petra Christus: ut his *latetur mons Sion,
& exultent filia Judæ.* Idest *animæ con-
fidentes*, tam cœleste pabulum per Ma-
riam dispensatricem susceptræ.

195 Ad *Selmon* festinanter adeamus,
qui imminens est Sichem, versus Jorda-
nem ad orientalem plagam, & pertine-
bat ad Tribum Ephraim, eratque pas-
cuis, & densis arboribus ferax, cuius inter-
pretatio est *umbra muneris*: (S) Mariam
hic mons clarè obumbrat, à virtute altis-
simi præ omnibus obumbratam, cuiusque
umbra Ecclesiæ proficua, dæmonibus læ-
thalis; grata Deo, exosa Abyssino. Tria
in umbra considerati sunt; nam Prote-
git, recreat, salvat. In Mariæ umbracu-
lo omnia hæc experimur; etenim ut *Sel-
mon* umbrosus devotos protegit, Justos
recreat, miseros salvat. Regina omnium
Maria est, & *Magnum Regina nomen
obumbrat.* Virgil. 11. *Æneid.* Vnde Pro-
tectionis argumentum etiam in ipso li-
mine pronuntiationis experimur. Sigilla-
tim enumerans D. Lucas verbi Incarna-
tionem, docet Civitatem fuisse Nazareth,
Angelum missum, Gabrielem; Mariæ
Sponsam, Ioseph: & statim subdit, & *no-
men Virginis Maria.* Luc. c. 1. Non sic
eam nominat Angelus, cum primo salu-
tat, nominat cum turbatur. *Turbata est
in sermone eius: & ait Angelus ei, ne ti-
meas Maria.* Sed cur turbatur cœli fere-
nitas, mundi securitas, animarum tran-
quillitas? Quia suspectas habet insidias
omne in solitum; eratque tunc anceps
Virgo, an lucis, an tenebrarum Angelus
esset. Hoc peperiturbationis causam,
quam statim Angelus sic dicens delusit:
Ne timeas Maria. Turbatur Virgo (et si
animi paccatissimi) ob rem stupendam,
insolitam, & ultra naturæ cursum inspera-
tam, ut docet B. Angelus del Pas: Ideo
arrepto nomine Mariæ,urbationem co-
natur Gabriel propulsare: Quia Maria,
Domina interpretatur; Ideoque vocat
Angelus Dominam, ut Dominatoris Ge-
nitricem trepidatio deferat servitutis.
Profert D. Andreas Cretensis, & Chry-
sologus. Ab umbra Mariæ, à solo eius no-
mine eam obumbrante, procul facta est
turbatio: Protegit enim vel solo nomi-

ne expresso Mariæ, eliminans quosvis ti-
mores à corde. Scutum pingitur magnam
ex alto faciens umbram, litera M in-
signitum, cum lemmate MAGNI EST
HÆC NOMINIS VMBRA. Umbram
umbra refert, nam litera M, sonum ha-
bet fortem in principio, quam suis in
clypeis Messenij depingebant; nosque
Catholici proprium Virginis characterem
dicimus, & depingimus; unde loco va-
lidissimæ habetur tutelæ. In umbrante
scuto depingitur Maria, quia scutum
Profectio est, & corona: est & protectio,
scutum, ac corona nostra Maria, nos
contra tribulantes protegens. Vnde cla-
mans sic loquitur Absalon Abbas: *Fes-
tinet ad umbram protectionis eius, qui
longe est.* Nam Maria oculo *misericor-
diæ respiciens peccatorem, intuitu suo
dissipat omne malum.* Subministrat Agri-
cola. Maria est *Selmon* excelsus homines
protegens quia mille clypei cum pen-
deant ex ea, omnis armatura fortium;
sonitum fortem habet quo terat tribu-
lantes nos, & sub sua protegat umbram.
Idipsum nobis aperuit vates Regius Psal.
19. dicens: *Protegit te nomen Dei Ja-
cob:* (T) *Mittat tibi auxilium de Sancto.
Roboret te, mittat tibi auxiliantem.* Hæ-
bent alij. Nomen autem Dei Jacob est
virtus nominis Dei invocata, ut rectè
explicat Lyra. Sublevantem nos è peri-
culis eadem verba adnotant, à verbo Sa-
gau, quod est sublevare, & exaltare: Inde
Deus sæpe nominatur *Excelsus*, non so-
lum in se, sed etiam quia erigit, ac in tu-
to locat alios. Quod autem aliud tegit,
umbram adhibens protectionis, eo altius
est. Sed quod Dei nomen pro protectio-
nis umbra adhibetur? *Nomen ineffabile,
quod in lamina aurea exaratum olim Sa-
cerdos in fronte gestabat in pulchritudi-
nem, umbraculum, & protectionem.* Do-
cet cum Hieronymo Novarinus. Hoc no-
men Dei Jacob protegit, umbramque in tri-
bulatione præstat, *tanquam sui auxilij
scuto.* Inquit Agellius. Age nunc: Nomen
hoc Maria, Sanctissimum in se continet
nomen *Jehovah*, & Jesu, & ad eundem
numerus 999. ascendunt, ut tradit ex
Hebræis noster Galatinus. Dum igitur
tribulatione pressus umbram querit ho-
mo, & solatium, ad nomen Dei *Jehovah*,
seu Jesus accurrat, in quo quia continetur
Maria, infructabilis est securitatis umbra.
Radians scutum, in quo nomen Mariæ in-
decisum hac epigrapha decoratur: TU-
T E L A, DECUSQUE. Maria (teste
Alano de Insulis) *Spes miseris est, & tu-
tela Beatis.* Quanto igitur aptius eam
colen-

Mariæ nomē,
tutela nostra
est, est & scu-
tum umbram
cum protec-
tione com-
plectens.

(S) Anglie. lib.
14. c. 38. Iudic.
c. 9. v. 47. Ma-
rie de Galass.
1. 4. Haye 1. 18.
Laur. & alij
Pictav. in Di-
rect. Virgil. Lib.
11. *Æneid.* Luc.
c. 1. v. 1. usque
ad 30. D. Ber.
Hom. 3. super
Missus est. D.
Andreas Cret.
ser. de Annunt.
B. Angelus del
Pas in c. 1. Luc.
lib. 2. c. 27. D.
Petr. Chrys. ser.
142. Iamuel in
Catholic. lit. M
Teatr. Vir. Hu-
man. tom. 5. ex
Pier. Val. Hie-
roglyphic. l. 45.
c. 50. Absal. Ab-
bas de Natic.
Virg. ser. vnic.
ord. 47. Daniel
Agric. Cor. 7.
stella 2.

(T) Psal. 190.
2. D. Hier. Bi-
bl. Arab. & alij
in Max. Lyra
in sua Glos. libi.
Lorin. Titelm.
Iacobus à Val.
in Psal. Novar.
1. 4. Sac. umbr.
Virg. c. 31 Exc.
130. n. 1164.
Ioseph. apud
Tirin. in Exod.
c. 28. Petrus
Galatin. de Ar-
canis Cath. ver.
1. 7. c. 2. Georg.
Venet. de Har-
mon. mūd. Cāt.
1. 1. 5. c. 7. Ala-
nus de Insulis in
Anteclaud. v.
33.

Gen. c. 6. v. 13.
Lyra in Gloss.
ibi, ad v. 5. Ha-
ye in Conc. lit.
v. 13. Ambros.
Sen. ser. 2. apud
Novar. Petr.
Galatin. lib. 7.
de Arcan. c. 2.
D. Germ. Hom.
de Zona Deipa-
ra.

Per Mariam
mundus subfi-
sit; & nisi
eius sustenta-
retur protec-
tione, periret.

colentibus, eiusque indigentibus ope, tu-
tela erit? Proculdubio maxima. Cumque
luna Maria sit, noctem nostram infringit
tribulationis, pellit tenebras amaritudi-
nis, mœlitas animi propulsat, *Quia
Luna decor est noctis*. Vide, quam inex-
pugnabile est nostræ scutum protectionis
Marianæ: cuius si umbra mundus haud
protegeretur, sine dubio periret. Cum
cœpissent homines multiplicari super ter-
ram, non ex passione solum, sed ex certa
malitia inolevit peccatum, & abominatus
est Deus creationem filiorum Adæ, ut ex
Bibl. Arab. legitur. Deus ergo dixit ad
Noe: *Repleta est terra iniquitate, & ego
disperdam eos cum terra*. Gen. c. 6. Non
solum hominem, quem de limo forma-
verat, sed etiam terram pendere decerne-
bat. Ex quo Adamus peccavit, iam mun-
di Deus minaverat ruinam, quam modo,
secundo minatur, & licet non quoad
Noe, exequitur. Quis manum Dei utro-
bique detinet? Quis interdicat vindictam,
si peccante Adamo nullus superest in
terris advocatus, & repleta terra iniqui-
tate proficitur silentium Noe iustus? Am-
brosius Senensis, & Galatinus nostri re-
spondent, Adamum in nihilum abire post
culpam, nisi Deus ad Mariam respiceret
in eo, ut in causa contentam: *Mundus
etiam ipse ob pravas nostras actiones*
(Addit Galatinus) *nullo pacto consistere
posset, nisi ipsa piissima Virgo pro nobis
orando eum sustineret*. Quod nunc facit;
etiam & Noe tempore prævisa fecit, cuius
ope etiam liber exitit à naufragio, ut
scribit ille. Mundum Virgo ne pereat,
obumbrat, in *Selmon* typice figurata, qui
umbra dicitur, quatenus per Mariam ab
hostium incurfibus liberamur. Mundus
supra se imminens, obumbransque Cly-
peum habens, signat Inscriptionem: *HOC
MIHI PRÆSIDIVM*. Verè Maria
mundum obumbrans, & protegens scu-
tum, hostilia retorquens arma, devotos
muniens protectionis umbra. Ideo ad
eam sic hæc pia verba D. Germanus re-
fecit: *Nullus est, qui liberetur à malis,
nisi per te, o Purissima*. Deducitur idem
pro securitatis umbra, in umbra Mariæ,
ex verbis Job cum Deo in hunc modum
alloquentis: *Pone me iuxta te, & cuius-
vis manus pugnet contra me*. Job. c. 17.
Apresenti liberari afflictione Job petit:
Quasi dicat, *iuxta te non debeo timere de
insultu cuiuscunque hominis, vel demoni-
is*. Exponit aptissimè Lyranus, At, non-
nullos reperio sic textum legentes: *Fidei-
iussorem da mihi tecum*. (V) Judicem
contemplatur Deum, ideoque pro se fi-

deiusorem accersit ad Divinum tribunal.
Fideiussor autem (iuxta iuris regulas) pro
alio se obligat, cum defensor; vel pig-
nora dando; etiam invito creditore.
Quem ergo Fideiussorem accersit Job tot
calamitatibus pressus, tot prefuris laceri-
tus? Mariam, quæ Fideiussoris officium,
munusque obit. Accipe verba Richardi
de S. Laur. *Potens est Maria ad protegen-
dum: Vnde ipsi potest securè dicere servus
eius illud Job. cap. 17. Pone me iuxta te,
& cuiusvis manus pugnet contra me*.
Quid enim Maria obumbrante, & pro-
tegente timendum est? Ad instar *Selmon*
suos sub umbra protegit fideles, & vir-
tutum clypeo hostiles omnes injurias elu-
dit, Fideiussoris munus non dedignata
suscipere, ut eos quasi ex munere prote-
gere teneatur. Ita canebat Arnoldus: *Di-
vidunt coram Patre inter se, mater, & fi-
lius pietatis officia, & miris allegationi-
bus muniunt Redemptionis humanæ ne-
gotium, & condunt inter se redemptio-
nis nostræ inviolabile testamentum. Chri-
stus nudato latere, Patri ostendit latus,
& vulnera, Maria Christo pectus, &
vbera*. Ad idem tendit Varenis Alanus.
Scuto nomine Mariæ insignito subscribi-
tur. TVTATVR, ET ARMAT. Hoc
de Virgine cecinit Cosmas Hierosolymita-
nus: *Insperabilem, Deipara spem
tuam habens, servabor: defensionem tuam
possidens non timebo: Persequar inimicos
meos, & in fugam vertam, solam habens
ut Thoracem protectionem tuam, & om-
nipotens auxilium tuum*. Sic Maria nos
tuetur, protegit, & munit contra diabo-
licos præcipue incurfus. Fessos etiam re-
creat umbra Mariæ: sicut enim frondosa
arboris (Populi ut pote) umbraculum
temperat, æstum, gratumque nimis est ca-
lore æstuantibus; sic Mariæ opitulatio
Umbræ instar nos recreat, & ut in via Dei
sine interruptione procedamus, reddit ap-
tiores. Astipulantur verba illa Cant. c. 2.
*Sub Umbra illius, quem desideraveram
sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*.
(X) Probis utique nexus umbræ, & fru-
ctus: etenim summo cum affectu umbram
ambit, ex qua solatium hauriens, & refri-
gerium, quasi dulcem post laboris ærum-
nas degustat fructum. Sub illa manet, &
habitat, ut cuius suavitate fruatur, auda-
cior amore impellente, & votis potiora.
Ideo alij legunt; *Umbram eius desidera-
vi, ut sub illa sedeam*. In Mali similitudi-
ne persistit, eius umbra Platani iucundior
æstimatur. Jam ergo non ultra desiderat,
sed fruitur *sub protectione securæ sub re-
frigerio quietæ, & sub odore umbraculi*
la-

Gloss. ibi. Hæye
in Conc. Bibl.
Max. l. licet. 5.
Finali, de Pro-
curatore, Gloss.
Fin. in l. 1. Quæ
satisfacere. Ri-
chard. ad S. Lau-
rent. lib. 2. de
Laud. Virg. p. 3
Arnold. Carn.
de Laud. Mar-
Traff. Alanus
Varenis. de Lau-
Marie, ser. 3.

Cosmas Hiero-
solym. Hym. 5.

Maria nos
tuetur, & pro-
tegit, & cau-
sam nostram
apud Deum
ut mediatrix
agit.

(X) Cant. c. 2.
v. 3. Lyr. in sua
Glossa Menoch.
in Cant. Plu-
res in Bibl. max
Hæye in Conc.
Plato in Phæ-
dro. Plin. An-
glic. lib. 17. c.
97. Alensis in
Cant. 2. v. 3.
D. Bern. ferm.
48. Anonymus
in Bibl. PP.
apud Nov. l. 4.

(V) Job. c. 17.
v. 3. Lyr. in sua

Sac. Elect. vmb.
br. Virg. c. 15.
Exc. 52. num.
525. Daniel
Agric. Coron. 5.
Stella 8.

latabunda. Ait Doctorum doctor Alen-
fis. Moris erat olim Reginas Regis Spon-
si conopœo, sive vmbaculo obtegi, vt
eas sub eius esse tutela putarentur. At hic,
non protegatur vmbra solum, sed fructu
etiam delitatur, vt pateat talem vm-
bram, solatium inducere, munimen, &
recreationem. Apte Bernardus: *Merito
eius desideravit vmbra, de qua & re-
frigerium esset, & refectioem pariter
acceptura.* Virginis Christus si desidera-
vit & vmbra, quid & nos miseri ope
destituti? Sic quidam cecinit:

*Sicut Cervus ad vmbra properat,
Sic Messias vmbra desiderat
Carnis virginæ.*

*Malus pomifera hanc notulam conti-
net: ET FOVET, ET RECREAT.* Mariæ sub vmbaculo fovetur debiles,
& recreantur, omnigenum sub illo ca-
pientes solatium. Adit Daniel Agricola
hæc scribens: *In Maria plenum ostendi-
tur refrigerium, quia contra æstus ex-
terioris tribulationis, & interioris tenta-
tionis remedium præstat.* Alius ex ipsis
epithalamij sermo texatur. *Quam pul-
chra es, quam decora charissima in deli-
tijs! Statura tua assimilata est Palma.*
Cant. c. 7. Loquitur Sponsus. Sed, quam
pulchra? Quotæ sunt delitiæ? Sed ob-
struuntur silentio, quasi impos ob innu-
meras numerare; nam nec oculus vidit,
nec auris audivit, nec in cor hominis as-
cendit, exprimere pulchritudinem, & de-
litijs, quibus fruitur; (Y) nempe inter-
no gaudio, & torrente voluptatis, quibus
nos omnes exhilarat ob pulchritudinem,
& suavitatem suam. Perbelle, sed alia
perscrutare. In admirationem sponsus
trahitur ob pulchritudinem, & suavita-
tem sponsæ: Vnde vt eius castis fruatur
delitijs, ad illius, quæ vt Palma est, alti-
tudinem agitur, vt fructuum dulcedine
potiatur. Cur ascendit? *Quia Palma fru-
ctus suos in summitate facit;* Explicat
Lyranus. Maria autem non solum nos à
mundanis sequestret delitijs, sed ascen-
dere facit, quia fideles ad cœlestes deli-
tias intromittit. Palma ergo affert in fru-
ctu suavitatem, in folijs protectionem.
Fructus namque, qui à digitorum simi-
litudine datyli nuncupantur, sunt sapo-
ris dulcissimi, & iucundi: Folia vero dis-
posita in modum gladij. En vnde Mariæ
& dulcedinem, & protectionem, quam
continuo experimur, nullus numerare
potest, potest solummodo admirari. Id
affert datus Agricola: *In cœlesti vita ex
præsentia Mariæ summa est delectatio,
& in præsentia comprehendere non possu-*

mus eius speciositatem, & delectationem.
Pulcherrimam adhibe Palmam fructibus
in summitate onustam, etiam lemmate
addito: OMNIBVS OMNIA PRÆ-
STAT. Multiplex enim est Palmæ uti-
litas, vt ex Aldrovando, & alijs clarè li-
quet. Vltimam his manum apponat Va-
renius hæc fans: *Maria omnes benignè,
& favorabiliter aspicit, fovet, amplecti-
tur, ex qua vberiores fructus sumus con-
sequuntur.* Tandem vmbra Mariæ misce-
ros salvat, eos à miserijs erigens, ad se-
cunda quæque deducens: Quapropter à
D. Parente Bonaventura plauditur *Pla-
citum Dei vmbaculum*, sub quo salvan-
tur, qui tota fiducia ad Virginem confu-
giunt. Ad illud Isaïæ deveniamus c. 49.
In vmbra manus sue protexit me. Id est,
potestatis suæ, docet Lyranus. Miserum
depingit hominis statum, in figura Pueri
materno vtero inclusi, omnique alia de-
stituti ope. Hanc manum Maria aperit
inopi, ad Pauperes Adæ filios extendit,
quia abundant omni Charismate spiri-
tuali. (Z) Hunc locum Virgini accomo-
dat aptissimè relatus Agricola. Salvamur
ergo in vmbra manus Mariæ, quia nulla
gratia descendit de cœlis ad terras, nisi
per eius manus transeat; vt dixi cum D.
Bernardo. Sed quænam manus vmbra,
vt protegat, vt salve, vt nos à miserijs
sublevet? magna utique, *nam significa-
tur assidue, & familiaris protectio;* vt
habet noster Adamus Delphius. *Ma-
nus dicitur, quasi munus; quia totius
corporis munus est; ipsa enim cibum
ministrat, facit, dispensat, vel dicitur
Manus, à manando: ipsa enim munera
dispensat, largitur, & porrigit.* Hinc er-
go etsi tantillum sit manus corporis mē-
brum, vmbra tamen patulam, ac sum-
mè delectabilem facit, quæ pro alijs (vt
defenset) se ictibus exponit, famelicis
cibum ingerit, egenis munera impendit.
Huiusmodi sunt Manus Mariæ, quæ acriter
nos protegent, demonum pravis in-
sultibus resistentes, cibum ministrant,
nos bonis spiritualibus replendo; dona
communicant gratiarum, vt sic subleve-
mur ab ærumnis, à miserijs omnibus per
eam salvati eruamur. *Domina,* (canebat
Anselmus) *exorabilem te præbe, ne diffen-
das, ex qua & beatitudinis felicitas, &
redemptio nobis venit.* Additque D. Pa-
rens Bonaventura: *Oculi omnium no-
strum ad manus Mariæ semper debent
aspicere; vt per manus eius aliquid boni
accipiamus.* Manus large opes distribuēs,
epigraphen portat: SALVAT, DANS
MVNERA MVNVS. Manus, munus
est,

Nostri om-
nis utilitas
(post Christū)
à Virgine de-
rivatur.

(Z) Isaï. c. 49.
v. 2. Richard.
l. 2. p. 2. c. 13.
Daniel Agric.
Cor. 11. stell. 1.
D. Ber. datus.
Adamus Del-
phius in Isaï. c.
49. v. 2. Januës
in Cathol. Thea-
tr. vit. Hum. D.
Ansel. in opus.
c. 12. orat. ad
Virg. D. Bon. in
spec. Virg. ad
Psal. 122. sicut
oculi ancillæ,
&c.

A Maria to-
tale nostrum
dependet re-
frigerium, to-
tale solatium.

(Y) Cant. c. 7.
v. 6. Tirin. ibi.
Lyr. in sua Gloss.
Anglic. lib. 17.
cap. 115. Ber-
chor. l. 12. cap.
112. Levin.
lemn. corr. in
Explic. Herbar.
Bibl. c. 20. Da-
niel Agric. Co-
ron. 3. stell. 12.
Lyr. in Cant. c.
7. v. 8. Guiliel.
in Cant. Ala-
nus. ibi. cap. 7.
Aldrov. Plin.
Anglic. & alijs.
Alanus Vare-
nius de Laud.
Maria, ser. 1.

In Mariæ ma-
nu nostra pro-
tectio, & be-
neficientia.

A) Richard. S. Laur. lib. 2. p. 2. c. 13. Psal. 54. v. 23. Lyra in Gloss. ibi. Genebr. in Ps. 54. Cic. contr. Caecil. Platon. lib. de Rhet. D. Aug. ad Arm. & Paul. Plures in Bibl. Max. Nebles. Meurise. Bibl. Chald. & Arab. Senec. epist. 123. apud Andr. Ebor. verb. Curra. Quintilian. declam. 6. Hist. Sax. Plin. Sen. lib. 18. Apoph. Iurisprud. D. Aug. Psal. 54. v. 23. Richard. à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virg. p. 1. & lib. 8. PP. communiter suppresso nomine relati à Novarin. lib. 4. Sac. Elect. vmb. Virg. c. 31. Exc. 121. num. 1145.

Omne auxilium Dei per manus Mariæ à nobis (ut dicitur) est expectandum.

est, ut adnotavimus: Et Maria (inquit Richardus) tornatiles describuntur: nam sicut ars tornature promptior est alijs artibus celeriter operando, sic Maria velociter ceteris sanctis, omnibus miseris subveniendo, ut dicere possit illud. Isai. c. 65. *Antequam clament ad me, exaudiam eos.* Ad umbram inde virgineam propereamus, in qua à periculis omnibus salvi proculdubio fiamus. *Iacta super Dominam curam tuam, & ipse te enutriet, non dabit in eternum fluctuationem iusto.* Psal. 54. *Hic David alloquitur seipsum, ut in Deo ponat spem suam.* Insuper, iuxta Genebr. idem est ac si diceret, *negotia tua, tuas necessitates, & molestias, repone super Deum.* Hebraice autem loco *cogitatus*, habetur *onus*, vel *pondus tuum*. Et bene, *necessitas enim morbus gravissimus est, qui vinci potest, effugi non potest; ideoque & corpus gravat, & rationem molestat.* *Felix tamen est necessitas, qua in meliora compellit.* Hinc dum dicit, se debere curam super Dominum iactare, & Dominum cogitur quærere, in quo gravedine deposita necessitatis, abundet plenitudine consolationis. Alij habent: *Iacta super Dominum curam tuam, seu curam tuam, nec dabit in perpetuum egestatem iusto.* Felix ista depositio est, dum ut gravatus sublevarur à pondere, ut miser ab egestate. Sic salvat Dominus sperantes in se, haud sinens prorsus periculis obrui, & si aliquantulum permittat agitari. Curam dicit Propheta, non curas: Nam optimi cura est, quærere Dominum, qui optimus maximus est, & recti simplex est cura, pravi multiplex; ut instruit Seneca. Iustus iactando curam in Domino, sapienter operatur, quia ipse est spes eius, virque relictus singulariter in tali spe est constitutus: *Curam autem, quæ spem non habet, stulta est.* In Domino iactata, non trahit curam, sed *fertilitatis causa est*, & hæc sola est, quæ in iure æstimatur pretio. In Domino igitur iacta te, ait Parens Augustinus, ut ipse enutriet te, dicit te, & te salvet. Hæc, quæ de Domino hic habentur, habentur de Domina, de Maria dicuntur à Richardo: *Serviendum Mariæ, quia pastum subministrat famelicis, & potum sitientibus.* Vnde de illa dici potest sicut de filio, Psal. 54. *Iacta cogitatum tuum in Dominam, & ipsa te enutriet.* Ipsa enim esurientes implet bonis, & dat escam esurientibus. Mons pluviosa nube in supercilio tectus, arboribus, metallis, ac fructibus opimus, quem spectat nimia gentium multitudo, hac descriptione niret: A MONTE AUXILIUM, Illos spectat

Icon, qui bonis omnibus orbat, nullas nisi à superis sibi suppetias avocare possunt, vnde clamat quilibet, *levavi oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.* A monte nebuloso, & pingui, vna cum pluvia, vberitas fructuum, & metallorum procedit, vnde dicantur homines, & salvantur ab incommodis. Altissimus Mons Dei est Maria, ex qua ad nos vique cælorum derivantur omnia bona; Mons Selmon, mons pinguis, umbram peccatoribus parans, sub qua salventur, & charismatibus pinguescant spiritualibus: ita Patres censent, iuxta Novarini dictum.

CAP. XXXIV.

THABOR MONS, MARIAM
in Dei Purissimam matrem ab eterno
electam, summis laudibus
extollit.

196 T Haboris tandem ascendimus fastigium, acuminatam eius altitudinem exploraturi. Hic mons altissimus, est in medio Galilææ campo situs, mira rotunditate sublimis: nam eius altitudo erat triginta stadiorum (stadium CCXXV. passibus constabat) Vertex tribus & viginti stadiis protendebatur: Hic autem mons situs est ad occidentem terræ sanctæ, (B) & distat à Dyocæsarea decem miliaribus. Inter omnes alios Judææ montes famosus est, ob transfiguratum ibi Christum præcipue, cuius adhuc locus visitur, tresque specus iuxta tunc Apostolorum adstantium numerum: Ibique Franciscani (non sine imminente discrimine) officia sacra celebraturi, & locum sanctum veneraturi multoties per annum ascendunt. Gleba illius montis est fertilis, aer salubris, imber mediocris, Avium cantus frequens, & suavis. In hoc monte Christus sæpe pernoctavit, docuit, & populum spirituali, & corporali cibo recreavit. Interpretatur autem Thabor, *Puritas, electio, aut lumen veniens.* Imago Deiparæ in omnibus mons hic est; etenim illa, quæ Stella maris dicitur, à Deo electa est purissima, nullis unquam ut lux inquinamentis foedata: *Quid enim splendidius Dei matre, quam splendor elegit?* affert Ambrosius: *Fœminarum ipsa est beatissima, quæ Angelos vincit puritate; iuxta Hilarium. Ante etiam constitutionem mundi consilio æternæ sapientiæ electa, & præelecta est, docet meus Parens Augustinus.* Accedat igitur Thabor eius puritatem, electio-

(B) Marius de Calasio Conc. Hebr. tom. 4. Egeppus lib. 4. c. 4. Haye tom. 18. Bibl. Max. Anglic. lib. 14. c. 43. Berch. Reduct. li. 1. c. 16. Genebr. in Ps. 88. v. 14. D. Hier. super Hierem. c. 26. Lauret. tom. 2. Allegor. D. Ambr. & Hilar. D. August. lib. de Sanct. Virginit. c. 6. D. Bonav. Subt. Doct. in 3 d. 3. q. 1. D. Bernardin. Sen. & ferè omnes. Erod. c. 34. v. 28. Lyra ibi. & v. 27. idem c. eod. v. 1. ex Rabb. Salomon. Franc. cis-

eifcus Rueus de
Germ. li. 1. c. 2
Anglic. lib. 16.
c. 87. Berchor.
Diof. D. Ifti-
dor. Lauret. alij
que. Theoph. a-
pu. B. Angel.
del. Par. in c. 1.
Luc. c. 35. Da-
niel. Agric. Co-
ron. 12. Stell. 2.
Anonymus in
Cor. c. 8. apud
Biblioth. Virgi-
nal. tom. 2. pag.
mibi 347. col.
1. D. Ambr. li-
de. Laud. Ma-
rie Virg. p. 4.
Richard. Vifto-
rin. in Pfa. 71.
Rupert. ad cap.
1. Math. D.
Bernardin. tom
1. fer. 51. Ter.
6. Paff. Richar.
lib. 8. tit. 1.

Marię puritas
 cœlestem re-
 fert puritatē.

electionem, & lucem gratiæ prædicaturus, in quibus Maria puras omnes creaturas anteivit, excessit. Deo dictante scripsit Moyses in tabulis verba fœderis. Exod. cap. 34. A Deo electas, & scriptas recepit Moyses tabulas, vt docet Lyranus. Verba autem legis in lapideis tabulis à Deo sculpta erant, vt asserit idem: *Nec enim verosimile est, quod Moyses ascendens in montem ad orandum Dominum, portaret secum instrumenta ad sculpendum. Ex quo autem lapide forent tabulæ literis à Domino exaratae, Rabbi Salomon à Lyrano adductur habet, quod fuerunt de lapide saphiri.* Sed cur inter alios solus, vt in eo Deus scribat hic eligitur lapis? Quia purissimam cœli imitatur naturam: *Est enim gemma cœlo sereno in colore simillima, & gemmarum gemma vocatur summo deorum olim sacra, à quo & electa, quia prope modum diuinas facultates habet.* Mater etiam carbunculi iudicatur, & stellam in medio relucens habet, à qua eius virtus, & efficacia procedit. Quod iam alibi dedimus. Hinc quæ ad actum pertinent Religionis, Deique cultum, non nisi in cœlesti purissima tabula Deus patitur exarari. Mariam legis tabula præfiguratur, vnde ore Theophilacti ipsa sic loquitur: *Tabula sum pictoria, pingat, & faciat Deus, quod voluerit.* Saphirus Mariam purissimam representat, vt Agricola meditat: *Quæ semper fuit mundissima, tota pulchra, & immaculata illustrata omni gratia, & virtute.* Deo specialiter sacrata, vt indicat nomen Maria, quod ex adducto Ambrosio, idem est ac *Deus ex genere meo*: In cuius vtero carbunculus ille cœlestis (verbum Patris scilicet) qui ignem venit mittere in terram, & stella splendida illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum vocatur, Apoc. cap. 22. & Joan. cap. 1. Opere Spiritus Sancti genitus est, à quo in ea coalescit omne datum optimum, & omne donum perfectum. In ea inenarrabili modo (ait Damascenus) *Deus Verbum citra omnem manus operam inscriptus est.* Vnde eius puritas tota cœlestis, non humana, ex diuinis comparticipatur. Hinc miratus clamat Richardus Victorinus: *O Puritas mentis! O summa Puritas! Quam beatus fructus ventris, tam gloriosa puritas mentis.* Saphirus purissimum cœli referens splendorem, hoc lem-mate gaudet: **COELESTI FULGURAT ORE.** Cœli speciem purissimam Maria representat, in quo Deus lucem habitat inaccessibilem, ab ipso illumina-

tam, & illuminantem: nam sicut cœlum primum opus Dei est, sic Maria cœlestis saphirus cœloque præstantior, creata est à Deo initio viarum suarum, & ex ore altissimi prodixit primogenita ante omnem creaturam. Hæc ex D. Ruperto, Bernardino, & Richardo. Olim Deus Moyfi mandatum indidit huiusmodi: *Facies laminam de auro purissimo.* Exod. c. 28. Sculpturus erat Moyses in ea, verba hæc, *Sanctum Domino: Idest nomen Domini Tetagrammaton.* Profert Lyranus. Vbi autem Domini sanctitas scribitur, locus purissimus esse iubetur. (C) Sed quid lamina aurea, quid Dei nomen Tetagrammaton sit, inquiramus. Lamina hæc aurea proculdubio summi erat pretij Deo, etenim in ea continebatur ipsa sanctitas Iehovah, quo in nulla alia re visibili conscripta esse perhibetur; & Mariam recte figurat iuxta D. Anselmum ei canentem: *Ave lamina aurea, in te ipsa circumscrip-ta, nomen propitiabile, quod est nobis indicibile. Filius cui sapientia attribuitur, se in hac benedicta Virgine descripsit, vt in aurea lamina nomen Tetagrammaton, vel Iehovah; ideoque de auro purissimo fieri iubetur, vbi pretiositas cum puritate copulatur: Quia aurum quoad speciem alijs est pulchrius metallis, luce percussus, refulgentius; & inter omnes picturabiles formas auri pulchritudo præcipuum obtinet locum. Purissimum etiam est, & inter metalla ductilius, docet Anglicus. En vnde Maria in lamina de auro purissimo fabrefacta signatur; eaque in omnibus excellentior est, propterea dixit: *Melior est fructus meus auro, & lapide pretioso.* Prov. cap. 8. Præ alijs etiam Virginea hæc lamina fulget, nitorem emittens cœlestem, quia luce sua perfunditur, & lucem diuinitatis vtero circumplectitur. Pulchrior alijs evasit creaturis, quia pulchriori destinata fini, vt inscriberetur in ea Deus, factus homo, qui ei prædixit, *Tota pulchra es amica mea.* Ductilior est etiam Maria omnibus alijs beatis, quia benignior, ad nostras exaudiendum preces; nam redempturus Deus humanum genus, (ex Bernardino) *pretium universum contulit in Maria: Quare, modicum id quod offerre desideras, gratissimis illis, & omni acceptione dignissimis Mariæ manibus cura tradere, si non vis repulsam sustinere.* Purissima tandem, & diuinis quoque sese obijcit oculis, Angelis purior: siquidem Maria (dat noster Adamus Delphius) *cæteris altius viam puritatis conscendit; Virginum, quia primitiæ earum. Angelo-**

(C) Exod. c. 28.
 v. 36. Lyra in
 Glossa, ibi Me-
 noch. D. An-
 selm. in Hymn.
 de B. Virg. p. 3.
 in calce. Ambr.
 Taruifin. Ser.
 in Sabbath. 111
 Domin. Quadr.
 consid. 111. concl
 2. Angl. lib. 16.
 c. 4. Prov. c. 8.
 v. 19. Alenf. &
 alij. D. Ber. in
 Biblioth. Virgi-
 nal. tom. 3. pa-
 gin. mibi 86.
 col. 1. & 2. Ri-
 chard. ad S. Laur
 D. Bernardin.
 Ambr. & alij.
 Adamus Del-
 ph. de Assumpt.
 Deiparæ, Ho-
 mil. 1. in fine.
 Subr. Doct. lib.
 1. d. 22. q. 1. n.
 3. S. Quidquid
 sit. Lyra in c. 3.
 Exod. Galatin.
 de Fide, lib. 2.
 c. 10. D. Hier.
 de Nom. Hebr.
 D. Isid. lib. orig.
 7. c. 1. Lyra ex
 Rabb. Moysē,
 lib. direct. Per-
 plex. ad cap. 23
 Jerem. v. 6. D.
 August. Hom.
 3. ferm. 35. de
 Sālis: vel alius
 nomin. D. aug.
 D. Andr. Cre-
 tens. de Natio-
 Mariæ orat. 2.

rum, quia quam illi ex conditione possident puritatem, ipsa ex viribus arbitrij adiuti per gratiam obtinuit. Modo de nomine Dei Tetagrammaton, aut Iehovah, in hac lamina purissima scripto disputemus. Nomen hoc divinum Tetagrammaton, idem omnino est ac nomen Dei Iehovah, & interpretatur substantia Dei, seu divinum esse; ut subtiliter docet Subtilis Præceptor: nec nisi à Sacerdotibus, intra sanctuarium poterat pronunciari, ob quam causam ineffabile dicebatur. Alia autem divina nomina communicabilia sunt creaturis, ut Dominus Creator, &c. At nomen Dei Tetagrammaton, nudam significat Divinam essentiam secundum se, absque aliquo respectu ad creaturam, & propter hoc est omnino (ait Lyranus) incommunicabile. Mediteris ex his supereminentem dignitatem Mariæ, cuius tanta fuit puritas, gratia tanta, ut per eam Deus iam communicetur creaturæ, qui antea habebat esse omnino incommunicabile. Omne claudit in exiguo communis Magister Augustinus dicens: *Maria merito beata singulari à nobis præconio extollitur, quæ singulare commercium mundo præbuit, & tamen se ad cæli fastigia sublevavit, ut verbum in principio apud Deum de superna cæli arce susciperet.* Bractea purissima auri, in cuius medio nomen Iehovah inscribitur, nimis circumdatum fulgoribus indicat Gnomon: SUO SE LUMINE CONDIT. Deus extra se in nullo contineri valet, continetur tamen in Maria, quæ lux dicitur, vel illuminata, omnisque expers impuritatis: Dei, ac Verbi animatus, ac mundissimus tomus, in quo sine voce, ac scripto, Inscriptor ipse Deus, & Verbum quotidie legitur, ut habet Andreas Cretensis. Purissima igitur, Puriori substantiæ in ea scribendæ Maria reservatur, indeque Thabor eam epinicijs præconizet, ut puritatis Mappam, gratiæ, & pulchritudinis domicilium. Hæc Mariæ præexcel-sa puritas, à verbi puritate participata, per eam mensuranda est, & ex ea colligenda. Id concluditur ex revelationum D. Joannis libro, in quo hæc habentur: *Vidi in dextera sedentis super Thronum, librum scriptum intus, & foris. Apoc. c. 5. Iste sedens est Deus Trinus, & unus, ut explicant Lyranus, D. Bernardinus Senensis, ac Doctor Elegans, noster Eminentissimus Cardinalis Aureolus: Maria vero liber est, scriptus intus in mente, foris in carne; Inquit Senensis Apostolus. Hunc librum nemo solvit nisi solus agnus: Quia nemo novit matrem nisi filius, & cui vo-*

luerit filius revelare. In libri clausura notatur verbi excellentia, quam nullus dignus inventus est aperire; id est unionem Verbi cum homine assumpto explicare. (D) Liber hic virgineus, erat (explicat Parisiensis Haye) instar Mappæ Geographicæ, omnia complectens, quatenus in se scriptum continebat eum, qui de se dixit, Jer. cap. 23. *Cælum, & terram ego impleo.* Ideoque intus, & foris scribitur, quia in eo plurima mysteria fuisse scripta significatur: Divina præcipuè sapientia, Dei Filius nempe. Sed cur Maria liber dicitur? Libri olim ex purpureis conficiebantur membranis, auro, argentove descripti, ut D. Hier. tradit; magnoque in pretio habiti sunt, unde illud laudatur Platonis apophthegma dicentis, *libros liberis tanto chariores esse oportere, quanto filij mentis præstant filijs corporis.* Divinum Verbum Patri coæquale ab eo amatur amore infinito; quo secluso, nil à Deo intensius Maria diligitur, quia liber est, in quo unicum Dei Verbum omnia continens, scriptum: Unde nomine amoris, dilectionis, & Charitatis Virgo abstractivè insignitur, ut intensior in Deo erga eam vis amoris explicetur. Addam: libri quondam ex mundissimis fiebant membranis, quæ circa cylindrum convolvebantur, unde dicebantur volumina. *Talis erat liber, quem hic vidit Ioannes, ut censet Menochius. Scio Theophili, in quo quædam Dei verba scribebant Hebræi, in tanta apud eos veneratione æstimari, ut nec umbra maculæ, vel impuritatis permitteretur in membrana, in qua inscribi oportebat verba Divina. In libro Mariano non verba, sed Verbum Dei caro factum imprimitur; Unde ex scripto puritas libri deducenda est, quæ omnem aliam à Deo puritatem excedat. His accinit Anselmus hæc proferens: De- cens erat, ut ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater unicum filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitum, tamquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus, idemque communis Dei Patris, & Virginis Filius.* Liber septem signatus sigillis aureis fert dictum: PVRIVS ECCE LATET. In libro Mariæ latuit Deus, ex qua prodijt homo factus, cuius immensa, & infinita puritas, Matri summam communicat puritatem. *Quid enim purius (ait Alexius à Salo) concipi animo potest illa ipsa, quam puritas ipsissima omnibus prætulit? Iure igitur Thaborea puritas ipsam superexaltet, quæ superexaltata est*

(D) Apoc. c. 5. v. 1. Lyran. D. Bernardin. Senens. Aureolus in Apoc. Richard. lib. 12. p. 7. cap. 4. D. Andr. Cret. de Nativ. Mariæ. orat. 2. D. Hier. in Prol. lib. Iob. Theat. vir. human. verb. Lib. Plato lib. 7. Epist. Cant. c. 2. v. 7. Bibl. Ven. sept. & alij in Bibl. Max. & Haye in Conc. lit. ibi. Rabb. Moser, Rabb. Iacob. Auctor. Arc. Turin, apud Novarin. lib. 1. Elect. cap. 12. sec. 8. D. Anselm. in Opusc. de B. Virg. cap. 18. Alexius à Salo in Art. Pie amand. Deip. privileg. 5. cond. 3.

Maria, lamina aurea purissima, soli Deo ut in ea inscriberetur, reservata.

Maria puritatem ebibit à puritate Verbi, in ea incarnati.

est supra omnem creatam puritatem.

197 *Thabor* etiam ut electio, Mariam prædicat primo electam à Deo in matrem, ut filij erga illam ex electione arguamus amorem. *Ego mater pulchre dilectionis*, Eccl. 24. ipsa Maria de se ipsa canit. Omnium bonorum Maria mater est, & gratiarum, unde dicit, *in me omnis gratia*: quia in Maria humanatum reperitur bonum infinitum, & substantialis gratia in utero eius clauditur, & gremio fovetur. Matrem dilectionis se dicit, quam per gratiæ infusionem concepit. (E) Mater Maria eligitur *pulchre dilectionis, id est Christi, qui est pulchra dilectio*, 1. Ioann. c. 4. *Deus charitas est*. Docet Alensis. Plures loco dilectionis ingerunt *Charitatis, & magnitudinis*. Ad hoc Maria ab æterno ordinata est, unde magnitudinis eius non est finis, quia quem cœli capere non poterant, Virginalis uteri claustrum complexa est. Mater fuit magnitudinis, quia continens magnitudinem Dei infinitam, *tam magna fecit illi, qui potens est*, (Fatur D. Thomas Villanovanus) *quod nescio an ipsamet Maria valeat suam comprehendere magnitudinem*. Sed vrget dubium, cur Maria prædestinata primo ad verbi maternitatem, cum nomine dilectionis appellet? Nam Verbum ex vi processionsis est notitia genita Patris, per actum dictionis ab intellectu procedens; ad quem Charitas non attinet, sed ad voluntatem. Unde peperam videtur, Verbum à Maria nominari dilectionem. Sed nullatenus, imò benè sic: Maria ab æterno ordinata, & prædestinata est, antequam terra fieret, & principaliter ad Maternitatem Dei: Utque utrius amor æternitatis eluceat, non mater dicitur solius agnitionis, sed & Charitatis: ut innotescat in utroque ab æterno conceptam fuisse cum notitia dilectionem, matris ad filium, & filij ad matrem. Mater primo Maria eligitur, quam ad determinatum gradum gratiæ, & gloriæ prædestinetur: etenim ita magni fir ab utroque maternitas, ut gratia, & gloria postponentur maternitati, quasi inæquales eius magnitudini. Vtrumque claudit Anselmus: *Hoc solum de Virgine prædicari, quod Dei mater est, excedit omnem altitudinem, quæ post Deum dici, aut excogitari potest*. Dum eligitur, mater dilectionis eligitur, & prædicatur, ut sic pateat Mariæ magnitudo, dum primum in ea consideratur dilectus ex dilecto eam amasse, ut statim etiam Virginis dulcissimo frueretur amore, ad quod est electa genitrici suæ. Cant. c. 6. *Exce-*

dit omnes amores, amor istius matris in filium, & istius filij in matrem suam. Fatur Anselmus. Ignis fumi virgulam ad cœlos vsque attollens, eamque sibi uniens, scriptum signat: **ATTOLLOR AB IGNE**. Hic amoris symbolum est, iuxta PP. imò & Deus, qui Charitas est, ignis dicitur, Deut. cap. 4. *Dominus Deus tuus ignis est*. (F) Hunc charitatis ignem. *venit Christus mittere in terram, id est in Beatam Virginem*, scribit Agricola. Quo accensum Virginis cor in Deum agitur, nunquam ab eius fruitione discessura. Alibi Mariæ contemblemur ad matrem Verbi electionem, quam descripsit in admirationem ductus sic sponsus: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol*. Cant. c. 6. Alij habent; *respicitur immaculata*. Ex quo namque matutinare in divinis capit decretis, sine macula inventa est, utcumque purissima, quam nullus fœdavit horror, etenim contra noctem pulchrescebat ut Luna, contra crepusculum ut Aurora, & ut Sol numquam defectibilis à die, quo luxit in punto æternitatis. Sed cur, quæ ut Sol electa splendet in cœlorum Aula primo nunciatur Aurora? *Progreditur quasi Aurora?* Lyranus plenè satisfacere videtur. *Quia inter illa, quæ apparent de die, Sol habet maiorem pulchritudinem, & Luna de nocte, & Aurora inter diem, & noctem*. Iusti fulgent sicut Sol in conspectu Dei: At Maria etiam omnes superat claritate, & virtuosissimo splendore. Scite hæc adstruit Absalon Abbas ita: *Rectè ergo electa ut Sol Beata Virgo dicitur, quia sicut Sol claritate luminis, & maiori ceteris sideribus antefertur, sic in cœlestis vite gaudio, sanctis omnibus gloria supraponitur*. In tenebris, & umbra mortis sedebant filij Adæ, sed Maria pulchra ut Luna tunc apparuit, *quia lucens in nocte tenebras eius imminuit, & peccatorum abstergit*. Progrediens ut Aurora, seu *Quasi Lucifer surrexit*, dubiam fragilitatis humanæ noctem commutans in gratiæ lucem. Hæc omnia illa. Sed insuper, inter diem, & noctem Aurora mediat: dies Deum repræsentat, iuxta illud, *dies Dei eructat Verbum*, Psalm. 18. *Nox autem mortalitatem carnis*. Post Deum autem nil Maria excelsius intercedit. Sic id ei Alloquens fatur Anselmus: *Nil tibi domina, æquale, nil comparabile est; omne enim quod est, aut supra te est, aut subius te est. Quod supra te est, solus Deus est; quod infra te, omne, quod Deus non est*. Aurora igitur est medians, plus de cœlo

mu-

(E) Eccl. c. 24. v. 24. Augustin Anconit. in l. 1. de Annunt. & Salut. Angelic. l. 6. q. 2. Alexand. Alens. in c. 14. Eccl. D. Thomas à Villanova Conc. 3. de Nativ. Virg. Bibl. Tigurin. alijque in Bibl. Max. D. Anf. de Excellent. Virg. c. 2. Subt. Doct. lib. 3. d. 7. q. 3. & lib. 1. d. 6. q. unic. a. 1. 2. & 3. & d. 10. q. unic. D. Anf. in Opusc. de amore Virg. ad Filium, c. 4.

Maria elegitur mater pulchre dilectionis, prioritate rationis; Quam eligatur mater agnitionis. Quare?

(F) Deut. c. 4. v. 24. Daniel. Agric. Coron. 5. Stell. 10. D. Ancon. Pad. Lyran. passim. Haye. Ricbar. à San. Laur. Rupert. Abbas. & alij. Cant. c. 6. v. 9. Arias Mont. Bibl. Venet. Syriac. Besson, & alij, cum Haye in Conc. lit. Absalon Abbas de Assumpt. ser. 1. qui est ord. 43. Plures, & Besson. in Bibl. Max. ad c. 6. Cant. v. 9. Hieron. in Psal. 80. Clem. Alex. li. 6. Strö. Philo Hebr. 1. Allegor. Arnob. in Psal. 18. Ambr. de Virg. 3. Chrysos. in Ps. 92. Euthim. D. Aug. in Ps. 18. & 73. D. Anf. de Concept. 8. Maria, c. 7. D. Petrus Dam. ser. de Assumpt. Bibl. Arab. in Max. ad c. 6. Cant. v. 9. D. Aug. in Ps. 76.

Maria, prius
quasi eligitur
Aurora solē
iustitiæ pari-
tura, quam
decernatur
eius gratia, &
gloria, quasi
hæc ex mater-
nitatis digni-
tate compen-
tanda.

mutuans, quam de solo. Sed alia super-
est ratio, ob quam Maria prius quam
ut Sol, eligitur ut Aurora. Hæc enim à
Sole etsi mutuet claritatem, ipsum ta-
men parturit: unde Patris sui mater ef-
fecta est, quasi eius ex utero prodiens
dum Sol videtur; quem paulo post fœ-
cundo genesi in totius orbis conspectum
emittit. Eligitur ergo Maria à Deo ut Au-
rora, quia Solis mater futura, sicque à D.
Petro Damiano vocatur, *Aurora de qua
nascitur Sol iustitiæ, solius solis claritati
succumbens*. Ipsa sensim emittens Solem,
hoc splendet scripto: **EST MATER
PRÆVIA SOLIS**. Vnde Bibl. Arab.
legunt: *Progreditur velut ortus Auroræ*:
cuius vicem sustinens Salomon ait. *Qui
creavit me, requievit in tabernaculo meo*.
Eccl. cap. 24. Hisque consonant D. Pa-
rentis Augustini sequentia verba: *Si om-
nia per ipsum facta sunt, & ipsa etiam
Maria de qua natus est, per ipsum fac-
ta est. Quomodo ergo ille quasi ceteri ho-
mines nasceretur, qui sibi fecit matrem,
de qua nasceretur?* Præeligitur Maria ut
Aurora, solem paritura: etenim dignitas
matris præfertur quasi gratiæ, & gloriæ
in decreto Prædestinationis. Idem ad-
tribuunt verba ipsius cantici anteposita,
dum sic loquuntur mysticè de Maria:
*Vna est columba mea, perfecta mea, elec-
ta genitrici suæ*. Cant. cap. 6. Quod am-
plius explicant Sept. sic legentes: *Electa
est ei, quæ peperit eam*. Divino siquidem
intellectu ad extra infinitorum velut in-
telligentia simplici fœcundato, Deus hoc,
vel illud pro libito eligit existentia reali
pro tempore potiturum, ut Princeps
Theologorum, & omnes fatentur. Propo-
sita autem divino intellectui in æternita-
te Maria, *electa est ei, quæ peperit eam*: &
electa est genitrici suæ: ut nempe Verbū,
hominem factum conciperet, & pareret.
Et hoc tunc (inquit Augustinianus Al-
phonlus) *nam cum multæ pereximie oc-
currerent, (G) vna hæc sola petebatur, quæ
Virgo Deum concipere, Virgo Deum pa-
rere posset, & post partum Virgo perma-
neret*. Ad hoc eligitur pura, munda, Im-
maculata. *Est etiam vnicè electa genitri-
ci suæ, singulariter electa ad ministerium
redemptionis, & regenerationis gratiæ,
ex eo quod ipsum Redemptorem sibi, no-
bisque genuit*. Columba hæc felle peccati
carens, sic Verbi amorem ab æterno alle-
xit, ut vnicè electa dicatur; etenim ad gra-
tiam, aut gloriam fruendā. Plures ex alijs
eliguntur; Maria primo à Deo eligitur ge-
nitrici suæ, ad maternitatem Verbi Incar-
nati utpote: *Quia omnium transcendit*

merita, & ideo præ omnibus sola electa.
Ab æterno enim fuit post Christum ordi-
ne intentionis electa ad maternitatem;
quia *sicut summa gratia est* (ex D. Paren-
te Augustino) *hominem fieri Deum*, ita
summa gratia est ex parte Mariæ fieri ma-
trem Dei. *Electa est ei* (utpote Divinæ
voluntati) ergo, *quæ peperit eam*. Nam
absolutum fore Mariæ in mediatoris Ma-
trem, à divina voluntate, & omnipotentia
procedit, sicut & futurorum alia, sed com-
placuit præcipuè in Maria. Loco emble-
matis tenera Virgo depingitur, quæ So-
lem, lucem, floresque in orbem large è si-
nu spargens, subiunctam fert epigraphen:
LUCESCO LUMINE NATI. Id de
Maria verius prædicatur, de qua ortus est
Sol iustitiæ Christus Deus noster: *Quæ
in hoc specialis fuit, inter omnes dignis-
sima, inter omnes benedicta*. Scribit Ala-
nus de Insulis. Sed ad rem potissimè au-
diatur D. Petrus Damianus hæc profe-
rens. *Hæc (Maria) est Aurora, quam se-
quitur, imò de qua nascitur Sol iustitiæ*.
*Nam sicut Aurora terminum noctis, diei
principium adesse testatur; sic Virgo noc-
tem expulit sempiternam; & de die diè,
de terra suæ virginitatis exortum, terris
infudit*. Hæc Mariæ Deo ipsi summè cō-
placens electio, quasi infinitam manifestat
Virginis excellentiam, ut adstruit dicens
Dionisius Carthusianus: *Maria ratione
maternæ fecunditatis, & maternitatis,
dignitatis est quodammodo infinita*. Id
etiam insinuas videntur verba Sponsi ad
suos sodales, sic de Sponsa alloquentis:
*Quid faciemus Sorori nostræ, in die quan-
do alloquenda esset?* Cant. c. 8. *Seu in die,
quæ fiet sermo cum ea, aut loquetur cum
ea*. Ut alij Codices habent. Huiusmodi
autem interrogatio non est ignorantis,
sed dispensatoria: (Exponit Alanus de In-
sulis.) *Novit enim quid facturum sit Deus,
quo tempore Gabriel Archangelus eam est
alloquuturus*. Hic Deus, quid in Maria
facturus sit, non dubitat, sed exaggerat,
quasi dicens; Magna, quæ fieri decrevi-
mus, faciemus ei. Magna hæc, inscrutabi-
lia proculdubio sunt, ait Seraphicus Doc-
tor, & ideo mirabilia; unde est, quod eius
immaculatam fecit Conceptionem, ortum
illustrem, conversationem amabilem, eam
posuit exemplar sanctitatis, & gloriosam
præ creaturis omnibus, quæ beantur. Dat
B. Angelus del Pas. Cum igitur ex Paren-
te Augustino, *tota ratio facti, sit potentia
facientis*, cum hic factum in Maria sit
magnum, indicibile, & superexcelsum, ex
hoc colligere possumus potentiam facto-
ris, qui dum facturum alia, appendit tri-

Quodl. art. 2.
ad 1. in 2. d. 1.
9. 1. art. 2. l. 1.
d. 3. 6. q. vnic. n.
10. ad 2. l. 1. d.
43. q. vnic. n. 5
& passim. Gui-
lielm. Honor.
apud. Corn. à
Lap. D. Aug.
Tirin. lib. 1. c.
19. Alanus de
Insul. in c. 6.
Cant. v. 8. D.
Petr. Dam. ser.
in Asupt. Vir.
Dyon. Caribuf.
ser. 1. de Con-
cept. Virg. Cât.
c. 8. v. 8. Bib.
Venet. sept. Bi-
bl. Hebr. in
Max. apud Ha-
ye in Conc. lit.
Alan. de Insul.
ibi D. Bon. in
c. 1. Luc. v. 49
B. Ang del Pas.
ibi. Alex. Alenf.
in Glos. D. Pa-
rentis Aug. Epist.
3. ad Volusian.
Ijaie. c. 40. v.
12. Lyra in
Glos. ibi. Alenf.
Titelm. Haye,
Adamus Del-
phius, D. Ant.
Pad. ser. Dom.
1. post Epiph.
Corn. à Lap.
Rupert. & alij.
D. Bern. Sen. t.
1. ser. 61. art.
6. c. 4. Alex.
Alenf. in Cant.
Magnific. v. 4.
ad c. 1. Luc. v.
49. D. Thom. à
Villan ser. 2. in
Nativ. Virg.
Prov. c. 8. v. 23
Rodolph. &
alij apud la
Haye in Bibl.
Max. D. Am-
br. l. de Bened.
Patriarch. c. 4.
D. Basilus Se-
leuc. orat. 29.
ad Virg. Ma-
rius, & Haye,
cum D. Hier.
Bed. Isid. Lau-
ret. & alijs.

(G) Cant. c. 6.
v. 8. Apbous.
Oreus in En-
com. de B. Virg.
ad. c. 6. Cant.
v. 8. sept. in Bi-
bl. Max. Haye
in Conc. lit. &
plures ibi. Subt.
D. l. 1. d. 3. q. 2.
Quodl. 1. 4. art.
2. l. 12. Meta-
ph. Text. 51. l.
1. d. 3. q. 3. art.
1. n. 5. d. 39. q.
5. art. 2. n. 22.
S. viso de 3. & 6.

bus dirigit molem terræ, ut magna faceret in Maria, non est sibi placitum facere solo digito, sed fecit potentiam in brachio suo. Collige ergo ex potentia facientis, magnitudinem facti in Maria. Sed ad vulgatæ literale dubium redeamus. *Quid faciemus sorori nostræ?* Nil ultra videtur faciendum, nam in ea fecimus, quod potuimus. Verba etsi realiter non, anxietatem sonare videntur. *Quid faciemus?* Adhuc enim soror nostra est, & parvula: magna fiat, & fiant in ea, nam *Magnificentia nostra est Maria*. Quod D. Bernardinus prædicat. Facturus primum hominem Deus ad imaginem, & similitudinem suam, non interrogatoriè loquutus est, sed absolutè *faciamus hominem*, neutiquam *qualem faciemus hominem*. Cur ergo nunc aliter verba facit, dicendo: *Quid faciemus sorori nostræ?* Deus non se, sed nos in perplexitatem excitat, ut ad quam maximam dignitatis celsitudinem electa sit Maria videamus. *Fecit, qui potens est, Mariam habere Deum filium*. Docet Doctorum Doctor Alensis. Nulla excellentia maior, nil ultra dici potest: *Quia Virginis gloria* (ait Villanovanus Thomas) *intus erat, & magis cogitari poterat, quam describi. Quid amplius quæris? Quid ultra requiris in virgine? Sufficit tibi, quod mater Dei est*. Centrum Marianæ Gloriæ, vterus est Mariæ. Hoc magnorum maximum, hoc absconditum a sæculis mysterium, quod etiam Deus exagerrat, ut Mariam eligit ad gloriam maternitatis obeundam. Virga flore coronata vnico, inter omnes pulcherrima, affert inscriptionem: **QUEM PEPERIT SIC VIRGA, CORONAT**. Virga Jese florens Maria est, à qua flos, & simul fructus benedictus prodixit, ipsumque ut parerem, (inquit ipsa Prov. 8.) *ab aeterno ordinata sum*: Siue *coronata sum*, ut habent alij. Nam filius Matri corona est, & corona maternitas. *Flos Mariæ Christus*, ex quo *Mariæ plebitur corona*; ut deduco ex Ambrosio, & Selenciensi Basilio. Sic sublimiorem puræ cuiusvis creaturæ electionem Mariæ & miretur, & laudet Thabor, quatenus est electio, & nos stupentes, cum illo.

198 Per eadem divertamur, Mariæ magnitudinem ex eius in Dei matrem electione deducentes, ad quam ab aeterno ordinata est, antequam terra fieret. Tunc quidem sibi Deus gratam, & speciosam in omnibus delegit Mariam, summis omnium gratiarum dotibus ornaturus, soli suæ reservans cognitioni mag-

nitudinem celsitudinis eius, Dei absque dubio propinquam. (H) Id suadent, quæ Eccl. cap. 1. de Maria scribuntur: *Ipsæ creavit illam in Spiritu Sancto, vidit, dinumeravit, & mensus est*. Maria, Dei mensura vocatur à Glossa, quatenus immensus in ea mensus factus est, factus homo. Vidit ergo Deus ab aeterno Mariam, *idest perfectè cognovit*, ut docet Lyranus, & ex quo creans cognovit, dinumeravit, & mensus est. *Vidit ergo scientia approbationis: Dinumeravit*, seu plenè comprehendit: *Mensus est*, quia *innumerositate charismatum replevit*. Ait Alensis. Sed quare in Spiritu Sancto Maria creata dicitur, & electa? Nonne opera Trinitatis ad extra sunt indivisa? Ita de fide est, & omnium Catholicorum, cum suo Alcide, nostro Subtili Præceptore. Ut quid igitur in Spiritu Santo eligi Maria dicitur, & creari? Maria, Verbum conceptura erat suo in vtero Incarnandum: Spiritus Sanctus in Virginem perventurus, eam à peccato originali præservando, suæque omnia dona largissimè influendo, & carnem Dei filio vniendam superabunde deificando, ut esset Verbi altare, armarium Spiritus Sancti, & sacrarium, eam gratijs adimplens supra id, quod omnes alij habent. Vide totius Trinitatis Personas in Maria occupatas: Nam Filius eius carnem induit; Spiritus Sanctus in eam donis gratiarum innumeris supervenit. Quid ergo superest Patri? *Vidit, dinumeravit, & mensus est*. Deus Mariam creando videt, quia in eius cœlesti pulchritudine complacet. *Dinumerat*, eius quasi immensam virtutis magnitudinem; *Metitur*, eius celsitudinem, ita ab humano intuitu imperceptibilem, ut *Perfectio Virginis* (censet meus Patrens D. Bernardinus Senensis) *Soli Deo cognoscenda reservetur*. Spiritus Sanctus appropriate Amor est, *fontis vivus, ignis, Charitas*; & idcirco Tota Trinitas amore quasi medio creavit Mariam, suas ex tunc in ea delicias collocans, ut in creaturarum excellentiori videretur delitari; nam *si delitiæ eius cum filiis hominum, quanto magis lubens erat*, (arripio verba Ruperti) *& delitiabatur cum ista ancilla Domini, miraculo cunctorum filiorum, & filiarum hominum?* Ideo Manus ex alto, maris latitudinem, & profunditatem perpendiculari dinumerans, fert literam: **HAC SOLA METITUR**. A sola manu Dei Mariæ magnitudo comprehenditur, à sola illa adæquatè metitur. *Nam immensitatem gratiæ, & gloriæ suæ considerare cupienti*, (repetat Anselmus)

(H) Eccl. c. 1. v. 9. Gloss. apud Bibliot. Virg. t. 1. pag. 470. col. 2. lit. A. Lyr. ad c. 1. Eccl. v. 9. Daniel Agri. cor. 10. stella 6. Subr. D. 1. 1. d. 2. q. 7. & d. 20. q. vnic. Quodl. 14. & 15. p. 1. sinque. Lyr. in Glos. ad c. 1. Luc. v. 35. Alens. in sua celebr. Glos. ibi. D. Bernard. Senens. t. 2. ser. 51. art. 3. c. 1. B. Angel. del. Par. & alij Subr. D. 1. 2. d. 10. q. vnic. ca. art. 2. d. 24. q. 3. Quodl. 8. & p. 1. Ru. pert. Abb. 1. 2. in Cant. D. Anselm. l. de Exc. Virg. c. 8. D. Bonav. in specul. c. 5. D. Bernard. Sen. ser. 61. Fer. 4. post Pasch. art. 1. c. 8. & t. 1. ser. 61. art. 2. c. 10.

Maria eligitur à Deo, in naturæ, & gratiæ miraculum.

Mariae magnitudo, comprehenditur, & meretur à solo Deo.

sensus deficit, lingua fatiscit. Vnde Seraphicus Ecclesiae Doctor Mariae gratiam vocitat immensam sic dicens: *Immensa fuit gratia, qua Virgo fuit plena. Immensum enim vas non potest esse plenum, nisi immensum sit illud, quo est plenum, Maria autem vas immensissimum fuit, ex quo illum qui maior Caelo est, continere potuit.* Immensum, immensam requirit potentiam, ut meriatur: sicque solus Deus Mariam creans in Spiritu Sancto, vidit, dinumeravit, & mensus est. Complementum omnium perfectionis rerum, in Maria, cum Deus eam creavit, posuit. Sanè id mihi aperiunt verba ex Genesi traducta sic cap. 2. *Complevit Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requievit die septimo.* (I) Plura Dei opera laudantur

(I) Gen. cap. 2. v. 2. Augustinus Vichmanus in Sabbatis. Marian. c. 3. Ambrosius. Tarvisin. serm. Sabbat. Fer. 4. Cin. confid. 1. concl. 2. D. Ber. ser. de B. Maria. Novar. Sac. Elect. umbr. Virg. lib. 4. c. 14. Exc. 54. n. 535.

Maria specialissime dicitur, & est opus Dei.

in mundi originaria molitione; opus enim lucis, non fuit opus extensionum maris, creationis volucrum, & hominis: quæ, & alia, specie diversa spatio sex dierum Deus condidit, quando semel loquutus, ipse dixit, & facta sunt. Cur igitur septimo die dicitur non opera, sed opus esse completum? Sabbathum hic dies erat, totusque Virgini dicatus, in qua Deus ipse Incarnatus requievit: cumque Mariam repræsentet, dum eius opificio Deus intendit, quasi in vno excellentiori opere omnia opera complevit, in qua quiescens complacuit. Id omne exprimit Augustinus Vichmanus Norberti filius: *Deus perfectissimam, & absolutam condidit Virginem, ac proinde si puras creaturas spectemus, cum nil sit ea præstantius, dici potest Deum in ea complevisse, & perfecisse opus suum, in eaque perfectissime requievisse.* Nec immerito in Maria complevisse opus suum dicitur: *Quia sicut die Sabbathi* (affert Ambrosius Tarvisinus) *summus Opifex opera naturæ complevit, & idcirco diem Sabbathi benedixit; sic eadem ista die in Virgine gloriosa opera re-creationis perfecit.* Alia apponam. Omnia visibilia, & invisibilia creavit Deus, Cælum utpote, & elementa, Angelos, Hominem, lucem, terram, & in his contenta quælibet: nullibi tamen, etsi à Deo simpliciter esse receperunt, aliquod ex illis dicitur opus suum. Quare? Respondet meus Parens D. Bonaventura: *Quia antonomastice opus Domini est Maria.* Quasi aliena ab Authore alia reputantur opera: sola Maria est opus Dei, in quo complentur, & perficiuntur omnia, & nil esse videntur Mariano operi comparata. Ideo in nullo quievit, quievit cum ad opus Virgineum exequendum pervenit. Ad hæc Mellens Doctor ita: *Altissimus sibi Ma-*

riam, quasi mundam specialissimum condidit. Hec est illa unica salutaris femina, in qua sola, quæ sitam in omnibus, requiem invenit. Innocens primus Homo creatus est, cætera omnia pulcherrima: sed omnis pulchritudo (K) ad Virginem comparata, deformitas est, & omnis innocentia, peccatum. Inquit D. Maximus. Iridem statue ex quatuor primis elementorum qualitatibus conciliantem colores, Rubeum videlicet, Viridem, Cæruleum, & Lacteum, subiecto lemmate: OMNES COMPLENTUR IN VNO. Sic perfectiones omnium creaturarum, in Maria (quæ iris fœderans est) excellentiori modo complentur, cui hæc accinit Anselmus: *Tu Domina, es singularis, nam nulla alia ut tu, sic Deo placuit, nec tam speciosum Palatium illi edificavit. Ergo sicut in comparatione Dei nemo bonus, sic in comparatione tui nulla invenitur perfecta, quamvis eximia comprobetur.* Nec tantum in Maria perfectius, quam in seipsis omnia opera naturæ complentur; complentur (si fas sit dicere) etiam & divina. A Mundi nondum inchoato exordio exordiamur. *Terra erat inanis, & vacua, & Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Gen. cap. 1. Accipe. Divini Spiritus, ut sit sedes, aut vehiculum, aqua eligitur, cæteris gravior elementis, quæ iam extabat, luce nondum, alijsque creaturis à Deo molitis. In illa agitabat se, quasi repressum intus refrigerans ardorem. Volabat, quasi sibi gratissimum obumbrans domicilium. Sufflabat, ei impingens dona charismatum, ut præfiguranti futurae Ecclesiae sacramentum. Incubabat, tamquam Avis in ea coelestem Pullum enutriturus, vnde ad hoc fecundam reddebat aquam. Scriptura hic penicillo instar pictorum utitur, qui (dat Methodius) medijs umbris prominere faciunt, quæ alioquin difficile cernebantur. Umbram aquæ Spiritus Sanctus impingit, ut per umbram nos in suam ducat cognitionem. Ultima Trinitatis Persona, incommunicabilis alteri per activam processionem, Spiritus Sanctus est: *Maria, (censet Richardus) aqua omnis est, per quam habetur refrigerium, & quia habet omnem gratiam.* Imò, iuxta Cassiodorum aqua ex sui ingenta puritate, *Virgo* vocatur. *Currit aqua Virgo, sub delectatione purissima.* Ideo, quia *solus liquor* (docet Tertullianus) *semper materia perfecta, læta, simplex, de suo pura, dignum veltaculum Deo subijciebat.* Eligitur vnde Maria antequam aliæ moliantur creature, ut sit Divini Spiritus habitaculum sub typo aquæ: Cum

(K) S. Maximus apud Novarin. loc. cit. n. 536. Anglic. l. 1. c. 5. Beda. D. Isid. l. Orig. Berch. in Red. lib. 5. c. 20. D. Anselm. lib. de Excell. Virgin. à quo verbum tuat Anonymus tom. 2. Biblioth. Virg. in Coron. Virg. c. 5. Pag. mibi 366. col. 2. lit. C. D. Bon. de B. Virg. Fig. 5. Arist. lib. 3. Meteor. c. 4. Gen. c. 1. v. 2. D. Hier. Lippom. Bibl. Syr. Bassilius, & alij in Bibl. Maxim. Method. orat. in Hypop. Subtil. Deest. l. 1. d. 10. & passim. Est que de Fide. Richard. à S. Laur. l. 9. Tit. 6. Tertullianus lib. de Baptism. cap. 3. Hefychius orat. 2. de Laud. Virg. Cassiod. l. 8. var. Epist. cap. 6. D. Basil. in Bibl. Max. ad cap. 1. Gen. v. 2. Hermianus Cōtract. in Cantic. Salve Regina. Ecclesia in Hymn. Laud. Virg. Mariae.

nempe Amor ille divinus producendo nequiret se alteri Divinae communicare Personae, se communicat modo possibili Mariae, quae Trinitatis est complementum, in quo Spiritus Sanctus hospitabatur, Pater obumbrabat, & Filius in utero gestatus inhabitabat. Hesychius decantat. Nil adhuc terrenum videtur, cum Maria purissima à Trinitate eligitur, quam suo modo complet, veluti dedignans humanum quid habere, sed Divinum. Non sapit eius electio terrena quaeque, supernum est, quod in ea videtur, Deum complectitur, Deum sapit. Columba (Spiritus S. Typus) pennas super aquas expandens, hoc ferat inscriptum: SPIRITUS INTUS AGIT. Sed quid? *Vivificabat aquas.* Legit D. Basilus. Vitam gratiae Divinus Spiritus sese communicabat Mariae, sicque vita nostra est, unde canit Ecclesia, *vitam datam per Virginem, gentes redempta plaudite.* Sic eligitur Maria, à Patre ut Filia, à Filio ut Mater, à Spiritu Sancto ut Sponsa, & ut gratum Trinitatis Sanctissimae complementum. Sic Thabor praerexcellentem celebrat Virginis electionem, sua (etsi cum adminiculo luminis adveniente) gratiosorem Deo, summeque orbi proficuum. Ex Thabor laudes incēpimus, in eius adveniente lumine, Mariae encomia absolvamus. *Lumen adveniens* interpretatur etiam hic Mons, Mariam apte praefigurans, quae advenit ut lux paritura lucem, in utero circundans Deitatem. Id exprimit Vates Regius sic proferens Psal. 109. *Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum, ex utero ante lacerum genui te.* (L) Lumen à lumine procedit, ut à principio, quod dicitur hic, *ipse Pater.* Explicat Lyranus. Ab ipso enim procedit filius ut genitus, in decoribus sanctitatis, seu cum sanctitatis lumine. Deus enim primaria, & substantialis sanctitas est, à Beatis in Patria fruibilis. Sed non parum torquet aliquorum huiusmodi lectio: *Ex utero Aurorae tibi Ros generationis, & natiuitatis tuae. Quod in Persona Patris dicitur, sicut Ros competentem de filio Dei.* Docent Lyranus, & Parisiensis Haye. Idemque est, ac si diceret, *Quasi de vulva Aurorae orieris.* Quid? gignitur ne Verbum ex mente Divini Patris, quasi ex utero, an ex utero Aurorae? Proculdubio, *quasi de vulva Aurorae.* Vtrumque suadet lectio distincta Bibliorum, Patri luminum maritata Virgo, Dei-

fica infusione roris, stillicidia suscepit, & ex utero Paterno ut Ros genitus etiam filius, non patitur simul ab utero Virginis separari: *Aurora enim dicitur Aurora rorans, ut ex nostro habetur Anglico.* Atque adeo intellectu Paterno filium rorante, rorat & uterus Mariae, ut videantur commune aliquid Pater, & Mater habuisse. Noster Amadaeus haec elucidans, habet: *Ignis ille rorem luminis exhibuit, Ros luminosus unctionem praebebat, unctio semine sanctum prestitit. Hesiisti enim, Virgo pulcherrima, strictis amplexibus auctori Pulchritudinis, & effecta plus Virgo, imò pulsquam Virgo, quia mater, & Virgo, hoc sacrosanctum semen Deifica susceptione suscepisti.* En lumen in Patre lumen, rorem producent luminosum: en Auroram rore hoc sine gravedine gravidam, Deifico stillicidio roscidam. Ad haec ita noster Adamus Delphius: *Rectè Christus filius Virginis, propter aeternam à Patre genituram, idem ipse vocatur filius Dei.* Similitudinem autem uteri Paterni, cum utero Mariae, Ambrosius ita exprefit: *Quemadmodum Virgo divinitas ediderat, ita cum & Virgo Maria generavit.* Iris depingitur Solis radijs multipliciter informata, & gravida rore, cum lemmate: **SEMINI AB ÆTHereo FERT IRIS ROSCIDA LUCEM.** Mariam tangit, quae Solis aeterni lumine vestita, rorem coelestem, lucidumque, qui de se dixit, *ego sum lux mundi*, mundo peperit, quem humanum genus, ut rorem expectavit, dum dixit, *Rorate Caeli desuper.* Isai. 45. Inde dicebat D. Petrus Damianus: *Maria immensum concepit, aeternum genuit, genitum ante secula parturivit.* Aptè omnia. Dum ergo utrumque ad nos hoc lumen venit, Thabori expedit associari, quo Mariam nobis adesse cunctantibus rogemus, quatenus ipsa ducatum praebente, pervenire possimus ad montem Domini; & ad domum Dei Iacob, qui doceat nos vias suas, ut ambulemus in semitis eius. Obfigno librum tandem, Mariano suffultum Patrocinio, meque fulciri desiderantem, quod summo mihi pro voto est: est & ut eam laudent montes, & omnes colles, etiam quos silentio oppressi, acturus solummodo (ut aliquantulum peregi) de quibus Palestina potius gloriatur, supra quos est Maria, Mons domus Domini in vertice montium.

n. s. Div. Petr.
Dam. serm. de
Nativ. Virg.

Maria, à Deo electa ut Trinitatem suo modo compleat, & ab ea compleatur Virgo omni gratia.

Virgo à solis sempiterni lumine tacta, instar Paternus Verbi utrumque Christum Coeli rorem distillavit.

(L) Psal. 109.
v. 4. Lyra in
Gloss. ibid. Haye in Conc. & Plures in Bibl. Max. Anglic. lib. 9. c. 21. D. Isid. Beda, Berchor. alijque plures. B. Amadaeus de Laud. Mariae, Hom. 3. Adamus Delphius, de Deipara, Hom. in Festo Annunt. D. Ambr. ser. 16. D. Bonav. de Laud. B. Virg.

LIBANUS MARIANUS.

LIBER II. DE AQUIS, FONTIBUS, ET FLUMINIBUS.

C A P. I.

AQUA, OB SPECULAREM NATURAM, MARIAE
perfectiones longe, lateque laudando diffundit.

199



D Marianas modo deveniamus aquas Virginei pedes Libani submisit lambentes, quibus

nostra habes intincta penna, altius evolabit, Mariae coelestes prerogativas scriptura. *Aquæ. Fluenta Virginea appellantur*: mihi ob id persuasum, hoc ab initio dotatas privilegio, (A) ut nullum tenebris vectigal solverent, sed Divini Spiritus incubatione fecunda, omni prorsus emicarent nitore. O mihi accidat (sit utinam!) quod alias evenire scio cuiusdam arboris fructibus prope aquam in quodam novi orbis insula enascentis, qui quo maturescunt, ex patulo ligno in fluvium elabuntur, & in volucrum naturam mutati, statim alis se suspendunt, salubriori coelorum aura potituri. Faxit, meus ut maturescat discursus, & Marianis immerfus limphis, ad altiora evehatur, Mariae sublimem gloriam decantaturus. *Maria enim Mare vocatur, & quomodo non Maria mare? Congregationes aquarum appellavit Maria.* Ait Chrysologus. Etenim si Mariae latissime funduntur aquae, meam non dedignabuntur perfundere calamum, & ut aquarum gratiæ spaciosissima cogeris, me suo recondet sinu, ut eius profunda mysteria quoquo valeam attingere modo. Sic ergo me ea ducente incipio. Non infimi nominis Authores reperio asserentes, quod ideo sic *Aqua* dicitur, quasi *A* qua Pisces, aves, & alia à Deo in temporis initio creata sunt. Gen. c. 1. (B) Quod ad sensum spirituales retorquentes, Mariae apprimè congruit, per quam, & à qua nil subterfugit, respectum aliquem alicuius esse, non habuisse. Ipsamet veritatis mater aperte dicat: *Quando præparabat celos aderam; cum eo eram cuncta componens.* Prov. c. 18. Alijs placuit le-

gisse: *Cum pararet celum, seu stabiliret thronum suum, iuxta eum eram nutrita, penes illum disponens, ut reservatio eius fidelis.* Vide propè divinam Mariae celsitudinem: Nam apud Deum iam nutriebatur, cum creata omnia disponderet producturus, quasi in creatione rerum complacens Mariam habere sodalem, ut quodammodo dependere censerentur ab illa, si non in ordine naturæ, in ordine tamen gratiæ. Sic Virgini Psalebatur D. Andreas Cretensis: *Ave, per quam renovatur creatio.* Sed num, ut celos Deus, aliasque creaturas disponebat, Mariam iam habuit coadiutricem? Nullatenus. Infinita enim Dei potentia, potentia finita non indiget. Sed num in aliquo indigebit Virgine? Dicere stupeo dicant alij ex Bibl. Hebr. vertentes sic: *Cum eo eram cuncta componens, tanquam nutrita, & nutritia.* Disponebat solum, nondum Deus orbem componebat, & iam Mariam Deus præfecit nutritam apud se, ut reservationem fidelem, & Nutritiam sapientiæ ad homines descensuræ. Ideo eam salutabat ille: *Ave, per quam infans efficitur conditor.* Maria, à cæteris selecta creaturis, cum creari disponuntur, apud Deum nutrita, nutritia Dei reservatur, ut à qua aliquantulum censeantur etiam creaturæ dependere, à cuius vberibus pendet creator ipse. Complect omnia dicta meo videri Anselmus, hæc scribens: *Omnis natura à Deo est creata, & omnis Dei natura ex Maria est nata. Deus, qui omnia fecit, vel creavit, ipse se ex Maria fecit, & omnia, quæ fecerat, refecit. Deus igitur est Pater rerum creaturarum, & Maria mater rerum creaturarum.* Sic Prælationis gloriæ dignitatem iure Maria reportat, ut desideretur animas quasi gratias fecundans *Aqua*, à qua dicantur in perfectiori esse, & conservari dependere. *Erat Maria componens* (fert quidam) *Primum cum ultimo, (C) Parvum cum mag-*

Maria, erat, 2. In Princip. Idè, ibi. Bibl. Hebr. à Paris. Haye adducta in Conc. lit. ad c. 8. Proverb. v. 30. D. Ans. de B. Virg. c. 12 orat. 8. Ambrosius Terrosin. ser. Sabb. Dom. 2. Quadr. concl. 2. in med. Maria, Aqua à qua homines suum spirituale esse auspicantur.

(A) Aristophanes in Cerealis. D. Greg. Nyss. in Hexa. Theophrast. Antioch. 1. 2. ad Antol. B. Amad. hom. 3. Anglic. Ezech. Maiolus, Solinus, & ex his Bibliot. Vir. D. Petr. Chrys. Serm. 146. De cuiusdam arboris fructu, in avem mutato, res mira.

(B) Gen. c. 1. v. 20. Theatr. Vir. Hum. t. 1. verb. Aqua. Prov. c. 8. v. 27. & 30. Bibl. Tig. Arab. Sept. Lyra. Reg. & Plures alij. D. Andr. Cretens. de Virg.

(C) Bibl. Virg. tom. 1. pagina

mibi 483. col. 1. lit. C. Menoc. in Bibl. Max. D. Bern. apud Ambr. Tarvisin. & in Bibl. Virg. t. 2. pag. mibi 557. col. 1. lit. C. Psal. 103 & Lyras, & Menoch. ad Gen. c. 1. v. 6. D. Aug. in Psal. 103. v. Bibl. Syr. & Arab. apud Haye, in Bibl. max. Subt. D. l. 2. Sct. late de operib. S. dier. & l. 2. de celo, & in Metaph. passim, & Arist. ibid. omnesque Philosophi, & Anglic. ac Berth. loc. cit. & hic in direct. t. 1. latissimè. D. Basil. Hom. 3. in Hexa. Theatr. vit. hum. loc. cit. D. Epiph. ser. de Laud. Virg. D. Basil. Seleuc. ser. de Annunt. Arn. Carn. tract. de Laud. Maria.

Maria, Aqua, cœlum, & terra à qua complementum bonitatis habent.

no, divinitatem cum humanitate. Manus una cœlum, terramque inornata distendens, subsequente alia cœlum stellis, terram floribus pingentia, levi penicillo, hanc affert Gnomam: SED SUFFICIT VNA. Dei enim infinita potentia, quæ per manum significatur, in qua sunt omnes fines terræ, & opera manuum eius sunt cœli, infinitos se extendit ad posse producere orbis; tamen manum Mariæ apprehendit, quia (dante Bernardo) *nul-la gratia de cœlis descendit, nisi transeat per manus Mariæ*, sicque iuxta Deum erat quando præparabat cœlos, cuncta etiam componens, & suis velut gratijs Deo gratiora reddens. Vnde Aqua purissima est *A qua* rationalis creatura, spiritulia mutuatur perfectionis dona. Idem Bernardus hæc scribit: *Merito, in te, o domina, respiciunt oculi universæ creaturæ: in qua, & ex qua benignissima manus Dei quidquid creaverat, recreavit*. Scilicet, in esse gratiæ regenerativæ. Id confirmant Regij vatis eloquia, in hunc modum Psal. 103. *prosilientia: Extendens cœlum, sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius*. Hæc cœlestia corpora distinguuntur ab elementis; etsi supra cœlum aquæ sint veræ, & naturales, docet Lyranus, & Menochius. Vnde firmamentum (quod Deus vocavit Cœlum, Gen. c. 1.) est inter aquas, & aquas, ita ut sint aquæ inferiores, quæ perfundunt terras, & aquæ superiores remotæ ab aspectibus, scilicet, quæ super cœlos sunt. Ait Magister communis Augustinus. Alijs hæc non displicet lectio: *Constituit in aquis mansiones suas, seu fecit aquas fundamentum eius*. Cœli videlicet. Ni in Aquis cœlestes stabilirentur spheræ, ruerent, & ad ima protinus immergerentur; sed ex divina ordinatione stabiles perseverant, quia *Deus tegit aquis superiora eius*. Sed num, non Deus congregationes aquarum appellavit Maria? Sanè ita. Deorsum ergo aquarum est naturalis locus, cum sit ex natura rei corpus grave aqua omnis, ut concludit etiam Philosophia, & Subtilissimus meus Præceptor. Cur ergo aquæ illæ in sublime aguntur? Basilus respondet: *Deus infra, & supra cœlum vtm aquarum apposuit, ut earum refrigeratione ignium ardor temperatus, non solum non obesset mundo, sed etiam plurimum prodesset*. Optima ratio, spectata literalis sensus intelligentia; sed alio nos dirigit Maria in vtriusque aquis mysticè designata: Nam aquæ elementaris naturalis locus, infra aerem est, & terræ proximus, ob gravitatem pronæ: illæ verò, quæ supra cœlos

ponuntur, tenues, ac subtiles sunt, quo fit, ut sit eis etiam ille, naturalis locus; cumque Aqua Mariam denotet, tanta eius Patrocinij extensio est, ut cœlum tegat, & temperet, & terram fovendo protegat. Hinc à D. Epiphanio vocatur Maria *Cœli, terræque Mystrium*; quasi quod sit recapitulatio, in qua Deus brevi characterere quæ in cœlis, & quæ in terra sunt, restrinxit, ut fateantur omnia se aliquid boni mutasse à Maria. Globulus geographicus cœlum, & terram continens, subiectam habet inscriptionem: OMNIA COMPLET. A Maria omnia pendent, & Verbum ut caro; quod Seleucensis Basilus ita scribit: *Dei Verbum omnia complens, dum in Maria Incarnatur, cœlesti adoratione non caret. Dum enim Verbum chartæ inscriptum, in charta totum inest, & totum in mente generante, & totum in legentibus, sic Deus Verbum totus proprio corpore, & totus in Deo, & Patre, & implens cœlum, & terram ambiens*. Omnia Mariæ tenentur: Deus, quia Incarnatus ex ea; Cœlum, quia dominatur ab ipsa; Terra, quia fecundatur sua gratia. Vnde Aqua est, à qua modo sublimi pendere dicuntur omnia. Juvet tandem illud tritum Carnotensis Arnoldi eloquium: *Maria creaturis constat omnibus: quidquid enim creator, singulis distributor iustus contulit. Matri adornanda concessit*.

200 Aqua, etiam vitam symbolizat humanam: etenim illa tabescendo languescit, nisi à vento agitetur; nosque qui quasi Aquæ dilabimur super terram, nisi à Mariæ aura vivificemur, primus. Id probaturus ad illud dictum Gabrielis me confero, Luc. c. 1. *Spiritus Sanctus superveniet in te*. (D) Vbi habent alij, (& ferè idem est) *Spiritus Sanctitatis obumbrabit super te, seu recumbet*; ut olim super aquas, eas sanctificans. Extrema picturæ lineamenta duxit, quia ventrem Mariæ sanctificavit, & Christi corpus formavit, atque perfecit. Quid Mysterij in hac super Mariam Spiritus Sancti superventione, Noster sic exprimit Amadeus: *Spiritus Sanctus superveniet in te. Superveniet in obertate, in affluentia, in plenitudine, & ineffusione carnis, & animæ. Cumque repleverit te, erit adhuc super te, & super aquas tuas feretur*. Perpende illud, *super aquas tuas feretur*. Aquæ enim populi sunt, & gentes, Apoc. 17. *Omniumque perditis orbis Maria reparatrix est à qua plenius humana natura bona provenerunt*. Inquit Anselmus. Idcirco Spiritus Sanctus super-

(D) Luc. c. 1. v. 35. Bibl. Lyras alia in max ibi Haye in Cœc. lit. Lyr. in sua Aurea Glos. B. Amad. de Laud. Virg. Hom. 3. Apoc. c. 7. v. 15. Lyras, & D. Bern. cum Alf. ibi D. Ans. Cant. in opusc. de Virg. c. 9. D. Bern. ser. 4. super Missus est. B. Angel. del. Pas l. 1. in cap. 1. Luc. v. 35. cap. 32. Alens.

ibidem. Absal.
Abb. ser. 2. de
Annua. ord. 2. 1.

Maria, vna
cum divino
Spiritu homi-
nibus vitam
influxit.

(E) Psal. 147.
v. 7. Beda ad c.
1. Gen. Gregor.
in Prol. 1. Reg. in
Ezech. Hom. 9
c. 17. & 1. 19.
mor. c. 5. Eu-
cher. form. Spi-
rit. c. 4. Genebr.
in Psal. 147. v.
7. Hæc præ
multis, in
Concl. lit. Ay-
guan. in Psal.
147. D. Ildepho-
phos. ser. 2. de
Assumpt. Virg.
D. Cirillus Al-
lex. lib. 2. contr.
Iulian.

Maria, divini
Spiritus dona
ad nos trans-
currere fata-
git, nos vt vi-
vificet.

pervenit, vt per Mariam de eius pleni-
tudine in nos redundaret effluxus. *Super-
veniet*, (ait Doctorum Doctor Alensis)
idest, super id, quod omnes alij habeant,
veniet: non vt tu dicaris *Templum Do-
mini*, sicut alij, sed etiam *Sacrarium Spi-
ritus Sancti*. Sic aquæ Gentium moven-
tur, dum per Mariam à divino spiritu in
altiora, & salubriora aguntur. Columba
Mariæ capiti insidens, ac super aquarum
extensam molem flans, signat lemma:
VIVIT SPIRANTIBVS AVSTRIS.
Vivificans divinus spiritus est, vita, &
dulcedo Maria: ni ab vtriusque afflatu
nostræ moveantur aquæ, languescunt, de-
perduntur. Id sic cecinit Absalon Abbas:
*Spiritus Sanctus supervenit, idest desu-
per venit, de summis ad infima; vt natu-
ra nostra, quæ per causas inferiores tuta-
ri non poterat (omnis quippe caro corru-
perat viam suam) saltem in sui remediũ
de supernis acciperet medicinam.* Ad
idem attendamus ex his, quæ David de
Deo scripsit Psalm. 147. *Flabit Spiritus
eius, & fluent Aquæ.* Homines videlicet,
ait Beda Venerabilis, cum Gregorio: (E)
*Qui duri sunt per superbiam, imò inter
prædestinatos durissimi*, ait meus Augu-
stinus. At Dei nutu, voluntate, decreto
durities illa liquefcit; & solvitur, ne ho-
mines ob duritiem ad bonum stupidi
maneant, & inertes. Ideo *flat Spiritus Dei,
vt fluant aquæ*, vt rigor ille lentescat, &
à Spiritu afflatu vivificentur aquæ, quæ
in tabernaculum mortiferam abibant. Sacra-
mentum advertamus. Primo Deus Pater
mittit Verbum suum, vt liquefaciat
aquas: deinde, *flat spiritus eius*, sed ubi?
Spiritus Sanctus superveniet in te. Ad
Mariam Spiritus derivatur, vt fluant
aquæ durissimæ: mittitur ab Arce Patris
Verbum, vt nostri duritiam cordis lique-
faciat, sed omnia hæc per Mariam, quæ ni-
si Verbum contineret, & spiritum, ho-
minibus per gratiam dispensandum, no-
stræ mortalitatis aquæ nec liquefierent,
nec fluere. *Quia ad præsentiam Spi-
ritus Sancti multiplex aqua fuit in nobis.*
Dat, antea Incognitus. *Mariam autem
totam à Deo electam, & præelectam, rap-
turus erat sibi Spiritus Sanctus*: vnde,
cum numquam sine eo Maria, cum eo
pariter influens incedebat, vt mortales
fluere aquæ, & vivificarentur. Mare
aura cœlesti afflatum, notulam signat:
TE FLANTE REVIVAM. *Maria
Spiritus Sanctum* (Affert Ildephonsus)
*in dotis titulo, & pignus hereditatis ac-
cepit*; sicque largissima in emortuas ratio-
nales effundere potuit aquas, imò, & effu-

dit, sic vitam præbens feciliorem: *Ete-
nit vivificat omnia Dei Spiritus, omnia
etiam illo opus habent, nec aliter poterunt
firmiter in sua essentia quæ sunt, persiste-
re.* Si per Mariam nostri liquefcit durities
cordis, vt cor totum in eius liquefcit
amorem, in ea sistatur, vt inde salubrio-
rem capiat auram, ditiolem gratiæ fru-
gem, avidiorem ad Dei obsequia progres-
sum, internamque animæ tranquillitatem.

201 *Aqua*, dicitur etiam quasi
Æqua, quia numquam quiescit à motu,
donec superficies eius adæquetur. (F) Ma-
riæ typus nobilissimus *Aqua* est, sic salu-
tis mortalium anxia, vt nisi nostram cu-
rans salutem, numquam sui Maria iudi-
cet amoris habere quietem. Mirari est di-
vi Lucæ verba, quæ de Maria iam in vte-
ro verbum portante scribit: *Exurgens
Maria abiit in montana, cum festinatio-
ne.* Luc. c. 1. Præ gaudio festinat, natu-
maiori obsequium humile præstitura.
Cum sedulitate igitur, & *diligentia abiit
festina*, nec in longum patitur protrahere
iter, domi Penetralibus assueta: & vt ex
illa discerent Virgines, non demorari in
plateis, nec in publico inutiles miscere
sermone. Festinat ergo, etsi divino gra-
vida verbo, gravamina nesciens, sicut &
tarda ignorat molimina Divini Spiritus
gratia. Fervore eam Charitatis impelle-
bat, ideoque quia eius igne ardebat inte-
rius, ad superiora montium conscendit,
flammam vt ardentissimam temperaret.
Sed cur tam festina properat ad Monta-
na? Ambrosij responsio est, *vt inferior
adiuvetur.* Aderat Joannes in Matris er-
gastulo irretitus vinculis noxæ origina-
lis, & inter caliginosas primevæ noctis
umbras. Estque Maria vtero salutem, lu-
cemque portans, sic nostri commodi se-
dula, quod vt subveniat, non tantum pro-
perat, sed gressus agitat, & festinat. Jesus,
qui in illius vtero erat (dat Origines) *fe-
stinabat, adhuc in vtero matris positum
Joannem sanctificare.* Alacriter, & sine
mora, cum nato opera charitatis exequi-
tur Maria, Joanni proximè subventura.
Stagnata depingitur aqua, sitibundis pro-
pe ora campis subiacentibus, addita
Gnoma: **ABLUIT, AVT RIGAT.** Vtrū-
que media matris suæ festinatione exe-
quitur salus generis humani Jesus, quies-
cens in matris vtero sicut aqua, aut
abluit, aut irrigat: (docet Augustinus)
abluti sunt sordentes, rigati sunt mætes.
Exurgit igitur Maria cum festinatione, in
Ioannis bonum, *de quiete ad opus, de la-
bore ad solatium.* Profert B. Angelus del
Pas. Sic aquæ naturam æmulatur, vt nec
in

(F) Anglie. 1.
13. c. 1. Luc. c.
1. v. 39. D. Ber.
Hom. 4. super
Missus est. D.
Ambr. 1. 3. in
Luc. Lyra, D.
Bonav. & alij.
Origen. Adam.
Hom. 7. in Luc.
c. 1. v. 39 D.
Aug. in Psal. 2.
v. 15. Menoch.
Tirinus, B. An-
gelus del Pas,
lib. 2. in c. 1.
Luc. c. 36. Theo-
phi.
Maria, aqua
salutaris, nos
vt abluat, nū-
quam quies-
cens, semper
diligens.

in Patria videatur quiescere, ni miseris valeat sedula subvenire. Persuasū illud habeo ex his, quæ sacræ ministrant literæ Sap.c.7. *Omnibus mobilibus mobilior est sapientia, attingit autem undique propter suam munditiam.* Videas sapientia benignitatem; etenim homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Psal. 48. (G) *Honorque hominis sistit in eo, quod ad Dei imaginem factus est, capax ipsius per cognitionem, & amorem; sed eligendo vitam voluptuosam, comparatus est iumentis insipientibus; ut exponit Lyranus.* Ut verò sapientia, hominis contemplata est insipientiam, benigna cucurrit, homines ad saluberrimam ut elevaret notitiam. *Sapientie motus velocior est quocumque motu, ad omnia se protendens, & in omnibus permanens propter puritatis sue nitorem.* Habent Bibl. Arab. quod explicans Parisiensis Haye, habet; *Sapientia partim in operandi celeritate omnia superat, causas præoccupat, vota prævenit, præcurrens cogitationes.* Hæc Sapientia Virginem signat, ipsa enim sapientia, creavit Deus cælum, & terram. Refert ex Hebræis Galatinus noster. Per omnia ergo huius Virginis sapientia se diffundit operatio, ut motum, & actionem omnibus rebus tribuat: Et hoc non cunctanter, sed celerrimo motu, non patiens nec pro instanti quemquam persistere in carentia ultimi finis. Sapientia non humanis se immiscet speculationibus, cum divina sapientia, quæ est Deus, participatio sit; sed præcipue primæ, & altissimæ causæ cognitionem rimatur, ideoque velocius, & celerius producit effectum, quia maiori virtute, & efficacia agit. Nil sapientiam subterfugit Marianam, quia undique attingit propter suam munditiam. Est enim (ait Gregorius) speculum purissimum, foeda, & pulchra celeriter representans; illa, ut cognoscantur arcenda, ista, ut amplexanda. Sic velociter currit, & succurrit Maria, ad puritatem, servandam in anima, nos festinanter inducens, ut munda, & purissima. Considera Marianæ sapientia largitatem: *Omnibus mobilibus mobilior sit: quia pedes hominum pigri,* Sap.c. 15. quatenus ad divina exquirenda, radio mundanorum pressi, non possunt se movere. Lyr. Ideo movetur, ut stimulet, ut insipientia mentis seposita, ardentem aspirent ad cælestia capesenda. Halon (impresio metheorologica) Solis radijs tactus intra nubem, subito in eam eos depingens, hanc Epigraphen dat: PERFICIT ASPICIENS.

Mariæ splendor à fonte lucis, iustitiæ nempe sole derivatur, qui in nos subito ut illuminemur, diffunditur; *Qui velut nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, per tenebrosa mundi spatia divagamur,* Judæ epist. v. 12. *Sine aqua scilicet sapientia, ut Lyranus docet.* Halonem hunc ergo cælestem ad nos celeri motu diffusum expedit cordis intromittere Domitilio, ut fugatis mentis nostræ tenebris, perfundamur aqua sapientia salutari. *Est enim Virgo Maria mater Domini splendor illius reverenda gloria, cælestis pulchritudinis, & bonitatis, omniumque virtutum seminarium, ingenti sua charitate purgationem peccatorum apud Deum omnipotentem impetrans.* Ne ergo huius sapientia Virginalis accessum ad nos retardemus, imò pari velocitate ad eius aquas curramus, ut veteri deposito homine, emendemus in melius, quæ deliquimus. Hoc David cæleste nobis magisterium docuit, dum dixit: *Perfecit pedes meos tamquam cervorum, super excelsa statuens me.* Psal. 17. Deo hic gratus obsequitur, quia eum ab imminetibus liberaverit periculis, quæ Saul præcipue adversus eum machinabatur. (H) Ut illa evaderet, pedes eidem Deus coarquivit, & agiles fecit, super excelsa, sive in editis eum collocans. Hæc ex Lyrano, & alijs. Sed Genebrardus auscultetur: *Effecit pedes meos cervinos, id est celeres, agiles, & veloces.* Non aures ei perficit, sed pedes, in quibus agilitas potius reperitur, ut versus in fugam, ad tutiora revertatur. Posuerat Deus immaculatam viam suam ipsius David, & ultra pedes perficit ad transcendenda spinosa, & umbrosa implicamenta huius sæculi. Docet meus Parens Augustinus. David pacatum optabat sibi Regnum, ideo alacri, ac celerrimo cursu ad Deum confugiebat, *Quemadmodum desiderat Cervus ad fontes aquarum,* Psal. 41. seu *festinat ad fontes aquarum,* ut legit Symmachus, & *venatus à venatoribus, & calefactus, multum desiderat aquam,* ex Lyrano: & sciens, Deum sibi perfecisse pedes veloces, agilesque ad id assequendum, eius avidus ambit auxilium. Nec frustra; apud lybicos enim Regnum consequebantur, qui cæteris cursitando præstarent Regnum (vel gratia; vel Gloria) citius, securiusque consequitur, qui alacriori, velociorque cursu ad Deum cor suum dirigit, compedes, quibus eum mundus irretiebat dirumpens. *Sic perficiuntur in nobis pedes tamquam cervorum.* Similitudinem meditare, Cervus gravatus senio, sentiens

(G) Sap.c.7.v. 24. Psal. 48.v. 13. Lyr. in sua Gloss. ibi. D. Aug. Genebr. Titelman. Alen sis, Castodorus Euthim. & alij Bibl. Arab. in Max. ad c. 7. sap. v. 24. Haye in Conc. liter. ibi Rabbi Ankelor apud Galat. de Arcæ. Catb. verit. lib. 7. c. 2. Guiliel. Estius, ibi. in Sap.c.7. Arist. lib. 1. Met. Sub Doct. ibidem latè, D. Greg. 12. Mor. c. 1. Sap. c. 15. v. 15. Lyr. in sua Glossa, D. Iudas Apostol. epist. Cant. cap. vnic. v. 12. Lyr. in Gloss. ibi. Estius, Gloss. ord. Alanus Varenensis, de Laud. Dei Genitric. Mariæ, ser. 5.

Maria, mundi sapientia est, motu celerrimo nostras ignorantia tenebras eliminans, ac nos suo splendore illuminans.

(H) Psalm. 17 v. 34. Rabb. Salom. apud Lyr. in Gloss. ad Tit. Psalm. D. Hier. Bibl. Tigur. Sept. Rom. Chald. Genebr. ibi. D. Aug. in Psalm. 41. v. 1. Symmach. in Biblijs Max. Lyr. in sua Gloss. ibi. Alex. ab Alex. 1.4. c. 23. Gloss. apud Robert. Holcotum, in cap. 7. Sap. v. 24. lect. 100. Anglic. lib. 18. cap. 28. Plin. apud ipsum. D. Isid. Lorin. Titelm. Haye, Lyr. alijque in Psalm. 41. v. 1. Castod. ibi. D. Ephrem. Syr. lib. de Margar. pretios. D. Hier. (sive Sophron.) serm. de Assumpt. D. Epiphani. erat. de

Depara. Et
D. Hieron. epist.
ad Fabiol. Ri-
chard. ad Lau-
rent. de Laud.
Virg. lib. 9.

Cervorum inf-
tar agili cur-
su, ad Mariam
vitæ fontem
homines ac-
cedere debet,
vt interne cu-
rentur.

novissimam vitæ imminere iacturam, ex-
plorata colubri cavea, eum narium spiri-
tu extrahit, & comedit: cuius exaestuanti-
bus veneno præcordijs, vitam in longum
trahere peroptans; ad agilem se præpa-
rat cursum, & celer per devios scopulo-
rum anfractus, non cunctatur à gressi-
bus donec ad fontem perveniat, cuius se
immergens in aquis, longiorem protra-
hit vitam, & senium salubriori valetudi-
ne compensat. Cervi, cum sint naturæ
agilis, semper tendunt ad superiora, vbi
salutiferi erumpunt fontes, *Quousque ni-
mium sitiunt, quia velociter currunt, no-
runtque saltibus spinosa transcendere, &
loca periculosa hiantia transilire.* Sic Ho-
mo delicta sæculi animæ salutem pun-
gentia, & foveas profundissimas pecca-
torum sanctis gressibus debet transmea-
re, quousque montium excelsa conscen-
dat, & super omnem creaturam consti-
tuatur, ac arrepto celerrimo cursu, vi-
tam prolongaturus spirituales, aquas bi-
bat de fontibus Salvatoris, seu purissi-
mas de plena scaturigine Virginæ pieta-
tis. *Maria* (ait D. Ephræm Syrus) *homi-
nibus est fons spiritus aterni.* Si ergo
Deus nostros perficit pedes tamquam
Cervorum, ad Mariam festinemus *Quem-
admodum desiderat Cervus ad fontes
aquarum.* Cervus in aquis se balneans
habet inscriptionem: **VITAM COM-
PENSAT IN VNDIS.** *Maria, fons
signatus est sigillo totius Trinitatis;* ideoq̃
signatur, non ne scaturigo prodiga redun-
det, sed vt homines vitiorum æstu tabes-
centes, cervi agilitatem æmulantes ad
eam festinent, ascendant, properent, vi-
tam animæ in melius commutaturi. Sic
autem à D. Epiphanio Maria salutatur:
*Ave gratia plena, quæ sitientes perennis
fontis dulcedine satias.* Si Virgo, vt salu-
bris *Aqua* à motu non cessat, quo vsque
nos refrigeratos sua gratia conspiciat,
æquum erit, & nos infirmos, ac imbecil-
les ad eius fontem sine mora currere,
quatenus sic à nobis valeamus pessimas
vitiorum ægrotudines propulsare.

202 *Aqua*, naturæ specularis est, &
rei sibi obiectæ repræsentat imaginem,
per reflexi luminis actionem. Non alie-
num à Virgine est symbolum, (I) quæ
Aqua velut purissima, Solis æterni radijs
imbuta, altissima Triados imaginem in
seipsa repræsentat. Adire sit quartum vs-
que caput Apoc. vbi habentur hæc inter-
alia: *Eccæ sedes posita erat in cælo, & su-
pra sedem sedens: & in conspectu sedis
tamquam mare vitreum simile crystallo.*
Mysterijs vndique redundans visio: etc.

(I) Anglic. lib.
13. c. 1. Berch.
reduct. lib. 8. c.
1. n. 1. Apoc. c.
4. v. 2. & 6. Ly-
ra in sua Gloss.
ibi. Bibl. Syr.
Arab. Aethio-
pic. & alij in
Bibl. Maxim.

nim *sedes auctoritatem, & potestatem
Dei regentis* designat, per Lyranum. *Se-
dens autem Deus Trinus, & Unus.* Mare
autem illud *in medio throni, circa illum,
& ante thronum erat,* vt Bibl. Syr. &
Arab. habent. Quoquo sit modo *am-
plum maris ambitum significat,* vt expli-
cat Parisiensis Haye; & mystice Mariam,
quæ *Mare interpretatur, propter gratia-
rum plenitudinem, vnde dicta est gratia
plena, quia non accepit gratiam ad men-
suram aliorum:* Vt ex Richardo desumo.
Sed cur Mare hoc Virgineum, quod ad
Dei Trini sistitur conspectum, depingi-
tur vitreum? Num ob vitri perspicuita-
tem, & nitorem, quæ in Maria excellui-
se patet, dum Verbi luce perfusa pers-
picuitate polluit, & gratiæ superexcellen-
tis nitore? Non extraneum erit; sed alia
meditor. Vitrum Sydon vrbs propè Car-
melum nutritivo primo, *quod potiori me-
tallis omnibus claritate fulget: in alijs
etiam quidquid continetur, absconditur;
in vitro verò quilibet liquor qualis con-
tinetur interius, talis demonstratur ex-
terius.* Ultra, ex ducto in tenues bracteas
vitro specula disponuntur, plumbo per
dorsum ei addito. En cur Maria vitreum
Mare est in conspectu sedis, in qua Deus
Trinus suam sedens manifestat potesta-
tem: etenim (loquar cum Richardo) *Ma-
ria vicem speculi supplet; quia, & facies
Patris Filius est, hanc faciem reddidit no-
bis, respiciente Patre luminum humilita-
tem ancille sue.* Aquarum immensa con-
geries, in quibus Trina indivisa relucet
Imago, hoc lemma signat: **IN HIS
RESPONDET IMAGO.** In Maria
vtpote vt in speculo, marique vitreo,
Deus Trinus visitur, adoratur, colitur,
ideoque à Carthusiano appellatur *Super-
sanctæ Trinitatis splendidissimum reclina-
torium.* Sed omnia in vnum adaptet
Alanus Varenfis ita loquens: *Maria spe-
culum sine macula, in qua veluti in om-
nium universali Idea, omnia videre cla-
rissimè possumus. Quæ ad salutem, quæ
ad dignitatem, & gloriam pertinent.* Si-
cut enim intimius Mariæ Deitas commu-
nicatur, quam ex puris alteri creaturæ, sic
expressius per eam Deus manifestatur, in
cuius vtero Virginali totus comprehen-
ditur. Vnde quaque verò considerata Vir-
gine, quam Deus à primò creationis mo-
mento sua gratia, gloria, & maiestate ad-
implevit, semper *Aqua* veluti purissima,
sine sorde vlla ipsum clarè representavit,
facta speculum sine macula, & imago di-
vinæ bonitatis. (K) Hoc Verba Ezechielis
insinuant c. 1. sic: *Super firmamentum fi-*

Haye in Conc.
lit. ibi. v. 6.
Rich. lib. 2. c. 3.
Beda de Nom.
Hebr. Marius
de Calass. Plin.
lib. 36. c. 25. Ia-
nuens. in Carbo-
lic. D. Greg. lib.
19. Mor. Thea-
tr. Vit. Hum.
verb. Speculum.
Rich. lib. 9. de
Laud. Virg. Car-
thus. de dignit.
Marie lib. 4. d.
6. Alanus Va-
renfis ser. 5.

Maria, Mare
vitreum, in
quo Trinitas
vt in speculo
repræsentatur

(K) Ezech. c. 1
v. 26. pp. Me-
noch.

noch. Alensis, Pintus, Alap. & Tirin. v. 22. & per totum, cap. Dan. Agricola. Coron. 2. stell. 9. in Princ. Theodor. apud Heft. Pint. in Ezech. c. 1. v. 26. Lyra in Isai. c. 14. v. 13 & v. 16. Haye ad c. 8. Prov. v. 27. in Conc. lit. D. Isid. apud Pictav. in Red. lib. 5. cap. 4. n. 1. Anglic. lib. 8.

Ambros. Hærem. ser. de Annunt. in calce. Carthusian. de dign. Mariæ, lib. 4. a. 6. Richard. lib. 7. tit. 2. Alanus Varenensis de laud. Mariæ, ser. 3. in fine. D. Greg. Thaummat. ser. 2. de Annunt. in calce.

In Maria Dei maiestas, & gloria repræsentata relictæ, ut in speculo.

militudo throni, & super similitudinem throni, quasi aspectus hominis desuper. Diaphanum instar crystallinæ aquæ illud firmamentum erat, ubi Thronus Deo Trino parabatur, eratque Deo in Throno sedenti, quasi subpedaneum; per quod Maria aptissimè significatur, (Affert Agricola) *Quæ merito dicitur subsellium Sanctæ Trinitatis.* Firmamentum autem huiusmodi ex fluxa aquarum natura consistit, & quæ prius erat liquabilis natura, effecta est solidissima, & ob hanc causam dicitur firmamentum: ait Theodoretus. Hæc visio Gloriæ similitudinem habebat, non quod Ezechiel (sicut nullus alius) viderit Dei Gloriam in se, seu in sua essentia, sed solum in similitudine. Quare in similitudinem hominis factus, Deus hic apparuit, nam *quasi aspectus hominis desuper.* Sed cur sub Throno, in quo Deus residet, firmamentum ponitur, non Cælum Empyreum, in quo Deus specialiter habitat, & est Beatorum locus? *Empyreum enim cælum, à quo procedunt omnia bona,* (docet Lyra) *tamquam ab aula summi Imperatoris, dicitur terra viventium.* Ergo istud subesse Throno debebat, & sedenti Deo. Sed minimè. Etenim *Empyreum, à Pyr, dicitur, quod est ignis, non quod ardeat, sed solummodo splendeat:* Firmamentum autem aqueum est, ac naturæ specularis, omnia sibi proxima repræsentans. Talis autem est Virgo Deipara, quæ post Deum, primum obtinens locum, crystallini instar firmamenti Throno, & Deo substat, ut in sua purissima diaphaneitate suam ebibat gloriam, & alijs perfectius suam Imaginem repræsentet. Sic habet Ambrosius Hæremita: *Sunt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus in Maria tamquam in firmamento.* Inde visio hæc similitudinis gloriæ Domini: nam per Mariam tota superfelix Trinitas gloriam adeptæ est: Inquit Carthusianus. Firmamentum depingitur diaphanum, & translucentum, cuius in medio splendet Thronus, in quo Deus sedet, addito lemmate: **EXPRIMIT AVCTOREM.** Firmamentum Maria est Dei mirabilia præ alijs magnificans, quia opera manuum eius annuntiant firmamentum: *veriusque cæleste firmamentum,* dat Alanus Varenensis, quæ aquas ab aquis divideret, superiores continens, (Deum scilicet, & eius perfectiones participando) *superiorum admirabilis alveus, & singularis receptio.* Ipsa sic cælo, & mundo, mundi cæli sui indicat Auctorem, cuius exaltat gloriam singularem. Perbelle id monstrat D. Greg. Thaum-

turgus dicens: *Per te, o gratia plena, Trinitas sancta, & consubstantialis in mundo cognoscitur.* Nil dicendum superest cum idem Sponsus Mariæ Deus, id ipsi efflagitet enixe dicendo: *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Cant. c. 8. *Perfeta* ambit Mariæ dilectionem: *Quod enim valde diligitur, super cor poni dicitur: ut docebat nos Lyranus.* (L) Ideo ibi ut in speculari corpore, velut signum amoris rememorativum imprimi vult, ut sic in amore, desiderijs, factis, dictisque ad suum referatur Auctorem, eumque referat ab alijs cognoscendum, perinde ac si Sponsi figura per sponsam repræsentata, continuo ante omnium oculos versaretur. Ad mores quarundam alludit gentium, quæ notas, signave eorum, quos ferventer diligunt, aut super cor, aut super brachia portant. Legunt unde alij ita: *Ponito me in corde tuo velut sigillum. Ut annulum signatorium, vel ut sculpturam annuli.* Qui olim Principatus erat insigne: quapropter in Sponsa Maria Sponsus Deus repræsentari desiderat ut *Autor omnium.* Princeps univærsi ac dominator cæli, & mundi. Annulus autem signatorius, aut sigillum, imaginem, quam in non repugnante corpore imprimit, in se ipso conservat. Vult ergo Deus in Maria sigillari, ut totus exprimat in Virginis corde, qualis in sua remanet Princeps omnipotens Maiestate. *Erat quippe talis, & tanta Virgo, & Domini mater* (Subdit Alanus) *superadmirabile Domini signaculum.* In ea enim Deus effigiabatur, ex qua in mundum cognoscendus eveniret. Speculum sole sigillatum, ad eundemque reddens radiorum splendorem, hac Epigraphe insignitur: **CONTINET, OSTENDIT, REDDIT.** Sol omnium luminarium Princeps, Deus est, quem Maria *continet,* & vtero, & signaculo, quapropter *speculum intellectuale contemplativæ Dei cognitionis,* à D. Andrea Cretensi vocatur, quem in corde per amorem retinet, mundo ipsum editura. *Ostendit,* quia per Mariam Filius æternus, qui Imago Patris est, mundo innotuit; sicque Angelus Mariæ dixit: *Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur; nam tunc apud homines magnus factus est, cum ab hominibus esse cognitus;* scribit Eusebius Emyssenus. *Reddit* itidem Deo, quæ à Deo accepit, Verbum ipsum in gratijs, & virtutibus imitata, gratiam, maiestatem, honorem: ut in omnibus pateat Deum esse signatum super cor suum, à se ipsa nullatenus di-

(L) Cant. c. 8. v. 6. Lyra in Gloss. ibi. Tirin. Alensis, Cornel. Alap. Lyran. in c. 22. Ier. v. 25. D. Cyrill. Alex. 3. Strom. c. 111. Constant. Porphyrog. de Administr. Imper. c. 21. apud Novarin. Scediafmat. Sac. propb. lib. 6. cap. 20. n. 109. Bibl. Tig. Cbald. Besson. Et Haye in Bibl. Maxim. ad c. 8. Cantic. Alanus loc. cit. D. Andr. Cret. in Sal. Ang. Euseb. Emyssen. in c. 12. Luc.

In Maria Deus signatur, & inde hominibus ut in speculo innotescit.

movendum. Ideo forte nonum inter mysticæ supernæ Civitatis Hierusalem fundamenta, *Topazius* designatur sic: *Fundamenta Civitatis omni lapide pretioso ornata: Fundamentum nonum Topazius.* Apoc. cap. 21. Maria, bene civitas, quam fundavit Altissimus: Civitas Dei, quia tota fuit Dei, & nullius nisi Dei, (Profert Richardus) quia sola digna tanto Rege, fundatore, & inhabitatore, qui sustentavit eam, unde Cant. 8. dicitur innixa super dilectum suum. (M) Benè quidem hæc cœlestis Civitas fundata est supra firmam Petram, Christum videlicet, à quo amoveri vllatenus potest, & quo ornatur tamquam sponsa ornata viro suo. Sed quare ibidem *Topazius* etiam inter huius Virgineæ Civitatis fundamenta annumeratus describitur? Hanc gemmam Arabia mittit, qua inter herbarum radices inventa locupletatur; quia gemmarum maxima, & amplissima est, ex aurea, & atherea claritate lucens; quaque nil in Thesauris Regum pretiosius reperitur. Nec hoc inter huius lapidis encomia maius. Est autem, quod ob sui perspicuitatem, gemmarum sibi obiectarum claritatem ebibens, oculis vt speculum repræsentat. In cœlesti Patria plures sunt ad ornatum gemmæ: *Trinitas* præcipuè gemma infiniti valoris; *Christi humanitas*, Beatorum omnium oculis gratissima; *Margarita*, in quibus descripta nomina duodecim Apostolorum Agni. Omnes has virtutes, & omnium *Topazius* compendiat Virginalis, claritatem repræsentat, quia *Aqua* instar purissimæ obiecti cuiuslibet speciem ad oculos vibrat, vt per eam, quasi per speculum cognoscatur. Adsit ad hæc Noster sic Amadeus dicens: *Maria, omnia in Deum erat convertens, imitabilem se præbens omnibus, speculum nitidum, in quo cuncti se inspiciebant.* Tangebatur ille Virgineus pretiosus *Topazius* à radijs Solis, quibus amicta visa est Maria, à divino Sole plenè illuminata, sicque omnium cœlestium civium ad se provocabat aspectus, Deusque in ipsa, omniumque Beatorum emicabat, vt in speculo, virtus.

203 *Aqua*, ex elementis vilissimum, cœlum temperat, terram fecundat: estque omnium nascentium causa, quia fruges gignit, arbores, plantas, ac flores producit. (N) Vtilior puris omnibus creaturis humano generi Maria est, inquit Anselmus: etenim per eam homines ad Dei gratiam restituuntur, cœlum per illam temperatur, non minas, sed

miseris impendens suppetias. Fœcundatur terra, quia hæc nostra virginalis dedit fructum suum, cuius hæreditas filij sunt, qui merces sunt fructus illius, qui de Maria vtero processit; vt docet Ambrosius. Causa etiam omnium nascentium est Maria, cuius sanctitas, & sanctissima puritas, omnem omnis creaturæ puritatem transcendens, incomparabili sublimitate hoc promeruit, vt reparatrix perditis orbis dignissime fieret: Profert Anselmus. Flores, fruges, & arbores producit, quia omnium virtutum fructus, & aromata gratiarum à Maria in nos dimanant, vt inde vberiore Spiritus proventum, in horrea Domini congregemus. Vnde ipsa nostras irrigans, & fœcundans ad bene operandum animas, alliciens inquit: *Flores mei fructus.* Hæc ex aqua virginali nos cœlitus irrigante proveniunt. Sigillatim singula discutiamus. Aqua typus est sapientiæ salutaris, Eccl. c. 15. Sicut, & ista (vt dictum manet) Maria, eius sic ore alloquentis: *Cum una sit, omnia potest, & in se permanens, omnia innovat, & per nationes in animas sanctas se transfert, & amicos Dei constituit.* Sap. cap. 7. Mira cum utilitate, aquæ Sapientiæ virtus! *Vna est, & secundam non habet, perfecta videlicet, & singularis, vt Sponsus Cant. c. 6. Canit, una est columba mea, perfecta mea: cui nihil deest ad gratiam, addit Guilielmus. Vna est, quæ seipsam, & creata omnia ad me ipsum reducit. Omnia potest, quæ dominium in Omnipotentem habuit, qui aliquando etiam erat subditus illi. Sic eam salutabat Bernardus Epinicijs: Tibi datum, o Domina mea, omnia posse in cœlo, & in terra, & facere quicquid animo tuo collibuerit. In se etiam permanens omnino immutabilis, omnia innovat: Quatenus in gratia immobiliter confirmata, nullius desiderij motu se subtrahit à quiete, semper innixa dilecto suo, & ad illam conversio eius. Omnia innovat, nam cœlum, sydera, terra, flumina, dies, nox, & quæque humane potestati, vel utilitati sunt obnoxia, in amissum Deum esse gratulantur per Mariam resuscitata, & nova quadam ineffabili gratia donata. Scribit D. Anselmus. Imò, renovata omnia repræsentat filio suo, addit ille. Per nationes in animas sanctas se transfert, eas rigans, & fœcundans fluentis gratiarum, & abundantibus aquis per gratiarum plenitudinem. Habet Agricola. Vnde Maria Gyrum cœli circuevit, disponendo motum orbium, circumponendo orbem orbi. Profundum Abyssi penetravit, in omni terra stetit*

Quia

lib. 8. cap. 1.
D. Anselm. c. 4.
& in toto oper.
de Excellent.
Virg. D. Ambr.
lib. 2. in Lus.
D. Ansel. opusc.
de B. Virg. cap.
9. in Princ.
Eccl. c. 15. v. 3.
Sap. c. 7. v. 27.
Guilielmus in
Cant. c. 6. Lyr.
Menoch. Tirin.
ad c. 7. Ezech.
v. 4. D. Bern.
apud Alex. à
Salo. in Art.
amand. deip. in
declar. stell. 10.
D. Ansel. c. 12.
orat. 2. & 8.
Daniel Agric.
coron. 12. stell.
7. Lyr. in Glos.
ad c. Eccl. 24.
v. 8. Lyr. in
Gloss. ad c. 7.
Sap. v. 27. D.
Bern. apud Ge-
gidium Rom. in
salut. Angel. D.
Bern. ser. ult. de
Assumpt. D. An-
selm. orat. de
Virg. Maria.
D. Bernardin.
Sen. serm. 61.
Fer. 4. post Pas-
ch. art. 1. c. 8.

Maria, aqua
est salutaris,
ad omnia uti-
lis.

(M) Apoc. c.
21. v. 19. &
20. Richard. à
S. Laur. lib. 11.
tit. 4. Lyr.
Alens. in Glos.
ibi. D. Isid. lib.
16. orig. Anglie
lib. 16. cap. 96.
Franciscus Re-
us de gemm. l.
2. c. 9. Philip.
Picinel. mund.
Symb. Berch. in
Red. lib. 11. c.
127. Maiolus,
Solinus, & Plu-
res. B. Ama-
deus, de Beata
Virg. Raptu 8.
post princ. Da-
niel Agric. in
Cor. 12. stell. 9.

Maria, Deum
& Beatorum
omnium vir-
tutes in se
continens re-
præsentat.

(N) Anglie. lib.
13. c. 1. ex D.
Basil. in Hexa.
& D. Isid. l. 12.
Devebo. in Red.

Quia ad omnia ut opem ferret, se transfudit dum Beata Virgo omnia circum (ut desumo ex Aléxi) conservando, & conservando. Tandem, Amicos Dei constituit, Per fidem charitate formatam, ut explicat Lyranus, cum quo Bernardus audiatur: *Maria omnibus omnia facta est, sapientibus, & insipientibus copiosissima charitate debitorum se fecit.* Charitas autem, quæ in manu Mariæ est, amicos Dei facit. Sicque nec alter mediator nobis post Christum utilior, quam Maria. Clamat Bernardus. *Aqua è colle acuminato in vallem delapsa quam rigat ubertim, hac scriptura insignitur: AD COMMUNE BONUM.* Non enim in sublimi aqua detinetur, imò impatiens cohiberi nequit, quin præceps currat, vallem irriget, terram fecundet, vegetet arbores, recreet sitientes, producat flores, aliaque pene innumera afferat hominibus, per omnia utilis, utilis ad omnia. Idem prædicant D. Anselmus, & D. Bernardus ita: *O femina plena, & superplena, de cuius plenitudinis redundantia respersa sic reviviscit omnis creatura.* Idem ferè profert Franciscanus Senensis Apostolus. (O) Cælum insuper Virginea aqua hæc placabile nobis reddit, temperat minas, nec finit irasci. Post descensum enim aquæ ex cæli nubibus ad inferiora, cælum serenius micat, fulget delectabilius, nec terret, sed allicit. Sic ad Mariæ descensum, quo ad nos opitulatura progreditur, arma cælum quibus de pernicacitate hominū vlciscatur, aut obliviscitur, aut deponit, nutui obsequendo Mariæ. Hoc prævidit in Spiritu prophetico David dicens Psal. 134. *Fulgura in Pluviam fecit.* Cælestis utique transmutatio: nam duo elementa hæc ex diametro pugnant, & aqua ignem suffocat suæ activitati resistentem. Quomodo igitur fulgura vertuntur in pluviam: Siquidem illa terrorem incutiunt, corpora scindunt, dividunt, tremefaciunt, nihilque ipsis corporeum resistit: unde *fulgurare, idem est, quod ferire*; & hinc inde divagante fulgurum copia, cælum stridet, densis nubibus obtenebratum. E contra, placide de cælo cadente aqua, nam homines inebulant, terra impinguitur, flores ridet, fontes, ac flumina reviviscunt, & universa sublunaria congaudent. Quis ergo fulgura in pluviam fecit? Christus, cum Matre: Deus cum Maria, Respondet Richardus, *cum possit verissime dicere cum ipso, data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra; scilicet imperandi quidquid volo.* Sed ad quid hæc mutatio? Solut Augustinus sic: *Fulgura*

in pluviam fecit, minas ad Misericordiam flexit, de terroribus irrigavit. Nam fulgura sine pluvia terrent te. Fulgura sunt, contremiscis: Pluit gaudes. Quoniam terruit, Ipse, ut gauderes, refecit. Fulgur inter pluviosas nubes errans vagabundus, inscriptionem habet: **VERTETUR IN VNDAS.** Compressum enim undique aquis, evanescit, & fulminis loco aqua delitians descendit: Nam Deus Fulgura mutat in Pluviam, & fulgurum materiam vaporem transire facit in imbres, & pluvijs præmittit solet fulgurum terror, ut postea sequatur Pluvia fecunditas. Exponit Genebrardus. Hoc Mariæ maximopore congruit, quæ *Mulier est, emolliens Herum, idest Christum Dominum, durum ante Incarnationem, quem factum hominem emolliuit, & placavit.* Affert Agricola. *Aqua insuper omnium nascentium causa, Maria obumbrat, ad omnes placide se diffundens, ut in vberes fructus, & flores virtutum erumpant.* Ideo ipsa mortalibus sic est alloquuta Eccl. c. 39. *Obaudite me divini fructus, & quasi Rosa plantata super rivus aquarum fructificate.* Deo per opera vitæ contemplativæ fructificare volentibus verba hæc Maria dirigit, eos parata suo oppitulari influxu, ut gratiores inde proveniant cælestium charismatum fruges. (P) *Super rivum Agri* (sic alij legunt) ut germinent, provocantur, ne opportuno hasitent tempore defecturam eis irrigationem. Ideo, ut eius generosam demirentur communicationem, attendere iubet. *Obaudite me.* Quid obaudient? *Quia elevarunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum: unde mirabiles elationes maris.* Psal. 92. sic cum se abundantius communicant, exaltantur aquæ; ut docet meus Patens Augustinus. Sed in Maria, quæ cælestium congregatio est aquarum, plenius exaltantur, ob gratiarum plenitudinem, ex Richardo sapius adducto. Cum ergo Dei rectos deceat collaudatio, iustos Maria alloquitur, ne à se longius protrahi patiantur, ut sic ex fluentis illius ebibentes, fructus divinos producant, ut Rosa virtuosum spirant odoramentum, quo Deo placitum offerant sacrificium. Alijs hunc textum placuit sic vertere: *Obaudite me iusti, & sicut Cedri super aquas plantati, germinate.* Ut fructus, Rosæ, ac Cedri ab innundantibus Mariæ aquis irrigamur, ne vitæ nostræ tempus aliquod sine Mariæ adminiculo præterire conspiciatur. Fructus Mariæ commendamur, qui à fructu, & fruitione dicuntur, quod est amore inha-

(O) Anglie lib. 11. c. 15. & l. 13. c. 1. D. Isid. Berch. Bedæ, & alij. Psal. 134. v. 7. D. Aug. i. i. Rich. de laud. Virg. l. 7. tit. 4. & tit. 6. Div. Bon. D. Bern. & plures ex PP. Genebr. cōment. in Psal. 134. v. 7. Lirin. Titelm. sin. cognit. Alenf. alijque Daniel Agricola in Coron. c. 3. Quod Maria dicitur mulier.

Per Mariam minæ in delicias, terror in solatium commutatur.

(P) Eccl. c. 39. v. 17. Lyræ in sua Glos. ibi Sept. apud Haye in Conc. lit. Psal. 92. v. 3. D. Aug. in Comment. ibi Richard. à S. Laurent. l. 1. cap. 3. Bibl. Compl. Syr. & Tigur. in Max. ad c. 39. Eccl. v. 17. Richard. l. 1. c. 7. Aug. Anconit. in salut. Angelic. in Proem. ad lect. 1. Biblioth. Virginalis, t. 1. pag. mibi 608. col. 2. Anglie. l. 17. c. 23. D. Isidor. lorig. 17. Raban. in Psal. Plin. Berch. in Red. l. 12. c. 22. Levin. lemai correctur. Lyræ,

Haye Rich. lib.
12. p. 6. c. 4. Da
niel Agric. cor.
5. stella 4. Ala-
nus Varenf. ser.
1. in fine Idiota
1. de contempl.
Virg. Richard.
1. 4. Philipp.
Abb. comment.
in Cant. lib. 1. c.
8.

Maria, om-
nium curam
habet, influēs
omnibus aquā
salutarem ad
opera meri-
toria produ-
cendum.

vere alicui rei propter se ipsum. Ideoque dum ab aquis irrigamur Virginalibus, evadimus divini fructus; sic sacris illis laticibus ut inhaerentibus, nil nisi Marianam sapiamus devotionem, ipsi totaliter dediti affectu cordiali. Fructus, mox ut nati dicimur, quia tunc ex Paterno arbore in terram decidimus, ubi a Maria pabulo spiritali irrigamur, melioris proventus ergo. Hanc tunc purissimam ebibentes aquam, interiorem serbavimus in pueritia puritatem. In nullo etenim melius lavari possumus, (fert Augustinus Anconitanus) quam in gloriosa Mariae Virginis puritatis candore. Ut puriores scilicet evadamus) Rosae, tali irrigatione opus est, ut evadamus, dum iam provectam devenientes ad aetatem, & bonae famae, & vitae suavissimum emitamus odorem, quo totus Ecclesiae ager suffumetur, & teter vitiorum fœtor procul omnino abigatur. Plantas enim Ecclesiae, ut eo melius proficiant Maria irrigat aquis gratiarum, quas accipiens a Christo, transmittit omnibus fideliter ipsam invocantibus. Dat Auctor Bibliothecae Virginalis. Ut Cedri tandem his fecundamur aquis, ad immortalitatem tendentes, nullo incuruato nostri arbitrij ramo, sed recte omnibus ad Deum aspirantibus, in cuius Palatio Lacunaria erigamur iucunda, & altissimo perennaturi plantemur in Templo, prius Virginalibus fecundati irriguis, quae fluunt impetu de Libano. Ad omnes ergo, & in omni statu Maria, ut aquae ductus coelestis se diffundit, ad irrigandum Hortum domini, id est Ecclesiam, & fidelem animam. Profert Agricola. Eam ergo enascentes obaudiant divini fructus, quos rigat ut proveniant; flores ut gratiarum odorem emittant; arbores, ut ad caelum usque coalescant: eamque sic omnia, ut communem matrem, & causam venerentur. Aqua campum arboribus consitum, & areolam floribus abunde irrigans litera hac notatur: PLURES DABIT VNA PROVENTUS. Festivè de Deipara id cecinit sapientissimus Idiota, scribens: Beatissima Virgo Maria, sicut est omnium Regina, & advocata, ita cura illi est de omnibus, & sic nemo est, qui se abscondat a Charitate, & dilectione ipsius.

204 Aqua, vim unitivam habet, quia per interiores terrae partes ubique se diffundens, eas, quae pra nimia siccitate in ora se patula hiulcabant, conglutit, in unumque coalescere facit. (Q) Perbellum accipe pro Maria typum. Etenim virgo Altare dicitur placationis Domini;

quia per eam, & cum Deo mortales, & inter se pacem ineunt, non ultra dissidij intervenientibus undique molestijs, sed pacis concordiae perennante dominio. Hoc innuere videtur Sponsus, dum sic de Maria loquitur, eius cœlicam extollens venustatem, Cant. cap. 6. Pulchra es amica mea, suaves, & decora sicut Ierusalem. A Pulchritudine Laudes Mariae exorditur, nulla enim epistola ea concitatior est, bonumque Dei donum. In Maria praecipue, quae tam speciosa erat, ut sub Dei pulchritudine, nulla in terris, aut in oculis maior cogitari possit; inquit B. Amadeus. Pulchra Maria in oculis Dei, & hominum fuit, sicut beneplacitum, ut habent plures: Quod enim bene placet, amabile est, quia bonum est, aut iudicatur. Alij ponunt: Pulchra es, ut voluntas. Haec autem in Deo est regula indefectibilis, in summo bono infinito adaequatè complacens, ob quod in secundaria fertur obiecta. Ita suo modo Mariae pulchritudo inobliquabilis est, quia Dei voluntas, Deique beneplacitum, ut nil in ea non pacem superam redolens reperire sit, ac spectare. Plurimae in Palestina extructae videbantur opulentissime urbes, speciosae omnino, pulchrae, ornatae: nulla tamen Mariae praefert amabilius Sponsio symbolum Sponsae, sicut. Hierusalem. Qua de causa, dicam. Sola inter orbis Urbes, Sancta vocata est haec civitas, unde etiam in monetis ex transverso sculpebatur, Hierusalem, Civitas Sancta. In qua lites quorumlibet colorum nempe, aut advenarum protrahi ad moram temporis non patiebantur, sed dirimebantur statim, omnes amico federe ibi degentes: Interpretatur enim. Visio Pacifica, seu visio pacis. Maria igitur pulchra, suavis, & decora sicut Hierusalem celebratur, quia ea visa, & spectata, ad amorem omnia rapiuntur, foederantur ad pacem, non ultra invalescentibus dissidijs, eo quia Virgo pacifica, & pacificans omnium sese obijcit oculis. Aprè Rupertus haec habet: Suavis, & decora es Maria, sicut Hierusalem in eo, quod anima tua supernam semper videt pacem; & in te summa omnium est concordia, ac proinde nullus in te per discordiam aditus datur hosti. Civitas in montis cacumine sita, visu Pulcherrima, muroque alto, fortique circumcincta, epigraphen portat: MUNIT, E T VNIT. Civitas Dei, in qua colonum agit, Maria est, quae aedificatur ut civitas, id est civium unitas: In qua, & per quam (Assert Daniel Agricola) finita est Guerra, quam Eva fecerat inter Deum, & hominem, inter hominem,

1. 13. c. 1. Beda,
D. Isid. Alijque
Rich. d. S. Laur.
1. 2. p. 5. Arist.
apud Ioa. Stob.
ser. de Pulebrit.
D. Aug. 1. 1. de
Nupt. c. 3. B.
Amad. Rapt. 3
circa. Subt. D.
Quodl. 16. l. 2.
d. 43. q. 1. d. 6.
q. 2. l. 4. d. 49.
q. 10. l. 1. d. 1.
q. 1. art. 3. &
passim. Bibl.
Syn. Symmach.
Sept. Bibl. Ara-
bic. Aquila, &
alii in Bibl.
Max. Hebraei
apud Nov. Scē-
dial. m. l. 4. c. 1.
Apuleius 1. Flo-
rid. Lucian. de
dea Syn. Marius
de Calaf. 1. 4.
Conc. Hebr.
Haye, Beda, D.
Hier. Rupert.
Abb. in c. 6.
Cant. v. 3. Da-
niel Agric. Co-
ron. 5. stella 2.

Maria, urbs
pacifica, om-
nia ad pacem
alliciens.

(S) Berch. in
Reduct. Mor. 1.
3. c. 1. Anglic.

Angelum, inter hominem, & hominem, inter corpus, & animam. Omnia hac pacifica Hierusalem visa, ad concordiam adiscuntur, nil in eis manet iurgij adimendum. Civitati nil melius, quam unio, quæ tranquilla libertas est: Vnde etiam Silius Italicus dixit: Pax optima rerum.

(R) Rursus ad hæc audiatur Sponsus, qui Symetricam depingens Mariæ pulcritudinem, ex alijs ab illo decantatis epinicijs, hæc animum modo mulcent. Venter tuus sicut acervus tritici, vallatus lilijs. Cant. c. 7. Fecunditate non indigens, ponunt alij. Et Merito: Plus enim in vnico Mariæ vterus germinavit grano, quam capere possent cæli; quo plenè satiantur homines, & Angeli, vnde benedictus fructus ventris sui. Quia venter eius interius fecundus hac prole. Dat Lyranus, Grana hæc triticea fideles sunt, qui accrescunt vt spicæ, & vt summitates earum conteruntur. Illos Maria nutrit, & germinare facit, vt inde fructum gratiæ producant, in cælesti Paradiso coronandi.

Sed quare Granis, non spicis moraliter mortales adaptantur? Num quia virgo à satis in agro Domini granis inanitatem inutilium hominum (Per paleas designatam) excutit occa charitatis maternæ? Num quia iactabundæ sibi hominum cogitationes displicent, quas abigit ventilabro humilitatis? Sic fortasse: sed alia meditentur. In acervo grana mutuo cohærent, vniuntur, ac ferme agglutinantur; in agro discriminata pullulant, & germinant separata: Imò aristis, velut lanceolis armantur, & vestiuntur, quibus orbantur penitus in acervo, concordiam servantes omnimodam, ac delitiosam prorsus unionem. Sic Beda Venerabilis adstruit: *Acervus fidelium unitatem fidelium, & concordiam designat*. Sic federatos in vinculo pacis fideles, Amplectitur Virgo, fovet, quia dissidia fugiunt, pacem amant. Acervus liliorum ferto decoratum, hoc lemmate gaudet: VNITA, VNITA CORONANT. Lilia inter se necantur, vniunturque, vt redimiculam acervo componant, cuius grana ab aliorum vnione segregata, haud liliorum fruerentur corona, qua fruuntur vnita. Tibi sedes pacis, (ait Virgini Anonymus) ad decorem tuæ coronæ lilia situantur. Amatrix Maria est concordix, ubilibet pacem invehit, & eius interventu dissidia dirimuntur, nec in suis vmbram sustinet diffensionis. Id persuadent verba illa, quæ à D. Ioanne dantur c. 19. De vestibus Sal-

vatoris: (S) *Erat tunica inconsutilis, de-*

ad invicem: non scindamus eam, sed fortiamur de illa cuius sit. Plura Christum habuisse vestimenta, ex his deducit Lyranus, & alij: Inconsutilem tunicam nempe, interiori quasi subuculæ alteri applicatam; aliamque exterius, qua inconsutilis tegebatur; & ultra Pallium, quod fortè flagelandus in Pilati atrio reliquit. Sed cur alia scissuram patiuntur vestes, tunica vero inconsutilis non scinditur? Causam dat Evangelista: *Vt impleretur Scriptura dicens: In vestem meam miserunt sortem.* Id est, super tunicam inconsutilem. Et quia non erat convenienter divisibilis, miserunt sortem quis haberet eam totam: exponit Princeps interpretum Lyranus, & alij plures. Assignatur tamen literalis alia ratio, vtpotè: Quia tunica hæc sine sutura à summo deorsum vsque protendebatur, & acu contexta sic erat: vnde si scinderetur, nullius esset utilitatis, quia in plura fila dissolveretur. Illam Virgo sacratissima propijs manibus in Aegypto texuit, & infantulo Jesu in civitate Heliopolis adaptavit, quæ eo in annis proficiente, sine detrimento aliquo proficiebat, & augebatur. Hæc tunica Mariæ opus erat, Mariæ pignus, quam in sui intensissimi amoris argumentum, natum induerat. Id testatur Augustinus reliquit scribens: *Quæ est ista tunica, nisi Charitas, quam nemo potest dividere?* Non scinditur, non dividitur tunica hæc Virginea, in qua Pax stabilita per Virginem signatur, quæ pacem hominibus reddidit, Deum pariens, qui in se reconciliat ima summis. Augustino adhæret Bernardus, & Plures. Aquarum moles Mariæ pulcher typus, fert Gnomam: SCISSURAM REFUGIT. Etsi enim aquam dividere minetur gladius, superne pendens, aqua tamen nullam sectionis pati potest iacturam. Sic docemur (ait Theodoretus) dilectionem non scindere, sed totam Creatori Deo conservare. Ad alium sacri epithalamij deveniamus textum, id ad corroborandum. *Quid videbis in Sulamite* (Spōsus loquitur) *nisi Choros castrorum?* Cant. c. 7. Habent autem alij: *Quid intuebimini in pacifica, quæ descendit sicut Chorus?* Id est, societates ad pugnam paratorum. Explicat noster Lyra. Sed quid castris ad stragem invehentibus pugna, cum Sulamitide pacifica? Quid bellorum strepitus cum illa, quæ pacem intulit mūdo, Altissimi Sponsa Maria, à qua tumultus omnis, omneque dissidium abest? Sicut Sulamitis est, est & pacis nunciā, non castrorum se mutuo lanceis acriter trucibus impingentium. Sed sistamus in data litera

Lyra in Gloss. ibi. Eutimias in c. 27. D. Matth. Isidor. Pelusiot. l. 1. epist. 74. D. Chrysost. Hom. 12. in Matth. Arias Montan. in c. 27. Matth. Lyr. in Psal. 21. v. 19. Tertul. contr. Marc. c. 42. D. Epiph. Har. 4. 1. Ians. Euthim. Theopbilast. in Evā. Argun. in Psal. 21. Lyra. D. Aug. in Psal. 21. v. 19. exp. 2. Verabl. Mater Maria ab Agreda, 2. p. Myst. Civ. l. 4. c. 28. n. 281. & seqq. Ludolph. Carthusian. de Vit. Christi. 2. p. c. 63 prope med. D. Ber. in Apolog. ad Gailiel. Theodoret. in Deut. c. 4. q. 3.

Charitas per Mariam stabilitur, quæ discordiæ vmbram detestatur.

(R) Plato l. de Republ. Cicer. Philipp. 2. Silius Italic. l. 11. Cant. c. 7. v. 2. Lyra in sua Gloss. ibi. D. Ambr. ad c. 6. D. Luc. Rupert. l. 8. in Gen. 41. Orig. in Gen. Hom. 12. D. Greg. l. 3. Mor. c. 22. Beda in Gen. c. 31. Rupert. l. 7. in Gen. c. 47. D. Greg. in Cant. c. 7. v. 2. Anonymus in Biblioth. Vir. t. 2. pag. mibi 366. col. 2. c. 5.

Maria, sibi devotos, concordia, & pacis amicos esse amat.

(S) Ioan. c. 19.

v. 22. & 24.

versione, à nostra nil penitus deviante. *Sulamitis*, idem est ac *Pacifica*, & idcirco castra ducit, bellatrices acies regit, dissidentium transmutat, & animos, quos ideo vertit in Choros. *Descendit sicut Chorus*. Chorus, multitudo est in sacris collecta, *derivatur à Concordia*, & accipitur (vt docet Lyra) pro laudantium societate. (T) Vnde Canentium in sacris multitudo, Chorus dicitur, & in Musica primus, aut secundus Chorus vocatur, in quo ars ad plures se extendit suavissimas cantantium harmonias, quin vox depressior ab altiori discrepet, aut à mediocri; Sed omnes vnanimi concentu sit inter se concordiam seruant, vt vna alteri comensuretur, vt suavior musices dispositio componatur. Ad hunc aspectum scopum Sulamitis pacifica Maria, dum Castra gubernat, & dirigit: In quibus nil nisi invadentium pugnae, equorum hinnitus, strepens tubarum sonitus, sanguinei dissidentium ictus, & videntur, & audiuntur. Sed Castra hæc in Choros mutat pacifica Virgo, ducit ad concordiam, ad pacem, ad Dei, cum hominibus placitam vnionem. Lussit pie hæc aliquantulum Alanus scribens: *In Virgine fuerunt Chori canentium, quantum ad consonantiam virtutum; castra vero pugnantium secundum quod Virgo circumpsepta, & sanctis disciplinis instructa, vitiorum, & demonum repellebat insultus*. Sic à D. Chrysostomo Maria dicitur, *Altaris Domini celestis armatura*. Quatenus armata bellantium acies transfert in Chorum pacificam familiaritatem in aula Domini sociatum, quem contra omnium hostiles nostra Sulamitis pacifica defendit incursum. Feritate deposita in sinu Virginis Quiescens Elephas, habet scriptionem: **NON SÆVUS, IAM BLANDUS ADEST.** *Elephas* bellorum paratum animal seditionibus, etiam ligneis turribus, ex quibus homines dimicent, dorsum supponit, acuiturque ad prælium, in quo vires fusso sanguine resumit. At, Virgo ei in deserto blandiens, & alliciens occurrat, deposita ferocitate ad eius se gremium inclinat pacificè dormiturus. (V) Nostra sic Sulamitis, *illa est, quæ contulit mundo pacem*, ait D. Laur. Iustinian. Ipsa compulit ferocitatem deponi, diu manere litigia, sed & in amicos compulit castra devenire Choros, & insolubilem conciliare vnionem. Primo molitionis rerum die, quo creata est lux, non primus, sed vnus dicitur. *Fiat lux: Factumque est vespere, & mane dies vnus.* Gen. cap. 1. Natura Angelica per hanc lucem designatur, in-

quit cum Augustino, & Subtili Præceptore D. Bernardinus. Sed hanc lucem fuisse Mariam idem D. Bernardinus iuxta sensum mysticum docet: Imò & nos ter sapiens Agricola hæc proferens: *Per lucem hanc signatur Beata Virgo, quæ prima die gratiæ creata est, de qua formatas est Soli iustitiæ Iesus*. Id mihi delectabilius asserere videtur, etenim *Angeli simul ac creati sunt, Verbum Dei intuiti, Mariam viderunt, & noverunt, & submisit se prosternentes, eam adoraverunt vt prædestinatam, & certo futuram Principis sui Parentem, & ipsorum Dominam*. Profert devotus Alexius à Salo. Quidquid sit tamen de hoc, quod potius ad Theologicam pertinet disputationem, cur dies lucis *Vnus* vocatur, non *primus*. Iure enim metaphysico *Primus* dici debebat, non *Vnus*: Etenim Arithmetica calculatio, *primum ad secundum* refert, mutua sibi vt relatione cor respondeant. Vnum vero ab vnitate dicitur quod concordiam significat, & perfectionem dicit, vt pater in Deo simpliciter vno. Ex quo colligit Augustinus, quod *dum homo vnus fuit, non peccavit, sed multiplicatus cito deliquit*. Ex his vide, quod luce Mariana prodeunte; non locus aperitur multiplicati & diuofini, quem numerus primus aperit; sed omnia vnitatem sonant, concordiam, coniunctionem, vt per Mariam ab vnitate, & pace exordiat perfectio profectura toti mundo. Vnde sic nos erudit meus Parens Augustinus: *Vnitas vt commendaretur, non est dictus dies primus, sed dies vnus*. Lux enascendo totum adimplens splendoribus orbem, hac inscriptione elucescit magis: **VNA SOLUM, COELUMQUE DECORAT.** Vnitatem summe diligit Deus, & qui ab ea recedit, à Deo, qui simpliciter vnitas est, procul fit, cuius naturam lux participat, nam est in se simplex, & vna, etsi multiplex in effectu; Quapropter maximè laudabilis, quæ indivisa, vna, perfecta, & Cælo, & solo beneficia luminum præbet, elevans omnes ad concordiam, & vnitatem, quam ipsa lux præferat, quæ cum intima penetret, in elementis, & corporibus mixtis disparitatem ad concordiam, & vnionem reducit, inquit Anglicus. Modo pro textuali dubio hæc ex D. Eucherio apponantur: *Dies vnus ille prior factus est propter concordiam; vnde propter vnitatem insinuandam, non dies primus est.*

& Plures ibi. D. Bernardin. de Gloria Beat. ser. 56. a. 1. D. Aug. lib. 11. de Civ. Dei, c. 9. Subt. Doct. 1. 2. d. 2. q. 1. & d. 13. q. 1. a. 1. 2. & 3. Dan. Agric. cor. 11. stell. 1. Alexius à Salo. in a. Colend. deip. c. 7. Subt. Doct. cum Arist. lib. 4. met. cap. 6. Iannucius in Catholice. Subt. Doct. 1. 1. d. 2. q. 3. 2. 1. n. & seqq. & q. 4. 5. & 6. lib. 2. met. D. Aug. lib. 12. de Civ. Dei, c. 21. Mag. Hist. Schol. ad c. 1. Gen. Berch. in diffion. Verb. lux. Theatr. Vit. Hum. Angl. 1. 8. c. 40. D. Ambr. Basili. & D. Bonnav. in Hexam. Div. Aug. super Gen. ad lit. Subt. Doct. loc. cit. Haye in Gen. Lyr. Rupert. Richard. à S. Laur. lib. 7. tit. 11. Angl. loc. cit. Celsus in Tobiam Platon. D. Eucherius in Gen.

Maria, pacem amas, ad eam nos allicit.

* * *

* * *

* * *

CAP. II.

AQUA EX SUÆ ALIIS NATURA PROPRIETATIBUS, Mariæ gloriam deducens prædicat.

205

Alia sese offerunt aquarum munia, quibus naturæ Author hoc ditavit elementum, quæ nos in Mariæ gloriam retorquebimus. *Aqua* Cœli refert colorem, ad alios omnes, sicut & ad sapores indifferens; eosque à locis per quæ transit, mutuatur: Vnde omnibus, ut se communicet, communis est. Hoc de Maria aptius dixerim, quæ cœlestem naturam refert, ex primo creationis instanti à terrenarum procul rerum saporibus aliena, divinam protinus auram auspicata. (X) Hinc Richardus protulit; *Maria non est terrena vita, sed cœlestis.* Nec caret natura, & proprietate cœlesti Virgo beatissima, ad cuius utrumque est divinitas inclinata. Inquit D. Parens Bonaventura. Hoc etiam indicant verba illa Apoc. 4. *In conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo:* Per hoc non quod *Mare ex vitro esset, significatur; sed tranquillum, & lucidum:* fert Parisiensis Haye. Ita Mare hoc expansum cernebatur, ut in medio throni, circa illum, & ante thronum, protenderetur: Præclarum Mariæ symbolum, quæ Mare est, ut alibi dedimus, ita ante Deum, circa, & in Deo extentum, ut Deum in se contineat, omniumque creaturarum excellentiori modo perfectiones. Aquæ istius Virginei maris similes crystallo, utpote Cœlo crystallino, cuius æmulantur naturam; quia lucida, purissima, supra Cœlos sita, nullo aeris impulsu vel turbata, vel commota: sed semper imperterrita, stabiles, & immota: ideoque Cœlum crystallinum ab aquis istis *Aqueum* appellatur. Ergo Mariam Deo proximam hæc aquæ designant, Cœlum in ea constituentes: nam (docet Damascenus) *quis eam Cœlum nuncupans à vero aberret?* Nec Maris ideo naturam omittit, ut omnes rationales fluentes aquas in se recolligat, Deoque representet. Ideo in conspectu sedis hæc cœlestis aquarum sistitur congregatio, ut omnes nos facilius Deo representet adiuvandos. Dum nostri è longinquo oculi Aquarum prope immensam intuentur molem, Cœlo vnica linea distantem, eique iudicant confinem: hoc ei additur lemma: **COELO CONFINS INHÆRET.** *Maria, mare spatiosum misericordiarum à D. Chryso-*

mo vocatur, nos miseros à mundo etiam deiectiones in se benigna recolligens, & ad littus felicissimæ Patriæ perducens; nam quia tota cœlestis est, à terrenis abdicata, nos etiam cœlestes efficere fatagit. Aquarum supercœlestium naturam Maria imitatur, Cœli speciem in se continens, quod non cœlesti à sua eliminans pulchritudine Deo grata. Hoc etiam David meditatus videtur, quando dixit Psal. 113. *Cœlum Cœli Domino.* D. Hier. aliorumque lectio hæc est; *Cœlum, aut Cœli cœlorum pro habitatione gloriæ Dei.* Lyranus ideo sic Prophetam esse loquentum autumat, quia in Cœlo magis relucet gloria Dei. (Y) Hoc autem cœlorum Cœlum non assignatur à Davide Deo, ut Deo, sed Domino: *Idest Christo*, docet Genebrardus, qui in Angelorum Cantico Solus altissimus prædicatur. *Huius Cœlum intimum, & præstantissimum, non quod videtur* (habet Theodoretus) *sed illud; quod huius est veluti tectum, idest Empyreum, quod minimè circumscribitur, destinatur in thronum gloriæ, ut ibi maiestatem suam communicet.* Hoc proprius Cœlum est, ceteri non ita, eo quia in eorum ambitu sedem suæ maiestatis non instituit. Dicitur autem Cœlum, quasi intra se cœlet vniversa: Empyreum enim alios ambit, Sphæras septem, elementa, ac sublunaria omnia; quia ut posset omnia suo sub velo comprehendere, Deus extendit Cœlum sicut pellem, seu sicut alam, qua solet Avicula suos tegere, & fovere pullos; imo; & tegit aquis superiora eius, sive fecit aquas fundamentum eius, ut etiam terrigenis sua gloria in speculari corpore depicta, manifestaretur. Hoc Cœlum Maria est, Domino ab initio æternitatis, suæ gloriæ domicilium: & ut comprehenderet incomprehensum. Cœlum non quomodolibet, sed omnes aliorum virtutes cœlorum ambiens, creaturarum omnium perfectiones continens, dum continuit omnia continentem. Sic Epiphanius eam depingit. Aquis circumvoluitur, quia Maria nobis semper miseris stipatur, qui quasi aquæ dilabimur: sed ut firmemur in Cœlo, eius sub ala, cœlesti fruimur Patrocinio, in nobis ipsis clarè speculari Christi, & Mariæ erga nos miserationis effectum. Adsit Fulbertus Carnotensis hæc proferens: *Maria cunctam superexcellit in præeminendo creaturas, evangelicam dignitatem. Et ubi usquam inveniri poterat locus, qui infra se concluderet maiestatem coequali Patri, nisi uterus Maria ante sæcula præscitus?* At expressius ex D. Methodio dicam:

(Y) Psal. 113. v. 15. D. Hier. Bibl. Chald. Lyra in Gloss. ibi. Theod. Genebr. Cassiod. in Psal. 103. v. 2. Bibl. Arab. alique in Max. Lyra in sua Gloss. Titelm. Lorin. D. Bonav. Petrus Cluniac. epist. 7 ad Gregor. D. Epiph. de laud. Mariæ. Hefseb. Hierosol. Hom. 2. de Deipara. Fulbert. Carnotens. ser. de Nat. Mariæ. D. Method. Hom. 3. de Purific. D. Bon. in Psalter. Virg. Richard. à S. Laur. de laud. Mariæ lib. 7. tit. 1. D. Aug. cit. sepe. D. Bernardin. Sen. D. Anton. Pad. & alij. Lipsius lib. 1. de Clem. c. 20 D. Ioann. Damasc. orat. 1. de Nat.

Maria Cœlo latior incomprehensum utro comprehendens.

(X) Richard. à S. Laur. de laud. Mariæ, lib. 9. D. Bonav. de Eccles. Hier. p. 4. c. 7. Haye in Contord. lit. ad c. 4. Apoc. v. 6. Bibl. Syr. ibi in Max. Lyra in cap. 1. Gen. v. 6 Haye in Comment. Sin Conc lit. ibi. D. Ant. Pad. D. Bonav. A lapid. Rupert D. Aug. Beda, D. Isid. Anglic. lib. 8. cap. 3. D. Damascen. orat. 2. de Assumpt. D. Ber. ser. 3. in Cant. Salve Regina. D. Ioann. Chrysost. apud Picinell. mund. Symb. l. 2. cap. 23. n. 415. B. Amadeus Hom. 1. de laud. Virg.

Maria Cœlū refert, nos ut ad Cœlos trāferat.

dicam: *Tu verè Regina es, verè capax Cælum ad Deum, qui nusquam alioquin capi potest, recipiendum facta.* Non solum cœlestis Maria est, cœlestem portans in omnibus imaginem, sed Cælum mundissimum, in Tronum divinitatis servatum, quod nullo impingitur terrenæ spurcitiae fœtore, sed limpidissimis circumdatum gratia, Dei, & suam in ut speculo ostentans mirificam bonitatem. Cælum supereminens, in quo thronus, varijs inferne circulis inter se inflexis distinctum, hac notula describitur: VNUS OMNES. Orbis enim superior inferiores omnes ad se rapiens trahit: Sic Maria, quæ est *Cælum Cœli Domino*, alijs supereminens, ad sui imitationem inferiora trahit, ob quod Deus *inclinavit Cœlos, & descendit.* Vnde Virgo vocatur à D. Joanne Damasceno, *Cælum vivum, ipsius Cœlis latas.* Cœli ergo puritas in Mariam transfertur, quæ puritatem à Deo ebibens, ipsius gratissima sedes constituitur, in qua perennat, maiestatem hominibus manifestans. Salomonis Verba ad Deum speculandum nos ducunt, dum dicunt: *Vide Arcum, & benedic qui fecit illum; Gyravit Cælum in circuitu gloriæ suæ, manus excelsi aperuerunt illum.* Eccl. cap. 43. de Iride loquitur, quæ Mariam tangit, quæ *Arcus fœderis divini, & reconciliationis nobiscum est.* Afferit Seraphicus Doctor. (Z) Iris est, *diversarum circumdata pretioso decore virtutum.* Hic igitur cœlestis Arcus proponitur ut incitatibus ad Dei gloriam contemplandam, cuius pulchritudo gyrat Cælum in circuitu gloriæ suæ, *sive gloriosa curvatura sua Cælum succingit circulo.* Et Maria gyrum Cœli circumvit sola, ut in Cœlis dominantem ad nos alliceret, suo utero velut carcere comprehensum. Quoad Hæmispherium enim gyrat Iris Cælum eximia venustate sua: *Valde enim speciosus est Arcus ille, in splendore suo, quem habet à radijs Solis secundum qualitatem nubis aquosæ.* Ait Alensis. Ideo Deus in Iris fabrica benedicendus proponitur, ut Principalis causa: etenim aliquæ fuerunt gentes, quæ Iridem, ut Deum errantes adoraverunt; ideoque subditur: *Benedic, qui fecit illum;* nempe Deum unum, & verum. Maria ob speciositatis modestiam, & pulchritudinem summam, nisi D. Paulus eum aliter docuisset, profecto D. Dionysius eam ut deitatem adoraret, & ut Dea haberetur. Sed benedicendus est ille, qui fecit eam nostræ cum eo reconciliationis Iridem. Iris ergo opus Dei mirabile, & ex radio Solis, & aquo,

fitate nubis resultat; quia Virgo facta est ab eo, qui in ea factus est homo, & velut ex nube aquosa, aquæ puritatem æmulata, se incurvans, & ut Cælum repræsentet, & terram Cœlo succingat, aquam misericordiae mundo porrigit, & cœlestem orbem in suo velut speculo aqueo purissimo declarat. Id D. Parens Bonaventura lepide ita cecinit: *Est in arcu cœruleus color, quia Virginitatis typum gerit: Rubeus, qui charitatis formam notat; & puritatis notam demonstrat aqueus.* Iris sustinens Cælum arcuatæ instar trabis, aquis madida, & solis pariter fulgore respersa, continet inscriptionem. COMMENDAT GRATIA TRIPEX. Nam Cælum videtur sustinere, Solis radios ebibere, & utrumque in Aquæ speculo retinere. Ita in Maria, *omnia divina, omnia honesta, omnia in Deum relata.* Inquit Justinus Michoviensis.

206 *Aqua omnibus se accomodat coloribus, saporem à locis per quæ transit usurpans. Maria sic, aquarum instar bonis omnibus gratiæ affluens, omnibus communicat, denegat nulli, imò statui se accomodans omni, & Justos virtutis iter insequi stimulat, miseros peccatores à diabolica extrahit servitute, placidam eis è Cœlis veniam impetrans. Inventu Virgine ait Sapientissimus Idiota) invenitur omne bonum: Ipsa namque diligit diligentes se. Tanta quoque est eius benignitas quod nulli formidandum est ad eam accedere, tantaque misericordia, quod ab ea nemo repellitur.* (A) Ad Paradisiacum retorqueamur defluxum, cuius ex laticibus quatuor flumina derivantur. *Nomen uni Phison, ipse circuit terram Evilath, ubi nascitur aurum.* Genes. c. 2. Quisnam fluvius hic Phison sit, non omnibus una opinio est: certior tamen putat esse Gangem, fluvium altissimum, (de quo alibi) cuius aquæ salubres, citeriorem Indiam fecundant, & in Indicum tandem oceanum labuntur. Vnus dicitur, tum ab aquarum copiosiori multitudine, tum quia Chaldeos, Arabes, Indos, aliasque deturpatis vitijs hominum nationes aquis suis irrigat, nullis assueta denegans beneficia. Tum, quia terram, per quam transit miro modo fertilem facit: vnde Hebraice Phison, abundantia interpretatur. Moraliter autem (cum Mariam significet, ut dabo infra) significat eam non solum iustis, sed peccatoribus etiam beneficia sua abundanter largiri: Quod pandit ita D. Gaudentius: *Cuius Pietas est, quod etiam malos, atque incredulos patenter expectet, & si penituerint,*

Maria, ut Iris Cælum sustinet, repræsentat, cœlique cōtinet creatorem.

(Z) Eccl. c. 43. v. 12. & 13. D. Bon. de Laud. B. Virg. n. 5. D. Aug. serm. 255. de Temp. Eccl. c. 34. Vide ibi Glos. Ians. in Eccl. c. 43. v. 12. & 13. Alens. in Glos. ibi. Alij apud Ioan. la Haye in Conc. Liter. Albert. de Mar. ques. in Cœloq. Mor. de B. Virg. ex l. 6. c. 59. Lyr. in Glos. ibi. Anglic. l. 11. c. 5. Berchor. in Reduct. l. 5. c. 20. Subi. D. l. 3. de Me. theoris. & in 2. sent. lat. D. Bon. Opuscul. de Figur. B. Virg. Fig. 5. Iustin. Michovien. ibi Lyr. Lauvan. disc. 292.

(A) Idiota in Prol. Tract. de Virg. Maria. D. Greg. Nazianc. orat. de Christo Patenti. Gen. c. 2. v. 11. & 12. Haye in Conc. & in Arb. vite ad c. 2. Gen. v. 11. Lyr. in Glos. Oforius l. 11. de reb. Emman. apud Theatr. Vit. Hum. verb. Fluvius. D. Gaudent. tract. in Ord. 10. de lect. Exod. Plin. apud Menoch. in c. 2. Gen. v. 11. in Bibl. maxim. Mag. Hist. Schol. ad c. 2.

Gen. Hist. c. 14.
 Ric. de Land.
 Virg. l. 2. Arnob.
 in Psal. 67. D.
 Ambr. in 1. ad
 Chor. c. 3. D.
 Greg. l. 34. Mo-
 ral. c. 7. D. Hier-
 ron. in Psal. 71.
 & in Isai. c. 6.
 & Ierem. c. 10.
 Origin. in Num.
 Hom. 26. Beda
 in c. 1. Gen. D.
 Hier. epist. ad
 Gaudent. D.
 Bon. in Spec. 10
 D. Thom. à Vil-
 lanov. Conc. 3.
 de Nat. Mariæ.

Iustis æque,
 à Peccatori-
 bus Maria be-
 nigne com-
 municatur,
 nullis dene-
 gans gratiæ
 opitulationē.

amplectitur. Ita invalescunt huius fluvij
 Aquæ, ut vigintiquinque annibus augeā-
 tur, Plinio asserente: ob quæ *Vnici* no-
 men inter alios fluvios sibi iure auspica-
 tus est. Nec id solum. Refert enim ma-
 gister, quod *Phison* etiam immutatio oris
 dicitur. Quia *mutatur secundum diversa*
loca tribus modis. In colore, quia alibi cla-
rus, alibi obscurus, alibi turbidus. In qua-
ritate, quia alibi parvus, alibi diffusus. In
sensu, quia alibi frigidus, alibi calidus.
 En Mariæ aptissimum utique symbolum:
Quin Phison circuit terram Evilath,
quod interpretatur dolens vel parturiēs:
& Beatissima Virgo circuit dolentes per
contritionem ad consolandum eos, maxi-
meque parturientes peccata per Confes-
sionem. Profert Richardus. Aquæ gratia-
 rum à Maria fluentes aurum producant
 optimum, nempe opera perfecta, inno-
 centiam, & puritatem mentis in iustis, ea
 usque ad consumatam gratiam deducen-
 tes. Alibi clara hæc virginea conspicitur
 aqua, quia in creatione purissima. In Ma-
 ria amaro Passionis obscurata pœnatum
 profundissimo Abyssu: In Annuntiatione
 Angeli turbida, quia *turbata est in ser-*
mone eius. Alibi parva, cū se nimium de-
 misit dicens: *Eccē ancila Domini.* Luc. c.
 1. Alibi diffusa, quia ad miseros omnes à
 tribulationibus liberandos, currit festina,
 nec beneficia retardare novit, quæ Ma-
 trem esse misericordiæ gloriatur Alibi ca-
 lida, nostrum inurens pectus, ut in divi-
 num protinus feratur amorem. Sic omni-
 bus se benefica accomodat, omnibus be-
 nefactura, Aquæ fluxus præeuntis manus
 vestigia undique insequens hoc notatur
 dicto: **QUA DUCITUR SEQUITUR.**
 Id de aqua per areolam diffusa Philosophatur
 Doctorum Maximus, & nos etiam
 de Maria, *per quam* (fleat calamum D.
 Parens Bonaventura) *tot fideles à peccatis*
mundati sunt, quot loti sunt, ipsa enim
aquam obtulit, dum pœnitentibus lachry-
mas compunctionis obtinuit. Sic sequitur
 Peccatores aqua sancta hæc eos ad me-
 liorem virtutis frugem inducens. Sequi-
 tur, & iustos: *Nam sicut in creatione mun-*
di in homine collecta est omnis creatura:
sic in recreatione mundi in Virgine col-
lecta est omnis Ecclesia, & Sanctorum
perfectio. A Maria omnis iustorum per-
 fectio emanat, quos usque ad virtutis
 metam impellit. Omnis peccatorum sub-
 ventio, quia eius salubri mundantur la-
 vacro, & ad novam animatur resurgere
 creaturam. Ab ipsius Virginis ore etiam
 hæc veritas prædicatur. Ait enim Eccl. c.
 24. dixi: *Rigabo Hortum meum planta-*

tionum, & inebriabo Prati mei fructum.

(B) Egregias intelligit Plantationes: vn-
 de sapidi derivantur fructus, ac iucundis-
 simi odoris flores, quibus areola adæ-
 quatè dimensa, & circumscripta varios
 intuentium sensus demulceat, & suaviter
 trahat: Per hunc Hortum cœtus fide-
 lium, sive Ecclesia, cuius primæ plan-
 tæ Apostoli fuerunt, designatur: quos
 Martyres, Confessores, ac Virgines pos-
 tea sequuti sunt, vberes fructus, ac flo-
 res gratiæ germinantes. Vndè legunt alij
Potum dabo horto meo optimo, & ineb-
riabo areolam iustam, & arbores eius.
 Quod intelligitur de donis Spiritus S. in
 die Pentecostes; docet Lyranus. In illa
 autem, à tempore, quo concepit Virgo
 Deum in utero suo, quamdam (ut sic di-
 cam) iurisdictionem, seu auctoritatem ha-
 bet in omni temporali missione Spiritus
 Sancti, quia non vult Spiritus Sanctus
 nisi per eam communicari. Hinc Maria
 Spiritui Sancto nomine Austri designato
 dicebat, Cant. 4. *Veni Auster, perfla Hor-*
tum meum, & fluent aromata eius. Vide,
 ut munia dividunt, nam Hortum Spiritus
 Sanctus perflat, quatenus arbores in dul-
 ces laxentur fructus, & succos emittant; &
 ut flores in suavissimos distendantur
 odores, per totius Ecclesiæ ambitum dif-
 fusos. Sed cur Virginis curæ committitur
 viridarium ad modum fluentis aquæ irri-
 gare? dicam. In hoc Paradiso plantantur
 Apostoli Cedrorum instar summitatem
 Ecclesiæ occupantes: Coptemplativi ut
Abietes, dum se mentis excessu elevant ad
 sublimia capescenda: Pœnitentes ut *Vio-*
læ, livido mortificationis colore perfusi:
 Martyres ut *Rosæ*, murice purpureo in-
 tincti, ut dira pro Christo passi: Virgines
 ut *Lilia* pudicitæ virginalis candore
 exornata. Sicque alie inferuntur arbores,
 flores alij; omnesque Maria rigat Divini
 Spiritus donis. Et inde quid? *Aqua in ce-*
dreo vberiore, elevatioremque producit
fructum, in Cedri naturam transiens. In
Abiete elevatur iucunda firmitate gratiæ.
 In Violis apparet livida, Purpurea in *Ro-*
sis, nivea in lilijs. Sic Aquæ arbores, & flo-
 res Areolæ irriganti subijcitur lemma:
FORMÆ SE ACCOMODAT OM-
NI. Talis enim fuit Maria, ut unius vi-
 ta omnium disciplina sit. Omnes didicit,
 ut omnes doceret; facile se accomodans
 omni, quæ omnium fuit Magistra, *omnis*
virtutis forma. Sic desumpsit ex Ambro-
 sio. Rigat ideo Hortum suarum fertilem
 plantationum, ut tam copiosi evadat fer-
 tilior irrigatione fluenti, omnium *Aqua*
 fructuum, & florum suavitatem ebibens.

(B) Eccl. c. 24.
 v. 42. Bibl. cō-
 plut. & Ioann.
 la Haye in Cōc.
 lit. ibi Bibl. Cō-
 pl. interium in
 Max. Sept. Bi-
 bl. Arab. Lyr-
 nus in Glos. Me-
 nob. & Alens.
 D. Bern. Sen. t.
 1. ser. 52. art. 1.
 c. 2. Cant. c. 4.
 v. 16. Alanus
 Insul. ibi. D.
 Gregor. Philo.
 Rupert. Ans.
 Alens. Titelm.
 Theod. Ambr.
 in Psal. 1. D.
 Aug. epist. 120
 ad Honorat. c.
 22. D. Ambr. l.
 2. de Virg. p. 2.
 Alphons. Oro-
 cius, in Annot.
 exc. 7. Cant. pro
 Præsen. A. sūp.
 & Purific. Ma-
 ria.

Maria omnē
 fovet virtutē,
 omnem am-
 plectitur, in
 qualibet, sin-
 gularissima
 est.

Aqua,

207 *Aqua*, elementum proprio termino haud contentum, ideoque nisi alieno cohiberetur limine, latissima diffunderetur. In Plano quiescit manet, & è sublimitate præceptum fertur in ima: etsi arte discat in sublime ascendere ad usus humanos. Talis est Maria, quæ *Aqua est, & fons quantum ad communia beneficia, quæ exhibet omnibus*: Ait Richardus (C) Nequit Maria gratias in se sola communicatas continere, sed velut aqua, & fons exuberans, plenè affluit, ut communicet. Hinc mihi ansam inquirendi præbuere verba ab Angelo Mariæ nuntiata, *Ave gratia plena, Spiritus Sanctus superveniet in te.* Luc. c. 1. Cur supervenire in eam dicitur divinus amor, qui cum sit dator munerum, iam ita copiose in Mariam infuderat donum gratiæ, ut plenam Angelus invenerit, nec in ea locus ulli superesset vacuitati? *Datur alij gratia per partes, Mariæ autem tota se simul infundit gratiæ plenitudo*; ut notat Hieronymus. Nam non solum implevit mentem, sed ventrem, in quantum singulari gratia Dei factum est, ut conciperet Salvatorem. Exponit Lyraus. Gratificata salutatur ab Angelo per gratiam Spiritus Sancti, (Profert idem) quia ut communiter dicitur, prius venerat super Virginem, eam à peccato originali præservando. Gratia plena dicitur, quia omnis gratia naturalium bonorum, & spiritualium charismatum aderat sibi. Fert Idiotæ Sapiens. Gratia plena prædicatur, quia digna digni, immaculata sancti, & immaculati: imò vero continuit cœlestem Thesaurum Deitatis, plenissimam sanctitatem, perfectamque iustitiam: Scripsit D. Laur. Justinian. Gratia est plena, potente Deo proximam, imò proximiorē alijs efficere Mariam; concludit B. Angelus del Pas. Sed si ad tantam gratiæ Mariæ devenit plenitudinem, cur in eam supervenit gratiarum dator, Divinus ut pote Spiritus? Ex dubitatione pluribus plenè satisficientibus, mihi plus Bernardi, Amadei, & Ambrosij responsio huiusmodi placuit: *Spiritus Sanctus supervenire nunciatur, propter abundantioris gratiæ plenitudinem, quam effusus est super illam.* Conijce ex simili rationem. Vide cavum ex lapide vas liquore plenum: Si insuper ex alto liquoris adveniat effluxus, non plenum tantummodo erit, sed quæ supervenerit aqua, alteriusve liquoris portio in aliorum diffundetur emolumentum. Hinc huiusmodi vas epigraphen sustinet: SIC PLENVM, SPARGIT IN OMNES. Deipara vas vite, & salutis universo-

rum à D. Anselmo celebratur; unde prius quoad se erat plena, postea etiam & nobis superplena; ut docet Doctorum Doctor Alensis. Non patitur Maria in se totam contineri gratiæ plenitudinem; superplenitudinem etiam admittit, ut sic suæ demonstret magnitudinem munificentiæ, quæ omnibus porrigit aquas scaturientes ex plenitudine gratiæ. Ut aqua diffunditur, in se sola nesciens contineri, alijs ex superplenitudine gratiæ desiderans aliquid impartiri. *Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.* Psal. 44. Huiusce Psalmi titulus pro Sossannium, canticum dilectionem: sive canticum amantissimum pro Lilijs, vel Rosijs; & de Maria, & Christo communiter à Doctoribus exponitur. Dicit ergo, *diffusa est gratia in labijs tuis.* Id est, effusse data, inquit Genebrardus. Innuens, non ibi labia ut exornet solummodo contineri, sed ut late sic valeat pro voto diffundi. Ideo alij loco gratiæ ponunt effusse sunt misericordia. Sed si similitudini insistamus, cum misericordia, sit charitatis filia, & pertineat ad voluntatem, itidem, & gratia ad eam ut ad subtractum pertinebit. Cur ergo in labijs ponitur, quæ capacia gratiæ spiritualis non sunt? loqui Prophetam non dubito de gratia, aut pulchritudine naturali; (D) sive de gratia sermonis quæ lingua Eucaristie dicitur: sed & de copia gratiæ spiritualis, quæ ex verbis argutivè deducebatur, & veluti superfluebat, superfundebatur, & redundabat, ex qua alijs acciperent, ut notat Lorinus, cum Chrysostomo: Quia ex abundantia cordis os loquitur. Ob hoc Maria benedicitur, quia Gratia plena, & per eius labia super effluens communicatur nobis gratia, & misericordia, ex his benedicitur, quia supereffluenter dona gratiarum Deus ei largitus est. In Mariam enim totius gratiæ, quæ in Christo est, plenitudo venit, quamquam aliter; sicque cum fuerit Gratia matris Dei, fuit proinde pene infinita, de cuius redundante totus habet mundus. Docent Hieronymus, & Richardus. Sed cur resperfa labia Virgo habeat gratia speciali, inquiramus. Ex bino constituitur os in homine labio, quod ideo sic dicitur, quasi ostium, quod animæ est nuncius, per quod quæ in mente concipimus, foras exprimimus. Sic igitur Maria etiam animæ ostium gratia habet perfusum: Quia tanta est interius plenitudo gratiæ, ut quasi non valens ulterius capere, per os abundanter ad alios refundatur externe. Id lepide cecinit D. Parens Bonaventura inquit: In Mariam tota se gratia

(C) Anglic. lib. 13. c. 1. Berch. lib. 8. c. 1. n. 9. Picinell. mund. Symb. 1. 2. c. 21. n. 336. Richar. à S. Laur. lib. 1. c. 4. D. Hier. ser. de Assumpt. Lyra in Gloss. ad c. 1. Luc. v. 28. Haye in Conc. lit. lib. Lyra v. 35. Idiotæ lib. contemp. cap. 2. D. Laur. Iustin. ser. de Annunt. Origen. Hom. 1 ex var. B. Angelus del Pas. in c. 1. D. Luc. D. Ber. ser. 4. super missus est B. Amadeus Hom. 3. D. Ambrosij in Luc. lib. 2. c. 2. D. Hier. epist. 140. in expof. Psal. 44. Chrysost. Hiero sol. serm. de S. Maria. D. Bernardin. Sen. t. 1 serm. 6. De Epiphania. orat. de laud. Virg. D. Andr. Tract. de Assumpt. D. Athan. serm. de deipara. Alens. somment. super missus est. D. Anselm. Alloq. cœl. 27.

Maria, gratia plena manens nobis dona gratiarum ex super plenitudine impertitur.

(D) Psal. 44. v. 3. Genebr. in Côm. ibi. Bibl. Syr. Lyra. late. Tuccius. Aquila. Lorin. D. Chrysost. Hom. de Spir. Sanct. Iacobus de Val. in Psal. 44. D. Hier. serm. de Assumpt. Richardus in d. de Laud. Virg. lib. 1. c. 4. Adamus Brouverus in salut. Angelic. cor. q. 17. Anglic. lib. 5. c. 17. & 16. Berch. D. Isid. Ianuens. D. Bonnav. apud Alexium à Salo, in Art. Pie amad. Mariam, Privileg. 2. D. Ber. apud Anu. Brixien. de B. Virgin. serm. 3. post med.

Maria omniū
fidelium mē-
tes irrigat, iux-
ta cuiuslibet
exigentiam.

*cia effudit, ac recipit plenitudo, ex eaque
velut fonte perenni ubertim ad alios de-
rivatur.* Nec miror, nam superplena in-
terne domus Mariæ est, ideo ex intimis
per oris ostium gratia profilit, & ad nos
vsque diffunditur. Aquarum plenissima
scaturigo per arua transiliens, hoc scripto
illustratur: **PLENA SIBI, ET ALIJS.**
Id congruè sic elucidat Bernardus: Ma-
ria, *verè gratia plena sibi, nobis superple-
na, & superfluens, de cuius plenitudine
omnes accepimus.* Ad id etiam pergit
quod de primævi Aqua fontis à Moyse
scribitur Gen. c. 2. *Fons ascendebat de ter-
ra, irrigans universam superficiem ter-
ra.* Corpus grave et si Aqua sit, nihilomi-
nus ascendebat, sitientem terram fuisse ir-
rigatura, nullum passa in diffusionis com-
municatione dispendiū. Sed mihi visum,
potius oportere vt descenderet ad solum
sterile irrigandum, quam quod ascendis-
set. Labitur enim Aqua ad grati benefi-
cium, non extollitur. Sed cum Aqua Ma-
riam prænotet, ascendisse dicitur; etenim
hæc vt benefica ostendatur, terminos
transcendit naturæ, transvolans ad supe-
riores, & elevatos gratiæ, etiam vt hanc
largius communicet, naturalia iura delu-
dens. Nam aquæ latentes sub terra, divi-
na voluntate ascenderunt vsque ad su-
perficiem terræ per modum fontis in qua-
libet parte terræ, ubi erant plantæ, & ber-
ba producenda. Rectè explicat Lyranus.
(E) Fons iste Mariam obumbrat, quæ
fons perennis est, inquit Damascenus; ideo
non latere patitur, sed scaturit abunde,
ascendendo inundans, vt suis fideles gra-
tiarum proficiat irriguis. Nec incongrue
dicitur ascendere dum vniversum ab ip-
so beneficio huiusmodi irrigationis dita-
tur; nam gratiam egeno impendens attol-
litur, non deprimitur. Age: Inundatio hæc
non hanc, aut illam solummodo terræ
portiunculam fœcundabat, sed vniver-
sam: Quia Maria fons est signatus per
fontem, qui ascendebat de terra, irrigans
universam superficiem terræ, (Profert
Richardus) qui mater est omnium aqua-
rum: nam ab illa sanctitate, cuius tota
plenitudo descendit in Mariam, omnes
sanctorum ordines, & omnis sanctificatio
procedit. Justos hic fons fœcundat, vt re-
viviscant irrigat pœnitentes: Vnde quasi
fons Maria quantum ascendit, tantum
descendere potest, irrigans terram, &
transiens ad aliam irrigandam; ex eiuf-
que gratiæ plenitudine omnia nobis bona
proveniunt. E terra sursum elevata vt
eam irriget aquarum scaturigo, signatur
notula: **VT FVNDAR IN OMNES,**

Quod aptissime Mariæ congruit, & illud
quod de Deo Doctor Maximus sic scrip-
sit: *Fons bonitatis omnibus patet: Servus,
& liber, Plebeius, & Rex, dives, & Pau-
per ex eo similiter bibunt.*

C A P. III.

**MARE MARIAM PRÆFI-
gurat, signat, & exaltat.**

208

AD mare magnum, & spā-
tiosum manibus, ubi
Reptilia (Homines nempe, quos in am-
plo suo sinu recolligit) Quorum non est
numerus, Psal. 103. (F) devenimus modo,
Deiparæ præfigurativum. Maria enim
Mare, domina, aut Myrrha maris inter-
prætatur: Quæ amplum misericordiæ si-
num aperit omnibus in hoc sæculo peri-
clitantibus. Fœcunditatem à cœlo mare
mutuat, corallum, vniones, ac pisces vber-
tim proferens, nostræ providendo utilita-
ti. In Mari cœlum repræsentatur; Deus, &
cœlestia in Maria. Hoc à Salomone plane
descriptum habetur, de quo Sacra Biblia
docet, Quod Fecit mare fusile, & stabat
super duodecim boves, è quibus tres res-
piciebant ad Aquilonem, tres ad Occiden-
tem, tres ad Meridiem, & tres ad Orien-
tem. 3. Reg. cap. 7. Boves hi desuptus
visebantur ex are effigiati, quorum capi-
ta extra mare prominebant, intus cætera
cælabantur, vt sic validius tantum pos-
sent sustinere pondus. Mare hoc Mariam
designare, ambigere debet nullus: illud-
que situm erat à latere Templi dextro, vt
tum sacris inservientes, tum Populus, si
quid impuritatis haberent, lavarentur, ne
polluti Templum, in quo Deus habita-
bat, præsumerent intrare. Maria, mare
fusile est per pietatem, liquefacta per dile-
ctionem, aenea, id est impatibilis per pec-
cati immunitatem, & sonora per divi-
nam laudem. Dat Richardus. Ipsa namque
speciali affectu misericordia volentibus
intrare Ecclesiam, prima omnium Sancto-
rum occurrit, & ipsis gratiam interioris
amaritudinis, & sonum veræ confessionis
infundit. Sed cur Boves duodecim, fulcra
veluti hoc Virgineum mare, vt sustentent,
subijciuntur? Causam pulchre aperit No-
ster Georgius Venetus dicens: mare ex-
cellsum supra cœlos situm (Quod etiam
aqueum cœlum vocatur) in duodecim
signa partitur, quorum circulum exorbi-
tante numquam pede, Sol per annum
transcurrit. Et vt æthereum illud Mare
in Salomonis fusili perfectius effigiare-
tur, hoc duodecim etiam Boves in circu-
lo

(F) Psal. 103;
v. 25. Iacob. de
Val. in expos.
ili. Ayguanus,
& plures. Ma-
rius de Calaf.
tom. 4. Conc.
Hebr. in indic.
Hier. Haye, Be-
da, D. Isidor.
alijque. Georg.
Venet de Har.
mund. Cant. 1.
Tom. 7. cap. 12
Reg. 3. c. 7. n.
25. Lyr. in Glos.
Richar. de laus-
dib. Mariæ lib.
1. c. 3. in fine.
Lyr. in Glos.
ad lib. 2. Para-
lip. cap. 4. v. 2.
Berch. in Red.
ad lib. 3. Reg. c.
7. Moralit. c. 3.
late. Anglic. lib.
8. c. 9. Theatr.
Vit. Hum. t. 7.
Verb. Zodiacus.
Alanus V. 3.
renf. de Laud.
Mariæ Serm. 5.
circa finem.

Maria, Mare
Deum, cœ-
lumque repræ-
sentans.

(E) Gen. c. 2.
v. 6. Lyr. in
sua Glossa au-
rea ibi. D. Ioan.
Damasc. orat.
2. de dormit.
Mariæ. August.
Vrichmanus in
Sabbatis. Ma-
rian. c. 6. Sept.
Bibl. Sixt. Syr.
D. Alijque in
Bibl. Max. ad
c. 2. Gen. v. 6.
Ioan. Haye ibi,
in Conc. liter.
Aquila, & Bi-
bl. Samarit. Ri-
chard. de Laud.
Mariæ lib. 9.
Tit. 1. Daniel
Agric. Coron. 7.
Stella 3. D.
Hieron. in epist.
ad Galat. c. 6.

lo comprehendit, *quemadmodum dividuntur per eosdem aspectus, duodecim Caeli signa.* Mare Mariae coeleste compendiat mare, Caelum, & Deum Caeli in se continet ut in Caelo. Sic Mare aeneum duodecim munitum bovis, singulo singulum Zodiaci signum in fronte, ferente, ostendit lemma: **COELI IN ME LV-CET IMAGO.** Ita in Maria Dei, gratia ipsius, & virtutum omnium perfectissima imago relucet. Adsit Alanus Varenensis haec promens: *Maria, speculum est sine macula, in qua velut in omnium universalis Idea, omnia videre clarissime possumus: quae ad salutem, quae ad dignitatem, quae ad virtutem, quae ad felicitatem, quae ad gloriam pertinent. Ibi, quod amplius est, Domini virtutes veluti in expressiori, & veriori imagine contueri possumus.* Maria etiam mare amarum dicitur, cuius aquae falsedinem continent, sitis nostrae ad Portum evolandi excitativam. Hoc denotatur in his, quae habentur de Filijs Zabulon, & Isachar Deut. cap. 33. *Inundationem matris, quasi lac sugent.* (G) Cur amaritudo Maris cum lactis dulcedine similitudinem habet? *Divitias affluentiam, & abundantiam* legunt alij: Opefque intelligunt, quae navibus eveniunt, & vocantur inundatio maris: Illaeque fufius in Maria continentur, quasi in gratiarum mari, vnde ipsa dicebat, *mecum sunt divitiae, & gloria.* Prov. cap. 8. *Spirituales, & etiam corporales:* Explicat Lyranus. Sed haec nil faciunt, ut distans non sit illa maris, & lactis comparatio. Hoc enim dulce, & candidum in mamillis efficitur vi calores nativi, ad nutrimentum Infantuli, in cuius substantiam de facili convertitur; & quanto dulcius, tanto amabilius, ac vicinius sanguini. Mare est contra, acri falsedine in vndis perfunditur, omneque amarum est, maxime sub Tropico Cancr, etsi apud Tanaym minus falsum, quam alijs in regionibus sit, falsedinem tamen gustui ingratam non amittit. Non ergo inundatio maris fugi ad modum lactis potest. Sed potest, cum Mare Maria sit: Nam *mundum per gratiam suam* (ait Richardus) *nobis amaricat; & mundanas amaritudines suis imitatoribus dulces facit reputari.* Maris Hellepontici Maria instar, dulciores aquas tribulationis porrigit, & mundi delicias convertit in amaritudinem. Sic nobis aquam deliciarum amaricat, ut eas fugiamus; sic adversitates dulcorat, ut amplectamur, sugentes quasi lac dulcissimum, amaritudinem tribulationem. Amnes plurimi in modum

coronae cingentes mare, a quo oriuntur, hanc epigraphen dicant: **DVLCE AB AMARO FLVIT.** Mare enim quamvis falsum, dulces tamen fontes generat per oculos terrae meatus, imò intra se pisces gignit dulcissimos. Vita huius dulcia a nobis ut nociva, Maria abigit, vnicuique nostrum dicens: *Ecce dulcia vita huius, ecce amara: formida ergo contingere dulcia, si vis vitare amara.* Si verò adversis adversae fortunae ictibus cruciaris, accede ad Mariam vestigia, qui amaro animo es, maestus, & afflictus. Quamcumque enim tribulationem, & omne malum, a te miseratrix avertit. Inquit Amadeus Lausanensis.

209 Mare est Aquarum collectio tam dulcium, quam falsarum. Planè Maria omnium nostrum mater est, sinum omnibus aperit, nullum à sua deviat pietas te, etsi inter peccati sit quis amaritudines immersus: vel utque nimis spatiosum Mare, omnes recolligit, ex quo in se ab exordio mundi divinum admisit amorem. Dum modum Incarnationis Verbi Mariae Gabriel detegeret, eius auribus haec verba indidit: *Virtus altissimi obumbrabit tibi.* Luc. c. 1. Quid ait, *obumbrabit?* Nonne Maria à primo creationis instanti divina fuit obumbrata virtute, sic ut ex Dei gratia, & privilegio vllatenus peccare posset, in charitate Dei confirmata? Sic docet Subtilis Theologorum Princeps, & annuit Ecclesia. Cur ergo de futuro obumbrabitur Maria? *Quia in ea, sub umbra carnis latuit ex tunc Deus virtute Deitatis.* Inquit Lyra. Divinam in se, ex quo dixit *Fiat*, continuit virtutem, ideò quasi divina spectabatur in Virgine virtus, naturae terminos infinite transcendens, & divinam in eam transfundens. (H) Vnde litteram sic vertunt alij, *virtus excelsi super te residebit, recumbet, seu umbraculum supereminens obumbrabit tibi.* In promptu largienda supereminens obumbratio virtutis Mariae promittitur: nam tunc quia in matrem Dei, in omnium nostrum matrem eligebatur; atque adeo oportuit ut iam non praecisse in eius animam iterum virtus divina se immergeret, sed caput ipsius obumbraret; Quia in Maria velut in Horto umbrato invenitur umbra propitiationis: ad hoc enim obumbravit eam virtus altissimi, ut ipsa meritis suis obumbraret Peccatores. Accinit Richardus à S. Laurentio. Supereminenter omnes nos sub sua umbra recondit, fovet misericors, benigna protegit, & amplum veluti mare, altissimi virtute plenum, nos ut tueatur, amplectitur, ex sua

de Assumpt. ser.
3. ord. 45. B.
Amadeus Lau-
san. de Laud.
Mariae Homil.
8. Rupert. l. 13.
in Ioan. c. 19.
Anglic. lib. 13.
cap. 22.

(G) Deut. c. 33
v. 19. Lyra in
Gloss. ibi. Ha-
ye in Conc. liter.
Sept. Rom. Reg.
& alij in Bibl.
Max. Proverb.
c. 8. v. 18. Ly-
ra in Gloss. An-
glic. l. 19. c. 61.
Arist. lib. 18. de
Animal. Const-
tutin. lib. 19.
& 18. Isaac in
diet. Petrus Ap-
pō. in Problem.
Arist. part. 20.
Probl. 25. &
part. 23. Probl.
7. Richard. ubi
supr. Anglic. lib.
13. c. 21. D. Isi-
dor. l. Orig. 13.
Arist. de Me-
theoris. Subtil.
Doct. ibid. D.
Hieron. Raba-
nus Maurus in
Ecl. D. Ambr.
in Hexam. Ber-
chor. Apponens.
Haye latissime.
Theatrum Vit.
Hum. tom. 5.
Abalon Abbas,

(H) Luc. cap. 1
v. 35. Lyra in sua
Gloss. ibi. B. An-
gel. del Pas, Ale-
xand. Alenst.
Subt. Doct. lib.
3. d. 3. q. 2. Bibl.
Lyr. Persic. &
Ethiop. in Max
Richard. à S.
Laur. de Laud.
Mariae lib. 12.
Idiota, de Vir-
gin. cap. 3. D.
Anselmus orat.
de Virg. Ma-
ria. D. Bernar-
din. Sen. ser. 1.
in Fer. 4. Post
Pas.

Pascha. a. r. c.
8. Richard. à
S. Laur. lib. 1.
cap. 4. de Laud.
Virg. D. Aug.
Tract. 10. in
Ioann. cap. 2.

Vt Mare spatiosum omnium gratiarum, Maria omnes recipit, nullum perire sinat.

sua redundante virtute ne pereamus obumbrans. Idcirco Mare navigijs plenum, & spectabile plurimum effluxu fluviorum, hac nota insignitur: OMNIBVS, A T QVE SIBI. Nullum abigit, omnes Maria recipit, & de sua redundante virtute gratia salvantur, & reviviscunt omnes, vt dedimus cum D. Anselmo, & Bernardino. Superstitione olim putaverunt quidam sibi prospere evenire omnia, suas si supra mare funderent preces. Detestatur cum Parente Augustino, & votum, & ritus. At, si ad Mariam, quæ Mare est convertamur, anceps minimè ero, nobis omnia secunde evenitura, si eius protegamur virtute, foveamur sub umbra. Ad se omnes Maria trahit, vt ad cœlestia facilius trahamur. Rursus inquirere nobis liceat, cur primo divinus spiritus sedem sibi periucundam elegerit in aquis, qui postea replevit orbem terrarum? Sic enim affantur scripturæ: *Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Gen. c. 1. *Motabat, agitabat se, Spiritus misericordiarum sue gratia.* Ponunt plures. Sic Divinus Spiritus fovebat substantiam illam aqueam, motitando, seu agitando se, (1) aut contremiscere faciens aquas, quasi eas sursum elevaturus. Hoc, Verbum motito, & agito insinuant; imò, & insinuat Rupertus habens: *Ferebatur super aquas, quia inquietus erat, quovisque vidit hominem creatum, super quem requiescere posset.* Aquarum immensa illa moles Mariam obumbrasse, satis probavimus: obumbrabat, & homines propter instabilitatem, animorum inconstantiam, vel quia labiles sunt per diversa vitiorum genera. Explicat Parisiensis Haye. Virgo ob puritatem Aqua, quia semper materia perfecta, dignum Deo subiiciens vectaculum, omnes in se mortalium recolligebat aquas Spiritui Sancto subiiciendas etiam, vt à sua agitatione sursum actæ non per ima reptarent, sed inter cœlestes numerarentur. Istæ enim motæ; instabiles, huc, illucque agitate vento, vagæ discurrent, signantque fluentia concupiscentia, vt docet meus D. Antonius Paduanus; sunt, & aliæ superiores aquæ, quæ super Cœlos sunt, & designant fluentia gratia, seu votum efficax, & appetitum glorie. Vt ergo à motitante spiritu ad alias superas hæ inferiores eleventur aquas, ad Mariam oportet accedere, sub eius contineri dominio, vt sic ex inis ad cœlestia transferantur. Audiatur noster Amadeus sic Virgini alloquens: *Spiritus Sanctus superveniet in te, facturus in te quidam motus, & mirabilis, quam cum*

ferebatur super aquas à principio & super aquas tuas feretur. Quid melius fecit, cum illam Verbi matrem fecit: sed facit, & aliud mirabile dum super aquas Mariæ fertur, super homines sub sua ope protectos, agitatione Divini Spiritus superioribus illis Beatorum aquis congregandos. Maria (Profert Bernardus) *divinae pietatis. Abyssus, cui vult, & quomodo vult creditur aperire, vt quivis peccator enormis non pereat, cui Sancta Sanctorum Patrocinij suis suffragia prestat.* In hunc te conijce Abyssum, vt à Divino Spiritu revocæris ad Cœlum. Supra mare suspensa cum situlis rota, epigraphen sustinet: HAVRIT INEXHAUSTVM. Virgo et si in nos plurima continuo profundat beneficia: semper residua alia infinita habet, quæ ad homines deriventur Divini Spiritus agitatione: Ideoque Pelagus in exhaustum à D. Damasceno vocatur. (K) Sed iterato Bernardus scopum attingens subtilius, auscultetur: *Per te, ô Virgo accessum habemus ad filium; ô benedicta in ventrix gratia, mater salutis; per te suscipiat nos, qui per te datus est nobis.* Nec ab hoc Virgineo Mari discedamus per quod, & in quo Portum invenire possimus, de quo hæc Regius Vates Pfalebat: *Hoc mare magnum, & spatiosum manibus, illic reptilia quorum non est numerus.* Pl. 103. *Latum locis, vel sinibus.* Legunt plures. *Vel vastum, ubi sunt pisces innumerabiles.* Mare hoc Mariam, quæ mare excelsum est gratia, & pietatis designat, imò Maria mare interpretatur; dat noster Georgius Venetus. Magnū mare dicitur, quia continetia, atque comprehensione amplissimum, varijs sinibus circumvolutum, & vbilibet offerens navigantibus portum. Spatiosum etiam manibus est, quod quasi expansas manus habeat, vt in se cunctas aquas capiat dulces, & amaras commixtim, (Homines videlicet, vt prædiximus) bonos utpote, & malos. Cuncta igitur suscipit, quia hoc latissimum gratiarum mare, nullum abigit, à suæ amplissimæ pietatis amplexu nullum avertit, omnes placide admittit. Vnde noster D. Bernardinus sic Mariam salutat: *Tu omnium virtutum, donorum, & gratiarum, incomprehensibilis magnitudo.* Expandit Maria manus, vt nostras aquas amaricatas vitijs, reddat salubres, & suo in sinu reconditæ dulcissimum mutuent saporem gratia. *Ibi etiam reptilia, quorum non est numerus,* Fideles utpote, qui vt valeant ad Portum Patriæ pervenire, se recôdere in Virgineo Mari prius expedit, vt extendente Maria manum, citius de-

Sub Virginis Pallio homines securiores evadunt, & ad Portum securitatis eiusdem meritis quasi vi quadam amoris à Divino Spiritu elevantur.

(1) Gen. cap. 1. v. 2. *Lyra in Gloss. Guilielm. Estius. Arias Mont. Lippoman. Rabb. Ioann. Targum. Hierosolym. & alij plures in Bibl. Max. Rupert. Abbas in Gen. apud Haye, Arb. Vit. in cap. 1. Gen. v. 2. n. 168. Ioann. Haye ad c. 17. Apoc. v. 15. in Conc. lit. D. Bernardin. Senen. ibidem. D. Ant. Pad. serm. Dô. in Septuag. & ser. Fer. 4. Hebdom. 4. Quadr. B. Amadeus Hom. 3. de B. Virg. D. Bern. serm. de Salve Reg. apud Novarin. Vrsbr. Virg. lib. 4. sac. Eleth. Exc. 81. n. 756.*

(K) D. Ioann. Damasc. orat. 1. de Nat. & orat. 2. de Assumpt. D. Bern. serm. 2. apud Andr. Eborac. verb. Maria Virg. Psal. 103. v. 25. Georg. Venet. de Harm. mund. Cant. 1. tom. 7. cap. 12. Lyr. Genebrar. Bibl. Syr. Haye in Conc. lit. Lyra in Gloss. Tytelm. D. Hier. in Psal. Quin. Ludolph. Carthus. Div. Bernardin. tom. 4. serm. 13. de Exalt. Virg. a. 2. cap. 3. Genebrard. in Psal. 103. v. 25. Tac. de Vel. ibidem. Orig. super Mat. cap. 13. Tertul. de Resurr. Carn. Anglic. lib. 13. cap. 27. Berch. in Red. 1.9. c. 1. n. 1. & in direct. late. Daniel Agric. Coron. 6. Stell. 3. D. Bonaven. Opusc. 35. D. Bern. ser. de S. Mar.

Michal. apud
Ebores. Div.
Anastaf. Synai-
ta in Annunt.
Isidori. ser. r.
Richard. à S.
Laur. lib. 16.
tit. 21. in fine.

Maria omnes
amplectitur,
& fovet, in
amplissimo
sua milericor-
dia sinu.

nire valeant ad portum. Nullus ergo tor-
pore obtundatur, ad Mare Marianum cur-
rat spatiofum manibus, vt eas extendat
amplo suo sinu relicturum; Pisces
enim sine hac aqua vivere non possunt,
illic se conferant, vt vivant. *Piscis à pas-
cendo dicitur, & Mariae conversatio pas-
tus est sapidissimus.* Quare ipsa dicebat:
Qui edunt me, adhuc esurient. In illo am-
plissimo mari pascuntur homines vita
gratiæ, esca virtutum, & impinguati nutri-
mento cœlestium donorum, ad cœnam
agni per Mariam faginati advocabuntur.
Mare latissimum, piscibus, iucunde hinc,
inde se motantibus plenum, literam sig-
nat: **HIC VITA, ET REQUIES.** Maria
tatissimum omnium est refugium, inquit
D. Parens Bonaventura: sicque omnes nos
suo amplo sinu recondens vivificat, &
*quidquid gratiæ in nobis est, Maria me-
diante habemus.* Nullibi rationalibus pis-
cibus in hoc mundo vita, nisi in Maria,
quæ sic à D. Athanasio Synaita laudatur:
Salve vite cibus, ac fons immortalitatis.
Neque requies ullibi datur, nisi in Maria,
quæ à Deo promissa populo fideli est re-
quies opulenta. Vt habet Richardus à S.
Laur. Mare etiam sæculi turbulentum
Maria sedat, ne procellarum impetu ho-
mines in profunda demergantur. Festivè
id ipsa Virgo cecinit, dum dixit Eccl. c.
24. *In fluctibus Maris ambulavi.* Ambu-
lat, qui iucundam capiens auram, nil ti-
met periculi huc, illucque se divertens,
corpusque extenuans agitatione. At super
fluctus non tuta est deambulatio, sed se-
cura demersio. Labile enim corpus, cum
sit aqua, nil grave sustinere potest, ad
ima statim dimittens. At, cum Maria lon-
ge fiat ab omni discrimine, nil mali paver
ambulans supra fluctus, qui etiam eius
ebibunt contactu soliditatem. (L) Sic sibi
Principatum in omnibus acquisivit, evasit
domina, coronatur vt omnium Regina.
Sed quæ profundum Abyssi penetrat,
quomodo per fluctus maris ambulat?
*Profundum Abyssi, id est omnia; quæ sub
terra sunt penetravit intelligentia, & po-
tentia.* Ait Alensis. In fluctibus maris am-
bulavit *visitans, & subveniens necessita-
tibus devotorum.* Pie explicat Noster D.
Bernardin. Senensis. Fluctus enim circum-
volutiones sunt aquarum, immanes, horri-
dæ, & collatione impetuosa homines, na-
vesque nunc in altum, nunc in profun-
dum ducentes: & fortè ad saxum scopu-
lum impetuosa contusione franguntur
impingentes irregulari cursu, à fragore
ventorum exorto. Sed Mariæ contempla-
re clementiam. Non se à mari, vbi sui pe-

riclitantur, elongat: non in Abyssi pro-
fundis detinetur, sed penetrat solum, quasi
transiens subito: & in fluctibus moram
agit ambulans, salvando iam ante Noe,
& qui cum eo erant in Arca, inter aquas,
& fluctus diluvij; postea verò reliquos
inter tot maris sæculi discrimina fluctuan-
tes. Noster Amadeus id sic pandit: *Non
solum animarum saluti, sed etiam huma-
norum corporum sanitati, & necessitati
pia diligentia providet, & medetur, præ-
bens innumera beneficia.* Acri ventorum
impetu tumultuatum Mare navibus onu-
flum, & Virgine per fluctus ambulante,
lemma demonstrat: **SEDANTVR VIR-
GINE FLUCTVS.** In hoc enim vitæ mi-
serabilis amaro mari, nil inter tot pericu-
la opis, nisi à Virgine spectandū est, cui ca-
nit D. Thomas Villanovanus: *Nescimus
aliud refugium, nisi te, o Maria, tu sola es
unica spes nostra, in qua confidimus; tu
sola Patrona nostra ad quam aspiciamus.*

210 Mare latius, profundiusque est
in oris occiduis, quam in alijs partibus
mundi, (M) quia hæc pars est depressior;
talisque depressio est materia parata ma-
gis Zephyri flatibus, vt in longius protra-
hant aquas, profundioresque reddant. Ex
his Mariæ conijcias humilitatem; quæ
Mare ideo latissimum gratiarum om-
nium, & profundissimum; quia dum à
suavi Zephyro Deitatis per os Gabrielis
emisso tangitur, ad depressiorem se con-
vertit ancillatum, dum ad Divinæ mater-
nitatis elevatur fastigium. Sed cum *vim
rebus aliquando ipsa humilitas afferat,*
ideo Deum quasi humilitate (quæ funda-
mentum est omnium virtutum, & Deo
valde familiaris) nostræ ad terras trabea
indutum carnis traxit, & impulit. *Specu-
lum sine macula Dei maiestatis, Imago
bonitatis illius.* Sap. c. 7. In Mariam Sol
iustitiæ de ea processurus, lucis suæ ra-
dios copiosissime transfudit, ait Bernar-
dus: & cum toto maiestatis suæ fulgore
in eam descendit, cuius continentia pu-
ritas in candorem lucis æternæ conversa
est. Imago, & Speculum Maria est: Ima-
go enim simul cum re imaginata inspicit-
ur, vt ex Subtili Præceptore addisco. Igi-
tur in Maria Deus Homo, & Deitas ipsa
residebat, & cum sit Imago, obiectum
repræsentat imaginatum; cumque sit spe-
culum, solis æterni radius ipsum penetra-
vit, & divinitatis species intermoritura
remanfit. Ideo *Speculum operationis Dei
immaculatū, in qua sua relucet maiestas,*
ab alijs legitur. In Speculo omnia clarif-
sime relucet, in Maria Dei filius, qui
Imago est Patris, secundum essentiam, & es-
sen-

In periculis
Maria nos ad-
iuvat, & libe-
rat, adversita-
tis fluctus om-
nes tranqui-
lans.

(M) Petr. Ap-
pon. Patavin.
in Problem.
Arist. part. 26.
problem. 23.
Quintilian. lib.
8. D. Bern.
Serm. 2. in vi-
gil. Nat. Dom.
& lib. 5. de
confid. & in
serm. de verb.
Apost. Hugo
Victor. in Cant.
D. Ioan. Da-
masc. serm. de
Assumpt. D.
Bon. serm. 1. in
Nat. Domin.
Subt. Doct. lib.
2. d. 13. q. 1.
Richard. lib. 4.
d. 11. q. 1. ad
6. Cœl. Rodig.
lib. 15. cap. 1.
Amadeus Ho-
mil. 3. Aug.
serm. 1. Dom.
ante festum
Nat. Alvin. lib.
de Div. offic.
c. 41. Athan.
q. 19. Sap. cap.
7. v. 26. Sept.
Bibl. Rom. Ha-
re, & Alij. Ro-
bert. in cap. 7.
sap. Berch. in
dicto Ianuif. in
Catholic. Ange-
lus dei Pat. D.

(L) Eccl. c. 24.
v. 8. Haye in
Conc. liter. ibi.
Alensis in Eccl.
c. 24. v. 8. D.
Bernard. Sen.
tom. 4. ser. 3. de
Nom. Mariae,
art. 2. c. 3. Ber-
ch. in direct. la-
te, verb. Flu-
ctus. D. Ansel.
opus. de B. Virg.
B. Amadeus
Lausan. de Lau-
dib. Mariae,
Hom. 8. D. Tho-
mas à Villano-
va conc. 3. de
Nat. Mariae.

Bon. Lyra, Stel-
la, in Luc. c. 1.
& alij. Origen.
Hom. 8. in Luc.
August. de Verb.
Dom. Alanus
de Insulis de
Laud. Virgin.
Mariæ in c. 1.
Cant. Alanus
Varenf. de Lau-
dib. Mariæ, ser.
1. Virgil. Senec.
lib. Nat. quæst.
1. Cælius Rodi-
gin. lib. 8. cap.
33.

essentialia attributa. Sed quale huius Ma-
ria est imaginis speculum? Integrum, con-
cavumque speculum fuit. Integrum, in
quo vnica apparet Imago, Matris in fi-
lio, & filij in Matre. Concavum fuit, in
quo faciliter fomite addito ignis accendi-
tur. Ita factum, vt ad vnicum *Fiat*, Deus
qui est ignis, in ea accenderetur, propo-
sito fomite humilitatis. Speculum etiam
concavum, humile est, & introrsum ab-
strusum, Imaginem tamen refert ingen-
tem grandicula mole omnibus conspi-
ciendam. Apparet enim in isto Imago
reversa, superius infra, & è contra Vide
in speculo Mariæ sic res se habuisse. Spe-
culum est sine macula, sed concavum,
humile, quia *Deus respexit humilitatem
ancilla sue*. Vide Deum humilem, mor-
talem, in humanitate passibilem, Paulo-
minus ab Angelis minoratum, abiectum.
At, si in speculo humilitatis Mariæ illum
intueris, excelsum, & magnum inuenies,
dicente ipsa; *Magnificat* (ideest magnum
facit laudando) *anima mea Dominum*.
Luc. 1. Id expressit Origines ita: *Si Do-
minus incrementum, nec decrementum re-
cipere potest, qua ratione nunc Maria lo-
quitur, Magnificat anima mea Domi-
num?* Satis facit dicens: *Quando grandem
fecero imaginem, ideest animam meam
tunc Imago Dei, & ipse Dominus grandis
efficitur*. Maria grandem se fecerat humi-
litate, ideo Deus magnificatur in illa; quia
humilitas gradum parat ad celsitudinem;
vt scribit Augustinus, *Speculum humili-
tatis* ab Alano de Insulis celebratur Ma-
ria, ideo magnus in ea Dominus, & mag-
nificatus ab ea. Accipe ex altero Varenfi
Alano hæc: *Respicit filius matrem, & suo
lumine clarissimam facit. Et talium ful-
gorum patiens respicit filium mater, sa-
cratioris luminis effecta particeps, vene-
rabiliter suscipiens de Divinitate radios,
tanta ibi inventa diviniore concordia, vt
nullibi melior fuerit unquam comperta*.
Nec mirari est, cum enim Maria mare sit,
Speculo erit consimilis, in quo apparet fi-
lius perfecta Imago Patris. Radij Solares
è speculo concavo sumunt incrementum;
Ideoque illi subscribitur: *ACCEPTVM
GEMINAT*. Huiusmodi speculum Ma-
ria est, quæ Solem iustitiæ in sua viscera
clausum magnificat, & extollit, estque
splendor mystici syderis innocidui, vt ex
Buteone dat Picinellus. Mare etiam est
in demisso situm humilitatis sinu, ideo-
que altius, profundiusque suæ gratiarum
aquæ protenduntur. Ipsa id cecinit. *Quia
respexit humilitatem ancilla sue, ex hoc
Beatam me dicent omnes Generationes*.

Maria, specu-
lum concavum
ob humilita-
tē; in eaque
Deus magni-
ficatur, &
magnus præ
alijs in rebus
creatis appa-
ret.

Luc. cap. 1. Mariæ humilitas Deum mag-
nificavit, & Divina potentia ob Mariæ
humilitatem, in Mariæ magna fecit. (N)
*Respexit, quia approbavit, & humilitate
ad Deum concipiendum disposita est*: De-
sumo ex August. & Carthul. Sed cur ad
Mariæ humilitatem dicitur respexisse, &
non potius ad amorem, gratiam, aut Cha-
ritatem? Forte, quia (vt docet Gregorius)
*humiles dum se deiiciunt, ad Dei simili-
tudinem ascendunt*? Annuo. Sed alio per-
git idem dicens; *Quia virtus magna est
humilitas, cui etiam Deitatis maiestas se
inclinat*. Ad humilitatem Mariæ se Deus
inclinat incandem respiciens, & ob eam
ex Virgine carnem assumens. Id testatum
reliquit David Psalens: *Respexit in ora-
tionem humilium*. Psal. 101. *Myrica* le-
gunt alij: quæ humile virgultum est, humi
repens, vixque super terram apparet,
nullumque è terra fructum profert, herba-
que est suave olens, cuius flore apicula
delectantur impenes. Hæc Mariæ Icon,
quæ sola in penetrabilibus, vix in terra
extra domum inventa, *sola sine comite,
sola sine teste*; vt rectè Ambrosius specu-
latur. Humilitate servabat thesaurum Deo
gratissimum pudicitiae, vnde Deus sic *re-
spexit humilitatem ancilla sue*, vt ex ea
nullum desciperet terreatis fructum,
benè cœlestem, & sui ventris benedictum;
vnde in eius odorem cœlestis Apicula
Dei filius currens, ita eius delectatur con-
sortio, vt sui corporis favum desumpse-
rit ex sui vteri flore virgineo. Sed iam
aliorum lectionem, quæ talis est, medite-
mur. *Respexit in orationem Cicadae*. Ita
quidam apud Genebrardum suppresso
nomine. Lyra de adimpleta petitione ad-
ventum Dei desiderantium intelligit; sed
nos præcipue de Maria. Cicada olim apud
Athenienses ex auro fabrefacta in capite
gestabatur, apud quos nobilitatis, & splē-
doris symbolum erat; & Virginem de-
signat, de qua D. Ambrosius cecinit:
*Quid nobilius Dei matre? Quid splendi-
dus ea, quam splendor elegit?* Humilita-
tis præterea Typus est *Cicada*, humilem-
que refert: hæc enim à loco, vbi nascitur,
discedit numquam: ita & humilis, qui in
sua, vbi nascitur humilitate conquiescit.
Nec os, nec linguam habet; de se enim
nil tumide loquitur, sed ex imò pectore
verba promit, & hoc in ipso diei fervore,
alijs obtumescens aviculis. Sic Vir-
go *Cicada* velut elinguis, ex solo cordis
ergastulo dulcia emittebat ad Cælum sus-
piria, de se ita humiliter sentiens, vt ele-
cta in Dominam, fateatur ancillam. Reti-
cebant alij laudes Deo debitas, hæc se-
du-

(N) Luc. c. 1.
v. 47. Alexand.
Alens in Cat.
Magnific. Lyra
B. Angelus del
Pas, D. Bon.
D. Aug. serm. 2.
de Assumpt.
Dionys. Car-
thul. ad cap. 1.
Luc. D. Ille-
phons. ser. 1. de
Assumpt. D.
Bonav. in Spec.
Virg. cap. 8. &
alij. D. Greg. in
Past. & ser. 37
in Cant. apud
Eborens. Psal.
101. v. 1. Ier.
c. 17. v. 6. Me-
chibi. Iamens.
Levinus Lem-
nius Explic. de
Herb. Bibl. cap.
25. D. Ambr. l.
2. in Luc. Ano-
nym. apud Ge-
nebr. in Psalm.
101. vers. 18.
Lyra in sua
Gloss. ibidem.
Theatr. vit. hu-
man. 2. verb.
Cicada. D. An-
br. de Virgin. l.
2. p. 1. Pier. Va-
lerian. lib. 36.
Hierogl. D. Ba-
sil. Homil. 8.
Hex. Cardan.
var. lib. 7. c. 28
Plin. l. 3. c. 26
Athen. l. 7. c. 5.
Ælian. l. 1. c. c.
21. Solin. D.
Ambr. in He-
xam. & de Vir-
ginit. lib. 2. p. 1.
Angl. lib. 12. c.
13. D. Isidor.
apud eund. An-
glic. lib. 8. c. 29.
Div. Bernard.
super Cant. ser.
6. & ser. 174.

Virgo quanto
divinis Charis-
matibus auc-
tior, tanto san-
ctior, & humi-
lior.

dula illis die, nocteque incumbere, & fervere suo virgineo pectore in divinum amorem, ardentius orabat, votique fiducialiter eventum preestolabatur. *Humilior autem Maria facta est, ubi à Deo se cognovit electam: Inquit Ambrosius. En quare Deus respexit in orationem cicade: quia nempe respexit humilitatem ancillae suae. Luna, quae dominatrix est maris, eiusque aquarum attractiva, inter Planetas minor, & tamen nostri ita visus complet activitatem, ut stellarum omnium maior esse videatur; hincque ei subscribo: EX HUMILI MAIOR. Ita evenit in Virgine; etenim quia Deus respexit humilitatem ancillae suae, illam dicent *Beatam, idest bene auctam*, imò plus gratijs auctam inter omnes mulieres. Sic Maris occidui emulata humilitatem, ad superiorem evecta est magnitudinem. *Humiles exaltari*, (dat Bernardus) *nuntiavit Maria, quos etiam Deus visitat*. Univerfo autem commune mari est, ut quantumvis incrementum pluviae, ingentesque fluvij in illud vberim labantur, non ideo extra consuetos limites intumescat. Contemplant Mariam sublimi dignitate demissiore, non turgidam, tot gratiarum copijs plenam. Id deduco ex his, quae facer textus refert, ingresso ad Virginem Angelo Verbi Incarnationem enuntiatur. *Quae cum audisset turbata est in sermone eius. Luc. c. 1. Vbi Lyranus: Quod turbata fuit, virginalem verecundiam humilem ostendit. (O) Prae humilitate enim, quae non patitur alta de se sapere, turbata est; quandoquidem humilis nil in se excessum novit; declarat B. Angelus del Pas D. Autem Ambrosius legit mota, seu commota est. Mare Maria erat, ideo ad vocem Angeli commotum est mare, & plenitudo eius; cuius Humilitas Regem Caeli attraxit: Affert Richardus. Magna enim est humilitatis virtus, cui etiam deitatis maiestas tam facile se inclinat. Dat D. Bernardus. Turbatur ergo Maria, ut mare cor eius commoveretur, praehumilitate expavescens tantum maternitatis fastidium ascensura. Mare vento agitatam, ac crispantibus vndis versus Caelum surgentibus, portat inscriptionem: COMMOTUM GRANDIUS EXTAT. Moveretur, turbatur mare Virgineum, & superveniente Spiritu agitur: Quod etsi intus demissum nesciat à sua dimoveri humilitate, tamen afflatu divino ad grandiora extrahitur limina, Caeli limites etiam transvolaturum.**

211 Mare in mundi exordio, non Deo exofum, aut maledictum; sola enim Divinam terra tulit maledictionem. Intra

suum etiam centrum corallium, ac vni-
nes gignit, ac locupletatum insignibus
fluvij, ultra solitum intumescit num-
quam. Fulbertus Carnotensis de Maria
primum sic scribit: *Hoc igitur in primis
adstruere fas est, quod anima Mariae, &
caro, in qua elegit sibi habitaculum sa-
pientia Dei Patris, ab omni malitia, &
immunditia purissima fuerit. (P) Id insi-
nuant ipsissima Dei verba ad Adamum
post transgressionem praecepti delata sic
videlicet. Maledicta terra in opere tuo.*
Gen. cap. 3. Non omni indefinite indi-
ctu est maledictio terrae; nam terra Para-
disi in sua mansit primæva integritate: sed
loquitur de terra extra Paradisum sita,
quae dicitur maledicta, idest naturalibus
quibusdam donis privata, nempe fecun-
ditate solita, ornatu, ac colendi facilita-
te. Imò, nec post, fructum convenientem
homini produxit, nisi cum cultura, & la-
bore; ideo dicitur, *maledicta in opere tuo*,
idest *maledicta propter te, seu causa tui*.
Vnde non terra propter opus terrae male-
dicitur, sed propter pravum opus Adæ:
*Scilicet ob transgressionem. Ex terra, Por-
tio Paradisi servatur absque maledicto,*
mare similiter. Quae de causa? Paradisum
Deus plantaverat ab initio: super aquas
maris Spiritus Dei ferebatur, ut in vecta-
culo grato sibi. Et Paradisus ergo, & ma-
re, opus Dei erat; non autem transgres-
sio Adæ; hæc enim depravatum opus
suum erat, à voluntate depravata proce-
dens, ut Subtilis Magister docet. *Maria,*
Paradisus est, inquit Alanus de Insulis;
Mare etiam est, ut cum Richardo præno-
tavimus: At, neutrum, opus Adæ, sed
Dei, ideo non maledictum, sed omni be-
nedictione repletum, ex D. Hieronymo.
Ad illud asseverandum, D. Bonav. addu-
co sic loquentem: *Antonomaftice opus
Domini est Maria. Non ergo maledic-
ti potuit incurrere præiudicium, si in so-
lum opus Adæ cecidit maledictum. Pa-
radisus in medij maris insula emergens,*
hac notatur Icone: SERVANTUR AB
IRA. *Per hoc enim, quod Maria conce-
perat Dei filium, benedicta est super om-
nes mulieres: Quae maledictum Eva dele-
vit, & Caelum, ac terram amplitudine be-
nedictionis superavit. Et quomodo male-
dictum incurreret, quæ gratiam peccatori-
bus ab infinito fonte gratiarum exhauri-
vit? Facile id probatu invenitur. Post tur-
batam ex insolita salutatione Virginem,*
ait ei Gabriel: *Ne timeas Maria, inveni-
sti enim gratiam apud Deum. Luc. c. 1.*
*Lucrata es gratiam, habent alij. Nulli
debetur creaturæ gratia ex iustitia, sed ex*

(P) Fulbert.
Carnot. ser. de
Nat. Mariæ.
Gen. c. 3. v. 17.
Ioan. de la Ha-
ye expos. 1. p. in
Gen. c. 3. v. 17.
Bibl. Tigurin.
Theodot. Bibl.
Chald. Syriac.
Lyr. in sua Glos-
sa. ibi. Haye in
Concl. lit. Subt.
Doct. Quodl.
18. §. de 10. a.
& lib. 1. d. 17.
quest. 2. & l. 2.
d. 40. & 42. &
alibi passim. D.
Hieron. serm. de
Assumpt. apud
Aug. Anconit.
in Salut. Ange-
lic. lect. 9. q. 3.
D. Bonav. in
spec. c. 7. Lyr.
ad c. 1. Luc. v.
42. B. Angelus
del Pas, Tertul.
lib. de Carn.
Chris. D. Chry-
solog. Hom. de
Hypapant. Dom.
Luc. c. 1. v. 30.
Bibl. Arab. in
Max. Haye in
Concl. liter. Lyr.
in sua Gloss.
aurea, ad c. 1.
Luc. v. 30. Doc-
tor irrefragabi-
lis Alensis in
sua Exposit. ad
cap. 1. D. Luc.
Abalon Abb.
de Assumpt. ser.
1. qui est ord.
43. D. Petr. Da-
mian. ser. de As-
sumpt. Virg. Ab-
sal. cit. de Nat.
Virg. ser. 1. qui
est

(O) Luc. c. 1.
v. 39. Lyr. in
sua Gloss. ibi. B.
Angelus del Pas
in c. 1. Luc. lib.
2. c. 26. D. Am-
br. in Bibl. Max
ad cap. 1. Luc.
Richard. de S.
Laur. lib. 1. de
Laud. Mariæ,
c. 5. D. Bern. in
Cant. serm. 43.
Titus Bostrenf.
in Luc.

Maria, præ hu-
militate saluta-
ta turbatur,
sed grandior
efficitur.

est in 43. *Ægidius Roman. Exposit. in Salut. Angelic. ad c. 1. Luc. 28.*

liberalitate Dei gratuita: Lucrum autem acquisitio est rei indebitæ pretio aliquo æstimabilis. Sic lucratur Maria complementum omnium gratiarum apud Deum, pretio virtutum sibi ex primæ gratiæ influxu concessarum; sive ob eximias virtutes sibi à Deo infusas, quibus cooperata fuit. Sed cur Angelus non Virgini sic alloquitur, *habuisti, vel meruisti gratiam apud Deum?* Solvit D. Thomæ Magister, & Doctorum Doctor noster Alensis. *Quia res habita, ut propria custoditur: Res vero inventa restituitur his, qui perdiderunt.* Inter puras autem creaturas sola Maria gratiam non amisit, unde nec perdidit; ceteri omnes ex Adam progeniti, privati sunt iustitia originali, quare gratiam Dei perdididerunt. Invenit ergo Maria gratiam perditam, pro toto humano genere; explicat Lyranus. *Invenisti enim gratiam apud Deum; quasi sibi retinendam, & alijs restituendum.* Currant ergo ad Mariam gratiæ in ventricem, qui gratiam amiserunt superbe peccando, & eam invenient apud eam. Non igitur Maledictum iudicetur Maria incurrisse, quæ gratiam Dei semper in se retinuit, & ut à nobis retineretur, apud Deum invenit. Aurora mundo flores, lucem, aliasque emittens delicias servat epigraphen: **HORROREM PEL-LIT, ET VMBRAM.** Per tenebras peccati maledictum designatur, sicut gratia per lucem: hanc apud Deum, à nobis amissam Maria invenit, & mundo restituit. *Ipsa etenim (Profert Abbas Absalon) medio quodam noctis, & diei orta est confinio, cum tetra mortis, & peccati caligine mundum involuente ante solis ortum, id est Christi adventum, mundo apparuit, ut paulatim crescente lumine. Aurora solem produceret, qui non solum ea, quæ in Cælo sunt, sed quæ in terra lumine claritatis illustraret.* Id ipsum habet & D. Petrus Damianus. Per Mariam, quæ Aurora gratiæ est, & nox lucida videtur, dum tenebrosus per eam maledictus procul ab hominibus eliminatur, & iam dies gratiæ pleni inveniuntur in eis. Hæc pandit Columna Theologiæ B. Ægidius Columna sic: *In eo, quod Maria dicta est illuminatrix, tanta denotatur eius abundantia caritatis, qua nos illuminat, ut de plenitudine, & abundantia suæ lucis, & gratiæ omnes accipiamus.* Nec solum Maria gratiam nobis restituendam invenit, sed pretium, quo redimeretur indulgit. Divinæ miratus Salomon virtutem potentiæ in educatione filiorum Israel de Pharaonis captivitate, ex mirabilibus ab eo recēditis, illud ex plurimis est: *In mari Rubro ap-*

paruit campus germinans de profundo nimio. Sap. cap. 19. In serenitatem tranljit procella, & viridem herbam ferens campus, seu omnigena plenus herba obviis fuit eis campus; atque herbæ nomine flores etiam intelliguntur vel productæ latentes, vel de novo productæ, non sine omnium stupore; (Q) siquidem talium mirabilium rumor ad remotissimas etiam nationes pervenit. Nec de hoc dubitandum, cum iuxta Plin. in maris profundo & sylvæ procreentur, arbores, & Plantæ, ut de Corallio experientia notum est, in Cathalonix maris mediterranei oris, præcipue in oppido Bugurio, prope medorum Insulam, ex cuius profundo copia maxima extrahitur Corallij. In mari autem Rubro præcipui inveniuntur, sicut & conchulæ margaritifera. Sed advertere est, quod via per mare Rubrum ad his fruendum pretiositatibus ducens, ait Sacer textus, erat *sine impedimento*: quia alacriter ita transierunt, ac si per delectabilem hortum progredierentur. Hoc mare rubrum Mariam mystice præsignat, inquit Auctor Bibliothecæ Virginalis. In hoc Virgineo Mari Corallius invenitur, Dei filius nempè: Qui extractus in lapidem durefcit; sed in ipso mari inventus, mollis, & tener est. Ergo Israel filij, fideles utique, ad hoc placidum accedant mare, in quo via est sine ostaculo, sine impedimento, ut inveniatur Deus. At si mollis, & tener queritur, in Maria queratur: nisi ita sit, durus est, & asper; solo matris mitescit amore. *Beata Virgo (meditatur Pie Agricola) Filium Dei factum hominem emolliovit, & placavit, qui quasi durus erat, antequam incarnaretur.* Corallius ex scopulo intra maris vndas brachiola extendens, subscriptionem habet: **TANTUMQUE MITESCIT IN VNDIS.** Sola Virgo Dei iram placavit, liberans ab exterminio mortis humanum genus; sicque Corallius ille cœlestis, candidus, Dei utpote filius, in hoc mari blaudus, & mitis invenitur. Mare etiam est Maria, in quam intrant omnia flumina gratiarum, nec tamen per superbiam redundat, imò quidquid in ea est, redolet humilitatis saporem. Mira Salomonis sententia Eccl. cap. 11. *Brevis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus eius.* (E) Alijs placuit legisse, *initium dulcorum, seu fructus eius origo dulcium*: sive, *Abiecta est Apis, attamen præcipua inter omnes proventus iucunditas est fructus eius.* Quod exponit Lyranus dicens: *Apis habet corpus valde parvum, & tamen facit meliorem fructum.* Hæc Apis Maria

(Q) Sap. c. 19. v. 7. Sept. Dom. Bib. Reg. Syriac in Max. Ioann. la Haye in Conc. lit. ibi. Pinius & alij plures apud Menoch. ibidem Berchor. in Reduct. lib. 11. cap. 64. Anglic. lib. 16. c. 33. Lyr. in Gloss. ad cap. 19. Sap. v. 7. Ians. Alensis Tittelman. & Biblioth. Virgin. tom. 3. Pag. mibi 181. col. 2. in fine. Pag. 182. col. 1. & Pag. 220. col. 1. Dan Agric. in Cor. c. 3. verb. Mulier.

Per Mariam Deus nobis mitis apparet, sine eius umbraculo durus

Per Mariam mutatur maledictum in benedictionem, tenebræ in lucem, culpa in gratiam, mors in vitam.

(R) Eccl. c. 11. v. 3. Sept. Bib. Syriac. & alij in Max. Ioann. la Haye in Conc. lit. Lyr. in Gloss. Cantic. cap. 2. Me-

Menoch. Corn. à Lap. Hortulanus, Gisl. & alij. Absal. Abb. de Purific. ser. 3. ord. 1. 6. Dan. Agric. in Cor. 2. p. stella 4. D. Ambr. in Hexam. Alan. Varenf. de Laud. Dei Genitr. ser. 1. Pictaviens. in direct. verb. Humilitas. Alexius à Salo, in Art. Pie amad. deipar. Privoil. 5.

Maria, quanto gratijs, & virtutibus abundantior, tanto humilior.

Maria est, cuius ventris fructus benedictus omnes alios longe excessit in iucunditate, vtilitate, & gratia: Quare dicebat Sponsa, *Fructus eius dulcis gutturi meo.* Cant. cap. 2. Cerae operatrix Apis (cum Absalone Abbate loquor praesertim) volat per plana camporum, per composita Hortorum, & densa nemorum, flores in se habentes fementem dulcedinis quarens, ex quibus virtutem sugendo extrahit, & revertens ad alvearia, mirabili artificio favum componit. Sine sexus commixtione, & absque libidine, sed sola cœlesti virtute parit Apis, vt tenet Ambrosius, & de Maria fatetur fides, & clamat Alanus Varenfis. Sed perscrutemur favi ab hac apicula artificiose compositi dulcedinem. Favus Deo dulcis eius Puritas, Charitas, Virginalis verecundia, Pudicitia rubor, sed humilitas iucundior, & dulcior inter omnes. Plures enim in Alveari recondit Apicula favos; sed (Pictaviensi edocente) favi humiliori, & profundiori in loco reperti, dulciores sunt, & melle repletiores. Sic Humilis apicula Maria in humiliori loco, *Ecce ancilla Domini*, dulciorem componit favum, Verbum Dei nostra mortalitate indutum, & dicentem, *Comeditis amici.* Alvear minutis exuberans favis, vberiore in imis seducto, hoc lemmate insignitur: **P L E N I O R E X I M O.** Virginitas, cum humilitate in apicula vincitur: & virginitas, ac humilitas in Maria Heroïna cœlesti maximè effulserunt. Nec ideo, quia tot gratia, tot virtutum incrementa in eius mari magno acervatim congregantur, turgēt tumida, sed humilem, & abiectam profitetur, vnde à Deo exaltatur, & à creatur. omnibus benedicitur.

212 *Maris beneficio Naves ad extremas quasque oras deducuntur, eis circumquaque Portum vbi applicentur ostendens. Quod Mariae Virginis esse proprium, dedimus ex nostro Amadeo, cui subscribit D. Ephræm Deipara canens: Tu noster es Portus, Virgo intemerata.* In ea enim vt in desiderabili Portu Deus è longinquo veniens quievit, requievit & mortalis homo. De Christo Domino verba apud D. Matthæum reperiuntur, (S) satis perceptu difficilia. Ait enim cap. 9. *Ascendens Iesus in Naviculam, transivit, & venit in civitatem suam.* Num solus ad portum Capharnaiticum adventus est? Nequaquam; sed & fratres eius, & discipuli, vt ex Ioan. cap. 2. constat. Cur Dominus à Gerasenorum finibus sic vltroneus discedit, Portum cum suis in litore civitatis maritimæ nactus? Imò,

quænam hæc vrbs, quæ civitas Christi dicitur? *Capharnaum erat*, inquit Lyranus, *in qua à principio suæ prædicationis multa miracula fecit.* Ibi frequentius suum stabilierat domicilium, ideo grate sui litoris appulit ad Portum. Tantum erat Christi desiderium ad huiusmodi pervenire litus, vt teste Chrysologo, Naulum etiam pro navigatione persolverit. *Hæc ergo erat civitas Iesu propter habitationem*, inquit Estius. Capharnaum autem interpretatur *Villa consolationis, pulchritudinis, vel pinguedinis, per quam* (docet Richardus) *est designata Maria, quæ est mater misericordiarum, & totius consolationis.* Hæc est Civitas Dei, de qua gloriosa dicta sunt, vt pote quia novem mensibus *hic habitavit, quoniam elegit eam in habitationem sibi*, eam constituens *merentium solatium*, & naufragantium in hoc mundo refugium. Ad eius itaque Portum Christus appulit, sibi, & suis per Mariam vt fruere portu quietis, & felicitatis. Mare tranquillum, cuius in oris civitas Pulchra portum navigio offert, scripto depingitur: **HIC REQUIES, HIC PORTUS ADEST.** Id de Maria afferre vt æquisimum iudico, de qua sic proloquebatur Anselmus: *O Beata fiducia! O tutum refugium! Mater Dei, est mater nostra, mater eius in quo solo speramus.* Nec ab instituto alienus est Regius Psalter, canens Psalmo 88. *Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.* In hoc Cantico *Ethan à Spiritu Sancto edoctus de perpetuitate regni David in Christo completa nos erudit: Ideo eruditio Ethan pro titulo præfert; & ad literam loquitur de transitu filiorum Israel per mare rubrum, cum ad Dei imperium mare divisum fuit, factæque eius aquæ quasi murus solidus ex utraque divisionis parte, ne Hebræi vndis obruerentur, sed vbilibet Portus obijceretur secundus.* (T) Alij autem sic textum legunt: *Tibi est imperium in vehementiam magnitudinis maris.* Etenim convolutiones eius compescit, dum fluctus intumescunt, & ex insperato securitatis Portus offertur, frænato impetu fluctuum fragore nimio naves concutientium. Hoc dominio divinæ attribuitur maiestatis, quod in deificationis die (electionis videlicet) Mariæ cum Spiritu Sancto, ei comparticipatum est, vt iuris etiam conformarentur decretis. Hoc sic tradit Arnoldus Carnotensis: *Maria; lingua Syrica domina dicitur: Christus Dominus, Maria domina, licet ipsa se Christi profiteatur ancillam,*

Petr. Chrys. ser. 50. Zachar. Episc. in Ev. 1. lib. 2. c. 53. D. Chrys. hom. 30. Euth. Theophil. in Ev. 9. Euseb. Gallic. Guillem. Estius in c. Ioan. 11. v. 1. D. Ant. Pad. Hays tom. 18. indic. Nom. Hebr. Rich. lib. 11. tit. 3. & tit. 1. D. Anselm. c. 12. orat. 2. & orat. 8.

In Maria Christus, & fideles omnes Portum scilicet alicuius auct. plicantur.

(S) B. Amad. de Laud. Mariae, Hom. 8. D. Ephræm. Syrus, ser. de Laud. Virg. Math. c. 9. v. 1. Bibl. Arab. ibi in Max. Lyra in sua Glos. ibi. D.

(T) Psal. 88. v. 10. Lyra in Glos. ibi. D. Hier. Arias Mont. Bibl. Chald. Syr. & Arab. in max. Hays in conc. liter. Glos. videbunt, & Glos. in dote in autb. & S. illud quoque vers. f. autem sub in autb. de. equalit. dotis, col. 7. Arnol. Carnot.

tract. de B. Virg.
Maria, Abb.
Abfal. de An-
nunt. ser. 3. ord.
22. D. Bern.
apud Alexium
à Salo in Art.
col. de ip. c. 3. &
Damasc. ibid.
Beda in Apoc.
c. 12.

Marię potes-
tas in coelo, in
terra, & mari
elucet.

hoc servitutis genus omni regno subli-
mius esse intelligit: Constituta quippe est
super omnem creaturam; & quicumque
Iesu curvat genu, matri quoque pronus
supplicat, & acclivis. Inde vel quasi vno
cum filij sui dominio, quæ domina est ma-
ris, maris dominabitur potestati, motum
fluctuum eius mitigans, portumque felici-
simum periclitantibus monstrans. Stel-
lam (quæ maris dicitur) in exortu suo ma-
re compescentem, hæc litera monstrat: ET
SYDERIS IMPERIUM FRENAT. Maris stella Maria etiam dicitur propter
miserorum refugium, inquit Abfalô Abbas.
Ipsa enim exoriente maris procella se-
dantur, quia etiam cum filio dominatur
potestati maris, cui data est omnis potes-
tas in Cælo, & in terra, adeo ut quidquid
velit, possit, iuxta Bernardum. Sed pro cõ-
plemento Beda Venerabilis audiatur ita
loquens: ipsa Maria est stella, imo stella
stellarum, cuius ducta, & interventu ad
Patriam transfretamus. Prædicta confir-
mare videtur idem Regius Psalter in Psal-
mo eodem dicens: Ponam in mari ma-
num eius, & in fluminibus dexteram
eius. Psal. 88. utrobique discrimina expe-
riuntur mortales: In fluminibus enim cau-
tibus sæpè, aut voraginibus offendunt, ad
extremam usque ruinam: In mari fluctuũ
immites propemodum elationes sævas-
que procellas, inter quas deperdito stel-
larum ducatu, imminet sibi exitij
mortem homines ominantur. Tunc autẽ
Deus Pater mediatorem mittens filium.
Ponit in mari manum eius, & in flum-
inibus dexteram eius. Sive Portendit
maiestatem eius ad mare, & imperium
eius usque ad Euphratem; ut legunt alij.
Ibi enim suam ostentat maiestatem, po-
tentiam, & imperium, quæ per manum si-
nistram (cui mox apponit dexteram) sig-
nificantur subijciens ei maritima omnia,
extremosque terre fluvios. Immo Mare sig-
nificat universas gentes, in quibus gloriã
dominationis accepit, quam non tantum
supra creata omnia, sed (ait Richardus)
etiam super filium suum habuit Marias;
ut non solum ipsa subijceretur voluntati
domini, sed etiam dominus voluntati ip-
sius. Dimidium enim Regni, domini, &
potestatis, Mariæ à Deo adiudicatum est,
ut habet Gersonius, Parisiensis Cancellar-
ius. Sed cur per utramque manum divi-
num in maris, ac fluviorum rabiem domi-
nium, potius quam per oculos, aut pedes
designatur? Addisco ex Suetonio causam.
Olim enim, ait, manus Principum aliorum
portus dicebatur, quia tutatur eos, secu-
ros reddit, & quietos. En cur Christi, &

Mariæ posuit Deus in mari manum, & in
fluminibus dexteram, ut utraque ibi appa-
rente, navigaturis portus elucesceret secu-
ritatis. De Maria id statuit sic scribens D.
Seraphicus meus Bonaventura: Maria
navigantes per mare mundi in navi po-
nitentis, dirigit ad litus cœlestis Patriæ.
(V) Manus extensa supra Mare mansue-
factum, lemmatè insignitur: DOMAT
ISTA PROCELLAS. In manu enim
Dei sunt omnes fines terre. Psal. 94. seu
fortitudo, quæ sũt in eius potestate, quæ
potest ad nihilum redigere. Dat Lyranus.
Nulla autem acrior, insuperabiliorque vis
in rebus invenitur creatis, ac intumescen-
tis Ponti: at manus divina domat, & Ma-
riæ. Scitæ Epiphanius: Nautis Mare trãs-
euntibus vocare opus est Mariam, stel-
lam maris, ad quam oportet Christicolas
confugere. Quod qui fecerit non iactabi-
tur vento, nec frangetur scopulis, nec ab-
sorbebitur Voragine, sed prospere veniet
ad quietis portum. Persuasum mihi pro-
batu idem facillimum, ac periucudum, ex
his, quæ in eodem Davidico connectun-
tur Hymno, ybi Deo alloquens David
inquit: Aquilonem, & mare tu creasti.
Psal. 88. Univerſum adversitatis genus
per Aquilonem, & Mare signatur, quod
excedere modum nequit à Deo (cuius
subſunt voluntati omnia) sibi præfixum.
Aquila diabolus denotat, mare excitatas
ab eo contra homines insidias, elementor-
um rabiem, perniciem calamitatum. (X)
Hæc creantur in flagellum, ut electi plus
mereantur. Sentit Ludolphus Carthusia-
nus. Hinc quasi à posteriori divinum in-
notescit dominium, explicat Alensis, quia
Aquila ventus frigidus, sævus, nimis que
nocivus est: unde Dominus erit supremus
terum creator ventorum, & marium, quod
ostenditur Math. c. 8. imperavit ventis, &
mari, & facta est tranquillitas magna. Sed
ne hanc solus videretur habere potesta-
tem, super Aquilonem eam extendit, &
mare. Mysterium adverte. Ab Aquilone
pandetur omne malum. Seu solvitur, ve-
lut æquus, qui solutis habenis spumans
ore, mortem furibundus minatur ince-
dens hic, illicque pede premens quidquid
sibi obijcitur impingendum. Unde iracũ-
diam præcipue, & asperitatem designat
Aquila: terrores ac minas à diversis causis
exortas. Aquilonem igitur creat Deus, ut
homines adversitatum asperitate à somno
expergeſiant vitiorum: torqueantur mise-
re invadentibus hinc, inde procellis.
Num spes evadendi evacuabitur? Nulla-
renus. Nam neque inconvenienter (Pro-
fert D. Bernardinus Senensis) situs stelle

(V) Psal. 88. v.
26. Alij in Bi-
bl. Max. Gene-
br. Castod. Ia-
cob. de Val. Ti-
telm. Alens. Ri-
chard. à S. Lau-
renc. l. 1. c. 5. in
fine. Paris. Ger-
son. tract. 4. in
Magnificat.
Idiota de Laud.
Virg. D. Bon. ad
c. 6. sap. D. Ber.
ser. de Nat. Ma-
riæ. Psal. 94. v.
4. vide Bibl.
Max. D. Aug.
Tielm. Castod.
Alens. Lor. &
alios cum Lyr.
in Glos. ibi D.
Epiphani. Gal-
frid. & plures.

Dominio Ma-
riæ subijciun-
tur maris, ac
fluminum ela-
tiones, imma-
nes insuper
procellas.

(X) Psal. 88. v.
13. D. Aug. in
expos. 1. ibi. Lo-
rin. Castod. Ia-
cob. de Vol. Ti-
telm. Alens.
Ayguanus, Lu-
dolphus, & alij
Ier. c. 1. v. 1. ap.
Vatab. Sept.
Chald. Syriac.
Agab. & Plu-
res in Bibl. ma-
xim. Haye, Ti-
rin. ibi Lyr. ad
c. Ier. 5. v. 4. 1.
Alanus de In-
sulis in cap. 4.
Cant. v. ultim.
Berchor. in di-
rect. 1. p. verb.

Aquilo. Angl.
de Propriet. rer.
lib. 12. c. 2. D.
Bernard. Sen.
ser. 5. de Nom.
Maria. Ri-
char. à S. Laur.
de laud. Ma-
ria, l. 1. c. 4.

Vnde naviga-
ribus princi-
pium casus,
Maria suffra-
gio elucescit
Portus.

(Y) Matth. c. 2.
v. 9. Haye in
Conc. lit. Ri-
chard. loc. cit.
D. Chrysof. in
Matth. apud
Magistr. Hist.
Schol. ad Div.
Matth. 2. c. 7.
Richard. adduct.
D. Andr. Cret.
de virg. Mar.
orat. 2.
Maria, Reli-
gionis Magis-
tra.
Rupert. de Oper.
Spiritus. S. Ecce-
sis fudatrix. D.
Cyrill. Alex.
Hom. D. Contr.
Nestor. Liba-
nius Tom. 2.
orat. 15. in Lu-
cian. Novar. l. 4.
c. 4. n. 20. Segl.
in Genethliac.
apud Lumbier
in orat.

maris, cum sit in Aquilone, convenit Ma-
ria; quippe per Aquilonem tribulatio de-
signari solet. Ideo locus Mariae in Aquilone est, ut per eam austeritas persecutio-
nis inflicta humanis temperetur, & miti-
getur. Aquilo rigide flans supra mare sub-
tus maris stellam, Ponti commovens vn-
das, hac inscriptione signatur: HAC
ORIENTE MITESCAM. Solet enim
maris stella apparente, Aquilonis rabies
effugari, & placidiores apparere maris
fluctus, vnde facilis ad portum accessus.
Maria, stella maris est (repetit Richardus à S. Laur.) quia navigantes per mare
mundi introducit ad Portum salutis.
Ipsius ducatu inter pericula incolumes,
inter fluctus tumultuantes prorsus in-
demnes, & ad portum pro votis expecta-
tum lati perducimur. Id ex magorum iti-
nere eius utrobique secundo, clariorem
nobis evidentiam parit. Stella, quam vi-
derant in oriente antecedeat eos. Ait fac-
cer textus Math. c. 2. Præcedebat, seu ut
dux via, ducens eos ad Christum, qui est
Portus salutis. Docent Richardus, & Pa-
risiensis Haye. (Y) Multum ante tempus
nativitatis Christi illis hæc apparuit stel-
la; quia cum de longinquis partibus, nem-
pe de finibus Persarum, & Chaldeorum,
ubi fluvius est Sabà, à quo Sabæa Regio,
ad Christum accessuri essent adorandum,
ne in varios tribulationum impingerent
insultus, præcedens solabatur stella, om-
nem ab animis abigens metum, donec ad
Christum sui voti accederent portum.
Hæc desumuntur ex Chrysostomo, Ri-
chardo, & Magistro: quorum medius Ma-
riam autumat fuisse, stellam hos Magos
ducentem, Christum verò salutis portum.
Quidem rectè. Nil incommodi Magis
evenit in tam largo incessus tramite; nec
Herodis insidias pertimescunt, Cælo in
stella virgine eis suffragante. Sed quid in
reditu fiet, dum stella orbantur Reges? Per
aliam viam reversi sunt in regionem
suam. Matth. c. 2. Hi pijsissimi Principes,
& veræ Philosophiæ discipuli, à Virgine
de fide, & credendis instructi, Christi do-
ctrinam suos suis in Regionibus docue-
runt, quod ita enixe sunt prosequuti, ut
tandem pro Christo capitis sint damnati.
Putat autem Seglianus hos Reges Artis
pictoriæ peritissimos fuisse, & quo in tu-
gurio Bethléemitico commorati sunt tem-
pore, transumptam Iesu, Mariæ, & Io-
seph imaginem in liceo sibi retinendam,
suisque populis demonstrandam exarasse,
ac depictam retinuisse. Pie huic assentior,
ne magos videam in navibus Tharsis ad
suas transfretantes oras, sine stella duce-

Maria, Ponti se periculis immitti. Olim
enim moris erat regum imagines ferre,
eisque utebantur ut munimine, & portu
contra adversitatum fluctus. Sic scribit
Libanius. Nil igitur ut adversi inter maris
discrimina paveant Reges, supremorum
sibi appropiant imagines regum, quibus
foelicissimo perveniant ad patrium litus
ducatur. Maris in medio Navicula in cuius
labaro depictæ videntur dictæ imagines,
lemma ostentat. HINC MEA TOTA
QUIES. Maria ut stella maris serenita-
tem indicit, Iesus Portum, Ioseph pergra-
tum hominibus Patrocinium.

CAP. IV.
FLUMEN, SIVE FLUVIUS
Maria elucidat vberimos virtutum
proventus.

213 **O**Mnia cum flumina intrent
in Mare, Eccl. 1. In Ma-
rianum libanum aptè refunduntur, eius
areolas, ac viridaria impinguntur, ut eius
inde rore perfusa, perenni postea aqua-
rum affluentia redundant. Flumen à flu-
vio non re, sed nomine discriminatur: il-
lud enim aquam denotat decurrentem,
hic vero ipsius aquæ decursum. (Z) A
Mari fluminum est origo, à Maria in nos
omnium bonorum cœlestium derivata
plenitudo. Ego sapientia effudi flumina.
Eccl. c. 24. loquitur divina sapientia in-
creata; verba tamen apposite loquuntur
toto hoc ferè cap. de Maria, de qua cen-
suimus non solum sapientiæ matrem, imò
sapientiam abstractivè vocari. Flumina
igitur omnia eructavit, & velut à commu-
ni alveo, ab ipsa originem ducunt doc-
trinae salutaris aquæ, quæ in fluminibus
significantur. Alveus ergo hic sapientiæ
toto orbe diffunditur, à quo mentes ari-
dæ fidelium irrigantur. Sed num, non sa-
tis erat, alter veluti Paradisi fons in qua-
tuor parti capiti, nec in tam immensa
dividi flumina? Oportuit nullatenus: quia
Virginea sapientia fusilis per pietatem,
vehit aquas nostras ad Deum, & aquas Dei
ad nos; ex eaque influunt aquæ gratiarum
omnium in civitatem Ecclesiæ late per
orbem diffusæ. Imò naturæ originarij
obstaret fluminis, nisi omnibus, perenni-
busque aquis perpetim fluere, ac univer-
sum irrigaret. Sunt enim flumina obli-
que currentes, ut *Meander*: Aurei ut
Pactolus in Lydia, in India *Ganges*, in
Thracia *Hebrus*, in Italia *Padus*, in nos-
tra *Tagus* Iberia. Nobiles, sanctique ut
Iordanis à libano fluens: Salutiferi, ut
in Thracia *Thearus*, in Ægypto Nilus,

Olim delatæ
imagines Re-
gum, in secu-
ritatis Assyli.
Sic à Magis
Iesu, Mariæ,
& Ioseph ima-
gines, ut pro-
tegant, defe-
runtur.

(Z) Eccl. c. 1.
v. 7. Lyra. in
sua Gloss. Ia-
nuen. in Catolh
Alenf. ad c. 24.
Eccl. Anglic. lib.
13. c. 2. Berch.
in Reduct. lib. 8.
c. 3. & in direct.
D. Isid. l. orig.
Theatr. Vir.
Hum. tom. 3.
verb. Flumen.
Plin. in Co-
rinth. Erasmus
in Adag. Ofo-
rius rer. Em-
man. l. 11. Plin
Herodot. lib. 4.
D. Ber. ad Tem-
pl. milit. Matth.
c. 3. v. 13. Lyra
& alij cum
Mag. Hist. Schol
ibi. Solin. c. 51.
Theophrast. l. de
Aquis. Alen.
lib. 2. c. 2. Cic.
4. Tust. Arist.
apud Diogen. l.
4. Iansen. in c.
24. Eccl. v. 7.
Au-

Auctor Mar-
gari. Qu. est. ult.
mor. Apoc. c. 22
v. 1. Lyra in
Gloss. ibi Idiota
in Prolog. de
Virg. Maria.
Demsiben. 1.
olyth. ser. epist.
44. D. Hier. in
epist. ad Melan.
Albert. de Mar-
quesi in Cœli-
log. mor. de B.
Virg. c. 56. ex
lib. 6. Ambros.
Tarvisi. Consi-
der. 2. Concl. 1.
Richard. ad c.
24. Eccl. v. 39.
D. Andr. Cret.
de Nat. Mariæ
orat. 2. Absalon
Abb. de An-
nunt. ser. 3. ord.
22. D. Hier. in
ser. lect. 1. 2. No
Eurn. offic. Con-
cept. pro Fran-
ciscanis. Ada-
mus Brouverus.
in salut. Ange-
lic. cor. q. 17.

Maria, cœles-
tium charisma-
tum abun-
dans Alveus,
Sanctorum flu-
mina dicit, &
fecundat, om-
nibus redun-
dantior.

in Cilicia Cydnus: Aliarumque qualita-
tum alij, de quibus alia dabimus alibi. Sa-
pientia igitur Mariæ Typus, omnia hæc,
aliaque hominibus flumina effudit, non
vna tantum scaturigine contenta, cum
enim sit *divinarum humanarumque re-
rum cognitio, ut divina imitetur, & infe-
riora virtute ducat*, iuxta Tulliam, per
omnem terram abunde divagatur: quia
et si sufficiens sibi, quæ bona aliorum sunt,
cum eius sint, ubilibet suam largitatem
ostentat, & plenitudinem. Hæc insinuat
Iansenius dicens: *Ego sapientia effudi in-
ternam inspirationem, & Dei Sapientiam
ad homines derivat am, ex plenitudine cœ-
lestis Sapientie*. Inexhaustibilis prorsus est
alveus Mariæ, ex cuius plenitudine acci-
piunt universi oblique currentes, & decli-
nantes à semita rectitudinis, dirigendo
gressus in Divinorum semitam mandato-
rum; quia *respicientes Christi, & Virginis
divinum vultum statim movebantur ad
emendationem vite*. Ait Auctor Margari-
tæ. Aurei per Charitatem, ipsius per Ma-
riam sortiuntur incrementum, quæ foelici-
ter deducantur ad *fluvium aque viæ pro-
cedentem de sede Dei, & agni*. Apoc. c. 22.
Omnibus enim iustitiæ, bonitatis, ac do-
norum Divini Spiritus affluentiam mu-
nifica impertitur; *& sic non est, qui se
abscondat à calore eius, id est à Charitate,
& dilectione ipsius*. Profert scite Idiota
sapiens. Nobiles, qui sanctitatem (quæ
vera est nobilitas) nacti sunt, ab ipsa vir-
tutum omnium nobilitatem ebibentes: Fi-
lius enim Dei, ut homo, à *Maria traxit
nobilitatem*: Imò postea omnium Christia-
norum nobilitas à *Virgine ortum sump-
sit*. Imò abundat bonitas eius plusquam
mare: *facilius enim posset mare exhauri-
ri, quam Mariæ bonitas perfecte cogi-
tari*. Inquit Richardus. Ipsa etiam Ma-
ria est; per quam salus mundi credentibus
apparuit; unde merito ipsa à D. Andræa
Cretensi vocatur; *Dei ad nos promissio-
num limes, expectata gentium salus*. Sic
omnia divinæ beneficentiæ, & Charisma-
tum flumina ab ipsa procedunt, quia om-
nium virtutum plena scaturigo, omni-
busque abunde diffunditur. *Maria plena
fuit gratia naturalium donorum, & spi-
ritualium Charismatum excellentius alijs
post Christum*. Fluvius è montis fastigio
in innumeros derivatus, hac epigraphe
gaudet; PRÆSTANS OMNIBUS
VNUS. Præstat & qui dat, & qui excel-
lit. Fluvius virgineus cæteris Sanctorum
præstantior, & eminentior, quia Deo pro-
pinquior, omnibus communicatur, vir-
tutes præstans, ut fluant: Quia in alijs

sanctis hæc, aut illa virtus usu, & func-
tione operis excellit: Ac in Virgine glorio-
sa singulæ fuerunt consummatæ, ac om-
nibus numeris perfectæ. Inde tritum il-
lud D. Hieronymi (sive cuiuslibet ser-
mo sit) arridet: *Bene Plena, quia cæteris
per partes præstatur, Maria vero tota si-
mul se infudit plenitudo gratiæ. Vere ple-
na, quia et si Sanctis Patribus, & Pro-
phetis gratia fuisse creditur, non tamen
eatenus plena: In Mariam vero totius
gratiæ quæ in Christo est, plenitudo venit,
quamquam aliter*. Hæc Marianæ affluen-
tia largitatis, quam ubique diffusis Iusto-
rum rivulis communicat, à tota Trinita-
te; præcipueque à Spiritu Sancto gratia-
rum datore, Maria exhaurit, dum eius
Charismata copiosius alijs ebibit. Id in-
notescat nobis ex illo Psal. 147. *Emitte
verbum suum, & liquefaciet ea, flabit spi-
ritus eius, & fluent aquæ*. Psalmus ad di-
vinas invitat laudes, ob reedificationem
spiritualis Hierusalem, quæ Mariam ty-
pice denotat, cui Sponsus alloquens di-
cebat: *Pulchra es amica mea, suavis, &
decora sicut Hierusalem*. Cant. cap. 6.
ædificata fuit à Deo prævisa in æternita-
te, & reedificata in Verbi Incarnatione,
quando Spiritu Sancto in eam superve-
niente gratijs omnibus plena fuit in men-
te, & in ventre, ut dignum habitaculum
fieret Verbi Dei. (A) Quando ergo Deus
misisit Verbum suum, filium nempe,
Aguas, quæ velut congelatæ in summi-
tate Virginei continebantur libani lique-
fecit, ad nos usque currere faciens, Divi-
næ maternitatis dotatas privilegio. Tunc
siquidem *flavit spiritus eius*, cum super-
venit in Mariam, ac protinus ex eius af-
fluentia rivi omnes Sanctorum antea fe-
rè aridi, defluerunt. Spiravit copiosissi-
mam in eam gratiarum auram, & quæ in
sacris velut congelata continebatur pe-
netralibus, capit Spiritu Divino stante,
in fluvios Sanctorum influere, ut aquas
gratiarum ex ea valerent abundantius
mutuare. Pie id adstruit ita Ambrosius
Tarvisinus: *Omnes Sanctorum virtutes
tam novi, quam veteris testamenti à Vir-
gine plenitudinem susceperunt*. Hinc cla-
mat meus Parens Augustinus: *Ecce crystal-
lum, & nives resolvuntur, eunt in aquas:
Qui sitiunt veniant, & bibant*. Iam enim
Deus per Mariam *misisit Verbum suum*,
id est Christum in carne assumpta, ut ex-
ponit Alensis. Atque adeo non pressæ in
alto libani constringuntur Virginis Al-
vei, sed præpetes dilabuntur se alijs Pio-
rum communicando fluminibus, ne are-
cant: *Quia ad præsentiam Spiritus San-*

(A) Psal. 147.
v. 18. Lyra in
Gloss. ibi. Cant.
c. 6. v. 3. Cornet
à lap. ibi. D.
Hieron. Hæc,
Mouriff. Sept.
Bibl. Chald. Ap-
poll. in max.
Ambr. Tarvi-
sin. in ser. de B.
Virg. confid. 2.
conclus. 2. D.
Aug. in exposit.
Psal. 147. Alen-
sis in Gloss. ad
Psal. 147. Ay-
guanus ibidem.
Lyra Ludolph.
Carthus. Eu-
thim. Lorin. Ge-
neb. Iacobus de
Val. & alij. Au-
gustin. Anconi-
tan. in salut.
Angel. lect. 6. q.
1. Chrysost. Pres-
byter. ser. de
laud. Virg.

Mariæ fluvius
stagnatur nū-
quam, ut om-
nes alijs San-
ctitatis fluvij
eius cœlesti-
bus perfundā-
tur influxibus
Eti,

Elj, & Maria multiplex aqua gratiarum fuit in nobis. Fluvius in ima ex montis supercilio labens, hoc notatur Ænigmatē: **VBER AB ALTO FLUIT.** Maria, dignitate altissima ditescit, quam virtus altissimi obumbravit, in quam Verbum ex altissimo venit, superveniente ex altissimis Spiritu Sancto: Vnde tanto charitatis ardore afflata, vberes virtutum rivos per univēsi spatia produxit, arefendos numquam, à tam alta scaturigine impinguitos. Dicat id Augustinus Anconitanus ita loquens: *Virgo fuit mater omnium Sanctorum, quia omnibus sanctitatem fundavit.* Adeoque radix omnium bonorum à Chrysippo salutatur. Id etiam mihi persuasum occurrit, ex illo Deut. vbi Moyses Populum inducens ad Divinæ legis observantiam, Religionem, ac Dei cultum, ne ingratitude tabe iterum inficeretur, hæc proponit inter alia: *Ductor tuus fuit in solitudine magna, & eduxit rivos* (B) *de Petra durissima.* Deut. c.8. *De scilicet durissimo.* Habent alij. Largissimæ ex Petra Oreb currebant aquæ, ut biberet populus ad satietatem. Sed num non *Scilex* Petra illa erat, quæ in rivos aquarum dulcissimos diffusa est? Sic Num. c.20. dicitur. Huius autem lapidis natura est vim igneam intus, non aqueam continendi: Vnde calybis ictu ab eo ignis excutitur. Quare ergo rivi ex Petra ignea durissima educuntur? Accipe in Petra hac Virginem Deiparam typice figuratam, iuxta Berchorium, & Guarricum, ac Galatinum nostrum: In igne Divinum utique Spiritum, de quo canit Ecclesiæ; *Fons vivus, ignis, Charitas.* Qui Petram hanc Virgineam suo ardore, & abundantiori gratiæ plenitudine funditus replevit, superveniens in eam. Hinc Maria ex igneo Divini Spiritus domicilio, non tantum aquas, quibus aridi reficiantur, infundit: Sed rivos insuper, quia *Beata Virgo irrigat univēsum Hortum Ecclesiæ, fluentis virtutum.* Dat Bibliotheca Virginalis. Mirabilius autem, quod de hac Petra habetur est: *Quod scissa prope Synai, sicut & scissa in Cades, fudit fluvium consequentem Israelitas usque ad terminos terræ sanctæ, & prope fontem Moab; ac proinde Hebræi vocant puteum Maria.* Hoc Virgini aptius competit, cuius largitas in varios diffunditur rivos, ut veros Israelitas, Christi fideles videlicet cōsequatur vique ad terminos terræ Sanctæ, utpote gloriæ: ob quam causam meliori titulo vocetur *Fluvius Virginis Mariae.* Fluvius è rupe altissima se ad alios diffundens, eorum-

que comparticipans aquis, inscriptione nobilitatur: **AVGESCIT EVNDO.** Sic Mariæ Gloria, dum perennis aquarum gratiæ vena, eis illas propinat, quos videt à suo pendentes amore, crescit, & augetur: ob idque à Richardo appellatur *Flumen Dei repletum aquis gratiæ; seu Flumen multistuum gratiarum.* (C) Mirabilem ergo prædicare oportet hunc Mariæ fluvium, ubilibet copiose fluentem; quia ex illa omnes aliorum fluminum (Sanctorum Angelorum nempe, & hominum) gratiarum aquas, (quousque ad Patriam perveniant) provenire nulus dubitat. Hisce consonat, quod de mutuo inter David, & Michol amore sic habetur 1. Reg. cap. 18. *Dilexit autem David Michol, filia Saul altera.* Nec miror: etenim David re, & nomini diligibilis, ac dilectus omnium se præbebat conspectui, ideoque eius allecta pulchritudine Michol, sibi cupiebat constringi (ut eventum est) fœdere maritali. Eam David etiam iugi diligebat affectu: Quia prima vxor, quia clara natalibus, quia specie venustissima, quia cum vitæ discrimine ad eius pervenerat amplexus, & sibi in laboris mercedem matrimonio copulata. Michol pulcherrima, Maria est tota pulchra, quam flammeo velut Sponsam obumbravit altissimis, gratiarum omnium dotibus locupletatam ex superveniente in eam Spiritu Divino, David dilecto ex dilecto tradita in Sponsam etiā, in Matrem, in amoris pignus, ut docet cum alijs Hieronymus. *Maria designatur per Michol,* fert Richardus. Sed quare? Eundem audi? *Michol interpretatur aqua omnis, vel aqua ex omnibus, Quæ placuit David; & talis est Maria, per quam habetur refrigerium contra omne incentivum peccati: & ipsa est aqua omnis, quia habet omnem gratiam.* Quid amplius desideras in Maria? Fluvius abundans est, omnem detergens animæ sordem, & abluens cordis impuritatem. Fluvius est omnis aquæ virtutum, gratiarum, ac charismatum cœlestium, Bibe, ut fiat tibi fons aquæ salientis in vitam æternam. Bibe, nam qui biberit ex hac aqua, non sitiet in æternum. Fluvius innumeris per oras circumdatus alveis in ipsum se immergentibus, lemmate insignitur: **VNVS, SED CONTINET OMNES.** Hinc rectè sic Philosophatus est noster Adamus Delphius: *Omnes gratiæ fœminis hætenus sigillatim præstite, Mariæ sunt accumulate.* Idem ferè docuit Augustini Patris Columna, Columna Theologia.

(C) Richard. à S. Laur. lib. 9. tit. 3. & seqq. Buteon. Hymn. 92. lib. 1. Reg. c. 18. v. 20. Marius de Calass. Conc. Hebr. to. 4. in ind. Nom. Hebr. Haye, Beda, Lauret. ex D. Hier. Lyr. in 1. Reg. 18. v. 29. & 2. Reg. c. 3. v. 5. Div. Hier. in Isai. c. 22. D. August. in Psal. 26. v. 33. & ad Dulcitium epist. 8. Georg. Venet. Cant. 2. tom. 3. c. 23. Rup. Abbas de div. Offic. c. 17. & 11. in Matb. Rich. lib. 9. tit. 6. Adamus Delphius, Hom. de Annunt. Deiparæ. Egidius Rom. Expos. in salut. Angelic. in princ.

Maria, fluvius omnis gratiæ, omnemque in alios diffundens.

(B) Deut. c. 8. v. 15. Bibl. Arab. & alij in Max. Lyr. in c. 8. Deut. v. 15. Bibl. Arab. ad c. 20. Num. v. 11. Haye in Conc. liter. ibi. Berchor. lib. 2. Moralit. cap. 11. ad Exod. 17 nu. 3. Guarric. Abbas ser. 2. de Annunt. Galatin. de Arcan. lib. 7. c. 11. Bibl. Virg. tom. 1. pag. 605. col. 2. lit. B. Guilielm. Genbr. in Psal. 113. v. 8.

Petra Cades, & Fons, Puteus Mariæ vocatur ab Hebræis, quos comitata est per annos 39 ex Genebrar. adducto.

214 Ad mare Fluvius restituitur per arcanos terræ meatus, & amico fœdere sic utriusque complicantur aquæ, ut non distinctas indices, sed easdem: & quasi suæ regratians origini, in illud se totum immergit, quasi unico proficue eius affluentia principio. Mariam haud ausim Deum nuncupare, quod ni fidei veritas obstaret, Dyônisi fecisset: at ex quo electa à Deo in matrem, ordinata est ad omnem gratiæ dotem dari creaturæ possibilem, ita Dei Agalma, ac Deiformis effecta est, (D) ut ei hæc personare non erubescat Alanus Varenus: *Nec enim, quæ in te sunt à Dea, & Regina omni mundo maior, potest cognoscere nisi Spiritus Dei.* Huius enim Virginæ fluminis impetus præpeti fluxu continuo se in mare divinitatis immergit, ibique dum virtutum scaturigines obsequendo refundit, quid divinius adipiscitur, quidque divinitatis in Maria apparet, ut nil humanum sit, sed Divinum. Quis enim nisi solus Deus huius Mariani Maris altitudinem dimensus est? Ideo de Maria perbelle intelligitur illud Exod. cap. 24. *Habitabit Gloria Domini super Synai.* Hunc Mariæ gessisse symbolum, docet Glossa: quam in Divinæ præsentia signum, Cælum nube operuit, quasi innuens Mariæ Gloriam à mortalibus non posse sed à Divinis oculis contemplari. Nec id immerito, cum Maria solium gloriæ Dei sit, cuius incomparabilis altitudo, humanam, atque Angelicam eludit comprehensionem: Vnde ait, *ego in altissimis habitavi.* Eccl. cap. 24. *Id est in summis sublimitatibus,* quod Deitatis proprium est, ibi se totam immergens, vnde hauriat quid, quod humanum ferè sapiat nihil. Circumclusa igitur Maria fuit divinitatis gloria, quia quem Cæli capere non poterant suo gremio contulit. Id ipse mons Synai elucidet, *Qui Amphora mea, vel mensura mea interpretatur.* Amphora, instrumentum est aquas continens aut pro lavacro, aut pro refrigerio. Mensura autem proprie est qua aliquid metimur. Vtrumque id Mariæ competit. Ipsa enim est *Amphora aquæ gratiarum*, quas ab Oceano ebibens divinitatis, large diffundit in omnes. Id sic cecinit Abbas Absalon: *Ad Virginem fluvius spiritualium charismatum abundantius, quam ad cetera derivavit.* Mensura etiam Dei Maria est, ad quam implendam, non ut olim in palmo, aut digito, sed fecit potentiam in brachio suo, Verbumque abbreviatum, ut Virginis adæquaretur mensuræ. Non me, sed D. Petrum Damianum audi sic fantem: *Deus*

in Virgine fuit eximie, & non dumtaxat per essentiam, & potentiam, ut in ceteris creaturis, nec tantum per gratiæ præsidium, ut in anima iusti, verum excellentiori modo, id est identitate, quia caro est de carne eius, & os ex ossibus eius. En quomodo Marianæ aquæ Deitatis se immiscet Abyssus, ut ad nos velut interminabilis, & perennis derivetur Abyssus, à nullo creato intellectu comprehensa, sed à solo incomprehensibili Deo. Sic id adstruit Bernardus: *Quemadmodum ipsius Dei excellentia, & perfectiones sunt infinitæ, & omni captu superiores; sic cælestes gratiæ, quæ in Deiparam, quæ Verbum concepit, convenerunt, acumen intellectus cuiuscumque, præterquam Christi, & ipsius Deiparæ transcendunt.* Hinc Fluvius raptim in extensum se immergens mare, portat epigraphen: **L A R G I V S I N D E F L V I T.** Non enim Maria sibi soli immensas congregavit gratiarum divitias; sed ex quo in immensum Pelagus evocata est, quas hausit, misericors effudit, nostram ut sedaret animarum sitim; Ex tunc enim non utcumque Fluvius, sed Mare magnum Maria vocanda est, nam *omnium Sanctorum Charismata, spirituumque beatorum,* (ait Ambrosius Tarvisinus) *& flumina omnium gratiarum intrant in Mariam.* (E) Nil igitur in Maria, quod Deum non sapiat pensandum est. Fluvius enim Marianus nil terreni continet inquinamenti, Cælum refert, in eoque est species Cæli in visione gloriæ, immensusque est trames, quo direscit, ut eius irrigatione pinguescât arida mortalium corda. Ideoque longe omnium superexcedit virtutes, à Deo præ alijs immensas ebibens. Id sic canit Richardus à S. Victore: *Maria præ omnibus speciosa, Christoque simillima, supra homines est, & supra Angelos, quia eos pietate superegreditur, & dum superegreditur humana, sublimia per filium operatur.* Id etiam adstruere videntur verba illa à Moyse data de magno Paradisi fluvio, Gen. cap. 2. *Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum.* Paradisus in sublimi orbis loco constitutus asseritur communiter à DD. Vnde Fluvius ille in planitiem ex alto præceps fit, ut irriget univèrsam, estque Mariæ typus, ex nostro D. Senensi Bernardino. Sed cur Fluvius Virgineus iste, non de fonte dicitur oriri, sed de Paradiso; ut terram suo humore fœcundet? Rationem ex Petro Cellensi desumo. *Locus voluptatis in Deo est, & Deus est.* Marianus Fluvius, totus gratiofus, à Deo purus in creatione exivit, & ad Deum

Mariæ virtutes, & gratiæ à solo Deo mensurari possunt.

(D) Daniel. Agricola in Coron. 2. Stella 10. Alanus Varenus de Laud. Virgin. Mariæ ser. 5. Exod. c. 24. v. 16. Gloss. apud Bibl. Virg. tom. 1. pag. mib. 470 col. 2. Petr. Galatin. de Arcan. Cath. Verit. lib. 7. cap. 18. late. Eccl. c. 24. v. 7. Bibl. Syr. in Max. Alanus Varenus de Laud. Mariæ ser. 1. Gloss. cit. in Biblioth. Virgin. Absalon Abb. de Assumpt. Mariæ, ser. 3. ord. 45. D. Petr. Damian. apud Alexium de Sano in Arte, Stella 4. declar. 4. D. Bernard. apud eundem, Stella 6. dist. 6.

(E) Ambrosius Tarvisinus de Laud. Deip. ser. 1. ord. 4. concl. 3. Richard. à S. Victor. cap. 39. in Cant. Gen. c. 2. v. 11. Pererius Glossæ communiter, ac Subtil. Doct. in 2. D. 17. q. 2. a. 2. D. Bernard. Senens. tom. 4. apud la Haye in arbore vite ad cap. 2. Gen. Petr. Abb. Cellens. lib. de Panib. c. 12. D. Bonav. in Spec. D. Bernardin. Sen. Hom. 4.

Maria, ita deo proxima, ut cum ad nos suas gratiarum aquas diffundat, in eo sitat copiosiores ebibens.

Deum vadit, eius non amittens sublimia, etsi prodeat ad irrigandum gratijs uniuersa. Ideo non à fonte minuscule sumit exordium, à Deo, qui voluptatis Paradisus est desumit: ut inde pateat numquam eius Charismatum aquas à Deo avelli, sed eius ebibere menturam, dum suo in alveo complectitur Oceanum Deitatis immensum. Lepide id asserit Seraphicus Doctor ita: *Immensa fuit gratia, qua Virgo fuit plena; immensum enim vas non potest esse plenum, nisi immensum sit illud, quo est plenum.* Vnde ergo celestis hic Fluvius exit, revertitur; à Deitatis Paradiso prodit, sic aridos irrigans peccatores, ut Deo semper adhaereat, deferat numquam. Altissimis ex nubibus flumen irrigans terram fluentis, litera notatur: **COELESTIS PRORSVS ORIGO.**

Flumen Dei repletum aquis gratiae (F) à Ricardo de S. Laur. Maria vocatur. Vnde D. Anselmus *superemittentem omni, quod post hominem Deum, creatum est, excellentiam Beatæ Matris Dei prædicat*; hocque (ait) *excedit omnem altitudinem, quæ post Deum dici, vel cogitari potest.* Vnde arridet illud David Domino dicentis Psalm. 35. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Quid magnum his in Verbis, nobis Dominus promittat, nec capit animus, nec potest: Inquit Parens meus, & Magister Augustinus. Nam *res magna est, & ineffabilis*, dum appetitui alias insatiabili, ubertas promittitur inamissibilis, qua a terrenis avolans quietetur in vitio sine; Deo nempe. Domus ubertatis, & opulentiae (ex Glossa) Maria est, in qua Deus homo fruendus à Beatis specialissime habitat; vnde procedunt omnia bona & Beatis, & Viatoribus dispensata. Anonymum (Forte D. Ildephonsus) audiamus sic Virgini Alloquentem: *Tu Virgo Virginum es inviolabile, & intemeratum Sancti Spiritus sacrarium, in quo idem Spiritus Sanctus repositus thesauros gratiarum suarum, & charismatum. Reconditi namque sunt apud te thesauri indeficientes virtutis, & gratiae, pacis, misericordiae, salutis, sapientiae, honoris, & gloriae.* Nec mirum, etenim Maria (Anonymo altero, seu Daniele Agricola testante,) *Sanctis omnibus in causa Divinae visionis*: Ideoque inebriantur ab ubertate Virgineæ domus, à qua omne bonum procedit, & in qua ineffabili modo continetur omne bonum. Ad frequentia vericuli verba divertamur. *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Psalm. 35. Ne sit alias ambire aquas, suos potat

Deus torrente voluptatis suæ, non alienæ. Deus autem etsi delicias statuatur suas esse cum filiis hominum, obiectum tamen primum sui amoris complacentiæ, ipse sibi est, se amore diligens infinito, quia ipse in infinitum est diligibilis. Hanc autem voluptatē Torrentis immiscet aquis, id est *fluminis*, ut legunt alij, Mariamque designat, quæ gratia plena fuit *more fluminis abundantis*. Ipsa est in qua Deus suas omnes collocavit Voluptates, ut sit ipsa delectabile Divinarum domicilium voluptatum. Damianum audi. *Num quid in Angelis voluptatem habet altissimus, in quibus ipse reperit pravitatem? nequaquam. Non est locus voluptatis, nisi uterus Virginis.* Omnis ergo Divina voluptas ex aquis hauritur Marianis, extra quas perperam est querere. Omnes ergo sitientes venite ad aquas, ut satiemi ab uberibus consolationis vestræ Sed cur Torrentis nomine Maria describitur, potius quam fluminis? Flumen sapius currit sensim, gressusque per debia retardat, aut impatiens à sua origine divelli, aut in maris amaritudine sepelli. Torrens; autem Aqua est veniens cum impetu, iuxta Parentem Augustinum, & Lyrannum: Ideo Virgo, flumen etsi sit, quia ab ea, & per eam omnes gratiæ fluunt; potius tamen Torrentis nomine designatur, non enim patitur nos necessitudinibus pressos diu videre, sed cum impetu festinat nos bonis celestibus, quibus sitientes orbamur, fecundare. Iterum Bernardus advocetur dicens: *Nil nos Deus habere voluit, quod per manus Mariæ non transiret.* Torrens ex inundantium aquarum colluvie nimio excrevens, dictum monstrat: **SVPERNO ROBORE MAIOR.** Tanta est Virginis magnitudo, ut *salva reverentia Dei* (desumo ex Ambrosio Tarvisino) *nec maius, nec excellentius, quam fecerit in Virgine facere potest, aut numquam fecit.* (G) At, ex quo voluptatis Divinæ inundatio in eius se sinum effudit, non solum est magna Maria, sed est maxima omnium, præter Deum, docet Anselmus. Sic in immensum Divinitatis mare, se Fluvius hic immergit, sed & plenitudo divinitatis, & voluptatis Divinæ illum sine mensura gratijs replet in immensum.

215 Flumen etiam valida aquarum mole turgescens, sordes abluit, arua recreat, vrbesque securius vallat hostiles frenans incurtus, ne ad illas accedant everfuri. Talis est utique Maria, cuius misericordiæ aqua nos mundat Charitatis lavacro, & pulsa peccatorum nigredini.

v. 19. D. Bern. serm. 3. de Nat. Virg.

Maria, Divinæ voluptatis locus, Deo exolus numquam, semper gratus.

(F) Richard. à S. Lau. in Mar. lib. 9. D. Ansel. Cant. lib. de Excellent. Virg. Mar. c. 1. & 2. Psalm. 35. v. D. Aug. in Psalm. 35. v. 9 Subt. Doct. lib. 4. d. 14. q. 2. in 1. d. 1. q. 2. & passim. D. August. 14. de Trinit. c. ult. D. Bern. ser. 4. in Fest. omnium SS. Glossa adducta a Biblioth. Virg. tom. 1. p. 493. lit. C. col. 2. Alanus de Insulis in Cant. c. 1. Anonymus, sic Ildephonsus in Coron. Virg. c. 19. circa fin. Anonymus alter, sic Daniel Agr. in Coron. de Nomin. Mariæ c. 2. Psalm. 35. v. 9. Alexius à Salo in Arte amand. Deip. Stell. 6. declar. 6. D. Petr. Dam. Ser. 1. 1. Mouris, se in Bibl. Max. ad Psalm. 35. v. 9. D. Aug. in exp. Psalm. 35. v. 9. Lyr. in Gloss. ad c. Gen. 26.

(G) Ambros. Tarvisin. serm. in Sabbat. 2. Dom. Quadrag. confid. 2. cor. 2. D. Anselm. Cantuar. in opusc. de B. Virg. cor. 12. orat. 8. Bibliot. Virg. tom. 1. pag. mibi 515. col. 1. lit. C. Ioan. c. 9. v. 7. D. Anton. Pad. Ser. Fer. 4. Dom. Quadrag. Alens. D. Aug.

D. Chrysoſt. &
alij Richard. à
S. Laur. de
Laudib. Virg.
lib. 7. Lyræ in
Gloſſ. ad lib. 4.
Reg. c. 21. v. 16

Siloe fons,
aut fluuiolus,
ab aqua nuncupatur è Cœlo Dimiſſa in os Iſaïæ, dum occideretur.

(H) Anonym. qui ſupra in Cor. ſtell. 10. Coron. 3. D. Ber. ſer. de Nativ. Virg. Menoch. ad c. Zach. 14. v. 8. D. Iſidor. Berchor. Ianuens. Theatr. Vit. Human. Menoch. in Iſaï. c. 8. v. 13. Luc. c. 13. v. 4. D. Anſelm. c. 12. in opuscul. orat. 2. Alanus Varenſis de Laudib. Mariæ ſer. 3.

Mariæ, velut Siloe aquis ſuæ gratiæ ob cæcatos illuminat.

dine; in novam evadimus creaturam hac regeneratione mundatam. *Ipsa namque (dat Bibliotheca Virginalis) est generale Baptisma Peccatorum quantum ad veniam, & iustorum quantum ad gratiam.* Peccatorem vitij excæcatum, & dura delictorum compede irretitum intelligit meus Paduensis Antonius Cæcum illum, cui dixit Dominus: *Vade, lava te in Natatoria Siloe.* Ioan. c. 9. Sic autem loquitur Sanctus Pater: *Per hunc cæcum omnis peccator potest intelligi.* Abijt cæcus Christi libenter annuens præcepto, & ex quo limphis Siloe oculos lavit, statim ut sponderat Christus, vidit. Sed quid Siloe, eiusque aquæ signant? *Mariæ designata est per Natatoriam Siloe* (dat Richardus) *ad quam missus est cæcus natus lavare oculos suos, ut illuminaretur. Ipsa enim dicitur illuminatrix, & suis precibus, & meritis illuminat peccatores.* Nec immerito per Siloe figurata est Maria: Equidem Siloe, locus est dictus ab aqua divinitus immiſſa in os Iſaïæ morientis. Sic in Maria omnis spes vitæ, & virtutis reperitur; ex qua prodijt fons aquæ salientis in vitam æternam; vnde *mortuorum vivificatio Beata Virgo digne nuncupatur*, inquit Anonymus novissimè datus: adeoque Maria instar Siloe, (H) Maro mortuum respicit, Peccatorem, ut pote ut vivificet: *sine Maria enim, quid nisi umbra mortis?* Clamat Bernardus. Nec in his fiſto. Siloe enim ad radices montis Syon fiſtitur, in modum turris ad fluviolum ædificata; quæ cum Mariæ typus sit, exprimit nullos ad ſuarum miſericordiæ, & gratiæ aquas accurrentium diabolicos pertimeſcere poſſe incurſus: Turris liquidem est *vel à tuendo, vel à terrendo dicta*; quia terret adverſarios, protegit officioſa dilectos. Hæc ita deſcripſit cum D. Anſelmo, Alanus Varenſis, contra diabolum respicit Virgo Dei Genitrix, Turris fortiffima, & contra omnes hoſtiles impetus invictiffima, habens omniū virtutum, divinarum quoque dignitatum admiranda præſidia. O felices, hiſce qui in ſalutiferis lavantur aquis, vbi vitiorum cæcitate depoſita nanciſcuntur ſuffragia protectionis, & præſidia ſecuritatis! Ad hunc igitur fluviū interna cæcitate preſſi feſtinanter accurrant, ex quo enim aqua hac puriffima quiſque ſe laverit, ut cæcus alter dicere poterit, *Abijt, lavi; & vidi.* Perſpicaciſſimis fluviolus limphis decurrens, campumque ſorde depurans, habet inſcriptionem: **NON PATITVR SORDES.** In ſe Maria nullam à primo animationis inf-

tanti inquinamenti faciem incurrit origi-narij, ideoque eius gratiarum fluentia alios non patiuntur ſordeſcere vitij, ſed emundant. Hoc cecinit ſic Alanus de Inſulis: *Mariæ, neſcia culpæ, fons expers limi, lux nubila pellens, erranti ſemita, cæcis lumen, abſtergens maculas.* (I) Id roborare liceat ex illo Iſaï. c. 6. vbi ſordecibus Propheta labijs, arrepto calculo mundavit Seraph immundum, imò, & ab eius intimis exterminavit protinus peccatum. *Volavit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, & dixit: ecce tetigit hoc labia tua, & peccatum tuum mundabitur.* Quid virtutis in calculo, ut peccata valeat emundare? Nonne hoc moraliter de lege competit gratiæ ſanctificanti? Ita id docet cum Parente Auguſtino, veridicus Noſter Subtilis Præceptor. Sed ſine Myſterio id factum non fuiſſe putemus; nam alij legunt *Gemmam, unionem, ſivè Margaritam*, quæ Mariam aptè ob ſuperexcellentem candorem repræſentat, & eius puritatem. Ita cenſent plurimi, cum D. Ephræm Syro. Hæc autem è pura, & liquida roris celeſtis guttula conficitur, vnde limpidiſſimæ naturam aquæ imitatur, geminata pulchritudine dum gelaſcit. Maria ergo vicem gratiæ obit, dum mundat maculas, tergit ſordes, lavat animæ inquinamenta, puriſſima veluti margarita, aqua videliſcet è cœlo delapſa. Id monet D. Anſelmus dicens: *Quid digne dicam matri creatoris, & ſalvatoris mei, per cuius ſanctitatem peccata mea purgantur?* De Cœlo in gratiarum guttas diſtenta deſcendit, ut à nobis expiet macularum ſordes. Avide igitur à nobis miſeris hæc margarita quærat, cuius quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ. Margaritâ è cœlo pendulam, & in pluvias coaleſcentes in rivum, ſe diſfundentem, hæc ornat ſcriptio; **AM B Æ SIC SORDIBUS OBSTANT.** Obſcuro deliteſcit tempore margarita, ne ſuus obtenebretur candor obſcuritate; quæque cum puriſſima ſit, exoſam habet obſcuritatis impuritatem; vnde maculas pellit, deteſtatur horrores. Si vero emolleſcat in aquas eandem ſibi conciliat virtutem, vnde Ariſtophanes *pulchra*, & *virginea fluentia* nominavit; quaſi quid limpidiudini horreſcat adverſari. Id omne Mariam decet, quæ Margarita eſt, Aqua puriſſima eſt, ſua virtute, & ingenti ſua charitate purgationem peccatorum apud omnipotentem Deum impetrans. Scribit Alanus Varenſis. Nec prætereundum eſt pro Gloriæ Mariæ Virginis exaltatione, id quod de Naaman Militiæ Syriæ Re-

(I) Alanus de Inſulis in An-te-Claudian. de epithet. Mariæ. Subt. Doct. in c. d. 17. q. 2. 2. in 4. d. 42. q. 11. Trid. Conc. Seſſ. 6. can. 1. & 2. D. Aug. l. de vera, & falſ. pœnit. D. Ephræm Syrus Serm. de Margarit. Berchor. & alij. D. Anſel. in opuscul. de B. Virg. c. 12 orat. 8. Ovid. Anglic. l. 16. c. 62. Ariſtophanes in Cereali. Tert. l. de Bapt. c. 3. Alanus Varenſis de Laud. Mariæ Virg. ſerm. 5.

Mariæ, Margarita eſt puriſſima peccati ablvens immunditiam.

gis Principe, immunda lepræ fœditate infecto habetur lib. 4. Reg. c. 5. cui Eliseus hæc verba protulit, vt sanaretur: *Vade, & lavare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.* Ad Jordanem mittitur, vt mundetur, vt *divinæ potentia magis attribueretur miraculum*, exponit interpretum Princeps Lyranus. (K) Naaman Peccatoris induit speciem, sicut, & lepra peccati. Cur ergo, qui duplicem sortitus est Helix spiritum, mortuos revocabat ad vitam, aliaque operabatur mirabilia, maculosam non detergit tabem, sed ab aqua Jordanis huiusmodi insinuat oriri debere virtutem? Jordanis, fluvius est nimiaque præditus latitudine, & in termino Judææ nascitur, & ex duobus fontibus *Ior, & dan* ad radicem Libani enascentibus: soletque plus solito abundare aquis, cum messes triticeæ appropinquant, vt vberius maturecant. Huius aquæ ad radicem Libani oriuntur; cum enim Libanus (sive arbor, sive Mons) Maria sit, & radix prima eius, Conceptio purissima eius, aquæ gratiarum ab illa radice effluentiū, vim habent maculas detergendi, cum prorsus purissimæ sint, omnique puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi præpollentes. Id etiam ipsius Jordanis aqua demonstrare videtur, in qua Christus Sacramentum Baptismi instituit, eiusque aquam primo instrumentum morale gratiæ regenerati-væ assignavit, ad delendum totius generis humani originale peccatum, vt de fide est, & docetur ex Scriptura, à Subtili Doctore, & Lyrano. Aquæ ergo à Siloe fluviolo promanantes, & à radice Libani Mariani (vtpote ab eius creationis principio non solum in se ex Dei gratia purissimæ sunt, sine labe vlla; sed in eis itabiliter originæ labis lavacrum, ac mortiferæ culpæ remedium, & in Maria universorum. Ait consummatus Doctor Antonius Jenuensis. Inde sit manum fluminis aquam depingere extrahentem, addita Gnoma: AFFERT HÆC VNDA MEDELAM. Sic ex aqua gratiarum Mariæ, & de eius plenitudine (vt ante præmissimus cum Bernardo) recipit Ager curationem, & peccator veniam:

216 Lætitiā etiam mœstis inducit animis, huius Virginei irrigatio fluminis: quandoquidem solus Mariæ aspectus sic corda cœlesti irrigat hilaritate, vt ipsa (teste Andræa Cretenfi) *initium sit omnis gaudij, & maledictionis finis.* (O) Omne gaudium in Maria inseritur, vt sua ex liberalitate postea mortalibus perfundatur. Vnde meus D. Bonaventura hæc ei

cecinit: *Ave Virgo Dei digna, serva servos, & configna, luce tuæ faciet, & splendore vultus Dei.* Ab illa enim (Affert Amadeus noster) nullus ager, aut tristis abit. Ex Scripturis aliquid colligamus, maxime ex illo David Psal. 64. *Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum, quoniam ita est preparatio eius.* Hæc ad Jordanem fluvium (qui typus est Mariæ ex paulo ante dictis) *refringunt plures expositivi, qui hic ita dicuntur Dei, quia Deo dicatus; docet Parisiensis Haye.* Aquæ autem istæ laudatæ dicuntur, quia ad irrigandum vicinos agros superinfunduntur, vnde eis ex viriditate, ac melsium vbertate provenire dicitur risus figurativè, & sic prata dicuntur ridere, etiam ex illo, *in stillicidijs eius latabitur germians.* Sed ad aliorum accedamus lectionem. Ex fonticulo Dei, qui est in terris, preparabis segetes eorum. Habent Bibl. Chald. Maria, fons solis, magnus, & inexhaustibilis est: at se fonticulum reputat dum ad sublimem divinæ maternitatis dignitatem adsciscitur, dicens: *Ecce ancilla Domini.* Sed eius irrigationibus latabitur id quod germinat, ait Genebrardus. Sed quid præparatio sibi, cum repletionem fluent? Quid latitiæ cum stillicidijs eius? Dixi hoc flumen esse Jordanem, Virginis Deiparæ Symbolum. Speciale autem hic fluvius habet, quod ex quo aquæ in eo plus, minusve inundant, maior, vel minor in arvis experitur vbertas: Vnde ex eius provenit irrigatione homines lætari in segetum viriditate, securam abundantia cibi spem concipientes; & lætantur in messe, dum granorum cumulos in arvis congregant, quibus victus hominum auspicietur. Sic dona Spiritus S. (quæ vel aquæ, vel stillicidia signant, iuxta Patres) impinguant animam, eam faciunt vitæ fructibus abundare; quæ in Maria plenissimæ reperiuntur, ex quo in matrem Dei eligitur. Audire est devotissimum, pariterque sapientissimum Jesuitam Adamum Brouverum hæc proferentem: *Maria Spiritu Sancto, & gratia plena est, vt fluvius fonti proximus, qui etsi minus, quam fons gratiæ habeat, pleno tamen fluit alveo.* Sic animos irrigans interiora lætificat, nam cibum omni gratia saginatum præparat spiritualem, vnde lætentur homines, qui huiusmodi mercede fruuntur. Fluvius placido se per aura diffundens meatu, hanc ostendit epigraphen: RECREAT, ET SATIAT. Cum enim Maria domus Dei sit, omnes satiantur ab vbertate domus Virgineæ, in qua numquam cœlestis cibus deficit ani-

min. B. Amadeus Hom. 7. de Virg. Psal. 64. v. 10. Haye in Conc. liter. ibi. Euthim. apud Genebrard. in Psal. 94. Bibl. Chald. in Maxim. ibi. Genebrard. loc. cit. Lyr. in sua Glossa. D. Hilar. Hieron. Theodoret. in Bibl. Max. apud Menoch. Psal. 94. v. 11. Alensis in Gloss. ibi. Incognit. Casiodor. Lorinus, alijque. Adam. Brouver. in salut. Ange. ic. coronat q. 12.

Maria, gratiarum suarum irrigatione animas recreat & pascit.

(K) Reg. 4. c. 5. v. 10. Lyranus in Gloss. ibi. Origen. de divers. Hom. 5. & in Levit. Hom. 8. Hesych. Lev. c. 14. Lyr. in lat. 27. v. 12. & Cant. c. 4. v. 15. Anglic. lib. 13. c. 9. Berchor. D. Isidor. & plures, ac Marius de Calass. Mat. c. 3. v. 13. & 14. Subtil. Doct. in 4. d. 2. q. 4. & 5. Ad primam. in 4. d. 3. q. 1. & d. 4. q. 6. ex Math. c. 28. & Ioan. cap. 3. Lyr. in Gloss. ad cap. 3. D. Math. v. 14. Anton. Jenuensis trad. de Arca Mystica in fine. D. Bern. saepe adductus.

(L) D. Andr. Cretenf. de Navit. Marig. orat. 2. D. Bon. Psal.

(M) D. Greg. *Thaumaturgus*, de *Annunt.* ser. 2. Andr. Ierosolymit. ad illud *verbum Ave Maria*. Genebr. in *Psal.* 45. v. 5. *Lyra* in sua *Glossid* de Iordane disputat. 1. ad *Cor.* c. 12. v. 4. Incognit. in *Psal.* D. Ansel. in *Opusc.* de B. Virg. *serm.* de *Assumpt.* c. 8. D. Aug. in *Psal.* 45. v. 5. Div. Greg. apud Novar. *Vmbr. Virg.* lib. 4. c. 10. Exc. 55. n. 547 Alenf. in *Gloss.* ad c. 1. Luc. D. Bernardin. Sen. datur. D. Ambr. de *Instit. Virg.* c. 12.

Maria, Spiritus S. Charismatibus utraque latificat Ecclesiam,

marum, imo, & per eam *Gaudium omni dispensatur creaturae*, vt dat D. Gregorius *Thaumaturgus*. (M) Infusa à Marianis latitia gratijs, vt à gratiarum fluente, non terras peragit solummodo, cœlum vique protenditur; sicque iure ab Andræa Ierosolymitano *latitiæ organum* Maria vocatur, vnde exultat etiam ab eius vocibus aquarum multarum. Id insinuat Regius *Psaltes* sic *Psal.* 45. canens: *Fluminis impetus latificat civitatem Dei*. Hic *Psalmita* ad fontem *Siloe* alludit, vt vult Genebrardus, quem Mariam representare dedimus ex Richardo; cuius effluxus copiosissima sunt *Spiritus S. dona*, quibus per manus Mariæ irrigatur Ecclesia. Ideo alijs legisse placet, *Fluminis divisiones*, quia non vno, indivisibilique impetu latificando irrigat vtramque domum Dei triumphantem vtpote, & militantem; nam etiam variæ *divisiones gratiarum sunt*, idem autem *Spiritus*. 1. ad *Cor.* 12. Illi autem fluminis impetus *nil sunt aliud quam inundatio Spiritus S.* inquit Augustinus: qua inundatione vtrique Dei Civitas irrigatur, latatur, vt sic datus antea Anselmus dicat: *Quemadmodum enim omnia, quæ in cœlo sunt, per glorificationem tuam, ô Maria, inestimabiliter decorantur: ita per eandem glorificationem, cuncta quæ in terra subsistunt, ineffabiliter sublimantur*. Contemplantur urbem amne fecundo vallatam, per cuius agros lene aqua irrigans distenditur, nunc etiam fontes è terra creans erumpentes, nunc puteos meatu generans subterraneo: quam speciosos emittit, continetque novales, hortos vberes, viridaria vario florum stromate exornata, vt nil alieni egeat, omnes sui. Hoc idem de Mariano Charismatum divinorum flumine dicere non pertimesco. Cœlum enim, quod proprie civitas Dei est, arido sine Maria comparatur deserto, vt D. Gregorius profert: *Militantem itidem Ecclesiam quasi iam mortuam*, & virtutibus aridam, *Maria suscitavit*, vt Doctor Doctorum Alensis meus docet. Hoc autem ex multiplici processit gratiarum, & donorum Spiritus S. divisione, qua in varios hoc flumen partitur effluxus. Duæ vrbes, vna sole speciosior in monte sita, altera in declivi, septem irrigatæ oris ex vnico flumine prodeuntibus, hoc lemma monstrant: SPIRITVS INTVS AGIT. Aquæ enim illæ Mariam designant, quæ à principio iam suæ creationis à Divino Spiritu fovebantur, quibus irrigat, & latificat civitatem Dei, donis à Divino Spiritu in se receptis eam replens,

& per eam fufsius operante; Vnde Ambrosius docuit, quod *Maria spiritu ferventi, qui supervenit in eam replevit Orbem terrarum*. Imò ab Anonymo, *Ministra gratiæ Spiritus S.* vocatur. Ipse enim eam velut aquæductus large effudit, eiusque *impetus latificat civitatem Dei*. (N) Denique circumducta hoc flumine Virgineo Ecclesia, vndique securius vallatur, & suavissimis repletur delitijs, quatenus amœnissima, & accommodatissima pascua pro alendis fidelibus ab eius irrigatione mutuatur. Id edocere, mihi persuasum est, ex hoc quod de aquis dicitur in prima rerum molitione. *Spiritus Dei ferebatur super aquas*. Gen. c. 1. Dignam sibi Divinus Spiritus ex tunc elegit sedem; nam tunc *Cœlum rude, terra imparata: Solus liquor semper materia perfectæ*. Dat ter Tullius, Tertulianus. Illa autem aquarum congregatio, in quam venit (imò & supervenit) Spiritus Divinus, Maria est, vt dant Chrysologus, Bernardinus, & Richardus: Quæ reliquo terrarum ambitu tenebris circumplexo, sola purissima, perfectæ, & digna Deo sedes eligebatur. Sed cur cœlestis amoris voluntas sic aquarum voluntate allicitur, vt eam attraheret, cum chaos cuncta tenebrarum fulgine obnubebat? Respondet Ambrosius: *Fovebat aquas, idest vivificavit, vt in novas cogeret creaturas, & fœtu suo animaret ad vitam*. Ex aquis vivida postea erat oriunda propago; ac sub illis innumeras Deus vegetandas subdiderat creaturas: Imò *initium vitæ hominis aqua*, Eccl. c. 29. Sive *summa vitæ humanæ*. Omnium rerum vulva, ac mater aqua dicitur, ab ea enim omnia aliquod esse auspicantur: Vnde spiritus cernens aquam suo sub velamine omnia quasi creata protegere, eam vt purissimam, vt perfectam dono fortitudinis fovebat, & vivificabat, vt creaturæ sub Mariæ vmbra degentes, hostiles nullos paverent occurfus, sed fœlicius animarentur ad vitam. Sub se Deus fovet, & protegit, quos protegit, & fovet Maria. Accinit sic Richardus: *Veraciter dici potest, qui habitat in adiutorio altissimæ Domine: in protectione Dei Cœli commorabitur*. Dum ergo circumcincti, ac vallati fideles hoc Virginaliū aquarum effluxu, à Maria foveantur, protegentur, pariter & à Deo, vt nil in posterum adversi pertimescant eventus. Circueiens urbem permagna aquarum copia Fluvius, indicat scriptionem: RECREAT, ET MVNIT. Hoc enim alvei urbem circumvallantis proprium est; proprius & Mariæ, quæ Civitatem, idest fideliū civium

(N) Anonymus in *Coron.* c. 12. apud *Biblioth. Virg.* tom. 2. pag. mibi 371. Gen. cap. 1. v. 2. Tertul. lib. de Bapt. c. 3. Chrysost. ser. 146. D. Bernardinum datur. Richard. lib. 9. c. 21. D. Ambros. lib. 1. Hexam. cap. 8. Basil. in *Hexamer.* Hom. 2. Hieron. in *Quæst. Eccl.* c. 29. v. 28. Bibl. Tigur. ibi. *Theatr. Vit.* Hum. tom. 1. Richard. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 1. part. 1. idem lib. 12. part. 1. cap. 6.

Maria fluvius gratiarum recreans, & muniens civitatem Dei,

vium unitatem recreat cœlesti pinguedine delectationum; quia in ea, & per eam aer Spiritu S. purior, Aura serenior, ventus tranquillior, viror vernantior, aqua dulcior, portus salubrior, vbertas largior. Sicque Dei civitatem recreat, vndique solatia emittens. Munit etiam ut Alveus illam circumdans: *Quia ipsa est Alveus circumdatus fossis, currens cum impetu, ut rapide ad nos affluant rivuli donorum Divini Spiritus*, in quo demergitur trucidis exercitus Pharaonis, diaboli videlicet; dum Israelitis fidelibus suæ protectionis aquæ pro muro inexpugnabili deserviant. (O)

217 Flavius semper à Fonte, quas dispenset, recipit aquas. *Mariam irrigat Spiritus S. qui est fons aque vivæ*. Dat Richardus. Et ita abunde in eam suorum diffundit plenitudinem donorum, ut pleno hic Virginalis Flavius, non solum alveo decurrat, sed superpleno. Vnde Ambrosius dixit: *Qualis est hæc Virgo, quæ Trinitatis fontibus irrigatur?* Perenni etenim decursu hic fons in flumen influit Marianum, Pater obumbrans, Verbum carnem assumens, Spiritus S. superveniens sua ei Charismata communicando: Sicque optimè addidit Richardus: *Quidquid Beatitudinis ab illa infinita bonitate Dei Trinitatis ad genus humanum pervenit, totum per hanc venam refluxit*. Salomonis indicare ex his quid videntur verba illa Prov. c. 5. *Sit vena tua benedicta*. Dixerat suos fontes derivari foras, beneficia alijs vel communicando, vel impendendo: *Vel cum gratia exit in opus, tunc fons foras derivatur*; ut inquit Alensis; ex hisque deducit modo, quod *Vena, quæ à veniendo dicitur, & perquam fontis scaturigo ad omnium recreationem, & solamen diffunditur; benedictionibus celebretur*. Cur ita? Quia multiplicat incrementa iustitiæ nostræ: Quia affluenter derivatur ad nos suis immiscens aquis quidquid proficuum nobis à fonte, in ipsum derivatur. Per benedictionem autem copiosa rerum abundantia designatur: Quare, cum Angelus sic Mariam alloquutus est, Luc. cap. 1. *Benedicta tu in mulieribus*, idem fuit dicere, ac *gratiosa* seu abunde *gratijs affecta*, vel gratificata, quia omnes benedicuntur in te, idest per te, quasi per venam gratiarum recipientem à Cœlo benedictionem, & omne bonum; sicque D. Parens Bonaventura docet: *Benedicta tu; idest desuper benedictionibus Dei locupletata, vel creaturarum laudibus profecuta*. Id etiam lectio sept. insinuat sic: *Fons aque tue sit tibi propi-*

tius. Sed quo pacto propitius erit? Quia vena est benedicta, & benedictionibus plena. Quapropter dum fecunda manat à Trinitatis fonte vena Mariæ, fons propitiatur abunde per venam Virgineam omni creaturæ. Adsit ad hæc Richardus: *Beatitudo Domine nostræ, origo est totius nostræ beatitudinis, & quidquid ab illa infinita bonitate Dei Trinitatis, ad genus humanum provenit, totum per illam venam effluxit*. Pingitur Vena à fonte manans, ac excrecens in Fluvium, quo circumadiacentia arua fecundantur, & pinguescunt, ostendens epigraphen: **RECIPIT, SED FUNDIT IN OMNES.**

Fons vite Christus est, qui irrigat sitientes, ait Augustinus. Maria autem Vena est ex Richardo, vel *Canalis collocata in superioribus domus, idest Ecclesiæ ad suscipiendas aquas donorum optimorum, quæ descendunt à Patre luminum, ad refundendum eas in terram*. Inquit ille. Vena, Maria est; sicut enim illa ad cuspidis tenuissimi ictum ferventi scaturigine liquorem dispungit; sic Maria Trinitatis Vena ad minimam etiam nostri cordis, affectusque pulsationem, in varia scaturit beneficia ex Triadis fonte dispensanda. Audiatur adductus sæpissimè Richardus: *Maria vena est, quia quidquid beatitudinis ab illo magno Mari, idest ab illa infinita bonitate Trinitatis ad genus humanum pervenit; per hanc venam defluxit*. In his haud sisto: Fons ille immensus ad nos usque profluvio interminabili decurrens, in sola hac vena Virginea se totum ut quiescat, immergit, ipsam ad fideles aquæductum suarum instituens gratiarum. Hoc deducere fas sit ex Gen. cap. 2. Vbi habetur: *Complevit Deus die septimo (P) opus suum quod fecerat, & requievit die septimo ab universo opere, quod patrarat*. Hic ideo dies Sabbathum vocatur, idest *quies*, quia consummato creationis opere, & dato rebus productis perfectum esse essentia, & existentia, ab ulteriori cessavit productione, non à gubernatione rerum quoad suas operationes. Ideo alij legunt. *Finem imposuit, consummationem, perfecit, absolvit, delectatus est Deus*. Hoc autem intelligitur *requiescendo in seipso*, ait Lyranus. Sed age: nunc in creaturarum aliqua Deus haud requiescere poterit? Poterit utique, si operis sui complementum in ea invenire sit: Quod non ambigit Hesychius sic de Maria testari; *Maria habebat universum Trinitatis complementum: Quandoquidem Spiritu S. hospitabatur, Pater adumbrabat, & Filius in utero gestatus inhabitabat*.

Maria, quasi vena, à Trinitatis fonte omnia bona spiritalia haurit, toti Ecclesiæ communicanda.

(P) Gen. c. 2. v. 2. Paris. Hayn in Conc. ibi. dem. DD. Hebr. Sept. sexta. Regia, Complut. Chald. Syr. Arab. Hesych. orat. 2. de Laud. Virg. D. Epiphani. de Laud. Mariæ. Aug. Vrbicm. in Sabbathis. Marian. c. 3. D. Bon. in Spec. Virg. D. Bern. Sen. 1. 3. ser. 1. art. 2. cap. 2. de Nomin. Mariæ. D. Bern. ser. de B. Maria.

Requies, &
Trinitatis
quodammo-
do comple-
mentum, Ma-
ria fuit.

bat. Idcirco Augustinus Vvichmannus de Virgine hæc habet: *Deus perfectissimam, & absolutam condidit Virginem: ac proinde si puras creaturas spectemus, cum nil sit præstantius, Deus in ea complevit, & perfecit opus suum, in eaque perfectissimè requievit.* Hinc etiam à Seraphico Doctore Maria iure vocatur *Totius Trinitatis requies.* Circulus trinam vndequeque similimam ambiens faciem, lemmate decoratur: **COMPLENTUR IN VNO.** Iuvat ad id exactus specularum, huiusmodi D. Bernardini dictum: *Inter omnia brevissimum facit circulum Beata Virgo Maria, quæ per mentis devotionem ætius Deum constrinxit, & facta est orbis filij Dei.* Sic Maria circulus est humilitate brevissimus, in quo Tota Trinitas, quæ in principio creaverat, in tempore recreavit, sibi que mundissimam requiem ab æterno elegit. Ita id canit melleus Bernardus: *Altissimus sibi Mariam, quasi mundum specialissimum condidit: hæc est unica illa salutaris fœmina in qua sola quesitam in omnibus requiem invenit.* Sic Fons ille Gratiarum infinitus, in Mariam largius se diffundit, ut inde ad virtutis aridos ulteriora profuvia communicetur. Ad hæc alia inferantur illa præcipue, quæ dicuntur in mystico sensu de Deipara Eccl. c. 24. *Cyrum cæli circuiti sola.* Hoc ad Mariam meus Senensis Bernardinus retorquet, cum Alensi. Hæc sola sapientiæ mater, quæ effudit flumina, sive tanquam fluvius irrigavit, effundens bona tam corporalia, quam spiritualia, ut ait Lyranus. (R) Sola in altissimis habitavit, etenim ex quo virtus altissimi obumbravit eam, ab eo charitatis philtro inamissibiliter cōstringitur, nec patitur à Christo, qui solus altissimus est, avelli. *Gyrum cæli circuit, id est Christum, qui est Gyrum mirabilis continens omnia; seu cælum, & Ecclesiam, quæ circuit Beata Virgo continendo, conservando, & conservando, ut docet Alensis.* Nec quia orbem cæli circuit, omisit in maris fluvius mare ambulare, sive in aquarum fontibus: has, ut nobis infunderet, illas, ut redderet dulciores. Sed quid sibi vult gyrum circuire cæli. Circulus perfectior Geometricatu omnium assignatur figuram, deique perfectionis typus, quæ principio, & fine caret. Maria hunc circuit circulum, Dei in se continens (quantum creaturæ puræ possibile est) perfectiones. Ideo sola circuit, quia nulla alia ad tantam altitudinem devenit, nec tantam perfectionis excellentiam ebibit, ut testatum dedimus cum

Hieronimo, & Anselmo. **Circulum ergo** Maria fecit, Deum in utero cingens; Dei, suarumque omnium perfectionum ineffabiliter contentivum: Qui si aperiatur fortè, fit ut è fœcundo Trinitatis fonte aquas gratiarum generi diffundat humano, ex quo Thesaurorum cœlestium à Deo constituta est dispensatrix, ut tenet Alexius à Salo. Deus ergo, qui circulus æternus est, in sola Maria describitur, per quam amplius innotescit. Id pandit sic Damianus: *Deus in medio ipsius Virginis utero substantialiter est illapsus: Deus enim noster operatus est salutem in medio terræ.* His innectatur aliorum lectio habens: *In cælo una cum ipso habitavi.* Numquam à Deo Maria elongata est, imo omnibus puris Deo coniunctior creaturis, Deum circumdedit, & continuit, & ipsa in Deo habitavit, ita ut *Deus foret habitatio Virginis activè, & passivè*; asserit Daniel agricola. Vnde amadeus noster hæc etiam profert: *Novum faciet Dominus super terram, fœmina circumdabit virum. Eadem, quæ circumdedit, circumdata est: circumdans virum novum, circumdata est ab homine novo.* Didicimus ex Astrologiæ Theorica cælum solis tribus constare orbibus, quorum medius solem vehit. Beatissima autem Virgo, ita in circuitu fuit, quod magis coniungi Deo non potuit; vnde in circulo Trinus depingitur Sol, divinæ Triadis symbolum, ut habet Damascenus, qui Trifolarem deitatem in Virgine habitantem, Trinitatem vocat; & additur scriptum: **TRINI NECTUNTUR IN VNO.** In una enim indivisa deitate, Trina relucet personalitas; quarum secunda immediatè carnem assumpsit; tamen Deus dicitur, & est in Virginis utero clausus, & Incarnatus; atque adeo Maria Trinum, & unum suo in cœlesti circulo solem sola complexa est. Bernardus hæc cecinit: *Omnibus firmamentis firmius firmamentum, tu, o domina, quæ eum, quem cæli cælorum capere non poterant, cepisti, & concepisti.* Sic in uno Virgineo cælo Trini incompræhensibile cōprehenduntur soles, cælum ipsum altius, digniusque sibi, alijs constituentes. Non hoc solum, sed in Maria, ut in purissimo speculo tota Trinitas elucescit. Titus Bostrensis sic lepide luse: *Dum Spiritum S. virtutemque, & altissimum Lucas nominat, totam sacratissimam Trinitatem Virgini patefecit.* Contemplata est Virgo mysterium ineffabile, & ita species eius in ea remansit, ut quasi effigiata Deo uno, Trinoque maneret. Nec hoc

Rhodig. Theat.
Vit. Hum. &
plures alij. Alex-
ius à Salo in
Art. col. deip.
Priv. 2. Berch.
cit. & alij. Am-
bros. Tarv. ser.
in Sabbat. Dom.
3. Quadrages.
confid. 2. D.
Dyonis. ser. 43.
Bibl. Syr. Dan.
Agric. coron. 5.
stell. 7. B. Ama-
deus de Laud.
Virg. Hom. 2.
D. Damasc. in
Cant. Eccles.
ode. 3. Astrol.
apud Almariz-
sem Acad. 4.
sec. 2. n. 46. D.
Bern. super Sal-
ve Regina ser.
3. Damasc. orat.
2. de Assumpt.
Titus Bostrenj.
in c. 1. Luc. D.
Bern. Sent. 1.
ser. 61. c. 8.
Berch. de consul.
lib. 5. Prof. 6.
Subt. D. Quodlib.
6. art. 2. n. 14.
D. Bon. Ricbar.
Alens. & om-
nes Theologi.
Sap. c. 7. v. 26.
Alens. ibi. D.
Damasc. orat.
2. de Nat. Virg.
D. Aug. ser. 83.
de Assumpt.
Berch. in dictio-
verb. lax &
candor. Barb.
Anglic. l. 19. c.
11. Marius de
Calas. l. 4. Cœ.
Hebr. in indic.
Haye in Bibl.
man. t. 18. Be-
dz. D. Hier. Isi-
dor. & alij. Ala-
nus Varenf. de
Laud. Maria
ser. 5. in fine.
Robert. Holbo-
tus lect. 101. in
c. 7. Sap. Ala-
nus ser. 1. de
Laud. Mariae.
D. And. Cret.
in salut. Angel.
D. Ambros. l. 2.
de Virg. Albert.
à Marquesijs
in Cœliloq. mor.
de B. Virg. D.

(R) Eccl. c. 24.
v. 8. D. Bernar.
adduct. Alens.
Lyra ibi ad v.
40. Alens. ibi-
dem Ecclesia in
Cantic. Angel.
Bibl. Figur. in
max. Bibl. Syr.
ibid. Berch. in
dictio. t. 1. D.
Isidor. Cœlius

Paul. epist. ad
Gal. c. 5. v. 22.
Lyra in sua
Glossa ibi. Et
ex eo Menoch.

mirum, dum noster D. Bernardinus in
hæc prorumpit: *Clausus in Virgineo vte-
ro* (Dei nempe filius) *in æternitate à Deo*
Patre generabatur æternus, & in eadem
æternitate idem ipse puer in ventre ma-
tris Deum spirabat, & producebatur. Mo-
tas in Maria divinas vide hypostases, &
notiones: Pater producit Verbum, quod
ab æterno produxit; Verbum etiam cum
Patre spirat Spiritum S. & hoc in æterni-
tate, quæ possessio est tota simul in ter-
minabilis vitæ; sicque continuitas pro-
ductionis divinæ non intercipitur, & in
vtero Virginis filius Dei data opera spi-
rat Spiritum S. ut vterus Mariæ fiat Aula,
& officina in qua reluceat ordo divina-
rum processionum. Adeamus ad Scrip-
turam hæc pandentem de Virgine: *Candor*
est lucis æternæ, speculum sine macula
Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.
Sap. c. 7. Trinum contemplare Virginis
attributum, deificæ Triadis in ea relu-
centis exemplar. Candor est, speculum,
& imago. Candor est æternæ lucis, seu
id in quo resplendet Paterna gloria. Can-
dor namque splendor est luci coevus; &
summus ille Deus Pater præfinitum à se
ante sæcula consilium, iuxta arcanam, at-
que omnem sermonis facultatem, superan-
tem Patris, cognatique Spiritus volunta-
tem, in opus perducere cupiens, ad nos ter-
renos per carnem accessit. Sic candor pu-
rissimus Mariæ ab æterno à Deo præfinitus,
ut lumini de lumine procedenti candi-
dum suæ carnis præberet amictum, quasi
coevus se divino obiecit intellectui, ut lu-
minis divini mutuaret claritatem, & can-
dor esset supremum in se effigians candor-
em. Idcirco Augustinus Mariæ dicebat:
Si formam Dei te appellem, digna existis.
Candor etiam Maria est, & lucis æternæ;
veluti effectus ab illa vitali luce summe
dilectus, quem virtus eius altissima obum-
bravit, ne ullam pateretur umbram, nisi
divinam: candor enim ex luce clara, &
multa in para substantia generatur. Sic
Mariæ candidissima puritas ex luce clara
gratiæ, quam nomen Anna præferebat, &
domini preparatione, quam Ioachim in-
dicat, procedit, Deo eam ab æterno non
solum sine torpore candidam, sed eligen-
te ut suæ æternæ lucis candorem. Hoc pa-
tro Maria habet similitudinem deitatis;
atque ab Alano Varenfi pie vocata est
Dea, & Regina omni mundo maior, estque
splendor illius reverendæ gloriæ domini,
& cælestis pulchritudinis, omniumque di-
vinarum virtutum seminarium ac veri-
tatis necessarium manifestativa. Specu-
lū etiam Virgo est, in quo filij omnia cla-

rissimè relucunt, ut ponit Lyranus. Respiciat
enim filius matrem, & suorum lumine clarissi-
mā facit, & talium fulgorum patiens consp-
icit filium mater sacratoris effecta par-
ticeps, aureos venerabiliter suscipiens de
divinitate radios: tanta ibi divina concor-
dia, ut nullibi melior; nam uterque specu-
lum sine macula. Dedit Alanus. In Virgi-
nis speculo Dei filius perfecte representa-
tur, nec fallit species in speculo, dum in eo
relucet perfecta similitudo. Etenim *Christo*
Filio suo fuit in omnibus similis quantum
ad perfectionem; habet Albertus à Mar-
quefij. Speculum respectu filij Virgo est,
nam sicut radij solis vitrum perlustrantes,
statim ab eo reflectuntur ad solem: sic
Maria quidquid gratiarum à filio suo re-
cepit, grates rependens obsequiosa reddi-
dit, maximè ex quo totum Deum in suo
mundissimo vtero conclusit. Ut specu-
lum ergo se habet ad filium, quia quo-
modolibet summatur, mira industria, &
studiosissime eum reddit, & ut hominem,
& ut Deum, omnibus modis ipsum re-
presentans. Tandem, Imago est divinæ
bonitatis, quæ Divini Spiritus est, & ad
prodesse, ac benefacere animum allicit, &
inducit. Huiusmodi divina bonitas sic
Mariæ communicatur, ut imago ipsius
sit, quam summe in se optabat perman-
sisse, ut prodesset omnibus. Nec aliam
sibi Divinus Spiritus debuit selligere ima-
ginem, exactius suæ bonitatis representa-
tivam, quam Dei Matrem: Siquidem *illud*
est melius, quod optimo est propinquius;
iuxta Aristotelem: & nil Deo propin-
quius, quam Maria, cuius filium Virgo
genuit. Cum ergo Maria non solum
utatur bonitate, & virtute ad se, sed ad
alios, optima ex bonis erat; ideoque ex-
pressior imago bonitatis appropriatæ Di-
vino Spiritui, cuius gratiarum dispensa-
trix est, omniaque spiritalia circa nos
umquam desistit operari. Inde vera erit
Sancti Spiritus Imago: nam *bonitas deo-*
rum imagines facit homines esse; inquit
Laertius. Per bonitatem, quam Virginea
præferebat imago, ad omnium nostrum sa-
lutem procurandam commoveretur, &
omnia nostra cum agit bona, sive ad agen-
dum pellicit, à bono optimo, scilicet à
Deo agitur. Imago autem, quasi *imita-*
go dicitur, quia rem aliquam exprimit:
ex quo autem *Spiritus Dei ferebatur su-*
per aquas Mariæ representativas, sui in
humore crystallino imaginem reliquit; ut
à Maria sua bonitas (quantum foret pos-
sibile) representaretur. Imago *Spiritus*
Sancti, gratia septiformis est, ait Ab-
salon Abbas: cumque hæc abunde emineret

Mariæ æterni
Patris candor
est lucis, Filij
speculum, &
Spiritus Sancti
representa-
tiva imago.

Arist. lib. 2. de
Cæl. & mund.
& 1. 5. Ethic. ac
6. Diog. Laert.
lib. 7. Lactant.
apud, Andr.
Ebor. D. Aug.
ser. 13. de verb.
Apost. Abb. Ab-
salon de An-
nunt. Virg. ser. 3
ord. 22. D. Pe-
tr. Damian. ser.
de Annunt. Ala-
nus Var. ser. 5.

in Virgine, velut imaginem suæ bonitatis expressivam, sibi que summe charam, quam a Deo electam, & præelectam, totam rapturus erat sibi Spiritus Sanctus. Inquit D. Petrus Damianus. Speculum obijce tribus à summo circumfussum radijs, Gnoma addita, TRES EXPRIMIT VNUM. Id pandit Alanus Varenfis ita: *Hæc illa sublimis mater, & Virgo quæ post Dominum Iesum Christum splendor quidam gloriæ divinæ dicitur, & similitudo utcumque proximior supersanctæ Trinitatis est.* Perpende ly similitudo; nam Maria candorem mutuans Paternæ lucis, filij puritatem, & bonitatem divini amoris, apparet candor lucis æternæ: Speculum sine macula; & bonitatis Divinæ Imago perfecta.

218 Fluvius locum adiacentem mun- nit, leviam trahit, sitim extinguit. (S) Sic Maria pie excubans in circuitu populi fidelis, eum ne nocumenta spiritualia ab insidiantibus animarum hostibus inferantur, sedula protegit, & defendit. Sic Richard. textum Mariæ tutamini applicat deductum ex Naum c. 2. vbi Propheta sic loquitur: *Aquæ in circuitu eius: Aquæ muri eius.* Urbis Ninive inter Ægypti vrbes eximiam quidem, commendat inexpugnabilitatem; cuius cum Alexandriæ comparat, quæ ex vna parte à Nilo, ab altera lacu Mareotico, à tertia mari, à quarta incommensabili cingitur latitudine. Sed ne à mystico discedamus sensu, ex alijs habetur hæc lectio: *Eius murus, propugnaculum, sive principium sunt aquæ.* In his omnibus huiusce urbis denotatur amœnitas, situs, & fortitudo; inquit Interpretum Princeps. Sed unde hæc omnia? Ab aquis, quæ Urbem non tantum instar muri impertransibilis circumdant, sed eius planitiem proflire in viridaria cogunt, eas, & arua perenni irriguo fecundantes, & totam Urbem, murosque vallantes; & cingentes ad maiorem fortitudinem. Ninive, quæ pulchra, speciosa, vel habitaculum dicitur, Ecclesiam, eiusque fideles denotare adstruit cum Hilario Hieronymus; ad cuius gentes Ionas, idest Christus, missus est, ad fidei veritatem ut cognoscerent reducturus. Aquæ autem Ecclesiam tutantes, sunt *Miserationes Mariæ*, ait Richardus: *Quæ in circuitu fidelium sunt, ne vllibi ab inferis hostibus vel impugnentur, vel devincantur, & ne in direptionem possessiones abeant gratiæ, quas receperunt per manus Mariæ.* Hinc Daniel Agricola dixit: *Mariæ protegit nos oculo misericordiæ respiciens peccatorem: Unde ipsi verissime convenit,*

quod dicitur de filio Prov. c. 20. *dissipat omne malum intuitu suo.* Ambiens urbis Mœnia flumen, hanc signat epigraphen: STERNENS OBSTANTIA, MUNIT. Sic Fluminis imperus obviam quæque adversa sibi sternit aquarum præcipiti cursu, Urbis, quam circuit pro inexpugnabili deserviens propugnaculo. *Maria enim est murus aqueus,* (fert advocatus sepiissime Richardus) *propter abundantiam gratiarum, quæ veros Israelitas muniunt contra Ægyptios, idest demones, & peccata.* Idem ferè persuadent verba Regij Vatis Psal. 84. *Benedixisti Domine terram tuam, avertisti captivitatem Iacob,* (T) De Incarnatione Verbi sermo est, quando expoliatus est infernus, apertusque Paradisus. Sed quamnam terra? Quorum captivitas? *Maria, verè terra desiderabilis, de qua figulus, nostri aggeris lutum tollens, vas peccato contritum reparavit.* Inquit D. Andreas Cretensis. Terra, Maria fuit, sed Dei; ideo eam benedixit, eam suis stabilivit gratijs, fundando supra firmam Petram, Christum. Terra est, quam dilexit, quia voluntas Dei in ea, in qua complacuit, oblectatus est. Terra, Virgo est; Sed vide hoc privilegium, (docet devotus Catherinus) *de qua scriptum est, Benedixisti Domine terram tuam. Nam terra maledicta dicebatur in opere tuo, idest in opere viri. At terra nostra, quæ dedit fructum suum, numquid opere viri exulta est? Absit. Nam à Gabriele audit, Spiritus Sanctus superveniet in te. Ecce Agricola, ecce cuius opere, Maria terra electa, & præelecta est.* Terra est, quam Deus multis beneficijs cumlavavit, eam præcipue ut terram Sacerdotalem, regali præcepto urgente liberam præservans, ne ad tributum debitum contringeretur solvendum. Imò, *Sicut Christus fuit figuratus per lignum fructiferum vitæ; ita pariter Virgo Maria per illam terram, quæ germinavit illud lignum.* Affert Iacobus Christopolitanus. *Quid autem inde? Avertisti captivitatem Iacob.* Ex quo enim exulans populus Israel, dura præmebatur captivitate Pharaonis, & Deus Israelitis terram Sanctam pro securo promississet habitaculo, spem sustinent pro eventu iam in re exhibito. Quasi dicerent: ex quo tibi placuit definito tempore, carnem ex Virgine sumere, in eaque terra benedicta plantari ut arbor vitæ, pro maledictione contrulisti benedictionem, & captivitatem illam durissimam, cui populus tuus ab initio, sub iugo diaboli ob transgressionem primi Parentis addictus fuerat, avertisti à nobis, inimicis qui

(S) Richard. à S. Laur. de Laud. Mariæ. 9. tit. 3. Naum c. 3. v. 8. Lyr. in Gloss. sibi Ioseph. 1. Antiq. 2. c. 16. Abraham Ortelius de situ urbium. Cornel. à lap. Bibl. Chald. Tigurin. & alij. Lyr. ibidem. D. Hilar. in Matb. c. 12. D. Hier. in Ionam. alijque Marius de Calassio Conc. Hebr. tom. 4. Haye Bib. Max. tom. 18. Richard. à S. Laur. lib. 9. tit. 3. & lib. 11. tit. 6. Daniel Agric. Coron. 7. Stella 2. Richard. loc. cit.

(T) Psal. 84. v. 1. Alenf. Arguatus. D. Andr. Cret. de Nativ. Mariæ orat. 2. Absalon Abbas ser. 3. de Purific. ord. 16. Bibl. Syr. Haye, & plures in Bibl. Max. Ambros. Catherin. in Opusc. de Immacul. Concept. 9. Persuas. Alphos Orozco in Encom. Mariæ orat. 2. pro Concept. Iacob. de Valin Psal. 84. v. 1. Titelman. Lorinus. Genebr. Cassiodor. Franciscus à Paulo. Richard. à S. Laur. lib. 8. Laud. Virgin. Gloss. ad ser. 3.

Maria, terra benedicta, nos protegens.

Maria Civitatem Dei, Ecclesiam videlicet ut murus aqueus munit.

qui nos tenaciter detinebant, devictis. Hæc omnia ferè noster Titelmanus. Optima igitur illatio ista: *Benedixit Dominus terram suam, idest Mariam, ex qua nasceretur: Ergo reducta est captivitas, & excusa prada; siquidem antequam Maria nasceretur, captivabat diabolus totum genus humanum.* Hæc etiam Richardus. Terram aquis cinctam turbam hominum non exiguam continentem cõsidera, cum litera: **IBI LICET ESSE SECURUS.** Sub tutela enim Mariæ periclitatur nullus, delitescit fugiens periculum, captivitas, quos eius gratiarum aque circumdant, nec invadit, nec minatur; omnia prospere eveniunt devicta invasione hostili, ac elusa. *In terra enim Mariæ qui habitat, nullas timebit insidias.* Ait Glossa, apud Biblioth. Virginalem. Maria, Matris pijsimæ instar filios nutrire nescit, nisi ab imminetibus hostium tueatur insidijs. Id sibi velle Sponsam & nobis indicasse, dum dixit Cant. 8. *Ego murus, & vbera mea sicut turris: Ex quo facta sum coram eo, quasi pacem repere-*

(V) Cant. c. 8. v. 10. Biolana-
xim. Aquila,
Syriac. Sept.
Haye. Alenf. in
Cant. Gal. in
Aphor. sm. Bar-
thol. Angl. c. 5.
c. 34. Georg.
Ritherus in
Axiom. æcon.
Plutarch. in
Cat. mai. Gellius
Noct. Attic. lib.
12. c. 1. Alanus
de Insul. in c. 1.
Cant. Alant
Varenf. de Lau-
dio. Mariæ se.
5. Iuvens. in
Chabolic. verb.
Thus Theatr.
Vit. Hum. D.
Isidor. Pictav.
in direff. Gui-
lielm. in cap. 8.
Cant. v. 10.
apud Cornel. à
Lapid.

riens. (V) Alij Turres habent: nec sine causa; quidquid enim in Maria reperitur, propugnaculum sapit, nostram exprimit defensionem, murumque fortitudinis ad hostes arcendos. Sed tamen quid vberibus cum turri? Vbera namque mollia sapissime sunt, nec arguunt valetudinem, dum indurefcunt; quorum blandities papilla infantes allicit ad sibi vilissimum sumere nutrimentum. Idcirco nil commune esse videtur vberibus cum turri. Absit nihilominus. Virgo, ad Puerorum valetudo ab vberibus sumit incrementum, quæ carne molli, & alba composita, per glandulosas cordis venas sanguinem extrahunt, qui vi caloris nativi in ipsis mamillis albescit; ne potum infantes cruentum perhorrescant. Lacte autem mores, virtutesque infunduntur nutricis. Cum igitur Maria inter Spiritus S. dona sibi coelitus communicata, fortitudinem acceperit, unde murus intransgressibilis facta est; nos ad sua nutrienda vbera pietatis, fortitudinem induere adversus potestates tenebrarum, ac virtutes quibus muniamur, compellit: Nam vberibus suis fidelium populum, tanquam mater filium lactavit. Cuius vbera, non dura præcepta, sed gratiam nobis exhibent, & peccatorum abolitionem. Hæc ex vno, & altero Alano desumpsit. Turris ergo vbera Mariæ dicuntur: Nam Turris a terrendis hostibus, ut prædixit, dicta est; dumque demones aliquos vident lacte sue miserationis à Maria nutriti, imbelles terrentur, su-

giunt, qui sibi incommodi ominantes: Id fatetur ipsa Virgo sic inducta à Guiljelmo dulciter fans: *Ex quo sensi me in utero habere de Spiritu Sancto, tanta potentie, tantaque clementia facta sum, ut omnibus ad me confugientibus non tantum murus sin ad nutriendum, sed & mater ad nutriendum; & talis mater, cuius vbera sunt sicut turris, idest, cuius materna pietas non tantum parvulos nutrit, sed eis hostes inaccessibiles faciat.* Turris in montis vertice locata Scripturam hanc ostentat: **SOLO TUETUR, ET ARCET.** Maria, sua sub vmbra nos sancte defendit, pellitque à finibus inferiorum colonos: Quare vocatur à D. Ephren Syro, *Vallum fidelium*, quia alveo suarum vallata virtutum, *Virtus Pugnantium est, & Palma victorum*, iuxta Augustinum, quæ *Turris est eburnea, & Davidica Christianorum, edificata eum propugnaculis.* (X) Omnem ergo, dum à Tartaro Principe oppugnatur Spem in Mariam nostræ tutelæ turrin iaciamus, ut inimici eludamus facilius arma: etenim ipsa *Turris fortissima est, & Turris spei nostræ*: ut habent Divi Bernardus, & Bonaventura. Nec omitam id ad hæc, quæ de se ipsa perhibet Eccl. c. 24. *Ego quasi libanus non incisus vaporavi habitationem meam.* Libanus, frutex est, & arbor, suavissimum Thus emittens, estque arbor similis lauro in cortice, & folijs: Quare et si masculi ponatur generis, obstat nihil, quia Scriptura solum attendit ad sensum spiritualem, non grammaticalem. Lachryma autem illa Thurifera sponte manat, nec patitur ictus vi reclusum emittere odorem. Hic autem Mariam loqui, & textum de ea, nullus dubitat. Sed cur huiusmodi etiam Maria comparatur arbori? Nutritur in Libano, in candore utpote, unde fructum emittit candidum, de quo dixit, *dilectus meus candidus*; nec nisi radices suas hæc abor Mariana, in candore figit, ut pateat non à tetro processisse principio, sed à candido, & immaculato. Hæc ergo cum sit habitatio sua, perfunditur gratiæ omnis odore, ideoque ait, *vaporavi habitationem meam*: Sic ut onipis in eam qui se recondit, suavissimo huius Libani odore perfundatur. Sed ad quid? Perpende. Inter eximias Thuris Virtutes, una (nec ex infimis) est à cubiculis ubi crematur, demones arcere, & effugare, ut noster B. Amadeus testatur. Sic odore virtutum Mariæ Angeli tenebrarum effugantur. Quasi Libanus igitur non incisus evaporet Mariæ habitatione suam, Ecclesiam videlicet, aut fidelium

Maria, murus ad nos nutriendum, & Turris ad terrendos demones.

(X) D. Ephren
Syr. in Laud. B.
Mariæ Virg. D.
Aug. ser. de Na-
t. Mariæ. D.
Ber. ser. 4. super
Salve Reg. D.
Bonav. in Psal.
min. Alenf. ad
c. 24. Eccl. v.
21. Elin. l. 2. c.
14. Lyr. in Glos.
Angl. c. 17. c.
73. B. Amad.
de Laud. Virg.
Hom. 2. Alenf.
in Eccl. c. 24. v.
12. Angl. loc.
cit.

Maria, velut
Thus, redo-
lens, demones
nos per-
turbantia effu-
gat.

mentes, vt sic effugentur animarum aduersarij truces. Thus fragrans, virgulaeque emittens fumi odoriferi, hoc dicto notatur: PELLVNTVR ODORE NOCIVA, Etenim sibi etiam proprium est aerem mundificare, & cadaverum foetorem auferre. Mariae id congruit, potestates tenebrarum harum exterminanti, & foetorem peccatorum, suarum odore virtutum eliminanti, ne fidelium cordibus spirituale aliquod ingerant nocumentum.

219 Fluvius insuper hic, nostram cordis circuiens munimine civitatem, etiam secum levia trahit, raptimque vna secum ducit, quousque ad immensum deferantur mare, quod est iuxta Tronum Dei. Maria fideles non gravibus peccatorum ponderibus gravatos (Y) ad suum attrahit sinum, & suarum vi gratiarum etiam trahit ad Deum. Hinc in *Principio creavit Caelum, & terram*. Gen. cap. 1. Id est, continens, & contentum, sive omnia, quae in eis sunt; Vt habent Magister Histor. Schol. & Lyranus. Vnde pensandum non est, creata ab aeterno fuisse, sed habuisse principium in initio sui, ait Parisiensis Haye: sed quodnam hoc principium, in quo omnia suum stabiliunt, suumque profectum? Plures legunt in *Sapientia*. Quae ex ore altissimi procedens, non guttas, sed effudit flumina Gratiarum totum irrigantia Orbem Eccl. c. 24. Omnia vt aliquid essent ad se traxit ex nihilo, impatiens in se sola contineri. Illa autem Mariam aptissimè etiam figurat: *Filius enim, cui Sapientia attribuitur, sic se in hac benedicta Virgine descripsit, vt eam sapientissimam fecerit*. Per hanc mundus infatuatus salvatur, ait Daniel Agricola, Caelum iustis impletur, omniaque ad Deum trahuntur. Hoc noster Galatinus ex Rabbi Ankelos sic pandit: *Propter Sapientiam creavit Deus Caelum, & terram: hoc est amore intemperate Virginis, quae est mundi sapientia, creavit Deus Caelum, & terram*. Antequam Deus decrevisset vniversum condere, Virginem praedestinavit, vt esset exemplar, & finis non vltimus illa condendi. Per aquas ergo virtutis, & gratiae, quas effundens flumina, haec Sapientia Virginalis communicat, vehuntur qui non delictorum gravi onere obruuntur, & ad sublimia levantur, nec patitur Maria in profundis immergi, quos videt suis in purissimis limphis meliorem auspicari vitam, & secundam quaesivisse aeternam. Flumen spicas, paleasque deferens hoc insignitur lemmate: AD LITTORA PORTAT.

Lapides enim, aliaque obdurata corpora mixtorum numquam à profundo sublimantur, suomet pondere pressa: at festuca, spica, leviaque alia blande sustinet & aqua, & ad mare, vel ad secuta littora vehit. haec fideles repraesentant fructus bonorum operum opimos: vt enim Job. c. 24. Habetur, *sicut summitates spicarum conteruntur*. Ideo hi, & totus mundus amore Beatissimae Virginis non solum conditus est, sed etiam sustentatur. Afferit Galatinus. Et vt D. Fulgentius profert, *Caelum, & terra iam dudum ruiissent, nisi Maria precibus sustentasset*. Ex quo mihi valde placet in Mariae gloriam, nostrarumque animarum salubrem emolumentum, illud praemonere ex verbis Isaiae, in quibus Dominus de Ierusalem (quae Mariae symbolum est, ex dictis) eamque diligentibus, ac de eius gloria letantibus, delitijsque affluentibus, sic loquitur: *Declinabo super eam, quasi fluvium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam sugetis*. Isa. c. 66. (Z) Alij habent, *tanquam fluvium, pacem*. De seipso Dominum loqui, sept. docent, legentes: *Declino ad eos quasi fluvius pacis*. Per haec significari bonorum affluentiam, alij docent. Hac autem à Deo derivata utique in fine rigamur, non hoc solum, sed & ad vbera portamur, Benedictae matris Domini, sugentes dulcedinem, & saporem gratiae. Fluvius Maria quod sit, à fonte divinitatis deliciarum aquae gratias ebibens, probavimus ante, & de ea textum plures explicant. Sed cur pacis? Quia ad eius vbera portamur, ad modum infantium cum securi portantur in sinu matrum, fert Menochius. Pacis fluvius Maria est, nos placide recipiens, blandiens, ad portum Beatitudinis deducens. Maria sola est, *quae contulit mundo pacem, libertatem utique tranquillam*: nonque solum iucunda Pax est, sed salutaris, dat Tullius. Pacis fluvius Maria cur sit modo oportet inquirere. Fluvius, à fluendo dicitur, quatenus perenni aquarum decursu, omnium se exponit utilitati foliaque ab arboribus devulsa lene recipit, & amica pace ad ripas iterum conducit. Sic nostram Virgo satagit utilitatem, vt cum Pax sit optima rerum, incessabili effluxu ad nos eam protrahi disponat, cum per eam adipiscatur, *Serentitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium charitatis*, iuxta meum Parentem Augustinum. Sic portamur per eius aquas ab vbero consolationis Mariae. Fluvius placido, sed utili effluxu currens, inscriptionem

(Y) Richard. à S. Laur. loc. cit. Gen. c. 1. v. 1. Magist. Hist. Schol. in Gen. c. 1. v. 1. Lyra in sua Glof. ibi. Haye, alique orig. Targ. Hieros. Bibl. Syr. in Max. Alens. in Eccl. c. 24. Ambros. Tarvisin. c. 2. cl. 2. confid. 2. Daniel Agric. Coron. 12. stella 4. Rabbi Ankelos apud Galatin. de Arcan. 1. 7. c. 2. Idem ibidem. D. Fulgent. 1. 4. Mythol.

Mariae amore mundus est conditus, imo & ne pereat, sustentatur.

(Z) Isa. c. 66 v. 12 Sept. Bibl. Syr. Chald. Syr. Arab. in max. Adamus Delphius, & D. Aug. apud ipsum Alens. in Isa. Corn. à Lapid. Menoch. in Bibl. Max. ad c. 66. Isa. v. 12 D. Laur. Iustinian. de Cast. Connub. Cic. Philip. 2. & 3. Syl. Ital. 1. 11. Iansen. in Cathol. Berch. in diction. & Reduct. Anglic. Richardus à S. Laur. 1. 9. tit. 4. D. Aug. ser. 57. de Verb. Dom. Richard. loc. cit.

Maria, fluvius omnium utilitatis decurrès omnes sublevans à periculis, amore vt pia mater ad vbera portat.

nem monstrat: PROHIBET QVE COIRE PROCELLAS. Lene enim suos Maria sustinet, peccatos animo tranquillitatem imprimit cordis, cuius voluntas est prodesse omnibus; fert Richardus. Idcirco advertere sedulo oportet verba illa Osee cap. 11. Dicentis; *Trham eos in vinculis charitatis.* (A) Nutricis vicem Deus obit domui Ephraim, cum & sustentans, & levans, ne offendant in periculis, ne pereat in adversis. Ideo filios eius brachijs stringit, ad sanationem non tantum, sed & ad levamen: At, cur infinita illa Dei potentia, & fortitudo solo nutu potens fideles Ephraim salvare, eos trahere conatur vinculis charitatis? Quid hac, ultra eius præceptum, opus est? Arcanum aliquod in his involui non dubito; cum nulla alia virtute, quam charitate vnita fortitudini homines ad sublimia satagat attrahere. Maria enim Charitas est, & vt aeterni Patris Sponsa dilectionis, & Charitatis nomine gaudet, vt Parisiensis Haye, ac Cornelius habent. Videns ergo Deus Virginem ita ab hominibus dilectam, vt iusti eam appellarent suam Charitatem, & dilectionem, ea quasi amatorio vsus est vinculo, vt eos ad se raperet, levaret ex imo, ne pati videretur eos ad ima detrudi. *Summitas namque Mariae Charitas fuit, ex meo D. Paduensi Antonio; & eadem cum Christo, sicut cum eodem est Deipara vna caro*, vt fertur à Carnotensi Arnoldo. *Magnes autem amoris amor est*, & quo Maria Deum ad se attraxit, vult & homines attrahi per Mariam, quæ semper Charitatem suam erga genus humanum clarissimè manifestat; dat Guilielmus Abbas. Aqua velociter currens spectantibus innumeris, dicto celebratur: OMNIBUS VNA PATET. Maria omnibus misericordiæ sinum aperit, qua velut altero charitatis vinculo fideles ad superiora evehit, ne luto peccatorum infigantur. Sic de Maria intelligit Richardus illud Isai. 60. *Populus tuus omnes iusti, in perpetuum hereditabunt terram.* Cœlestem Promissionis videlicet, nec in tenebrosis à tam cœlesti nutrice sustentatus miserrime habitabit. Id ipsum Salomonis lectio concludit. Eccl. c. 15. *Qui continens est iustitiæ apprehendet illam, & obviabit illi quasi mater honorificata.* Hæc datus Author exponit de Maria, quæ Mater honorificata à iustis filiis suis, blande suscipit illos, obvians remunerando. Numquam iustus ob iustitiam felicitate caret, vt scribit Plato; Nullus autem ex iustis felicior, qui toto corde emancipatur Virginis obsequio, ex

quo incrementa suscipit gratiarum, dum Mariæ parens præceptis, iustitiam sibi comparat sempiternam. Continens ergo ore, corde, & opere iustitiam, Mariam apprehendit, ne devius peragretur, dum de se illa dicit, *in vijs iustitiæ ambulo, vt ditem diligentes me.* Prov. 8. *Sive vt possessionem substantiæ parem diligentibus me cumulem.* Habent Bibl. Tigur. *Divitijs spiritualibus, quæ sunt Thesauri veri.* Glossat Lyranus. *Sive, esse perpetuum accipere faciam amatores meos iustos.* Hi, quasi ad portum Patriæ transfretaturi, apprehendunt Mariam, eiusque ope, dum suæ misericordiæ committuntur aquis, non submerguntur in profundum, sed nil periculi obviante, ad immensum, quo Deo fruuntur pelagus gloriæ deducuntur. Sic Plaudit Anselmus: *Per te, o Virgo, omnes iusti, qui obierunt, exultant dirptione captivitatis suæ. Per plenitudinem enim gratiæ tuæ, & quæ in inferno erant, se latantur liberata, & quæ supra mundum sunt, se gaudent restaurata.* Apprehendatur ergo Deipara, vt iustitia, quæ virtus universalis est, vt sic omnes induant, qui Mariæ obsequuntur omnes, quibus obviat quasi mater honorificata, vt eos dicet cœlestibus munifica charitmatibus, quibus abundat ipsa, eo quod honor præmium est virtutis. Flumen è terra Cœlos vsque delatum, hac notula inscribitur: AB I M B R E SERENUM. Mariano homines flumini se committentes, per eius apprehensas aquas, ad Cœlos vsque ducuntur, vbi semper serenum, placidumque est: atque adeo Maria sic apprehensa, nullum experiuntur obstaculum, quominus in quietis aeternæ Portum introducuntur. *Ipsa namque Virgo tamquam scala, & ostiaria introducit ad regnum vite perpetuæ.* Ait Patavinus Albertus. Alia meditantur ex Sap. c. 14. Vbi sapiens sic cum Deo alloquitur: *Dedisti, & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam.* Difficile est utique viam in mari reperire: nullum enim in illo relinquitur vestigium, (B) peracto navigantium scopo, nullumque signum transitus navigij, à ventis hinc, illincque deducti, nulla semita, quæ parva, & brevis via est. At Divinæ nil obstat potentiae, quominus in mari invio viam aperiat securam, iterque tutum, quo homines etiam blandientibus aquis ad portum perveniant. Alludit autem, exponente Lyrano, ad id quod filijs accidit Israel ad terram desideratam proficiscentibus, quibus Deus apertam dedit viam in Mari, Exod. c. 14. Sed mystico adhærentes sensui,

(A) Osee c. 11 v. 4. Arias Montan. Bibl. Arab. & Chald. Bibl. eadem in max. Bibl. Tigur. Vener. sept. & alij Corn. à Lap. Haye in cap. 2. Cant. v. 7. D. Anton. Pad. ser. Dom. 5. post Trin. Arnold. Carnot. Tract. de Virg. Maria Cornel. à Lap. in Osee 11. v. 4 & D. Aug. ibi. lib. 9. Confess. c. 1. Guilielm. Abb. in Cant. c. 1. v. 3. Richard lib. 2. Partic. 6. idem ibidem. Plato in Theet. Eurip. apud Ioann. Stob. Prov. c. 8. v. 20 Lyranus in sua aurea Glos. Haye in Conc. lit. Bibl. Tigur. in Max. & alij. D. Anselm. in opusc. de Virg. Maria, cap. 12 orat. 8. D. Greg. Magn. Arist. l. Ethic. 4. Albert Patav. ser. 63. de Nat. B. Virgin.

Maria à iustis apprehenditur vt mater, & ad æthera vt adportet, ab eis honorificata.

(B) Sap. c. 14. v. 3. Prov. cap. 30. v. 19. Tirin. Menoch. Berch. in diction. Lyra in Glossa ad cap. 14. Sap. Exod. cap. 14. v. 22. Lyra ibidem. Rupert. in c. 8. Apoc Berch. & plures, in suo diction. passim,

in Reduct.
Biblioth. Virg.
tom. 1. B. Ama-
deus Hom. 8. de
Laud. Virg.

In quodā ma-
ris sinu mag-
netici exur-
gunt scopuli,
Myſtice Chri-
ſtus, & Maria.
Richard. à S.
Laur. lib. 4. de
Laud. Virg.

fui, non penitus literali relicto, cum navi-
gantium linis, ad ſecuritatis portum ſit
devenire, quid per mare modo intelliga-
tur, videndum eſt. Navigamus in hac vi-
ta omnes, ſpem animo concipientes ad
deſideratum gloriæ pervenire portum.
Occludit miſer peccator ſibi ipſi viam,
iter vitijs concutiens nec arripit, nec inve-
nit. Non iuſtus ita, diabolici Pharaonis
fraudes eludens à virtute devias; ſed con-
ſidenter Maris ſe fluctibus committit, fe-
licioribus potiturus oris: ſed qua fide?
Eſt Maria mare pervium, in quo mons
Chriſtus miſſus eſt, vt ad vtrumque re-
torquentes oculorum mentis aciem, in
vtròque ſalubrem experiuntur portum.
De quibuſdam ſcopulis quadam in parte
maris exurgentibus, (à Pictavienſi tradi-
tur) magneticæ naturæ quos Author ſu-
premus creavit, dum naves, navigantes-
que ad illos deveniunt ſinus, ſic tenaciter
ſibi cogunt adharere, vt nulla valeant hu-
mana arte diſolvi. Magnes Chriſtus, qui
omnia trahit, Magnes Maria: Et dum ille
vt Petra refugij in Mari Mariæ iacitur, &
exurgit, trahuntur homines per ſecuritatis
viam, in nullo deinceps offeſuri. Id ge-
minato det Noſter Amadeus ſic: *Mirabi-
les elationes maris ſolo nutu compeſcit
Maria. Mare quippe præſentis ſæculi na-
vigantes, ſequæ plena fide invocantes, ab
impetu procelle, & ventorum rabie eruit,
eoſque ſecum oſtendentes ad littus feliciffi-
mæ Patriæ perducit.* Scopuli magnetis
concipientes virtutem, naves è longinquo
ad ſe, portum quæ trahentes, ſignant epi-
graphen: **VIS OCCULTA TRAHIT.**
Chriſti videlicet, & Mariæ, qui etiam in
invidiæ viam demonſtrant, vt facilius ad
Patriam tranſvolemus. Id monſtrat Ri-
chardus dicens: *Dulcis Maria inceſſu: vnde
dicit Eccl. 24. In fluctibus Maris am-
bulavi, ſcilicet cum familiaribus meis, vt
ipſos eriperem à naufragio peccatorum.*

220 Flumen lapſu præcipiti ſemper
currit, quærens cui beneficiat, vel ſitim
ſedando, vel ſe per arua irrigans infun-
dendo. Vide Mariam, omnium gratiarum
flumen, quæ vt ſuos irrigaret gyrum cœ-
li circuevit, in fluctibus maris ambulavit,
profundum penetravit Abyſſi, vt omni-
bus ſuorum chariſmatum ſuppætiæ expe-
rimento ſalubri communicarentur, *Ma-
ria ſiquidem (Noſter dat Agricola) mag-
nis beneficijs nos ditavit, propter quæ me-
rito coronari promeruit.* (C) Ipſa idip-
ſum protulit verbis à Salomone præmiſ-
ſis ſic: *Transite ad me omnes, qui concu-
piſcitis me, & à generationibus meis im-
plemini.* Eccl. c. 24. à devijs deviare oportet,

vt in Mariæ gratiam tranſſeamus, cui-
us viæ non obliquæ, ſed rectæ omnimo-
de patent. Ideo dicit, *transite ad me om-
nes, per cognitionem, & amorem: nam om-
nibus plene poſſum ſatisfacere*; ait Lyra-
nus: etenim *in me omnis gratia, ſeu vita
gratioſa*: Ergo *transite*, non ad tranſito-
ria, delicias mundi nempe, quibus anima
virtutibus areſcit; ſed ad me; nam *qui me
bibunt adhuc ſitient*, quia reſectio ſpiri-
tualis, quam dabo, adhuc maiori deſide-
rio corda accendet, vt ulterioris beatifi-
cæ ſiant participes, & *plenius habebunt
in cœlo.* *Transite* ideo *ad me*, & à *genimi-
nibus meis implemini*, vt alij legunt. Ge-
nimen, germen eſt, à quo provenit fru-
ctus, & qui proceſſit à Virgine benedi-
ctus ventris ſui, implet omne animal be-
nedictione; Pſal. 144. imo, & implet om-
nes habitatores terræ. Jer. c. 13. ſed aliam
meditemur lectionem ſic habentem: *A
proventibus meis optimis implemini.*

Transite ad me, ſicut Cervus ad fontem
properans, qui conſoſſus vulneribus, ſiti-
que fatigatus, dum aquas ebibit, ſanita-
tem recuperat, ſitimque delitioſe ſedat.
Sic peccatorum ictibus laceſſiti, ac gratiæ
donis orbat, interiusque aridi ſuum mi-
hi adaperiant cor, ad me cognitione, &
dilectione tranſeundo, vt aquis virtutum
meis tranſeam etiam benefaciendo, eo-
rumque ariditatem ſpiritualiter irrigan-
do. Nullo cœleſti Charifmate Maria ca-
rer, vnde eius larga pietas ſemper ſuſci-
pit incrementum, in vno ex fidelibus in-
gerens charitatem, in altero devotionem,
in hoc puritatem cordis, in illos deſide-
rium beatitudinis: Sicque quaſi fluvius
omnes circuit, irrigat, animi ariditatem
eliminat, in bonos cogit coaleſcere fruc-
tus, ex quo hominum corda Virginei ad-
implent proventus. Vnde *Aqua ductus
Maria eſt*, vt ait Ambroſius: quia, quaſi
per eam omnia ad nos cœlorum bona de-
rivantur. Fluvius oppida lambens, cir-
cumdans arua, ſcriptum fert: **NEC MO-
RA, NEC REQUIES.** Benefaciendi ſci-
licet in Mariano fluvio reperitur: etenim
Virgo ſubveniendi ſedula, *dignos ſeipſa
circuit querens, & in vijs oſtendit ſe illis
bilariter; velocem illis exhibens proſectū*;
exponit Lyranus. Vnde mire fructus præ-
mio dignos emittant, Sap. c. 6. Talique ir-
rigatione mundi corde evadant, & mu-
niantur vndique. Hoc ipſum indigitat
Salomon ipſe, cuius hæc de Maria myſ-
tice intelliguntur verba: *Benedictio illius
quaſi fluvius inundavit.* Eccl. c. 39. (D)
Remuneratio divina, Benedictio Mariæ
eſt, ait Lyranus; quæ roſis inſtar è cœlo

dem. Alexand.
Alenſ. Haye in
Bibl. Max. Ti-
telm. & alij.
Lyr. ibi, v. 29.
Eſtius in Bibl.
Max. ibi. Haye
alijque. Pſalm.
144. Jer. c. 13.
vide Gloſſ. ibi.
& Heſt. Pint.
Bibl. Syriac. in
max. Richard.
à S. Laur. l. 4.
tit. 22. large D.
Ambroſ. Erem.
in Nativ. Virg.
Maria. Rich. l.
9. Tit. 15. Sap.
c. 6. v. 17. Lyr.
in ſua Gloſſ. ibi.
Alex. Alenſis
in Sap. c. 6.

Maria, ſedula
benefaciendi,
omnibus lar-
ge ſe commu-
nicat, & ſua-
rum beneficia
gratiarum.

(C) Daniel
Agric. Coron. 3
ſtella 1. Eccl. c.
24. v. 26. Lyr.
in ſua Gloſſ. ibi.

(D) Eccl. c. 39.
v. 27. Lyr. in
Gloſſ. Janſen.

Alensis. Berch.
in direct. tom. 1.
Lyra, & Tirin.
ad Ijai. cap. 36.
v. 16. Guarric.
Abbas ser. 3. de
Assumpt. B. Ma-
riae. D. Bonav.
in specul. eccl. 1.
D. Bern. ser. 3.
super Missus est
Richard. à S.
Laur. lib. 5. de
Laud. Virg. D.
Paul. 1. ad Cor.
cap. 15. Alanus
de Insulis in
Ante-Claudia-
no, lib. 5. de Epi-
ret. Mariae. He-
manus Con-
tract. in Cant.
Salve Regina.
Bibl. Syriac.
Daniel Agricola
Coron. 3. stel-
la 7. Eccl. c. 24.
v. 25. Lyra in
Gloss. Haye,
Alensis, alijque.
D. Hier. apud
Alanum Varen-
nium de Laud.
Mariae ser. 1.
Psalm. 22. v. 2.
Lyra, Titelm.
Genebrad. Lo-
rin. Alensis, &
fere omnes. Ps.
22. Thomas Lor-
gius. Avicenna
lib. 7. de Ani-
malib. Genebr.
in Psalm. 22. v. 2.
Iacobus de Val-
late, & optime.
Daniel. Agric.
in Coron. 10.
stell. 7. Lanuens.
in Cathol. Verb.
educat. Berch. in
diction. verb.
Nutrire. D. Bo-
nav. in Psalm.
Virg. Pictav. lo-
co cit. Cant. c.
1. v. 3. Lyra in
Gloss. libi. Berch.
aduct. Histor.
Alexandri Ada-
mus Brouverus
in Salut. Angel.
Coron. Anglic.
de rer. Propiet.
lib. 6. c. 10. D.
Anastastus Sy-
nait. de Annun-
tiat. Virg. ser. 1.
D. Ambros. in
Psalm. 35.

virtutæ auroræ delabitur, & herbas, ho-
mines, qui tamquam herba transeunt, &
ut flos agri efflorescunt germinare vir-
tutibus, bonoque virefcere exemplo com-
pellit. Beneficentiam quandoque scriptu-
ra benedictionem vocat, ut advertit Ly-
ranus; atque adeo omnis beneficentia in
benedictione Mariæ ingeritur, ut omni
interiori, exteriorique felicitate polleat,
qui ab ea benedicatur. Accipe, quod
Mariæ specialissima est, & communis erga
nos. Est benedictio Mariæ, specialissima,
quia ex maternalibus vberior, nec pri-
mam similem visa est, nec habere se-
quentem, ex qua ita pingues vtriusque
hominis homini cœlestes proventus de-
riventur. Est communis, quia nemini de-
negat sua gratiæ beneficia, ex quibus
adimplentur vniuersi. Id Guarricus Ab-
bas sic promittit: *De benedictionibus suis
Maria metat, & qua benedictionem om-
nium gentium seminavit, benedictionem
omnium gentium singulariter excipiat.*
Plena est Maria omni benedictione, quæ
omni benedictione orbem implevit; &
nec sibi impensas à Deo benedictiones
sustinens retinere, eas large rationalibus
impendit creaturis; vnde tornatiles ma-
nus habet, quia ad benefaciendum prop-
tior est omnibus Sanctis. Dat Richardus.
Ideo *quasi fluvius inundavit* Benedictio
Mariæ: sive *Aspiratio eius quasi fluvius.*
Emortui enim eramus in parente primo,
eiusque omnibus necem intulit pravari-
catio: quia *in Adam omnes moriuntur*, ut
ex Apostolo liquet: & sicut in Christo
omnes vivificantur, sic, & in Maria, &
per Mariam; nam hæc est *vita via*, imò,
& vita ipsa, ut proferunt Alanus de Insu-
lis, ac Hermanus contractus. Penè nos
ergo emortuos Maria ad vitam revocat,
ad se nempe, quæ cum filio vita est, ut
eius flatu super nos deducto ad vitam
animæ resipiscamus, non amplius peccato
morituri. Talis ergo super nos diffundi-
tur benedictio Mariæ, ut beneficijs nos
locupletet, ariditatem cordis depellat, no-
vam virtutem inducat, vitam inspiret sa-
lubriorem. Vnde *mortuorum vivificatio
Beata Virgo digne nuncupatur*; ait Da-
niel Agricola. Et benè, nam ipsa dixit
Eccl. 24. *In me omnis spes vita, & virtu-
tis.* Vbi addit Lyranus *quia à me proce-
dit.* Fluvio per agros se lene, ac vtiliter
spatianti adiunges Gnomam: AFFLUIT,
AC EFFLUIT. Maria benedictionibus
affluendo, vtiliter etiam effluit, suas nobis
gratias communicando in commodum
vniuersale fidelium. Adsit Hieronimus
dicens: *Maria, verè gratia plena, per*

*quem largo Sancti Spiritus imbre super-
fusa est omnis creatura.* Supremam Su-
premi datoris, à quo omne bonum bene-
volentiam explicans David Psalm. 22. in
hæc prorumpit: *In loco Pascuæ ibi me
collocavit: super aquas refectiois edu-
cavit me, animam meam convertit.* Ad-
verte, ut beneficia è cœlo Ecclesiæ com-
municata recolit, ne ingratitude dum
ea fileat, obiurgetur. In loco Pascuæ fide-
les reficiuntur, *id est in Ecclesia, ubi ipsis
datur Spiritus Sanctus, qui replet, & sa-
tiat*, & quo evadunt refecti, id est bis facti,
quia intrinseca sunt membra Christi. In
hac cœlesti Pascua nos refici oportet, ubi
currunt aquæ salubres, nullo labefactæ
veneno. Oves si ex aqua sulphurea bibât,
ut dat Avicenna, moriuntur. Talis aqua
in mundanis reperitur Pascuis, ac delitijs,
ex quibus degustantes pereunt homines,
fœtore admixto peccati deficientes. Pas-
cua Christi ex opposito se habet, nam pas-
centi non tantum se exhibet potabilem,
sed & pingue facientem, ut non sit tan-
tum apta potui, sed & vitali sangina-
tioni; docet Genebrardus. Aquæ autem
huius Pascuæ, quæ consolationis sunt, &
gratiæ Spiritus Sancti, devios à virtute ad
se trahit, suavi pastus, ac potus dulcedine
alliciens. Origenes, conversionem hic
describi in sensu tropologico declarat. At
ad Mariæ gloriam deducamur. Aquæ istæ
consolatoria, placida, refrigerativa leni-
ter ducentes animam, ac resocillantes
sunt, ex quo Mariano flumine nos ut irri-
gent, proficiunt. In Maria gratiarum om-
nium aqua reperitur, & omnes ad quos
pervenit aqua ista salvi facti sunt, etenim
Deus eos collocavit in loco Pascuæ Vir-
ginæ salutaris. Daniel Agricola id con-
cinit ita: *Pascit Maria fructu digniori
in quo plena est, & vera refectio.* Sed cur
in Pascuis Mariæ fideles educari dicun-
tur? Educare, nutrire, eligere est. Sicque
electi à Virgine in Christi Pascuis (quæ
Mariæ sunt, educantur, quia ab ea nu-
triantur. Ideo Seraphicus Doctor eam
appellat *nutricem sanctitatis, cuius lacte
omnes, qui umquam fuerunt eruntque
iusti, & sancti aluntur.* Educat igitur nos
Maria super aquas refectiois, per quas
intelliguntur omnia spiritualia nutri-
menta, ut dat Pictaviensis. Eam vnde sic
sponsus advocabat omnium votis, *trabe
me, post te curremus in odorem unguento-
rum tuorum.* Cant. c. 1. Id est, *tracti effe-
ctibus bonitatis tuæ.* Commentatur Lyrā-
nus. Arborum odore, & ymbra solum,
homines in Ethiopia nutriri, legimus ex
Historia Alexandri. In nostra Pascua sa-
lu-

subriores arbores reperire est, Christū videlicet, & Mariam: ille *lignum vite*; hæc vita, & dulcedo. Ad hanc ergo Pascuam adeamus, ut nutriamur intermorituri. Hortus plantis, ac arboribus locupletatus, & aquis irriguus, hanc ostendit notulam: **DAT CIBOS, POTVMQVE SALVTIS.** Pascua Mariæ numquam sine Jesu, sine salute numquam; sic omnia bona adventantibus confert, nil denegans quod in nostrum vertatur spirituale nutrimentum. Ipsa etiam nutricis obiens officia, nunc manibus, nunc genibus, nos relevat, & subleuat, & ad cibum nos invitat Angelorum, in suo vtero compactum. Id profert D. Anastasius Sinayta sic: *Salva sis ergo, Mater pariter, ac Virgo, vitæque cibus, ac fons immortalitatis: ex te enim is prodijt, qui interemit corruptionem, ac mortem destruxit.* Et D. Ambrosius addit: *Maria coelitus veniens cunctis Ecclesiam populis cibum dulciorem melle defluxit.*

221 Flavius Pluviarum augefcit beneficio; unde e cælo mutuatur quidquid in eo incrementi reperitur, quod placidis, plenis, sed silentibus decurrens vndis testatur: *Altissima namque flumina minimo sono labuntur*; Inquit Curtius. (E) Mariæ hæc imago est, quæ profectum suum nata à Bonitate Divina, dum ad supremam altitudinem Dei maternitatis eligitur, Ancillam Domini se esse profitetur. Hinc Divina gratia augefcit, & prope crescit Maria in immensum. David intelligo id cecinisse. Psal. 67. dicendo: *Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tue.* Hanc Dei hereditatem, quam Deus ab initio possedit, Mariam esse, explicat devotissimè Richardus. Imò D. Amphilocheus Iconiensis, Virginitatem Mariæ possessionem, & hereditatem Dei esse, germen numquam exarscens, Vitæ institutionem, & vitæ laudabilis ornamentum, lepide adstruit. Legunt autem alij sic textum: *Elevasti Deus hereditatem tuam.* Mariam ad tam supremum Deus dignitatis gradum erexit, ut hæc hereditas addicta sit non solo, sed cælo, ita ut e sinu æterni Patris ad suum revocaverit finem, Patris æterni Verbum, & huiusmodi virginæ fecerit hereditatis fructū, qua elevatione, dignitate, & altitudine nulla maior, equalive. *Hoc solum de Sancta Virgine predicari* (Pandit D. Anselmus) *quod Dei mater est, excedit omnem altitudinem, quæ post Deum dici, aut excogitari potest.* Alijs legisse placet, *pluviam liberalissimam distilas.* Non est hic difficile largum fieri divitem: Deus enim

qui dives est in omnes, qui invocant illum, sic suas opes large hereditati suæ commisit, ut ei seipsum dederit factus homo. Nec ob id miror, Virginem se Domini ancillam fateri gratiarum recipientem ab eo plenitudinem, nam *Principum dona sunt auctoramenta servitutis.* Liberalitas etiam à verbo Hebræo *Nedhabah*, cum magnificentia reciprocatur: ex quo, Virgo dixit, *fecit mihi magna, qui potens est.* Luc. cap. 1. *Idest, magna mysteria, qualia nemo umquam comprehendit.* Glossat Perpinianensis noster Angelus. *Fecit Deus Mariam esse Reginam Angelorum, habere Deum filium, & doni Spiritus Sancti contulit*; profert Doctor Doctorum Alensis. Liberaliter ergo se Deus habet circa Virgineam hereditatem suā, dum pluviam donorum omnium cælestium infundit, seipsum ut vitæ germen in ea plantat, nil ultra melius ipsi infundendum. *Pluviam voluntatum* alij vertunt. Confortem Deus in suo velle voluit habere Mariam, ut huius non humana, sed pene divina videretur voluntas, sic ut tot in divinos semper abiret affectus: Imò, *omnino erat una Christi, & Mariæ voluntas.* Ait Carnotensis Abbas. Si autem ad humana aliquoties convertatur, id exequitur ut pia mater, donec formetur Christus in illis, quos charitate parturit, ut docet meus Parens Augustinus. *Voluntatum Pluvia* ista est, eam Mariæ hereditati commendans Deus: nam sicut voluntas omnes potentias trahit in suum finem: sic cum Maria tota sit plena amore, & voluntate erga Deum, omnia ad illum trahere conatur ut ad ultimum finem. Hic Alanus dixit: *Sine gloriose Virginis fide, qui Christum querit, errare potest.* Pluviam ergo voluntatum Deus suæ infundit hereditati: etenim etsi in Deo simplicissima una reperiatur voluntas, terminativè tamen omnium voluntates attingit, cum eis Deus cooperans Physicum esset rerum. Voluntatum inde, non voluntatis pluvia impensa Mariæ est, quasi quod omnium voluntates ab ea trahuntur, allicit omnes, etiam Deum. *Ipsa enim est, ad quam respicit omnis creatura.* Ait Bibliotheca Virginalis. Tandem ex Biblijs legitur Syriacis: *Pluviam voti concessisti hereditati tue.* Et sani voti est pluvia concessa Mariæ, dum Prophetarum ad eam aspirabant nascituram; imò omnium vota, & desideria, ut compleantur, ad Mariam tendunt; etiamque (fas dicere sit) desiderium collium æternorum. Sic eadem Bibliotheca Virgin. scribit: *Desiderium subintrans Mariam, elevatur inde,*

vitatib. Quæst.
5. Alanus in r.
5. Cant. v. 17.
Biblioth. Virg.
tom. 1. pag. mi-
501. col. 1. lit.
A. Bibl. Syr. &
Arab. Haye in
Conc. lit.

(E) Quint. Curt.
lib. 7. D. Luc. c.
1. v. 38. Ps. 67.
v. 10. Richard.
de Laud. Virg.
lib. 4. tit. 26. D.
Amphilocheus Icon-
iensis. Hom. de
Purific. Mariæ.
D. Anselm. in
Opusc. de excel-
lent. Virg. c. 2.
D. Hier. in Bi-
bl. Max. Arist.
lib. 5. Ethic.
Muis. apud la
Haye. Eurip. a-
puud Demosth. in
argu. lib. Thea-
tr. Vir. Hum.
verb. Liberali-
tas. Luc. c. 1. v.
49. B. Angelus
del Pat. in cap.
1. Luc. v. 49.
lib. 2. cap. 46.
Alex. Alex. in
Cant. Magni-
ficat. Tiob. in
Bibl. Max. Ar-
nold. Carnot.
tra. de B. Virg.
D. Aug. de Virg.
c. 5. & 6. An-
ton. Bituntinus
de Maria festi-

Biblioth. Virg.
t. 3. p. mi. 172
col.

colun. 1. lit. B.
Arist. de Anim.
apud Andr. a.
Eboren. D. Da-
mascen. de Na-
tiv. Deip. orat.
1. Curtius. l. 7.
Lyra in Gloss.
ad Ps. 67. v. 9.
Menoch. in Bi-
bl. Max. Ales.
Titelmanus, Lo-
rin Incognit. Ia-
cob. de Val. Ge-
neb. Puteus, &
plures. Ambros.
Cather. de Im-
mac. Concept.
Virg. in opusc.
persuas. 16. cir-
ca med. D. Au-
gust. de Trin. l.
4. c. 1. lib. Fi-
lium, §. sed est
& ibi Gloss. lib.
Hæreditatis
119. de verb.
signific. l. repræ-
hendenda, §. C.
de instit. & sub-
stit. Genebr. Ly-
ra, Menoch. &
plures. D. Da-
masce. serm. de
Assumpt. Psal.
71. v. 6. Lyra
in sua Gloss. ibi.
Alens. in Psal.
& alij.

Reportat plenitudinem, & copiam gratiarum, quæ facit in hac vita hominem fructificare. Cum autem de natura voti sit eximiam asserere suavitatem, ut docet Aristoteles, ubi nostra foelicius vota, & desideria requiescent, quam in hæreditate Mariæ, quæ tota suavis, & decora est, & nostra suavitate, & dulcedine vota, ac desideria adimplere potest? Nam *Ioachim, & Anna tamquam spirituales montes stilarunt dulcedinem*: Id est Mariam, inquit Damascenus. Vota omnium ad Mariam impetu rapiantur, securum in ea finem consequutura. Ad nostræ sed revertamur Vulgatæ lectionem: *Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ.* Beneplaciti est pluvia hæc, quia Deo plenè placuit hæreditatem in qua ferenda erat natura humana assumptibilis perficere, ac omni modo sibi possibili ornare. Hæc *Pluvia gratia est*, iuxta Lyranum: siquidem displicuit Deo, quid in sua hæreditate enasci senticosum; sed omne pulchrum gratiosum, suisque oculis delectabile; unde nil quod Deo displicere posset, à principio plasimationis habuit. Iterato ad hoc advocatur Pius Dominicanus Ambrosius Catherinus scribens: *Numquid non verè Maria est terra unde Christus homo Deus manavit? Hæc terra fructifera, spectabilis, considerabilis, desiderabilis: Terra sancta, impolluta, super quam possuerat oculum suum dominus, ne contaminaretur. Terra super aquas plantata, præcipua inter omnes terras.* Voluntaria dicitur hæc pluvia gratiæ, quia gratis data Mariæ; non enim ex se libera fuit à peccati debito, sed ex gratia Dei præservata: *Dedit enim eam* (ait Augustinus Parens) *quia voluit, & quia decuit.* Mirabile hoc autem, ideo fecit Deus, quia hæreditas sua est, nullum alium agnoscens dominum: nam illa iure institutionis relinquitur filio, omniumque bonorum eius possessio, ut leges decernunt; Præferendaque est omni lucro. Maria, tota per amorem filij est, isque Mariæ totus; quapropter illa dicebat, *ego dilecto meo, & ad me conversio eius.* Cant. c. 7. Omnia autem bona in hac fecunda hæreditate reperta, filio ut domino cadunt; quia ex suo promanant irriguo: Ideoque omne lucrum in creatis repertum ferè ab illo nihili fit, ex quo hanc acquisivit hæreditatem. Terræ pinguisima portio, cæli abundè super ipsam pluyente, hac Gnomma inscribitur: *ASSIDVVS FOECVNDAT HVMOR.* Hinc Damascenus sic Virgini Plausit: *Et te Verbum Patris, Manna cæleste dulcissimum,*

(id est, pluvia voluntaria) *fructus absque cultu, corporaliter pullulavit.* Quia *pluviam voluntariam segregavit Deus hereditati suæ.* Hoc ipsum de Adventu loquutus Salvatoris, asserit regius ideim vates Psal. 71. *Descendet sicut pluvia in vellus.* Dedimus alibi vellus Virginem obumbrare, in quam *Verbum descendit imperceptibiliter: & sicut pluvia in vellere recipitur, & ab eo exprimitur sine corruptione velleris*; Ita Filius divinus, Verbum Patris in vtero Virginali se habuit. Descendit Deus in Mariæ vterum, nullum divinum esse amittens, sicque descendit cum plenitudine omnium gratiarum. Illa siquidem (ser Adamus Brouverus) *fuit vellus, in quo Dei filius instar ro- ris de cælo delapsi, cum universa divinitatis suæ amplitudine se collegit.* Ideo ut pluvia in vellus descendit, ut fecundaret, & inde nobis cælestia abunde infunderentur dona. (F) Sed cur velleri Maria pluvijs madido comparatur? Richardus ita respondet: *Quia vellus valde bibulum est, & in magna quantitate de pluvia recipit, & quod recipit facillima compressione refundit.* Sic vellus pinguescit Virgineum, ut postea nobis refundat gratiarum suæ pluvie incrementum. Vellus à manu compressum, & stillicidia propinans, portat epigraphen: *QVÆ RETINET, DONAT.* Hæc consona esse Mariæ ex Bibliothecæ Virginalis hisce deducimus verbis: *Maria dedit omne dandum, Deo mundo, Deum mundo, hominibus cælum.* Quid melius ex hoc exprimi potuit vellere Virgineo? Propemodum nihil. Insinuat id etiam Job. c. 9. dicens: *Radix mea aperta est iuxta aquas.* Se in modum arboris secus decursus aquarum fluminis plantatæ depingit; *arbor enim homo est, sed inversa, & rationis capax.* Radix eius caput est, in quo præcipuè potentiarum animæ organa relucent. Hæc radix aperta est iuxta aquas fluminis Mariæ: nec sine mysterio, nam *Arbor habens radices in humido, multiplicat sursum fructum*, inquit Lyranus: sicque homo ex humore gratiæ facit *fructum multiplicem bonorum operum.* Pleno autem (imò, & super pleno) à loco gratiarum Mariæ flumen decurrit, atque adeo plantata ibi arbor rationalis mire proficit, mire bonorum operum fructu pinguescit. Nam *Maria infundit humorem gratiæ iustis, & humorem misericordie peccatoribus.* Ait Albertus de Marquesijs. Sed cursola radix iusti iuxta aquas fluminis Virginei aperitur? Radix, origo arboris, & plantæ est, virtute cuius vis, & vita infunditur in ramos arboris, folia, & fru-

Maria, Dei Hæreditas, & terra omni benedictione repleta. Vellus item à quo nobis gratiarum dona derivantur.

(F) Adamus Brouverus in salut. Angel. coron. §. 7. Praxi 6. Richard. à S. Laur. l. 12. part. 5. c. 9. Bibl. Virg. t. 2. pag. mibi 679. col. 1. lit. C. Tirin. in c. 9. iudic. v. 8. Lyra in Gloss. ad c. 29. Job. v. 19. Alber. de Marquesijs in Cæli loq. Mor. de B. Virg. c. 76. Berchor. in direct. verbo Radix. Anglic. lib. 17. c. 39. Berch. loc. cit. & in Red. D. Isidorus, & alij. Biblioth. Virg. t. 1. pag. mibi 481. col. 1. lit. A. Daniel Agric. in Cor. 11. stella 5. D. Berdin. datus apud Daniel. Agricol. in Cor. 12. stella 7.

fructus; quatenus primo ab aqua ebibens virtutem, eam ad arboris partes copiose transfundit. Sic, & radix viri iusti, cor scilicet, & animus in Maria infigitur, eiusque virtutum mutuans influxum, sic proficit de virtute in virtutem, ut nil non laudabile, aut infructuosum in eo reperiatur: nam folia, idest verba sapiunt perfectionem, fructusque bonorum operum alijs abunde proficit in exemplum. Crocum imitatur iustus, quæ radicem in plures divisam habet, & in qualibet particula fructus reperitur. Radix ergo iuxta aquas Mariæ aperta, fructu bonorum operum abundat ex superabundanti influxu fluminis communicata, quin vel minima iusti actio sine fructu coalescat, sine virtute proficiat. Quæ Job in his verbis de se scripsit, Virginem proculdubio figuravit. Audi loquentem ita Bibliothecam Virginalem: *Ipsa Virgo bene comparatur Job, quæ omnes perfectiones virtutum, quæ in eo commendantur, ipsa in summo habuit.* Hos autem fluvius velut inundans communicat; quapropter in hac Daniel Agricola prorupit: *Ideo Mariæ dictum est Ave, quia in ipsam, & per ipsam venit plenitudo totius benedictionis.* Radix iuxta Fluvium terræ fixa, inscriptum habet: **IR-RIGVO FRVCTVS PROFERT.** Humana quid meriti diffundet voluntas, bonorum operum radix, nisi à Mariæ gratia irrigetur? *Idcirco tanto tempore defuerum hominibus fluentia gratiarum (Habet Bernardus) quia nondum intercesserat aqueductus.* Nil addendum ultra, nisi id quod scribitur Cant. c. 5. *Oculi eius sicut columbæ super rivulos aquarum, quæ resident iuxta fluentia plenissima.* Dum à longe has aquas Maria aspiciat, rivuli sunt, tenui currentes alveo: dum per pietatem, vel amorem in illis residet, fluentia evadunt plenissima, à Mariæ oculis gratiarum fecunditatem mutuantia. (G) Super rivulos aquarum Virginæ huius columbæ oculi respiciunt, quia Dominus super aquas multas, quem oculo respicit immobilis, & quo sublimius immensi regis cor aspiciat, eo profundius Divina gratia pietatis afflictorum, & misereri, & miseris succurrere novit. Profert noster Amadeus. Rivulos Mariæ oculi respiciunt, videlicet viam virtutis ingredi incipientes, ne ab incepto itinere retrocedant. Fluenta respicit, idest perfectos, eos adiuvando quousque ad sibi præfixum ultimum proveniant finem. *Mariæ enim oculi intellectus, & affectus sunt, ex Richardo: Illo omnes respicit ut dirigat, isto ut ad Dei, & suum fideles attrahat amorem. Respi-*

ciunt rivulos, & iuxta fluentia resident, quia ex aquis conspiciunt, quæ in præsentiarum fluunt, & illas quæ iam fluxerunt, & illas quæ affluunt, idest præterita, & futura, præcavendo omnibus umbram accipitis, idest diaboli. Omnes ergo respiciunt, residentes iuxta fluentia plenissima speculi Trinitatis, aut aquas sapientiae salutaris. Respexerunt Mariæ oculi præterita, dum ad mare immensum Beatitudinis transvolantibus, fuit tutela Beatissimæ Præsentia respiciunt, Peccatores nempe in mundi huius fluctibus immerfos, quos ne pereant trahit ad filium: Imò omnis, quem mater ad eum trahit, impossibile est, ut intereat. Ait D. Anselmus. Respiciunt tandem futura, præcavendo suis quidquid insidiarum à visibilibus, aut invisibilibus potest hostibus machinari. Alanus Varenis cecinit: *Insidiatur demon, sed non prævalet, nam respicit Mariam, Turris libani candidissima contra faciem Damasci, idest diaboli, & illum funditus exterminat.* Ad priora revertamur. Columbæ Mariæ oculi rivulos, & fluentia respiciunt plenissima: Rivuli autem delictui inserviunt, non periculo: Fluenta plenissima fecundant, sed homines mergunt sæpe. Utraque Mariæ oculi respiciunt, ut parvulis suæ gratiarum aquæ pro delictis sint: Ut animos etiam virtutibus plene fecundent fluentia, ibique toto affectu demersi, mundo obeant, per Mariam in Cælos feliciter deducendi. Id exclamat ita Bernardus: *Cælestis curia Principes clamant non sine admiratione, quæ est ista, quæ ascendit de deserto, tantarum affluentia deliciarum. Nec tam pares inveniantur delitiæ, ut in rivulo, quæ à vultu gloriæ voluptatis torrente portantur. Delitiæ etiam sunt his, qui amore Mariæ migrent, cuius ope mortis amaritudines dulcescunt, & in meliorem vitam proculdubio abeunt. Sic habet Damascenus: Tu Virgo, mortem exornasti, ut quæ eius mœstitiâ sustuleris, ac moriæ gaudium esse plenum feceris. Oculos solum suas vertere ad Aquas Maria describitur, quia fontes sunt lucis, hæcque naturale omnibus solatium. Cumque homines quasi aqua dilabantur super terram, 2^a Reg. c. 14. Numquam ab aquis Maria oculi deflectit, ne miseris deficiant solatia pietatis. Oculi insuper Hain hebraice dicuntur, idest fons: quia quidquid gratiæ vel in rivulis, vel in fluentis diffusum est, à Mariæ pietate, velut à fonte procedit. Id fatetur Daniel Agricola hoc modo: *Miseri cordiam, & consolationem per Mariam accipimus, ratione cuius ipsa fons Misericordiae.**

Anglic. D. Richardus. & alij. D. Ber. apud Biblioth. Virginal. tom. 1. pag. mibi 487. lit. D. in fine. D. Ioann. Damascen. orat. de Assumpt. Virg. lib. 2. Reg. c. 14. Lyra in Gloss. ibi. Theatr. Virg. Hum. verb. oculus. Marius de Calasio t. 4. Conc. Hebr. Daniel Agricol. in Cor. 9. stella 4. Cornel. à Lap. in Cant. c. 5. v. 12. Guilielm. Parisiens. de Fest. Assumpt. q. 19. Nicephorus lib. 2. c. 23. Casiod. Beda, Theod. & alij. Bibl. Hebr. Sept. Aquila, & alij apud Hays in Bibl. Max. D. Ber. apud Daniel Agricol. Coron. 7. stell. 12.

Maria, humore gratiæ corda hominum abunde irrigat, ut virtutis afferant fructum.

(G) Cant. c. 5. v. 12. Psal. 28. Anglic. B. Amadeus de Laud. Virg. Hom. 8. Richard. de Laud. Virg. l. 5. rit. 5. idem ibidem. Alanus de Insulis in Anteclass. de Epist. Mariæ. D. Anselm. apud Biblioth. Virg. tom. 1. pag. mibi 515. lit. D. in fine. Alan. Varenis. de Laud. Mariæ, ser. 3. Berch. in Red. & direct. late.

cordiæ appellatur. Oculi Mariæ sicut columbæ super rivulos aquarum, & fluentia plenissima: *Vt duæ nempe columbæ*, ait Cornelius à Lapide: ut seipsas effigiatas, quasi in speculo contemplantur: *Quia deformatus erat homo per peccatum, sed per Beatam Virginem, quæ fons est gratiæ, redditur imago homini; quam ipsa impetrat Peccatori a filio suo.* Dixi oleæ colorem oculor retulisse Mariæ: quia Olea Pietatis est symbolum, quæ ab oculis Mariæ plena super nos scaturigine derivatur. Idcirco alij legunt, *Oculi eius super plenitudinem, aut super effusionem, donorum utpote Spiritus Sancti, inquit Plures.* Oculi in alto liti, rivulos, ac fluentia sedule respicientes, lemma monstrant: **EVENTUS SPECULAMUR AQUARUM.** Hi mortalium varij sunt; si adverti, eos Mariæ oculi præcavent; ne in eis offendamus. Si secundi, momentaneo influxu, concursuque ad eos se inclinant exequendos, sicque omnis boni Maria auctrix est, omne penè influit donum, dum sedula nostræ invigilat utilitati. Hæc Bernardus notavit dicens: *Maria, dat firmamentum virtutis, quam impetrat a filio, & confirmat in nobis. Timentes se, præcavet a casu, id est ne cadant in peccatum, vel infernum, & etiam erigit eos, si forte ceciderint.* Hæc de aquis sunt satis.

CAP. V.

FONS FOVENS, AC FOECUNDANS, Mariam commendat perennem omnium Cœli deliciarum fontem.

222 **F**ontem à fundendo dictum, quia prompte aquam suam exponit, tenet Richardus. (H) Mariam fons commendat, aquas suas, dona, & charismata à superiori recipiens, in nos large refundens. Sic applicat textum Gen. c. 2. *Fons ascendebat de terra, irrigans universam superficiem terræ.* Fons, caput nascentis aquæ est, fundens aquas, quibus fecundata tellus herbas, ac plantas producat. Varios illum fontem habuisse meatus, quibus terra irrigaretur, sentiunt plures, inter quos præcipuus meus Parens Augustinus. Vnde aquæ ex terræ imis coalescentes, quasi ascendere videbantur terram vberim irrigaturæ. Sed cur fons ille ascendere dicitur, cum potius fons ut irriget, immergatur? *Quia hic fons Mariam designat, cuius vita fuit in Deum ascensio.* Ait Daniel Agricola. Seu dicitur *ascendere de terra, quia tota vita Maria*

fuit quasi quidam ascensus, & quadam elongatio a terrenis. Addit Richardus. Sic cœlestem ebibens copiose Maria influxum, irrigat universam superficiem terræ; *Quia de abundantia Mariæ omnes hausierunt, & bauriunt incessanter.* Et sicut ille fons intelligitur Abyssus, mater omnium aquarum, ex quo omnes fontes, & flumina oriuntur: ita a Maria sanctitate, eiusque plenitudine omnis sanctificatio procedit. Quis ergo ad hunc non sedulus recurreret fontem, qui prompte fundit omnibus sanctitatem? *Maria namque est (velut fons ille) mater omnium Sanctorum, quia omnibus Sanctitatem infudit, & fundavit.* Fons larga se communicans scaturigine, portat epigraphen: **FUNDIT IN OMNES.** Sic Maria, ut dat iterum D. Epiphanius dicens: *Ave gratia plena, quæ sitientes perennis fontis dulcedine satias.* Fons insuper à fovendo dicitur, (I) quia aquas intra se fovet, & suo continet sinu. Mariam tangit singulare privilegium fovendi aquas, id est mortales omnes, quos ne pereant, sustinet, calore interioris charitatis suo in gremio reclusos. Etenim Maria odorem resuscitantis gratiæ ipsius, qui longè, & ipsius, qui prope commanebant, exhalabat. Scribit noster Amadeus. Sic sua pijsissima dilectione fovet, & nutrit omnes hic misericordiae fons, in omnes suæ pietatis officia diffundens. *Fons signatus, & Fons hortorum* sacris in epithalamijs Maria nuncupatur; Cant. c. 4. sive *Fons sigillo signatus*, ut ex Bibl. Venet. deduco. Moris olim fuisse obsignare fontes, regios præcipuè, tritum est; Quod, & ad mores sic D. Ambr. traxit, ad Virgines loquens: *Hunc fontem servate puri liquoris, ut eum in vobis nemo perturbet, nemo resignet; quem genitricis in vobis origo signavit.* Quod aptius fons Virgineo Mariæ congruere fatentur D. Bonaventura, Ildephonsus, & Ioannes Geometra. Sigillum autem, quo fons Marianus signatur, Christus est, Deus ipse est, ut dant Hesychius, & Athanasius. Olim etiam sigilla annulis impressa dabantur mulieribus, ut illis res domesticas, ut sub sua locatas tutela obsignarent. Maria ergo inter omnes mulieres benedicta, quasi fons signatur sigillo totius Trinitatis, quo quasi fovens, & Angelos, & homines cunctos quasi suos obsignat, nullius nisi Dei eos adscribens dominio, nec sinens (quantum in se est) ab illius hereditate quemquam illorum alienari. Deus vnde in sigillo huius fontis impressus, Angeli, & hominis obsignati videntur, ut culto-

Angelic. lect. 6.
q. 1. in fine. D.
Epiphani. orat.
de deipara.

Maria, fons
large in omnes
cœlestia
dona diffundens.

(I) Berch. in
Red. lib. 8. c. 2.
n. 1. D. Isidor.
Lauret. in Alleg.
B. Amadeus
Homil. 7. de
Laud. Virg. Cât.
c. 4. v. 12. & 15
Bibl. Venet. in
Max. D. Bon.
ser. 2. Dom. Pass.
fon. D. Ildeph.
phonsus de Assumpt.
Maria
ser. 5. Ioan. Geom.
etra in Cat.
Græc. ad cap. 1.
Luc. Hesych. de
Laud. Virg. ser.
2. Div. Atha.
epist. ad Sera.
phionem. Ad
Eph. c. 1. Ad Cor.
2. c. 1. D. Ambr.
lib. 1. de Spir. S.
c. 6. & alij D.
Clem. Alex.
Strö. lib. 3. c. 11.
Novarin. Sae.
Elect. 1. 3. c. 13.
n. 535. August.
Vvichm. in Sab.
bat. Marian.
cap. 6. Lira in
Gloss. Menoch.
Alesius. Alanus
de Insulis in c.
4. Cantic. v.
12. D. Arban.
Alex.

(H) Richardus
de Laud. Ma-
rie lib. 9. tit. 1.
Gen. c. 2. v. 6.
D. Aug. 5. de
Gen. c. 10. Ly-
ra, Menoch. &
alij, cum Hebr.
& Haye in Arb.
vit. ad c. 2. Gen.
v. 6. Richard.
loc. cit. Alanus
de Insulis in An-
teluc. de Epit.
Mariæ. Gui-
lielm. Par. q. 21
Daniel Agric.
Coron. 11. stella
4. August. An-
tonitan. in salu-

Alexand. ser.
de Annun. &
Incarn. Alanus
cit. in c. 3. Cant.
Ioan. c. 12. v. 32.
Lyra in Gloss.
ad c. 12. Ioan.
v. 32. D. Ansel.
Cant. in Opusc.
de Amore Virgi-
nis ad filium, c.
4. Arist. apud
Ioan. Stob. in
sent. Andrea
Eborens. Dion.
in Hist. Roman.
l. 47. de Cesare.
D. Ber. de Virg.
Maria. Sopbro-
nius Rom. de
Assumpt. Gloss.
ad cap. 5. Isai
apud Biblioth.
Virg. tom. 33.
fol. mibi 494.
col. 1. lit. D.

des non solum, sed vt custoditi, & Ma-
riani amoris signaculo rubricati. Quos
enim valde diligebant antiqui, suo oblig-
abant sigillo. Sic Fons iste à Deo signa-
tus, Deum signat, vt charius sui pignus
amoris, vt Patrem nempe, Filium, & Spon-
sum: Angelos signat, vt sibi addictos in
primo animationis instanti, & custodes, &
socios, & clientulos. Homines signat,
quos potu recreat cœlesti: & vt mise-
ricordiæ mater, filios sibi Charos Virgi-
neo amplectitur gremio, eorum etiam
avide curans perfectum mutare amo-
rem. Sic signatur hic fons, vt nulli vitij
deturpato pateat accessus; nisi vel vt se la-
vet, vel vt inquinamenta radicitus depo-
nat, & meliora ebeat charismata sanctita-
tis. *Maria namque fons est, cuius Miseri-*
cordiæ fluentia numquam exsicantur. Ait
Augustinus Uvichmannus. Atque adeo,
ex quo in ea Divinus obsignatus est spi-
ritus, longe fluentia gratiarum diffudit,
etiam ad Deum, qui nectareum huius
fontis lac delitiose ebeat, eiusque delicias
ad Angelos, & homines transfudit. Id ita
profert Alensis: *Maria est fons signatus;*
quia in eo omnes signantur: & nemo in-
ducitur, nisi per eum, qui habet clavem
David. Dicitur etiam *Maria fons signa-*
tus: & hoc ideo, quia in sinu sue pietatis
(promittit Alanus de Insulis) recipit lachry-
marum nostrarum profluvium. Christus
namque, qui *incommutabile Patris signa-*
culum est, iuxta D. Athanasium Alexan-
drinum, super cor Mariæ ponitur vt signa-
culum; non tantum vt gratia eius maneat
consignata: sed cum de se dixerit, *omnia*
traham, Ioan. cap. 12. Vna simul omnes
ad suum; & Mariæ impellit amorem, vt
omnium charissimam ostendat Mariam
esse matrem. Nam *Christus unumquem-*
que trahit ex amore, quia habet vim at-
tractivam omnium mentium: ait Lyranus.
Sicque arcto amoris vinculo Matri con-
nectitur, vt non patiatur quemque ad
suum trahere amorem, quin simul ad
Mariam, eiusque dilectionem trahatur.
Id ita D. Anselmus proferebat: *Nulla*
modo crediderim, quod is qui ad eum in-
telligendum (supple amorem inter filium,
& matrem, reciproco) provehi merue-
rit, & ab amoris eius dulcedine extraneus
usquequaque existere possit. Manet ergo
hic fons signatus amore Christi, maneat
pariter & omnium fidelium amore, vt de-
viet nullus à nobis proficua semper dilec-
tione Mariæ. Hoc ipsa à nobis cupit ex-
trahere, dum ait Eccl. cap. 24. *Ego mater*
pulchræ dilectionis. Sive *pulchræ charita-*
tis. Pulchram suam nominat charitatem,

vt utraque facilius nos alliciat, nam *Pul-*
chritudo quavis epistola concitator est,
ait Aristoteles. Imò dilectionis matrem
(Venerem utpote) antiqui in annulo sig-
natorio sculptam deferebant. Hanc ergo
sacrationis matrem charitatis studeat quis-
que cordi suo imprimere, & ab eius amo-
re nullatenus deviare. Ideo enim dicta est
Gratia plena, quia Deo, & hominibus gra-
ta; dat D. Bernardus. Fons aureis obsigna-
tus sigillis, aquas tamen prodigus effun-
dens, emblematis subscriptum habet:
OPPORTUNE FLUIT. Maria enim
etiam *signatus fons sigillo totius Trinitatis,*
vt habet Sophronius; opportune tamen
aperitur, nostram vt extinguat sitim: Ete-
nim *in hoc fonte numquam deficiunt aque*
spirituales, quæ irrigant Ecclesiam. Inquit
Glossa. Modo suppetit videre, cur Maria
non solum *fons signatus*, sed insuper, &
Fons Hortorum dicatur? Hic Sponsus Spon-
sum Iordani comparat, ex duobus Libani
fontibus orto, terramque promissionis
plurimis in partibus ubertim irriganti:
Accipiturque hic fons pro fontibus. Hæc
huc usque Lyranus. (K) De Maria etiam
Christus dicat Cant. 6. *Vna est perfecta*
mea columba mea. Tamen multiplicis gau-
det titulo fontis, qui pro fontibus in litera
supponit: Nam Virgo *Fons est, in quo fe-*
ces peccatorum nostrorum lavantur. Fons
à quo rivulus emanat misericordiæ, cuius
irrigatione nostri ariditas cordis evanes-
cit. Fons dicitur, cuius pietatis affluentia
ad nos gratis labitur, vt fructus profera-
mus vitæ: Ideoque aquarum viventium
scaturigo est. Hic autem fons, teste Adri-
chomio, ad tres magnos se diffundit ri-
vos, eos suis aquis augens, & exornans,
ac bibentibus summam ingerit suavita-
tem, voluptatemque. Hunc fontem è
puritatis libano, & candidissimo gratiæ
principio ortum, denotare Mariam, D.
Methodius sic docet ei alloquens. *Salve*
humanitatis filij fons, salve humanitatis
umbraculum. Ad summa etiam tria Tri-
nitatis flumina se hic fons diffundit, nam
illa per Mariam in universo Orbe glori-
ficatur, & mundo innotuit. Sed ad rem
aptius audiatur Richardus à S. Laurent,
dicens de Maria: *Per ipsam, & in ipsa, &*
ex ipsa Gloria Patris, & Filij, & Spiritus
Sancti. Vnde magnus Dominus licet
in omni creatura sit, tamen nominatim
dicitur magnus, & laudabilis nimis in
Maria. Idcirco hic gratiæ Fons dicebat,
magnificat anima mea Dominum. Id est,
magnū facit quoad innotescentiam, quia
eius gloria augetur per Mariam. Fons
Hortorum, non vnici solius Horti Maria
est;

(K) D. Hier. in
Matth. apud
Lyran. in Gloss.
ad c. 4. Cantic.
v. 15. Cant. c. 6
v. 7. Daniel.
Agric. Coron. 7.
stell. 7. D. An-
selmus Cantuar
in Opusc. c. 12.
Adrichom. in
descript. Terræ
Sanctæ. apud à
Lapide. D. Me-
thod. in Hypa-
pante. Charibus
de dignit. Ma-
riæ lib. 4. à. 6.
Richard. à S.
Laur. de Laud.
Virg. l. 2. par-
tic. 1.

Maria, fons à
Trinitate sig-
natus, omnia
Ecclesiæ No-
valia gratijs
irrigans.

(L) B. Amad.
Rapt. 8. Daniel
Agric. cor. 9.
stella 6. & cor.
2. stella 10.
Aug. Vichma-
nus in Sabbath.
Marin. cap. 4.
Ambr. Corantus
ser. de Assumpt.
Virg. D. Bon.
opuscul. de medit.
Vii. Christ. c. 3.
D. Ambr. l. 2.
Virgin. p. 1. D.
Hier. epist. ad
Galat. 7. Bi-
blioth. Virg. t. 1.
pag. mibi 602.
col. 1. lit. A.

Maria, fons
Hortorum om-
nibus affluen-
ter impendens
incrementa
virtutum.

est; quia primo rigavit primavas Chris-
ti plantulas, Apostolos videlicet, (L)
*nam loco summi magistri ad eos edocen-
dos substituta fuit*, Nec mirum, si immen-
sum habuit sapientiae thesaurum in se re-
conditum, nempe Dei filium. Rigavit
Martyrum areolam, martyr charitatis,
amoris, & fidei effecta; in triduo enim
mortis Christi, in ipsa sola stetit firmior
fide & Ecclesia vnde *Martyrium eius lon-
ge aliorum excessit martyriorum acerbi-
tates*; ex eoque maximum martyres ebi-
berunt tolerantiae exemplum. Rigavit, &
confitentium viridaria, mortificationis
violae in eis produciens, & spinas tenta-
tionum evellens, spem adatigens ad me-
liorem Paradisum transeundi, ut Christi
sint bonus odor. Irrigat & candidas Vir-
ginum plantationes, quae Virgo Virgi-
num est. Dum namque tantilla puella
alijs cum Virginibus Deo erat in templo
sacrata, erat sollicita erga socias suas, ne
*aliqua ex eis in illo sermone peccaret, ne
aliqua in risu vocem suam exaltare, ne
aliquam iniuriam contra parem suam
exerceret*. Inquit D. Parens Bonaventura.
*Talis ergo Maria fuit, ut unius vita, om-
nium disciplina sit*. Tradit Ambrosius, ad-
dens: *Quanta in una Virgine species vir-
tutum emicant? Secretum verecundiae, ve-
xillum fidei, devotionis obsequium*. His
omnibus hic fons Hortorum universam
irrigat Ecclesiam. Fons suas dispungens
aqua per areolas florum varietate con-
fuit, monstrat scriptionem: P A T E T
OMNIBUS VNUS. Quod de Deo ob-
servavit D. Hieronimus, nec incongruo
de Maria id dicam, quae ut *Fons bonitatis
omnibus patet; & ex eo similiter bibunt*.
Id circo Fons Hortorum celebratur, quia
*scaturiens totam Ecclesiam irrigat abun-
danter, fluens ad omnes*. Dat Bibliotheca
Virginalis. Sic iste fons Virgineus nos fo-
vet pietate, fundens aquas misericordiae.

223 Fons, aquas Maris suggit, & per
tracones, & meatus subterraneos deduc-
tas, deposita amaritudine dulces omni-
bus exponit. Maria ex amarissimo Mari
generis Adamitici prodivit: ac non so-
lum amaritudinem peccati non sentit, sed
nec debitum incurrit, imò dulcorata est
Redemptione praeservativa. (M) Hoc no-
bis insinuas videntur sacra eloquia, dum
haec nobis, proferunt de Maria. *Ipsa crea-
vit illam in Spiritu Sancto, & vidit, &
dinumeravit, & mensus est* Eccl. c. 1.
Ut fontem autem gratiarum Mariam hic
depingit, dum addit, *effudit illam super
omnia opera sua*. Maria creavit Deus
in Spiritu Sancto, non principiatiue, sed

concomitatiue, ut Theologizatur Lyranus: sive ex amore, quem habuit ad eam,
ut in sua mente praeviam; sicque ut fon-
tem omnium coelestium charismatum,
proposuit Angelis, & hominibus ado-
randam. Nec prorsus ab hoc sensu rece-
dit Aleris: Qui de Incarnatione Verbi
in vtero Mariae, haec omnia explicat. Sed
sapientiam diximus denotare Mariam,
quae, & mater increatae sapientiae est, quae
à Deo creatur quoad animam corpori
organizzato infusam. Sed cur Maria concipi-
& creari dicitur in Spiritu Sancto?
Aliae rationales humanae creaturae crean-
tur, sive generantur ex fomite peccati in
parentibus manente: *Quia homo descen-
dens ab Adam per carnalem generatio-
nem in unione animae ad corpus contra-
hit peccatum originale, quod est ad pec-
cata actualia inclinativum, ratione fo-
mitis remanentis*. Ait Lyranus. Num sic
creata est Maria? nequaquam; sed in Spi-
ritu Sancto, divinum iam ex tunc alli-
ciens amorem, ut numquam Deo conspi-
ceretur exosa. Nam teste Galatino nos-
tro, fomes in Beato Joachim, Anna
extinctus est, dum conciperetur Maria:
vnde nec peccatum originale locum non
habuit tantum, sed cum agerentur Ma-
riae Parentes in vehementem contempla-
tionem, & amorem erga Deum, amari-
tudo fomitis versa est in dulcedinem cha-
ritatis; nam Spiritu Sancto repleti, coelestia
amabant, & meditatio Dei dulcis est;
ut docente Gregorius, & Augustinus. Sed
cur hoc Mariana Conceptioni privilegiū
adscribitur? Hieronimus respondet: *Ut
non libidinis esse quod nascetur, sed di-
vini muneris cognoscatur*. Conceptus est
Christus de Spiritu Sancto, in contempla-
tione, & amore coelestium; & Maria evasit
immaculata per gratiam, & ut fons, om-
nium peccati in dulcedinem vertens
amaritudinem. Fons ebullientes aquas
vndique diffundens hac inscriptione il-
lustratur: SPIRITUS INTUS AGIT.
Puritas, effusio, ac dulcedo fontis à Spi-
ritu intus operante procedunt: sic in Ma-
ria, ad quam Spiritus Sanctus, ut Christum
conciperet, supervenit: quia antea vene-
rat ut in Anae vtero purissima concipe-
retur. Hoc totum his clausit verbis D.
Petrus Damianus Mariam declarans: *A
Deo electam, & praelectam, quam totam
rapturus erat sibi Spiritus Sanctus*. Id ip-
sum confirmat id, quod Dominus ad Noe
dixit Gen. c. 6. *Fue tibi arcam de lignis le-
vigatis, & bitumine limies intrinsecus, &
extrinsecus*. (N) Sensu literali ex parte

50. v. 7. D. Au-
gust. Titelm. Ge-
nebr. Casiodor.
Aleris & alij.
Daniel Agric.
de Maria id
profert. cor. 10.
stella 6. D. Gre-
gor. in l. 1. Reg.
D. Aug. in Ma-
nich. c. 13. Pe-
trus Galatin. de
Arcan. l. 7. c. 8.
D. Hier. ser. de
Nat. Mariae.
D. Petr. Dam.
ser. de Annunt.

Maria, velut
fons gratiae in
sua Concep-
tione, amari-
tudinem pec-
cati non so-
lum non in-
currit, sed dul-
cedinē trans-
mutavit.

(M) Subt. D. in
3. sent. cit. &
omnis eius Scho-
la. Richard. lib.
9. tit. 1. Eccl. c.
1. v. 6. & 10.
Aleris. in Gloss.
Lyr. ibidem.
Idem in Psal.

(N) Gen. c. 6. v.
14. D. Ambr.

Jer. 80. Alanus
de Insulis in c.
6. Cant. Bibl.
Chald. in Gen.
6. Haye in Cœc.
lit. Lyra in
Glos.

Galat. cit. diva
Birgitta Revel.
l. 1. c. 9. Philo-
sophi in lib. de
anima. D. Gre-
gor. Nis. hom. 4.
in Cant. Sept.
& Ioan. la Ha-
ye in Bibl. max.
Novar. in Vir-
br. Virg. l. 4. c.
10. exc. 28. n.
303. Psal. 73.
v. 14. Ambr.
Catherin. de
Immac. Con-
cept. Pers. 12.
D. Epiph. adv.
Heres. l. 3.

docent Alanus de Insulis, & D. Ambrosius. Ligna, ex quibus hæc coalescit arca, levigata, sive corruptionis inficia, ideoque alij ponunt, *de lignis cedri*. Sed cur cum efformatur, liniri intrinsecus, & extrinsecus arca iubetur? Quia bitumen charitatem designat, quæ virtutum regina est, cum qua, & Deus recipitur, quia *Deus Charitas est*. Joan. epist. 1. c. 4. sic explicat Lyranus dicens: *bitumine, idest charitate linies eam intrinsecus, idest charitate ad Deum, & extrinsecus, idest charitate ad proximum*. Compaginatur Arca Mariæ media charitate; quia Parentes eius *Ioachim, & Anna, ex charitate divina, & ex verbo Angeli convenerunt in generationem Beatissimæ Virginis*. Aiunt Galatinus, & diva Birgitta. Iusti plures, ut Ieremias, & Baptista, Charitate liniti sunt, sed non à creatione intrinsecus, cum maculam contraxerint originalem, à qua postea per Charitatem mundati sunt. Arca vero Mariæ, iam in sua formatione formaliter substantiali Charitate, nempe Deo ornata, & linita fuit, non extrinsecus tantum, sed intrinsecus in anima: Vnde per divinam Charitatem caro etiam ipsius compaginata est: ut ipsa diva revelavit Birgitta. Ex Philosophia autem didicimus, quod vehemens animæ affectus, quemque in activo conceptu corripiat: Vnde mater concipiens, & imaginem Æthiopis spectans, edidit Æthiopem. Maria à Parentibus gignitur in vehementem contemplationem, & amorem Dei actis: Sicque oportuit gignere Mariam sic cœlestem, divinam sic, ut merito à D. Gregor. Niseno, sept. Parisiensi Haye, aliisque absolute *Charitas* nominetur, ut tota in Charitatem migrasse visa sit. Addamus & alia ex Psalmographo dicente, dum Deum alloquitur: *Tu contribulasti capita draconum in aquis*. Psal. 73. Draco ille erat homicida ab initio, sed increpuit eum Dominus in aquis, qui in Paradiso genus humanum mortifero infecerat veneno. Mulier fuit, de qua dictum est, ipsa conteret caput tuum: *Quæ ab eius biatu, & fragitu victrix, ac triumphatrix per ipsum gloriæ regem erepta est*. Ait devotissimus Catherinus. Draconis nomine peccatum describitur originale, quod ab insidiante colubro, radicem (ut totam arborem generis humani inficeret) inficere conabatur: *Sed idem sexus, qui deceptus est, deceptionis caput omne contribuit, nempe Beata Virgo*. Inquit D. Epiphanius. Nam infecta est Eva veneno lethali, quod transfudit ad posteros; Maria

infusa vitali antidoto, quod fidelis transfudit ad universos. Sentit Amadeus. Sic Maria innixa super dilectum, *tantam consequuta est dignitatem, quod Adam reformabat, sanctificabat Evam, excludebat draconem, Paradisum aperiebat*; ut scribit Hefychius. Sed cur immanissimus ille draco non unum, sed plura capita habuisse recensetur? *Contribulasti capita draconum* Alensis satisfacit dicens: *Quia per caput, initium suggestionis, in quo septem vitia capitalia radicantur, intelligitur. Ideo contribulantur, idest simul tribulantur*. At videre restat, quare in aquis non in terra draconis capita conteruntur? Quia Aquarum congeries super quas Spiritus Dei ferebatur, Mariam denotat, ut Amadeus advertit Mariæ sic alloquens: *Spiritu S. super aquas tuas, o Virgo, feretur, facturus in te quidquam melius, aut mirabilius, quam cum ferebatur super aquas à principio*. Sed quid melius, & mirabilius fecit? Aquas à principio sanctificavit, omnem ab eis ex commixtione cum terra impuritatem avergens: non enim nisi quod antea infectum est, proprie sanctificatur. Mirabile hoc, in Maria fecit, quia nempe eam non sanctificavit, sed à creationis initio Immaculatam fecit, debitum peccati removet, gratijs innumeris ornavit: Vnde *divina sunt opera, quæ predicantur de illa*; dat eruditus Catherinus. In his ergo Virgineis aquis contribulantur capita draconis, ex quo *Virgineum fontis uterum* (loquar cum Chrysologo) *cœlestis Spiritus arcana sui luminis ad mixtionem fecundat*. Ita illud pandit D. Gregorius Thaumaturgus dicens: *Aut, quæ in utero tuo matris Evæ mortem demersisti*. Sed alia adducam. In terrestri Paradiso mortem Serpentis suggestionem intrasse, quæ omnes (Christo, & Maria demptis) gratiæ amitterent vitam, nulli est dubium: At in Aquis Mariæ contribulato antiquo serpente, mors in vitam abiit: Siquidem serpens in terra, lethalis, & veneficus est, in aqua dulcis, & vitæ aptus protrahendæ. Vide ergo quid per Mariam ferè divinum, & mirabile; nam transfert mortem in vitam, plagam in remedium, in commodum naturæ, naturæ damnum, & reformat nostræ originis principium. Ita loquitur D. Andreas Cretenensis: *Sola Maria præter naturam fuit electa ad naturam renovandam*. Serpens sub Fontis latitans aquis epigraphæ indicat: **PURGATUR FONTE VENENUM**. Etenim per sanctitatem, & puritatem *Mariæ peccata nostra purgantur*: & ut ei alloquitur Damascenus,

B. Amadeus
Hom. 7 de Lau-
div. Virg. He-
fychius de Lau-
div. Virg. orat.
2. Alensis in
Psal. 73. v. 14.
D. Aug. Lorin.
Catherin. incog-
nit. B. Amad.
de Laud. Virg.
Hom. 5. Am-
brof. Catherin.
loc. cit. D. Pe-
tr. Chrysol. ser.
117. D. Greg.
Thaumaturg. ser.
3. de Annunt.
D. Anselm. in
Gen. c. 12. D.
Damasc. orat.
de Assumpt.
Virg.

Serpens in
terra est letha-
lis, in aqua sa-
pidus, & dul-
cis.

Per Mariam
mors vertitur
in gaudium,
damnum in
remedium.

Maria mortem exornavit, eius moestitiam sustulit, ac mortem gaudium plenum esse fecit. Vide huius fontis puritatem, considera virtutem, Divinam attende dulcedinem.

224 Fons diuturno effluxu ad prata se diffundit irriganda, sed sibi propinquiora vberius facit herbis, & floribus abundare. (O) Mariam designat, quæ Fons dicitur Hortorum, quia abunde irrigativus: Quare ut pleniori gauderemus suavitate, ex eius deprompta dulcedine, sui nominis media syllaba longa est, ut in eius nominatione diutius immoremur; promittit Richardus. Maria autem ab aquis nomen sumpsit, quæ sitientes lætificant, aridos virtutibus replent, & fecundant, quin eius benigna scaturigo. In rerum molicionis principio Deus congregationes aquarum appellavit Maria. Gen. c. 1. Extensiones habent alij, & expectationes. Expectanda enim erat tam subita illa aquarum diffusio, & extensio, sed impatiens contineri utrumque occupabat orbem. Has Maris extensionis, hocque latissimum vndeque mare, Mariam prædicare, D. Bern. & Bonavent. docent dicentes: *Sicut in Mari aquarum, sic in Maria sunt congregationes gratiarum.* Vide Maris amplissimam aquarum diffusionem. Primo Fontibus, dehinc fluminibus, Puteis, lacubus, communicaturque Piscinis: sic tamen, ut nec minuat communicatione, nec extenuetur sua larga scaturigine; Imò, vnde exeunt flumina revertuntur, quasi suæ matri obsequendo, de præstito suis progressibus beneficio. Sed cur Maris cognomine signatur Maria? Ut sua erga nos pateat inexhaustibilis munificentia. Opportune Dionysius Carthusianus habet: *Maria interpretatur mare, quia sicut nullus valet guttas maris dinumerare, sic misericordiam gratiæ excellentiam, gloriamque Mariæ nullus valet exprimere.* Omnes ex mari hauriunt, numquam tamen exhauritur. Sic ex Mariano fonte perenniter erga nos decurrente, omnes ebibunt, Tristis consolationem, Peccator veniam, iustus gratiam, Angelus læticiam, Ager medicinam, Infernus obedientiam; nec tamen minuitur, sed divina potius maternitate augetur, dum Coralium Christus in ea generatur. Mare Fontibus, fluminibus Puteis, ac lacubus aquarum circumseptum, notulam ostendit: NULLI MEA MUNERA CLAUDO. Nam Maria, ut ait Richardus omnibus dat affluenter, & non impropertat. Quia est fons inexhaustus ad dandum, modo petas sicut oportet, para-

tissimus. Inquit Eftius. Mariæ etiam congruunt, ex Daniele Agricola, verba illa Isaïæ cap. 58. *Eris quasi fons, cuius non deficiunt aquæ.* Id est misericordiae, communis, & expositus. (P) alijs legisse placuit; *Sanabit animam tuam in annis siccitatis, & erit anima tua plena delictijs.* Hæc virginis fontis proprietas, ut non tantum potæ eius aquæ, avertant animæ siccitatem, virtutum floribus accrescere facientis; sed coelestes in ea immarcescibiles augeant delicias, has veluti ponens desertum eius, quia efficitur huius fontis gratia sicut Paradisus in benedictionibus, bonis operibus fecundata, ut docet Interpretum Princeps. Perennant itaque huius fontis aquæ Quia derivata à Deo per Mariam, numquam destituit nos gratia Dei, quæ instar fluminis perpetuo irrigat animam. Ait Adamus Delphius. Cur autem fons Maria nominetur, cuius non deficiunt aquæ, dat causam Alensis dicens: *Quia assimilatur Christo capiti suo, qui est fons aquarum; & quia recipit aquam gratiæ perennem ad erogandum, & derivandum alijs.* Assimilantur ergo Filius, & Mater, Christus, & Maria: Quia uterque fons ille, aquæ salientis in vitam æternam, Ioan. cap. 4. *Quia per gratiam Spiritus Sancti inhabitat mentem, qui est origo gratiæ facientis hominem salire in vitam æternam.* Naturale enim est quod aqua tantum ascendere potest, quantum descendit: & ideo sicut aqua gratia à Deo in nos derivatur, ita per ipsam anima ad Deum elevatur. Explicat Lyranus. Id idem de Maria commendat meus Parens Augustinus sic fans: *Tu Maria, in coelestibus regnis Virgineos choros ab incentiva carnis illecebris alienos, ad fontes perennis Vitæ potandos invitas.* Non ergo huius fontis deficiunt aquæ gratiarum: Nam quia omne attingens finem, est plenum, & perfectum, nihilque proximius Deipara finem ultimum attingat, plenitudo ipsius gratiæ erit origo, medium, & causa omnis gratiæ in humanum genus transfusæ, & transfundendæ. Inexhaustibilis est hic fons ad nos currens sine intermissione: Nam in Maria reposuit Dominus omnia dona gratiarum, meritorum, virtutum, & prerogativarum, unde largitur ipse larga stipendia suis militibus, & operarijs. Dat Richardus. Fons copioso effluxu scaturiens, inscriptum habet: EXHAUSTU PLENIOR Vnda FLUIT. Mariam figura tangit, quæ assimilatur Christo, Qui fons est, & bonorum omnium radix, non in seipso bonorum continens divitias, sed in universos diffundens, & plenus tamen

(P) Dan. Agricola cor. 7. stella 3. ad c. 58. Isaï. Bibl. Chald. in Max. Lyra in Gloss. Hays in expos. sit. Adamus Delphius in Isaï. c. 58. v. 22. Alensis in Gloss. Isaï. Lyra Gloss. ad c. 4. Ioan. v. 14. Menochius, Tirinus Hays in Bibl. Max. D. Aug. d. Per sic. Hom. 3 qui est ser. 35 de Sanctis. Ant. Brixienf. de B. Virg. ser. 3. Rich. a S. Laur. lib. 4 de laud. Virg. D. Basil. Hom. 12. in Ioan.

Maria fons, large coelestium bonorum dona diffundens.

(O) Berch. in Reduct. lib. 8. c. 2. n. 2. Richard. 1.9. tit. 1. idem 1.12. Gen. c. 1. v. 10. alij in Bibl. Max. Hay. Sept. Bibl. Arab. D. Bonav. in spec. 6. B. Virg. c. 7. Alex. Alens. sap. per Missus est ad illud. Nom. Virginis Maria. Ambros. Tarvisin. ser. 1. fer. 4. cin. concl. 3. Dionys. Carthus. de laud. Virg. l. 3. Richard. de laud. Virg. lib. 1. c. 3. Fl. 6. Eftius in expos. epist. B. Iacobi c. 1. v. 5.

Muriani fontes, & effluxus aquæ deficiunt numquam semper ut subve-niant, currunt.

permanens ; vt fatur Basilius. Maria igitur , quia intime recipitur cum hoc fonte , gratiarum eius non deficiunt aquæ. Dum Filij Israel ad desertum *sin* peruenissent , sitibundi , & aqua indigentes ad *sin* sedandum , ac refocillandum animos , declives in terram sic ad Dominum clamaverunt per os Moysis , & Aaron : *Domine Deus aperi Thesaurum tuum , fontem aquæ vivæ*. Num. c. 20. Quæ apud Deum recondita asservantur , in divinis Thesauris contineri dicuntur , (Q) iuxta illud Psal. 32. *Ponens in Thesauris abyssos*. Id est , inferiores aquas maris quæ sunt hominibus occulta : sicut illa quæ reponuntur in Thesauris. Exponit Lyranus. Latebant aquæ in visceribus Petræ Oreb , vnde præcepto Domini , ac tactu virgæ educæ sunt , vt inde populus & biberet , & incredulitatem à suis cordibus propulsaret. Petra autem hæc deserti Oreb , ex qua large fons aquæ viventis ad satiandum populum profilivit , *Maria dicenda est* , vt habent Ambrosius Hæremita , & Richardus. Sed quare hic Mariæ fons in Dei Thesauris continetur , dum contineri posset iuxta thronum Dei , & Agni ? Nomine Thesauri intelliguntur quelibet opes mobiles , & transferibiles , quarum vsus ad res quaslibet esse potest , secundum Iuristas. Pretiositas vnde , & abundantia rerum , constituit Thesaurum. Cœlestes vero Mariæ commissi sunt , vt quidquid petierit , mox impetret , quidquid voluerit , mox fiat. Imo ipsa est locus Thesaurorum Dei , dum salvaturus humanum genus , pretium vniuersum contulit in Maria , totiusque boni plenitudinem ; vnde ipsa est distributrix thesauri misericordiæ Dei. Rectè igitur dum aquam Israelitæ desiderant fontis Mariani obumbrantem , suum Deum exoptant aperire Thesaurum : quia illa est *admirabile totius cœlestis gratiæ promptuarii , virtutum omnium , & cœlestium favorum incomparabilis thesaurus* ; inquit Alanus Varenus. In medio Horti fons abunde aquas varijs florum nutrimenti dispensans , Gnoma gaudet : **VNUMQUEQUE DITAT**. Nemi Maria sua beneficia denegat , siquidem Thesauri gratiarum omnium ex ea , vt ex perenni fonte aquæ decurrunt. *Quid enim* (canit Bernardus) *de fonte pietatis penderet , nisi pietas ? Quid aliud est eius uterus , quam ipse misericordiam Thesaurus ?* Addit Richardus. Nec mirum , cum Maria de se dicat Prov. c. 8. *Mecum sunt divitiæ , & gloria , opus superba , & iustitia*. Sive vt alij habent : *Acquisitio multarum utilitatum*. Id est , *opes spirituales*

supereminentes. Omnes Cœli divitiæ in fonte Mariæ , vt in thesauro fluido reperiuntur , *si amor eius nos movet ad querendum , & diligendum eam*. Docet Alensis. Studeamus igitur amoris , & Charitatis gressibus accedere , quia thesauri , & gratiæ , & gloriæ reperiuntur in hoc fonte.

225 Fons , etsi nullus ad eius aquas hauriendum accedat , omnium solatio , & utilitati semper est expositus. Vniuersalem hanc beneficentiam in Immaculata Virgine compertam laudant communiter SS. PP. quæ vt fons bonitatis semper omnibus patet. (R) Extollens Salomon sapientiæ utilitates nobis ex eius communicatione diffusas , sapientiæ nomine Mariam designari statuimus) inter alia hæc scribit : *In amicitia illius delectatio bona*. Sap. c. 8. *Bona in amore eius voluptas* , habet Arabicus. *In Maria autem continetur fons omnium cœlestium voluptatum*. Scribit Alexius à Salo. Complacentia boni voluptas est , ideoque Mariam qui amat , in omni bono complacet , quia Deus est omne bonum , quod ineffabiliter continetur in illa. In amicitia ergo Mariæ delectatio bona est : *Amici autem ductu Dei fiunt* , vt pateat ad amorem Mariæ , in qua delectatio omnis boni , à solo Deo nos duci , etenim *sanctum nomen est amicitia*. Cum ergo virtus sit amicitia causa , quia causa , bonum est omnibus amabile ; vnde delitiæ quibus nos reficit Maria , *virtutes sunt* , quas excellentius etiam præ Angelis Mariam possidere demonstratur. Præstat Adamus Delphius. Sed quare in hac utili amicitia etiam invenitur delectatio bona ? Perpende. *Vtrumque dulce est amare , & amari* , docet Augustinus. Inditum autem à natura est , mulieres cum lacte infudere amorem infantibus , ipsasque pariter eorum ad se amorem retorquere. Delectatio autem est *duorum lactatio*. Cumque Maria lactet Deum , in amore illius Deus delectatur ; & cum quibusdam bene vivendi vberibus fidelem populum ; tamquam mater filium lactet , ex Alano de Insulis ; reciproce delectantur : Christus , quia delitiæ eius esse cum filiis hominum : Christus , & homines in Maria , quia pulchra est charissima in delitijs , quas omnibus vt fons patens manifestat , omnia bona in huiusmodi delectatione promittens. *Reconditi enim sunt apud Mariam Thesauri indeficientis gratiarum , & totius boni* : ideo que in eius amore debet fidelis quilibet delectari. Fons ex latebrosis exorians scopulis , abundanter planitiem irrigans , insignitur dicto : **CURRIT DARE**

(R) D. Ambr. D. Bernardin. Senens. & alij. Arab. in Bibl. Max. Alexiu. à Salo in Arts. col. deip. Plur. lib. de amicit. Diogen. apud Plur. Guilielm. Paris. de Fest. Marie q. 1. ex Arist. 1. 8. Ethic. Adamus Delphius de Assumpt. Virgin. Hom. 2. in fine. D. Aug. in Gloss. Alens. ad c. 8. Sap. v. 18. Alanus de Insulis in c. 1. Cant. Anonym. in Biblioth. Virgin. tom. 2. pag. mibi 377. lit. D. Bibl. Virg. tom. 2. pag. mibi 679. col. 1. lit. C. Arist. de Amicit. mult. Cic. 2. de Finib.

Maria , omniū utilitati , & solatio sedula incumbit.

COMMODA CVNCTIS. Maria, fons veluti immensus, sic liberalis, sic benefica fuit, quod *omne dandum dedit*, Deo mundum, Deum mundo, hominibus cælum. Profert Biblioth. Virgin. Incessanter Maria currit omnibus subvenire, amicis præcipue, sciens *vicissitudinem beneficiorum in amicitia esse necessariam*. Ideoque quos videt in suo castissimo amore delectari, iterato assicrit beneficiorum effluxu; & ut sic sibi (vtens liberalitate) *benevolentiam hominum conciliet*, & *charitatem*. Id ipsum edocemur ex D. Pauli verbis 1. ad Cor. c. 10. de Petra Oreb aquas populo sitibundo large impendente, dum dicit: *Bibebant de spiritali, consequente eos petra*. Alijs legisse placuit, *bibebant de Petra, quæ cum ipsis veniebat sequuta est, aut eos comitante*. (S) Nam vt plures asserunt, Petre illius Portiuncula è collo Mariæ Sororis Moysen, & Aaron pendens, fundebat aquas quoties illis populus indigebat. His videtur assentiri noster Lyranus, dum asserit Petram desiderijs Israelitarum obsequutam esse; & consequenter vna cum illis ad terram promissionis vsque proficisci, quousque desideria populi protendebantur, donec perveniret ad locum, vbi esset aquarum copia, addit Estius. Sed mihi pro dubio est, cur hæc Petra alibi in stagna, & in plures fontes, cum vnica fuerit, dicitur conversa? Nam David ait Psal. 113. *Convertit Petram, in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum*. Sive in fontem abundantem aquæ de Petra, de qua etiam loquutus est D. Paulus. Iuxta Mysticum sensum Christo hunc applicat textum meus Parens, & omnium Magister Augustinus, dicens: *Seipsum liquefecit ad irrigandos fideles suos, ut fieret in eis fons aquæ salientis in vitam æternam*. At Mariam, illam esse Petram refocillationis, antea dedimus, & cum Biblioth. Virgin. denuo damus: Quæ nobis sic prævenit subsidia utilitatis, vt non solum sitibundas reficiat animas, sed & consequatur desideria, impendens munifica quidquid nostra ambiat sitis, promptum subministrans subventionis influxum. Vnde, & *filius eius, quasi in hoc ei congratulando, & eam ad subveniendum provocando dixit Isai. 60. leva, ò mater Maria in circuitu oculos tuos, scilicet misericordiam, & largitatis, ac bonitatis, & vide hilariter, communiter, & largiter, peccatores pro ventis iusti pro gratia, tristes pro gaudio, Angeli pro latitia, omnes isti venerunt ad honorem tuum, ad largitatem tuam, ad misericordiam*

tua. Ait Glossa, à Biblioth. Virgin. adducta. Sic nos hæc Petra salutaris effundens aquas copiosissimè, comitatur pro nostra commoditate in rivos divisa, longo spatio profluens, donec veniamus ad Deum fontem vivum, & satiemur ab vbertate domus suæ. Imo vnico impatiens Maria erga nos effluxu decurrere, vnicus etsi sit fons, plurimi tamen gratiarum ab ea dependent, vt omnes irriget aquis de fontibus Salvatoris. Lepide id fudat Alphonsus Tostatus: *Maria, fons dicitur domini, quia sicut à fonte exeunt emanationes aquarum, quæ irrigant terram, ita à Virgine Salvator effluxit, qui primordialis est scaturigo, & principium omnis boni nostri*. In innumeras divisus fons fecundantes Hortum scaturigines, hoc lemmate salutatur: OMNIS AB VNO. Sic ab vnico fonte misericordiam, Maria videlicet, omnis noster provenit proventus, & utilitas. Quapropter hæc scripsit ipsi colloquens D. Anselmus: *Millies centena millia hominum (Regina pijsima) ad te clamant, & omnes salvantur, & quod possunt omnes, tu sola potes sine omnibus*. Vide multiplicem Marianæ pietatis effluxum; & amplius vide: Nam prævidens Zacharias vberimum pietatis fontem tempore legis gratiæ aperiendum, hæc scribit c. 13. *In die illa erit fons patens domui David*. Haymonis sententia est, loqui de fonte misericordiam, cuius scaturigo perenniter aquas gratiæ in homines derivat. Literaliter autem alludit ad fontem *Siloe*, cuius aqua clara, dulcis, & vberissima fluit in torrentem Cedron, à radice montis Sion scaturiens, quæ summo in pretio etiam ipsis Sarracenis hodie est, cuius lavacro (T) naturalis corporum eorum foetor depellitur. Mariam hic fons repræsentat, à qua divina incepit in nos clarescere misericordia, mala relaxans, & bona tribuens, vt docet Doctor Doctorum Alensis. Fons est datus in ablutionem peccatoris, nam foetida matris Evæ crimina Maria luit, inquit Alanus de Insulis. Patens igitur hic fons dicitur; quia misericordia Mariæ nulli denegatur, primatibus, & nobilibus, plebeijs, ac gentilibus, & promiscue habitantibus Jerusalem ex omni natione, quæ sub cælo est, omne genus peccati ab omnibus lavatura, Patens est, vt nullus accedere vereatur, dum omnium subventura necessitatibus exponitur, & utilitati omnium aquas gratiæ manifestat. Vnde vt habet Daniel Agricola, *misericordiam, & consolationem per Mariam accipimus, ratione cuius ipsa fons misericordiam*

(S) 1. Ad Cor. 10. v. 4. Bibl. Syr. Arab. & Æthiop. B. Angelus del Pas in Symb. Lyræ in Gloss. ibi. Estius etiam in Bibl. Max. Psal. 113 v. 8. Bibl. Tigur. in Max. Lyræ in Gloss. ad Psal. 113. v. 8. D. Aug. in Psal. 113. v. 8. Biblioth. Virg. tom. 1. p. 472. col. 1. lit. B. Gloss. in Bibl. Virg. tom. 1. pag. mibi 464. col. 2. lit. C. Estius loc. cit. in Bibl. Max. ad 1. ad Cor. c. 20. v. 4. Haye in Conc. lit. ibidem. Alphons. Tost. in Parad. sive Enigmat. de vase mirab. Mariæ, c. 1. §. 3. in fin. D. Anselm. Cantuariens. in opus. c. 12. orat. 3.

Ex fonte vnico Virginali plures ad nos derivatur gratiæ influxus.

(T) Zach. c. 13 v. 1. Haymo, & Saligniac. apud Corn. Alap. ibi. Alensis super Missus est. Alanus de Insulis in Ante-Claud. de Epithet. Mariæ. Haye, Tiranus in Bibl. Max. Daniel. Agric. in Cor. 9. stell. 4. Arnob. in Psal. 117. D. Augustin. in Psal. 26. D. August. contr. Faust. lib. 23. c. 66. D. Bon. in spec. Virg. c. 7. Da-

die appellatur. Sed si domui tantummodo David fruendus designatur hic fons, cur patens omnium utilitati peccatorum proponitur, dum dicitur, *in ablutione peccatoris?* David, ut interpretatur *dilectus*, iustum repræsentat, dilectionis, & charitatis vinculo Deo constrictum; & ut *manu fortis* fidelem quemlibet diabolo pravalentem; ut *vultu desiderabilis* Christum repræsentat, cuius vultum desiderat universa terra. Ut evadens adulter ob Bersabeam in solario visam, & impudice amatam; ac ut elatus numeravit populum, agit Peccatorem, iuxta meum Augustinum. Bene ergo huius domui patens proponitur fons Virgineus: Nam Christus ut gratiarum flumen ex Maria oritur, & ab ea enutritur. Patet iusto, quia *non solum in plenitudine Sanctorum detinetur, sed in plenitudine Sanctorum detinet, ne eorum plenitudo minuatur; detinet nimirum virtutes, ne fugiant, merita, ne pereant, demones, ne noceant.* Ut docet D. Parens Bonaventura. Peccatori patet, quia *quantuncumque quolibet morbo peccati maculatus fuerit, in Beata Virgine potest lavacrum invenire, & feces peccatorum abluere.* Inquit Daniel Agricola. Omnium itaque utilitatis hic fons respicit irrigaturus. Paradisus, in quo è carduis & spinis pulchri enascuntur flores, à fonte crystallino vberime irrigatus, fert inscriptum: **UT TRAHAT EX SPINIS FLORES.** Sic Maria suarum irrigatione gratiarum, Peccatorum spinas in flores virtutum commutat, unde *radix omnium bonorum* à Chrysippo vocata est. *Ut fons egreditur, & irrigat Maria* (dat Richardus) *torrentem spinarum gratia, qua impleta est, vel rivulo suo, id est Christo, irrigat peccatores.* Unde, ut lepide asserbat Bernardus, *merito in eam respiciunt oculi universæ creaturæ: Quia omnes ex ea miras exhauriunt corporis, & animæ utilitates.* Ad hoc meditandum, id quod antea cecinimus cum David, nos advocat Psal. 22. dicente: *Super aquas refectionis educavit me.* Fessum agit Propheta ex longo itinere peregrinum, fontis scaturiginem avidè desiderantem, qua valeat sitis, ac laboris molestiam excutere: quod ubi invenit, & pervenit, non solum ut potu, sed aqua educatur ut nutrimento, tali recompenans vitam refectione; (V) Ideoque subiungit, *animam meam convertit:* Quia quasi a me avolverat, dum deficiente spiritu præ angustijs, nisi in obiecto mihi fonte reficerer, proculdubio vitali agitatione privarer. *Per Fontem intelligitur Beata Virgo; ut*

dat Pictaviensis; nam de eius plenitudine accipiunt universi, estque suæ gratiæ aquarum indifferenter omnibus distributiva, & cœlestis refectionis nutritiva. Unde alij legunt: *Super aquas tranquillas educavit me, animam meam revocavit, seu nutritivit manna.* Sed cur, cum ad hunc gratiarum fontem devenitur, anima revocatur? *Revocatur, qui vocatur iterum, & qui ad præcedentem terminum reducitur.* Errabat Homo per huius sæculi devia, dum pertransire omnia debebat, ut ad cœlestem Patriam perveniret, sic onere attritus peccatorum, ut anima iam à Deo deficeret, dum tali sarcina præmeretur: At Maria suffragante revocatus est homo à vitijs suis pessimis, & refectionis in pietatis fonte spiritualibus delitijs, ab errore per Mariam reductus est ad Deum. Sed quare ad hunc devenientes Fontem, manna potius, quam cibo aliò, à Deo dicuntur nutriri? Vide per Virginem Divinam erga nos largitatem, considera munificentiam. *Ex Maria, manna cœlestè dulcissimum pullulavit, ut docet Damascenus. Manna autem omne delectamentum, & omnem saporis suavitatem habebat; nam sapiebat, prout volebant, ut exponit Lyranus, Sap. c. 16. Ut ergo omnis boni fruitio, & utilitas in homines refundatur, dum ab erroribus mundi ad fontem vitæ, qui Maria est, revocantur, omne commodum, proficuum omne ex eius refectione sibi impendi protinus experiuntur.* Hinc D. Parens Bonaventura dixit: *Gratia Mariæ colligit malos, impinguat bonos, liberat universos.* Fons roseis guttulis velut Manna scaturiens, offert literam. Hinc **FLVIT OMNE BONVM.** Nec incommode fonti Virgineo id congruere iudicabitur, si verba D. Gregorij Nazianzeni perpendantur, qui absolute eam vocat *Generis humani bonum.* Ad hunc igitur obsequentes accedamus fontem, ultra refectiones animæ, omne bonum, omnesque nostras utilitatis consequuturi.

226 Fons è cratere exiens marmoreo, aquas in altum dispergens, levita quæque etiam eis superposita, in altum erigit, & sua in altitudine ne ruant, sustinet. Conijce Marianæ Pietatis ideam: etenim Virgo veluti fons, ex quo à marmoreo sepulchri vase in altum attollitur, sibi devotos, & nulla culparum sarcina onustos, ad se advocat, trahit miserans, eos ad altitudinem avolare alliciens sempiternam. Arridet hic quod mysticè de Virgine explicatur à DD. ab eaque dictum Prov. cap. 8. *Quando præparabat Cælos*

Conc. liter. Berchor. in diction. verb. Revocare. Iansenius in Catholic. Alesius, & Genebrard. in Psal. 22. Daniel Agricola in cor. 11. stella 8. Sap. c. 16. v. 20. Lyra in Gloss. ibi. D. Bonav. in Spec. apud Novar. umbr. Virg. lib. 4. cap. 10. Exc. 74. n. 698. D. Greg. Nazianz. orat. de Christo patiente.

Daniel. Agric. cor. 7. stella 6. Chrysipp. Presb. ser. de Laudib. Virg. Richard. de Laud. Virg. lib. 9.

Maria suis irrigans gratijs peccatores, è spinis extrahit flores Deo iucundissimos.

Maria, est fons, à quo nostra refectionis, & omne bonum emanat.

(V) Psal. 22. v. 2. Pictaviensis in Direct. verb. Fons. Bibl. Syr. & Chald. in Max. Haye in

(X) Prov. c. 8.
v. 26. *Pictav.*
in direct. Dan.
Agric. Cor. 10.
stella 1. & Cor.
7 stella 2. *Al-*
sis in c. 8. Prov
v. 26. D. Cyril-
lus Alexand.
lib. 11. in Ioan.
c. 16. *Iob.* c. 13.
stipula sicca vo-
catur homo.
etiam. *Psal.* 82
Isai. 41. vide
Lyram, *Alens.*
Haye, & alios
ibi. *Cassiodor.* de
var. l. 3. *epist.*
11.

Maria, curat
vt nobis coeli
parentur, &
vt Deo fru-
mur in illis.

Caelos aderam. (X) Caelum à celando
dicitur, quia ibi celatur, & protegitur ho-
mo ab omni tribulatione; explicat Pi-
ctaviensis. Aderat ergo Maria, cum Deus
Caelos præparabat: Quia cum etiam ip-
sa Caelum merito nominetur, adest festina
cum Caelorum protectio hominibus præ-
paratur. Nam sedens in folio Paradisi pro-
tegit nos, oculo misericordiae respiciens
Peccatorem. Fert Daniel Agricola. Ade-
rat igitur Maria, quando Deus præpara-
bat Caelos in dispositione, vel ornatu, vt
explicat Alensis. Quia cum Caeli à Deo
dispositi sint, vt in illis fruatur Deus à
iustis, & hi ibi fulgeant vt scintilla in
arundinetis: ad vtrumque se præsentem
exhibet Maria, ad dispositionem sedilium
Caeli pro iustis, & ad ornatum, quem
iusti vt stellæ fulgentes exhibitori sunt
Caelis. Vtrumque Maria curat, cui cura
est de omnibus, vt ad Patriam transeant
coelestem, ad quam ipsa fideles impellit,
levat vt fons levia, sursum in aera eos
comitata. His annuit D. Cyrillus Ale-
xandrinus promens: *Maria quasi mater,*
& radix virtute, naturaque sua vitam
æternam parit. Fons aquis suis in altum
stipulas levans, hoc signatur dicto: ELE-
VOR VT ELEVEM. Sicut stipula an-
te faciem venti homo est, & vtinam ni-
hil terreo gravatus, aurea sit virtutum
stipula, divino statu vt elevetur ad subli-
mia, fastidiat terrena. Sic deponens vitio-
rum onus, levabitur in aera, ab illo gra-
tiarum fonte Maria, cælorum Regina.
Quid enim tam regium, quam fecisse fœ-
licem? Ipsa dum Deus nobis Caelos præ-
parat, adest: levat postea, vt sua ope a
iustis ornentur. Sed quid de his mirum!
Mariæ enim vt Domina, vt Regina, cœ-
leste obtemperat imperium, & ad eius
clauditur, & aperitur nutum. Hoc vidit
Joannes, cum vidit Civitatem Ierusalem,
descendentem de Cælo à Deo, paratam
sicut sponsam ornatam viro suo. Apoc.
21. Ierusalem, sive cœlestis hæc sponsa,
Virgo est benedicta, & sponsa præcipua,
ait devotus Ambrosius Catherinus: (Y)
Quam videns, licet Gloriam electorum
prout est in se, non viderit (docet D. Ber-
nardinus) vidit in aliquo aquæ represen-
tante; in civitate, in Maria nempe. O Fœ-
licitas hominis ad Mariam cordis affectu
avolantis, dum ea contemplata, videtur
quasi species Caeli in visione Gloriæ.
Quis non ad eius approximet umbram,
si ea visa, Caelum videtur, & nos quasi
alliciens ad possidendum, suæ pulchritu-
dinis ostensione trahit? Dicat hoc ipse
videns: *Sustulit me in spiritu in montem*

(Y) Apoc. c. 21.
v. 10. Ambros.
Cather. de Im-
mac. Concept.
lib. 3. in Petr. 1
D. Bernardin.
Sen. in c. Apoc.
21. v. 10. *Lyra*
in Gloss. D. Au-
gust. Hom. 3.
ser. 35. de San-
ctis. *Haye* in
Concl. lit. ad c.
Apoc. 21. v. 10

magnum, & altum. Scilicet in Caelum
Empyreum, qui est locus Beatorum, vt ex-
ponit Lyranus. Istud autem Caelum re-
præsentat Mariam: ideoque dum iustus
ad eius fruendam ducitur præsentiam, in
ea quasi in compendio videt omnium
beatorum Gloriam. Si Caelum te vocem,
altior es. Protulit meus Parens, & Magi-
ster Augustinus. Sustollitur ergo, & ele-
vatur, quia ad id Mariana civitas descen-
derat, vt sublimius quam fuerat prius,
iustus attolleretur; quia per Virginem,
quasi per fontem nostra levis mortalitas
elevatur. Sed cur Agni Sponsa hoc loco
Maria dicatur, perquiramus. Sponsa Ma-
ria dicitur, cum homines ad Caelum Su-
stollit, quia stanti à dextris Dei, Caelum vt
Reginæ iura cadit, eique in omnibus pa-
ret quatenus eam videt in Sponsi sui vt
Sponsam bonis potioribus delectari; &
materna, sponsali, ac regia autoritate fi-
lio vt nos in cœlestem Patriam introdu-
cat præcipere. Ideo Sponsa prædicatur,
quia ei cœlestis Agnus cœlestis regnum
contulit loco dotis. Et quid nobis inde?
Danielem Agricola attendas. *Matrimo-*
nium Virginis fuit ad replendum Cœ-
lum. Vacuum antea hominibus erat, sed
ex quo Maria in Dei eligitur Sponsam,
homines promiscue ad Caelum tolluntur,
quia nutui Mariæ subijcitur Caelum. Id-
circo conclusa in Virginis manu sphaera
depingitur hoc lemmate: VOLVITVR
AD NVTVM. Vt Domina enim cœlo-
rum extendit sibi addictis manum suam
in retributionem; quia illi datum est (vt
fert Bernardus) omnia posse in Cælo, & in
terra, & facere quidquid animo suo colli-
buerit. (Z) Additque: *An non enim legi-*
time eorum omnium Domina est, quorum
Filius eius est Dominus? Ergo ad eius be-
neplacitum inclinatur Caeli, & volun-
tur, vt facilius nos ab hoc fonte gratiarum
ad illius gaudia intermoritura fruendum
levemur. Hoc etiam admonet Author
Ecclesiastici creaturarum intexens epilo-
gum, ex quo homines moveantur ad
Deum diligendum. Ait enim c. 43. *Spe-*
cies cœli gloria stellarum. Id est decor, &
pulchritudo cœli, & splendor sive lumi-
nositas stellarum. Glossat Alensis. Qui
per cœlum intelligit Ecclesiam, iustos au-
tem nomine stellarum. Nos autem vt de-
dimus, & damus cum Damasceno, & Epi-
phanio, Mariam nomine cœli veneramus,
cœlis capaciores, & diffusiores, quæ
Deum in se nos coarctavit. Cœlum est,
omnia comprehendens: quia Maria
creaturis constat omnibus: quidquid enim
creator singulis distributor iustus conta-

Daniel Agric. in
Coron. 8. stella
12. & cor. 10
stella 1.

Virgini loco
dotis cœlum
à Deo datur,
vt hominibus
ad eius nutū
dispensetur.

(Z) D. Bernard.
apud Alexium
à Salo in Art.
Amand. Deip.
declar. stell. 10.
Ecc. c. 43. v.
11. vide Alens.
in Prol. v. 1.
Idem, cap. 43.
Ecc. v. 11. D.
Damascen. de
Annunt. ser. 11
D. Epiphani. de
laud. Virg. Ar-
nold. Carnot.
Tract. de Virg.
D. Ber. ser. in
Salve Regina.
Damian. ser. de
Assump. Virg.
D. Bern. ser. 3.
super Salve Re-
gin. Sept. Bibl.
Tigur. in Max.

lit,

Lyra in Gloss.
ad c. 43. Eccl.
w. 11. Berchor.
in Direct. Angl.
glic. late l. 8. c.
2. & 3. Theatr.
Vit. Hum. to. 2.
& alij. Subt.
Doct. prae alijs
in lib. de Caelo,
& mund. Dami-
niel Agricol. in
Coron. c. 7. Ar-
nold. Carnot. de
Laud. Mariae
Tract. in princ.
Iust. Lips. lib. 1.
de clem. c. 20.
D. Anselm. in
Opusc. c. 9.

Maria, pri-
mum Caelum
inferiora om-
nia ad coele-
stia trahens.

lit, matri adornanda congescit. Ideo *spe-*
cies cœli Virginis gloria stellarum: quia
iusti ut stellæ in cœlo fulgentes, ad glo-
riam capeſſendam per Mariam rapiuntur.
Nam de hac, & ob hanc, ac propter hanc
totus mundus factus est. Dant Arnoldus,
& Bernardus. Hæc cœlum est, quod
Deus vocavit firmamentum, sive *firme-*
stans; etenim *sola solidiore lumine, & An-*
gelos, & homines illustrat. Inquit Damia-
nus. Imò omnibus firmamenti *firmior*
est Maria, quæ eum, quem cœli capere non
poterant, cepit, & concepit. Inferit Doctor
melleus Bernardus. Nunc ad nostrum re-
vertamur scopum. Species, aut pulchritu-
do cœli ex stellarum gloria innotescit:
id est *ex earum ornatu illuminante, qui*
decus cœli est, ut alij legunt: & dicitur hæc
claritas Gloria, quia gloria à claritate de-
rivatur, dicta quasi claria. Explicat sa-
pienter Lyra. Cœlum ergo, quod à cœ-
lando dicitur, stellis quasi signaculis, sive
sculpturis cælatur pulcherrimis, eius spe-
ciem perenniter enarrantibus. Quare?
Planetarij cœli, orbes inferiores sunt pri-
mo mobili, à quo plenitudinem influen-
tiæ simul cum terra recipiunt, omnesque
sub se continet, nimisque extenditur, ut
largius influat in inferiora. Inferiores au-
tem orbes sic à primo mobili trahuntur,
ut per sui influentiam gubernentur, & ad
motus suos superiores deducantur. Sic
Gloria stellarum, cœli pulchritudinem
commendat, à qua superiorem motum,
& influentiæ recipiunt largitatem. Maria,
cœlum vivum, ipsis cœlis altius, ex Da-
masceno. Hic autem *stellæ, dignitates*
sunt, & excellentiæ Sanctorum. Hi igitur
enarrant gloriam Dei, & Mariæ gloriam,
quæ *in utroque individua est,* iuxta Ar-
noldum: quia eos ad cœlestia trahit, ad
superos manuducit; dumque incolas eos
inferior detinet orbis, influit gratiam,
charismata ex cœlorum Thesauris dimittit.
Sphæra pingitur cœlestis, concatenos
trahens inferiores Planetarios orbes, ha-
bens epigraphen: OMNES ÆQVE
TRAHI. Utque scribit Justus Lipsius, *si-*
cut supremum illud cœlum inferiores om-
nes orbes secum ducit: sic Deus fati impe-
tu humana omnia trahit. Sic etiam Maria,
ex quo eius immente augetur gloria. De-
dit sic Anselmus dicēs: *Dei sapientia dis-*
posuit, ut per Virginem in mundum ve-
niens, per hanc hominum peccata deleret;
nec non damna cœlestis Patriæ, illucque
hominem deducendo, reintegraret. Ideo
fons totius Boni Virgo dicitur, omne bo-
num in nos influens, & ad superiora vs-
que perducens. Hoc ad oculum patet ma-

gis ex illo Cant. 6. ubi Maria dicitur *ele-*
cta ut Sol. Solis electio, non ex nihilo, sed
ex luce prævia, facta est: ut pateat crea-
tionem Mariæ processisse ex prævia luce
gratiæ, & gloriæ, ideo habent alij: *munda,*
vel pura, ut sol eligitur, cuius luminis
pulchritudo, non solummodo oculum ad
se videndum trahit, sed visa fuminē dele-
ctat, & potentiam ad sui movere amorem.
(A) Ob hocque Fons totius luminis appel-
latur, quod reliquis cœli luminaribus,
tamquam à fonte communicatur. Sol Ma-
riam obumbrat, totius gratiæ fontem, in
nos diffuse derivatum, & sic superfluen-
tem, ut semper plenum invenias. Textum
sic plures vertunt: *Quæ est ista prospici-*
ciens? Maria ex quo eligitur in solem, so-
le iustitiæ amicta, oculus fit mundi, ple-
na oculis, nostras ut sublevatura prospici-
ciens egestates: *Vbi enim Maria non est*
per gratiam, non potest esse nisi miseria,
& egestas. Profert Daniel Agricola. Id-
circo Anselmus dixit: *Mater Dei facta*
est mater nostra cura, & affectu. Quanta
sedulitate tenerum, quem diligit filium
mater curat, ne cadat, si ceciderit, ut le-
vetur: Quem osculis, & amplexu alliciens
ad se trahit, nec à se patiens vllatenus
elongari. Hoc modo illos suos miseri-
cordes oculos ad nos Maria convertit, ut
à casu liberet, sive ut ad superiora levet,
ut filios dilectos comparticipes Regni cœ-
lestis. Electa est Maria ut Sol, omnia in-
feriora fovens, vivificans, & fecundans,
fert Tirinus: etenim per ipsam rationales
foventur, quia est fons omnes fovens cœ-
lestium donorum influxu, *animarumque*
sitibundarum refocillatrix, eas fecun-
dans plenitudine virtutum. Sed non ob
dicta tantum electa prædicatur ut Sol.
Hic enim ex quo in cœlorum axe incipit
splendescere, terreos vapores in imis de-
tentos attrahit, & ad se sursum elevat, in
melius transmutandos. Maria ideo fons
totius luminis in solem mutatus, est *electa*
ut Sol, quia cum *vita nostra vapor sit ad*
modicum parens, Jacob. epist. c. 4. nosque
omnes, terrei vapores minuscule mor-
tis impulsu in nihilum abeuntes: Occur-
rit, & succurrit statim Virgo pijsissima, ut
Sol electa, & nos à terreis separans
spurcitij, ad se trahit, in cœlorum lu-
mina convertendos. Id dat D. Anselmus
scribens: *In huius mundi squalloribus de-*
gens per pie matris Dei Mariæ merita
humana natura est exaltata, & gloria de-
coratur. Sol vapores ad se trahens radijs
in quos mutantur permixtos, scriptum
haber: **ELEVAT UT NITEANT.**
Certe quidem, nam dante Abbate The-
sau-

(A) Cant. 6.
v. 19. Berch. in
direct. verb. tra-
here in reduci.
l. 5. c. 28. Abb.
Abſalon. ser. 1.
de assumptione
qui est 43. Ha-
ye in conc. lit.
Daniel Agric.
in cor. c. 3. D.
Anselm. de B.
Virg. in opusc.
Tirin. in Bibl.
Max. ad cap.
Cant. v. 19. Bi-
bl. Virg. tom. 1.
pag. mibi 468.
col. 2. lit. D.
Berch. direct.
verb. trahere.
Anglic. & Phi-
losophi. D. Ia-
cob. in Epist.
can. c. 4. v. 15.
D. Anselm. in
Opusc. de B.
Virg. c. 9. Ber-
ch. in Reduct.
lib. 6. cap. 26.
Abbas Thesau.
apud Picinell.
mund. Symb. l.
2. c. 8. n. 148.
Ambros. Carther
Opusc. de Im-
macul. Concept.
Perf. 12. lib. 3.
Daniel Agric.
Cor. 7. stella. 6.
Luc. c. 1. v. 42.
Bibl. Persic. in
Max. Lyr. in
Gloss. ibi. B. An-
gelus del Pas,
in c. 1. Luc. l. 2.
cap. 36. Idem
ibi. Guillielm.
Esius in Luc.
c. 1. v. 42. D.
Anselm. in opusc.
de B. Virgin.
serm. 2.

sauro, vapor elatus, ut stella fulget. Sic homines per Mariam, quæ electa est ut Sol, & fons lucis, eleuantur ut fulgeant in perpetuas æternitates.

227 Fons limpidissimus serpentibus quamplurimis habitatus, nil malignæ admittit fœditatis. Sic Maria hominibus noxæ adamiticæ tabe infectis vel genita, vel tamquam pia mater filijs circumsep- ta, maculam illam antiqui serpentis non solummodo haud incurrit, sed ei adhibet puritatis lavacrum. Sic Serpenti antiquo alloquitur Ambrosius Catherinus: *Vicisti mulierem fraude. Hoc tibi sit pœne quoniam vincet te mulier virtute, & ita vincet, sicut tu aliam vicisti.* Vicit Evam diabolus inferendo damnum; ergo Deipara vicit in Conceptione afferendo remedium. Nam, ut habet Daniel Agricola, *In Virgine lavacrum invenitur, quo feces abluantur peccati.* Ex quo in domum intravit Zachariæ Maria, mutuo gratulantur Iesu, & Joannis Parentes, Maria, & Elisabeth; hæcque inter alia Mariæ dixit: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Luc. c. 1. *Tu beata inter mulieres.* Dant Biblia Persica. *Quia quodammodo per hoc quod conceperat Dei filium, contraxerat quandam infinitatem bonitatis.* Docet Lyranus. Sed cur *Benedicta* potius, quam *fœlix* Maria nominatur? Perpinianensis Fræciscanus Angelus satisfacit: *Quia maledictum delesti. Quia quod Eva credendo deliquit, cum serpentem audiret, Maria credendo delevit. Quæ vitam reddidit, quia facta est mater viventium per gratiam.* *Benedicta* dicitur, dum antiquam propulsavit maledictionem, afferens in se contra serpentis venena remedium. Idcirco fructus ventris sui dicitur *Benedictus*: quia quasi fructus arboris Mariæ Christus putandus est, cuius indoles innoxia, & salubris à radice arboris pensanda est. Cum ergo Mariæ fructus, Jesus nempe, totus sit salutaris, in quo solo, & in nullo alio est salus, radix, à qua oritur meditanda est? Quæ cum arboris Mariæ, à qua procedit, principium, Conceptio, siue creatio Mariæ sit, tota non tantum innoxia erit, sed & pellet antiquam noxam salutaris. Hæc de Conceptione Virginis protulit D. Anselmus: *Nostre reparationis anima* (Mariæ utpote) *digna creatur, & sacratissimo corpori unitur.* Si ergo creatur ut reparatrix, quis eam audet in passivo conceptu prædicare parandam? Si remedium attulit dum crearetur contra maledictum, quis non verebitur asserere eam primordiali incu-

risse damnum? Non ita censuit B. Thomas Dominicanus, eam defendens à peccato originali, & actuali immunitem. Idcirco D. Anselmus ait, quod *Virgo in deitatem filij quodammodo transitura, primordia Conceptionis sue tanta habuit divinitatis sublimitate præsignat, ut humanarum Conceptio mentium ea planè penetrare non valeat.* Fontem obijce nitidissimum, cuius in circuitu vulnifici evomunt venena serpentes, cum inscriptione: *PURGAMUR AB ISTO.* Benedictionis iste Virgineus fons, vix illud antiquæ maledictionis elusit, & venena peccati, in nostræ animæ antidotum commutavit: ideoque Mariæ dicebat Abbas Abfalon: *Te, o Beata Virgo Maria respiciunt ruine istius levamina.* In hoc autem quid mirum, cum Mariæ Conceptio, tota ex divinitatis ymbra pensanda sit. Hoc habemus ex Isaia, Maria Virgæ Symbolo depingente, filium eius floris nomine, c. 11. vbi sic habet: *Egreditur Virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascendet.* (B) *Virgo Maria dicitur Virga flexibilis pietate, & Christus flos ratione puritatis.* Exponit Princeps interpretum Lyranus. Alij autem legunt, *Nazareus de radice eius ascendet.* Nazareus à radice Netzer, dicitur separatus, aut coronatus; quatenus à sui primi egres- sus radice, Maria separata à spurci- tijs filiorum Adæ, grarijs omnibus coronata apparuit mundo, mutuans coronam à Cælo. Sed nostræ vulgatæ lectio medi- tetur. *Egreditur Virga de radice Jesse,* Hic Virginis conceptio prædicatur; quia radix fundamentum est arboris excres- cendæ, & Virgo omnipotentis artificis agricultura, quo corpus Domino univer- sorum fructificavit, in qua condemnavit peccatum orbis, & vitam fontificavit perennem. Dat Græcus Theophanes. Perpen- de illud, *vitam fontificavit perennem.* Radix, & principium Mariæ eius immaculata Conceptio fuit, ex qua velut è pe- renni gratiarum fonte vita manavit; quia numquam aditus patuit serpenti mortis venena primæ hominum radici evomen- ti. Sed & aliud meditemur. *Flos de radice eius ascendet.* Nonne flos ex Virgæ me- dio, aut summitate solet enasci? Cur er- go hic à radice? *Maria*, ex Ruperto, *est Virga grætiæ, Virga requiei Domini, sa- per quem requiescit omnis plenitudo di- vinitatis.* Ergo cum Christus, Deus sit, & homo, ex quo suæ matris radix apparere incipit, tota cum sua divinitate ad suam radicem, principium, & Conceptionem se infundit, ut nil humanum, eius Con- cep-

(B) Isai. c. 11. v. 1. *Lyra in Gloss. & apud Biblioth. Max. in Isai. c. 11. v. 1. Theophanes in Salut. ad Vir- gin. Rupert. in Isai. lib. 1. c. 6. Tertul. lib. de Carn. Christi, c. 21. Idiota in Contempl. de Bi- Virg. c. 2. Ful- vert. Carnot. ser. de Nat. Virg. Guarric. Abbas serm. 2. de As- sumpt. Anglic. de Prop. rer. lib. 17. c. 74. Berch. passim in Re- duct. & direct.*

Mariæ primus creationis e- gressus, Divi- nitatem ad se rapuit, unde coelestis pror- fus exiit.

B. Thom. Aquini in 1. d. 46. a. 3. ad 3. & 1. p. q. 25. a. 6. ad 4. ut refert D. Antonia. ser. in Sabatth. ante Dom. Palmarum. D. Ansel. lib. de Concept. B. Mariæ, c. 1. Abfalon Abbas de Nat. Virgin. ser. vnic. qui est o. d. 47.

In Maria invenitur reme- dium contra originale pec- catum.

ceptio saperet, sed divinum. Dat quid ad hæc Tertulianus dicens: *Sua radix sibi vendicat per Virgam proprietatem eius, quod ex Virga est floris, & fructus.* Flos, Deus est, fructus autem benedictus, homo: radix Sancta, & omnis sanctitatis plenitudine referta; nam divinitatem Maria habuit à radice, à creatione; quatenus præocupante radicalis principij divinitate præelectum sibi hospitum, nil ad radicem accedere potuit criminosa labis infestum. Hæc Conceptio proprietatem exhibet à flore, qui Deus est, ut pateat Divinam sapere puritatem, quam sibi familiaritatem habuit à radice. Aliquid huius damus iterum cum Guarrico Christum matri alloquentem inducente sic: *Communicaſti mihi quod homo sum, communicaſti tibi quod Deus sum.* Flos pulcherrimus, ac cœlestis coloris radicem Virgæ præocupans, signa dictum: A FLORE VENVSTAS. Inde enim fons vitæ gratiæ Maria in sua Conceptione fuit, quia flos Christus eam divinitatis umbra nobilitavit. *Flos enim nobilitat germen suum:* Scribit Anglicus, & Berchorius. Ex quibus deduci est facile, dum Mariana Conceptio in instanti primo, iam divinitate nobilitatur, illud suæ creationis primum instans, puritatē sapere non quamcumque, sed Divinam, & gloriosam. Id facile probatu est ex Verbis David in Psalmo 86. Quem de Maria mystice exponit Alensis notter, ubi dicitur: *Fundamenta eius in montibus Sanctis.* Stabile utique fundamentum erit, dum sistitur in Sanctitate: Quod Mariæ adscribit apte Andreas Jerosolymitanus sic eam alloquens: *Salve sancta Virginalis tellus, ex qua novus Adam ineffabili fitione formatus est, qui veterem saluti restitueret.* Fundamentum ergo formationis Mariæ sanctitas est, & lapidicina unde omnis Sanctitas excrevit, ex quo Sanctitas substantialis Deus homo, abscissus est lapis sine manibus: *Unde nutrix sanctitatis Virgo fuit, cuius lacte, omnes qui umquam fuerunt, eruntque iusti, & sancti aluntur.* Docet Seraphicus Præceptor. (C) Primum ergo sui esse fundamentum, sive creationis initium, fuit in montibus Immaculatis, ubi fundamenta pulchra Dei, ut Apoll. in Bibl. Max. habet. Sed Lyrani doctrinam non emittendo, hi montes Immaculati, & sanctitatis plenitudine efflorescentes, sunt Mons Syon, ubi Christus prædicavit, & mons Thabor, ubi futuram gloriam in præfiguratione ostendit. Nec id sine causa. Nam cum fundamenta formationis Deiparæ in sanctitate sita sint,

Christus cum Syon prædicat eius gratiam, & cum Thabor exaltat eius gloriam. Vide amplius. *Fundamenta pulchra Dei dicuntur;* quia vel dat fundamentum, vel ut fundamentum omnis boni ponitur, quem nullum rei anteit, vel anteire potest fundamentum. Sicque Mariæ creatio, nullo alij innititur nisi Deo, cuius in visione, & fruitione consistit Beatitudo, estque ideo in plenitudine gratiæ, & in assistentia plenitudinis gloriæ. Hinc D. Anselmus arguens hanc gloriam Mariæ negantes, ab inconvenienti ait: *Si fundamentum illius, scilicet initium, sive primordium formationis Mariæ corruptum fuit, ipsi certè constructuræ non congruebat.* Inſeſia ne fuit, & impotens sapientia Dei, & virtus mundum sibi habitaculum condere, remota omni labe conditionis humanæ? Festivè autem ludit hæc noster B. Angelus del Pas, dicens: *Præstantior modo, & peculiari Mariam Deus salvavit, videlicet ante lapsum redimens, ne ut ceteri ad labem peccati originis corrueret, & exaltata est super choros Angelorum.* Supra montem Niveum, & cœlesti lumine radiantem, domus pulchra, & sole clarior erigitur, cum titulo: FUNDAMENTA DECORANT. Miro enim divinitatis artificio hæc domus Dei formata est, à qua decorem gratiæ, & splendorem gloriæ mutuavit. *Maria enim cum specialissimum sic opus Dei, compaginata est omnium virtutum firmitate.* Ait Daniel Agricola. Ideoque gloria Domini plenum est opus eius. Eccl. c. 12. His ex subsequen- tibus Psalmi verbis addamus Mariæ Conceptionis purissimæ non mediocri elogium: Habet enim Psalmographus: (D) *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.* Psal. 86. Alijs placet legisse, *verba honorifica, præclara, glorificationes.* Sic Maria à Deo ipso est honorificata, ut filius suum fecerit matris honorem, nec sustinet aliquid pati à detractoribus detrimentum, & quidquid in matris laudem conferimus, ad filium pertinet, & filium honoramus: Nam dante Damasceno, *Honor qui est ad Mariam, ad Deum reducitur.* Honorificata est, quia à Deo præelecta in matrem, Angelorum Reginam, hominum protectricem, Justorum tutelarem, omniumque refugium. *Graviter autem fert Maria hoc honore, aliisque privari;* Nam præcipuis rebus honor in primis exhiberi debet, iuxta Plinium. Glorificationes ergo, & verba præclara præcipuè dicantur à Filijs Chore, crucis, sive crucifixi, de Maria. Sed quænam hæc glorificationes erunt? Perspice. *Gloriosa dicta sunt de te,*

cognitus, Titelman. & plures alij. D. Anselm. in opusc. de B. Virg. de Concept. c. 6. B. Angelus del Pas, super Missus est c. 44. Daniel Agric. in Cor. 9. stella 5. Eccl. c. 42. v. 12. vide Glossas ibi.

Mariæ Conceptio, Dei Opus, gloria plenum.

(C) Psal. 86. v. 1. Alensis ibi. D. And. Ierosolim. ser. in Salut. Angel. D. Bonav. in Psal. Apoll. in Bibl. Max. ibi. Lyras in Gloss. ad Ps. 86. v. 1. Lorin. Genabr. Casiodor. Ludolph. Euthimius. Ita

(D) Psal. 86. v. 3. Guilielm. Parisiens. in Poëst. ad cap. 8. Prover. Bibl. Chald. Syr. & Arabic. Dam. in Imag. Arist. lib. Oeconom. Plin. Sen. lib. 24. Alens. in Psal. 86. v. 3. Daniel Agric. Cor. 9. stella 9. Textus Hebr. in Psal. 86. v. 3. Venerab. Mater Maria ab Agreda tom. 1. Myst. Civ. late Alanus de Insulis c. 5. Cant. Doct. Subt. in 4. D.

4. d. 49. a. 2. n.
25. D. Epiphani
orat. de Deipa
ra. Cassiodor. in
Psal. 10. v. 5.
D. Damascen.
orat. 1. de Nat.
Virgin. apud B.
Angel. del Pas
in Luc. c. 45.

Marię anima-
tio, glorifica-
tio est, dum
que animatur,
Deo fruatur.
Arist. 1. 1. Rhet.

civitas Dei, idest *Virgo Beata*, vt docet
Alensis; *Nec solum dicta sunt, sed dicen-
tur quotidie, & dicentur in aeternum*; Pro-
fert Daniel Agricola. A radice ergo, &
primordio glorificationis eius incipia-
mus. Textus Hebraicus loco *Gloriosa*,
habet *Nichbadot*, quę à dictione *Nich-
bada*, idem est ac *animatio, glorificatio,
animata, seu glorificata*. Cum igitur Psal-
mus loquatur de Maria, in ea Synonoma
erunt *animari, & glorificari*; vt inde pa-
teat idem fuisse in Virgine concipi, &
animari in gratia, ac glorificari in visio-
ne & fruitione beatifica. Animatur Ma-
ria, & eo ipso glorificatur à Deo, quem
vidit, & quo in illo instanti fruebatur, vt
sic glorificationes de eius animatione ab
omnibus dicerentur; vt docet Venerabilis
Mater Maria ab Agreda. Nec id nos
oportet ducere in stuporem, cum iuxta
Alanum de Insulis, *ipse Deus* (qui Bea-
tudo omnium obiectiva est) & *Dei fi-
lius, propter unionem voluntatis, & spiri-
tus, anima Virginis sit nuncupatus*. Quo-
modo non ergo in animatione, Beata;
cum ipsa beatitudo obiectiva animę vi-
ces suppleat in ipsa? Dicantur ergo glo-
riosa hæc, & præclara de Maria, quod
concepta sit in gratia, & in primo instan-
ti animationis in gloria. Cælum (quod
domus Dei dicitur) a sole Oriente illu-
stratum epigraphen subiunctam tenet:
A SOLE BEATUR. Maria, *Cælum
est splendidum, incomprehensum Cælis
continens Deum*, ex D. Epiphanio. Qui
ex eo, quod vt Sol Mariam illustrat in sua
animatione purissima, ipsam statim beat,
soloque aspectu beatificat. *Beati reddun-
tur, ad quos propitius respicit Deus: quo-
niam intuitus eius beneficium est*; inquit
Cassiodorus. Hoc autem totum ostendit
Damascenus dicens: *Quia tu, o Virgo,
tota Spiritus Thalamus es, gratiarum pe-
lagus, tota Pulchra, tota Deo propinqua:
propterea respexit de sanctuario suo, & vt
Sol vniuersa quę illius erant perlustra-
vit, ac fecundavit, ne quid in te nisi san-
ctum, & perfectum conspiceretur, nempe
filius Dei*. Accedant modo ad hunc divi-
norum Charismatum fontem omnes filij
Adam, vt dicant glorificationes, & præcla-
ra encomia de hac civitate Dei, in qua
Deus ipse ab initio habitavit, animam &
creans, & beatificans. Accedant infanti
læthali culpę veneno, in Maria nil nisi
limpitudinem, & puritatem admirantes,
vt ex ea purissimum virtutis ebibant ni-
torem, quo perfulsi ad vitam perveniant
immortalem. Nullus hanc Marię gloriam
fileat, quam omnis laudatio decet, cum

hæc, *sermo sit elucidans magnitudinem
virtutis*, cuius in Maria Deus posuit com-
plementum, ex quo glorificationem eius
elargitus est animationi, ob cuius hono-
rem Deus reis peccata dimittit, gratiam
aridis infundit, & iustis gloriam pro-
mittit.

228 Fons, defecturus numquam, dum
iugi scaturigine perennantem infundit
aquam, Marię indefectibilem erga nos
representat misericordiam, (E) quę in
eius *inchoata est Conceptione, à qua ince-
pit misericordia Redemptionis humanę*,
ex Seraphico Doctore. Hinc ad Sponsam
vertere est verba illa Cant. cap. 5. *Oculi
eius sicut columbę super rivulos aquarum
quę resident iuxta fluentia plenissima*. Di-
ctio Hebraica *Hain*, oculum, vel fontem
designat, quia ex oculo, fonte velut aqua
fluit; suntque Misericordię symbolum,
dum promptiori activitate ad miseras
respiciendum voluntur; ideoque forsan
inter partes alias corporis, præstantiores
sunt. Columbarum autem velut oculi,
Marię oculi sunt, *ob aspectus simplicita-
tem*, ac mitem intuitum, sine amaritudi-
nis felle, ardentes continuo Charitate.
Sicut columbę sunt oculi Marię: etenim
vt avicula illa pullos alienos misera fo-
ver, sic Maria quos in captivitatem duxe-
rat homines diabolus, allicit suam ad
vmbra, vt recipientes, & enutritos suę
miserationis lacte, Deo obsequantur in
sanctitate, & timore. Ideo ei hæc accine-
bat Andręas Eremita: *Tu Virgo, inimi-
cum nostrum tuę clementię dulcedine sus-
focasti*. Resident autem huius Columbę
oculi iuxta rivulos aquarum, & fluentia
plenissima. Quare? Ita Pia est, vt erran-
tes etiam associet, & recolligat, residetque
Columba iuxta aquas, non tantum vt
vmbra furentis præcaveat accipitris, sed
vt seipsam, suamque pulchritudinem con-
templetur: Cumque avis sit nimis dili-
gens, nimisque misericors, suam in aquis
meditatur mansuetudinem; & ne in obli-
tum abeat mansuetudo prospicit se in
fluentis, vt in speculo. Imò, iuxta aquas,
& fluentia residet Virginalis nostra Colum-
ba, vnde cœlestis habeat coloris oculos;
etenim cum David dixerit, *Domine in
Cœlo misericordia tua*, cœlestes oculos
vult habere, vt numquam divertantur ab
aspectu misericordię, quę locum in Cœlo
possidet præcipuè. Alanus Varenfis ver-
ba hæc dat his assonantia: *Maria miti-
sima, & suavis Columba, quę residet
iuxta fluentia, & aquas Domini servato-
ris per quam salubres: quę unica sui pro-
pietate tantas complectitur virtutes*, de

(E) D. Bon. in
Luc. apud B.
Angelum del
Pas in cap. 1.
expof. cap. 47.
Cant. c. 5. v. 13.
Theatr. Vit.
Hum. tom. 5.
Verb. Oculi Ri-
chard. a S. Laur
de laud. Marię
1. 2. p. 2. c. 4. Pic-
taviens. in di-
rect. Lyr. ad c.
5. Cant. v. 13.
Menoch. ibi.
Andr. Eremit.
apud Novarin.
Vmb. Virg. 1. 4.
exc. 84. m. 774.
Angl. 1. 12. c. 6.
D. Ifid. Berchor
Cornel. à Lap.
Lyr. in Gloss.
ad c. 5. Cant.
v. 13. Alanus
Varenf. de laud.
Virg. Marię.
Ser. 2. D. Ber.
apud Richard.
à S. Laur. de
laud. Marię.
1. 4. tit. 25. Ma-
ria, à misericor-
dia avertere
oculos nescit se-
per misericors.
Eccel. cap. 24.
v. 24. Bibl. Tig.
in Max. Subt.
Doct. in 3. d. 4.
q. 1. a. 2. & in
4 d. 30. q. 2. a.
2. in 1. d. 3. q.
7. a. 2. 3. & 4.
& d. 5. q. 2. p.
2. a. 2. D. Bon.
in sent. 1. & 3.
Alens.

Alenf. 1. 3. p. estque de fide Alex. Alenf. Gloss. in Eccl. c. 24. v. 24. Div. Ansel. in Opusc. de B. Virg. c. 12. orat. 8. Daniel Agric. Cor. 9. stell. 4. Richard. lib. 4. tit. 22. de laud. Mariæ.

Maria, mater est Charitatis, & dilectionis, me misericordiam à se longet, ex quo mater Dei electa est.

Divino fonte in eam redundantes. Columba aquas fontis spectans placidas, & purissimas, hanc portat inscriptionem: HÆC NESCIA FELLIS. Nil enim amaritudinis erga nos in Maria, totum misericordiae, & suavitatis: vnde Bernardus dicere erat solitus; *Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Tota suavis est.* Ideo forte ipsa de se loquens testatur Eccl. 24. Quod sit *Mater pulchra dilectionis.* Sive ut ex alijs defumo, *Mater pulchra Charitatis.* Mariam Dei matrem esse, omnes Catholici cum fide profiteamur, ex quo purissimis suis ex sanguinibus Deum genuit, factum hominem. At Deus non solum substantialis dilectio, & amor est, & summa Charitas, Beatos sibi vniens, ut sua fruantur essentia: Sed est & sapientia, Bonitas, Iustitia infinita &c. Cur ergo Maria, cum Deus eam elegerit in matrem, potius dilectionem, ac Charitatem nominat, quam sapientiam, aut Bonitatem? Dicam. Divinum Verbum in vtero Mariæ, ipsa ad formationem corporis activè concurrente, humanitatem assumpsit media hypostatica unione; ex quo verè Maria facta est mater filij Dei. Hic autem, ut præcisè Divinum Verbum est, à Patris Divini intellectu per actum dicendi formalem procedit; Vnde eius processio generatio dicitur, quia à potentia naturali: sicque gignitur ut Verbum à Patre intelligente intellectivum. Ut homo autem, non potuit tamquam Verbum intellectivum à Maria procedere; processit autem ut Charitas, ut dilectio, quia *Deus Charitas est*: Quasi innuens, à Patre processisse ex intellectu ut Verbum infinita cognitionis, sed in terris sibi adaptasse Mariam, ut matrem misericordiae, dilectionis, & Charitatis. Scite id profert noster Irrefragabilis Doctor, Alexander Alensis sic: *Ego mater pulchra dilectionis, idest Christi, qui est pulchra dilectio.* Virgo sinu stringens puerum, aliosque circa se positos alliciens, hoc monstratur lemmate: A M O R H O S A C C E N D I T A M O R E S. Deus enim ipse, Mariam eligens matrem, eamque subintrans, eam Charitatis, ac dilectionis flamma interne adussit; vnde cor Mariæ in eius, & omnium hominum amorem exarsit; indeque de ea hæc Div. Anselmus habet: *Deus est Pater rerum creatarum, & Maria mater rerum creatarum. Deus est Pater constitutionis omnium, & Maria est mater restitutionis omnium. Deus genuit illum, per quem omnia sunt facta, & Maria peperit illum, per quem omnia sunt salvata.* Hinc ad casum Daniel Agricola,

cum Richardo à S. Laur. à Pulcherrima Christo generatio! Prius habuit Patrem misericordiarum, deinde Matrem misericordiae. Ex quo siquidem Verbum in suo vtero continuit hominem factum, eum circumdedit, & fideles omnes ut sua fruerentur misericordia suaviter allexit. Nul- lum Pia mater à suæ aspectu miserationis avertit, à nullo se elongat, ut in discrimine miserans succurrat. *In via hac, qua gradieris, firmabo super te oculos meos.* Psal. 31. refert David, allegans pro causa, qua Deus eum præservaret & à culpa, & à demonum tentationibus. Sicque Deus firmat oculos super eos, quos salvare decrevit, *sicut super rem, quam custodire vult cum diligentia, ad vitandum vitanda.* Explicat exponentium Princeps Lyra. (F) Ideo ab alijs legitur, *Ponam super te in bonum, oculum meum*: Idest, *attente prospiciam tuo bono*: Quod est summæ argumentum misericordiae, providere ne in adversa homines incidant discrimina, ex quo ab oculis misericordiae sedulo custodiuntur. Ponit Deus misericors super nos suæ misericordiae oculos, *ne erremus, vel si erravimus, ut in viam revocet, & ne à malis obruamur.* Dat Genebrardus. Hic autem notatur respectus misericordiae Dei, & custodia, ut docet Alensis; & quod hic de Deo dicitur, explicat Richardus de Maria, *cuius oculi misericordes, sunt sicut oculi bonæ matris super puerum, ne cadat, vel si ceciderit, ut eum relevet.* Advertit autem Parisiensis Haye, in Hebreo legi, *Gbnai*, quod fontem, aut oculum sonat, tuncque sensus erit: Cum firmaverim meos misericordes oculos super te miserans tui, ne in casus declines obli- quos, ut à fonte indefectibili mea emanabit misericordia, ut promptum sit remedium ad tibi succurrere in tua miseria. Vnde addidit Richardus: *Maria est fons misericordiae, qui per occultos meatus semper recipit aquam, & semper infundit.* In oculis autem observant Anatomici tunicam pupillæ proximiorē assignari, quæ *Specularis* dicitur, quia ut speculum nitet, & translucet, & ambit pupillæ circum- lum, qui corona dicitur, ad distinctionem tunicæ *Scleroticae*, quæ est valde dura, & à dura matre cerebri procedens. Tunica autem *specularis* mollior, ac lenior est, ideo forsan coronæ vicina; quia Pupillæ (quæ pura, quasi puella dicitur) corona donatur, etenim virtuti misericordiae quasi corona præ alijs debetur. Pupilla, & virgo eadem græce significantur voce, & quæ virgo virginum est, Mariam repræ- sentat, in qua lenitas, mitas, & miseri- cordia

(F) Psal. 31. v. 11. Lyr. in Gloss. ibid. Menoch. Alenf. Titelm. Haye in Conc. lit. Bibl. Max. Chald. ibi. Genebr. ibid. Richard. à S. Laur. de laud. Mariæ l. 2. p. 2. c. 4. & l. 4. tit. 22. Anglic. l. 5. c. 5. & 7. Berch. in Red. l. 2. c. 4. & 5. & in direct. verb. Ocul. Thea- tr. Vit. Hum. tom 5. Novarin in Vmbr. Virg. l. 4. c. 10. exc. 2. n. 80. D. Germ. ser. in dormit. Virg. Ioan. Geo- metr. Hymn. 2. de laud. Mariæ

Mariæ oculi ad misericordiam semper proclives, ac super fideles firmati ne in miseria inci- dant.

cordia coronam proximius alijs ambiunt virtutibus, etsi omnibus debeatur. Oculi in stellæ medio positus, ac ex aere subiecta respiciens, hac epigraphe insignitur: **PRÆCAVET, VT CAVEANT.** Ad hæc attinent Hæc D. Germani verba: *O Virgo, non dormitabit, neque dormiet custodiens nos oculus tuus.* Atque adeo *milleocula, syderibus circumdata* appellatur etiam à Joanne Geometra. Nec miror sic Virginem misericordiae fontem, misericordiam exaltare, eamque ad sublimiora post Deum evehere: Misericordia enim olim pro Numine colebatur, (G) ideoque eius ara videbatur Athanis. Hinc *Quis dixit, nec ex Templo ara, nec ex humana natura, misericordia est tollenda.* Quid depromam ad hæc ex Sacris Biblijs, Psal. 109. Vbi de Christo, vt Verbum est procedens à Patre, hæc habentur: *Ex vtero ante luciferum genui te.* Æternam Christi generationem hic Propheta pronuntiat, quæ ab æterno fuit, & ex tunc cum Patre habuit interminabile Regnum, & Imperium; cum splendoribus sanctitatum, & sacratissima maiestate, gloria, & splendore, & hoc ante luciferum, solem scilicet, fontem lucis; vt refert Genebrardus. Alijs autem placuit sic textum legere: *De vulva Auroræ tibi Ros nativitatis tuæ. Sive de vulva Aurora, vel ab vtero Aurora.* Hic autem *aqualitas Christi ad Patrem, quæ ei convenit ratione Divinæ naturæ*, quæ est eadem in Patre, & Filio, commendatur: vt Glossans Theologizat Lyranus. Tertulianus, divusque meus Parens, & Magister omnium Augustinus, de vtero Virginis Mariæ solo Spiritu Sancti rore fecundato hic agi definiunt. Sed si Divina hic panditur generatio, cur Christus ex vtero Auroræ Mariæ pingitur ros adolescentiæ? Crederem, quod sicut Ros, Auroræ primogenitus est, primusque eius risus, & hilaritas, è Cælo in terras sine crepitu dilabens: Christus ita, vt Verbum ex mente divini Patris prima lux exoritur, absque intellectu fluxu, sectione, & corruptela: Illumque prima omnium recipit Aurora, sine virginalis vteri detrimento, irrorante Altissimo Verbum illud, in Maria hominem factum. Atque adeo, ros ex vtero Patris, & ex vtero Auroræ, lumen est incarnatum, roscidum, luminosusque Ros, indistinctæ ex Patris vtero procedens, & Auroræ, quatenus superna Virgo Patri maritata superno, Deifica infusione, Divina illa stillicidia suscepit. Noster lepide id protulit Amadeus sic: *Ignis ille (Pater æternus) rorem*

luminis exhibuit, Ros luminosus unctio- nem præbuit, unctio semen sanctum præstitit. Hæstisti enim Virgo pulcherrima strictis amplexibus auctori pulchritudinis, & effecta plus Virgo, imò plusquam Virgo, quia mater, & Virgo, hoc sacrosanctum semen Deifica susceptione suscepisti. Optimè ad rem. Sed hæc omnia recipit Virgo, quo pacto? quia mater eligebatur misericordiae Charitatis erga homines, & clementia: *Effudit enim æternus Pater viscera Charitatis* (subdit ille) *sue super nos, & multitudinem miserationum suarum ultra cobibere non potuit.* Quid inde? Sic gignitur ex vtero Auroræ Mariæ: nam Textus Hebr. pro *ex vtero*, ponit dictionem *Rechem*, quæ (etsi motionibus mutatis, sive vocalibus, absque quibus scripsit Spiritus Sanctus) latine idem est, ac *misericordia, Charitas, vel amor.* Atque sensus erit: si ex vtero mei intellectus genuit te ab æterno, qui sum Pater misericordiarum, etiam in tempore genitus eris infusione deifica, ex vtero Mariæ, quatenus est Aurora, & mater misericordiae. Hinc dixit Richardus; *Mariæ vterus misericordiarum est thesaurus.* Stella solem in centro continens, cuius æque radijs cælum, & terra illustrantur, inscriptionem signat: **ÆQUANTUR SIC INFIMA SUMMIS.** Aras Mariæ erigere, sub titulo præcipue misericordiae; ex Christianæ Religionis dogmate edocemur, maxime cum ipsa Deo sic approximet, vt omnino deifera ab Anselmo laudetur, cum ex deifico influxu mater effecta sit Salvatoris, per quem divina sociantur humanis, canente Ecclesia: *Virgo Deum, & hominem genuit, in se reconcilians ima summis.* Vnde ergo Virginei fontis deficient erga nos effluxus misericordiae, si in matrem Dei Maria eligitur à deitate, vt sit mater misericordiae? Quomodo non in nos continuo effunder, à qua misericordia processit, peccatoribus profectura? Etenim, *misericordia Redemptionis humana in Conceptione Virginis inchoata est*; docet D. Bonaventura. Illam etiam Maria suscepit, sed vt nos aliter; siquidem misericordia eam redemit à culpa præservando, sicque gratia misericordiae non eam miseram vidit, sed ne misera vt foret, decrevit, sicque in primo animationis puncto, labis miseriam necivit; sed vt alij misericordia sublevativa, à culpa redimerentur, remedium invenit. (H) Hæc singularis est Gloria Mariæ, communi laudari elogio *Matris misericordiae.* Hoc deducam ex illo Davidis Psal. 44. vbi iuxta sensum mysticum loquens

Maria, dum ad Maternitatem, Dei assumitur, deifica influentia Mater misericordiae declaratur.

(H) D. Bonav. in Luc. apud B. Angel. de el. Pat. in Luc. c.

(G) Libanius t. 1. legat. ad Julian. Phocion apud Ioan. Stob. ser. de virt. 1. Gen. ad Psal. 109. v. 3. D. Basilii, & alij Flamin. Bibl. Arab. Haye in Conc. lit. Rabbi Barachias apud Lyra ibi. iste in sua Gloss. Tertul. & D. Aug. in Biblij. Max. apud Tivinum Lorinus. Titelm. Incognitus, Iacob. à Val. & plures. B. Amad. Lau- sanens. de Deip. Hom. 3. in fine, & eadem Hom. in Prin- cipio, text. Hebr. & Rabbin, quibus confo- nant Biblior. Chald. in Max. ad Psal. 109. v. 3. Richard. à S. Laur. de Laud. Mariæ l. 4. tit. 2. Daniel Agric. cor. 9. stella 4. D. Anselm. in Opusc. de Virg. Mariæ, c. 12. orat. 3. Ecclesia in Mis. de B. Vir.

5. exp. 47. Psal.
44. v. 11. B.
Amadeus Lau-
fan. de Laud.
Christip. Hom.
11. Guilielm.
Genebrad. in
Psal. 24. v. 11.
Lorin. Titelm.
Alenfi. Argua-
nur. & alij. D.
Isid. & Rabbi
Salomon apud
Genebr. ibi. An-
glic. de Propiet.
Rer. l. 17. c. 27.
Berebor. in Re-
duct. l. 12. c. 26
Andreas Cre-
tenfi. de Dorm.
Marie orat. 3.
c. 7. Amadeus
Laufan. Hom.
2. de Laud.
Christip. An-
glic. loc. cit. Pic-
taviens. in di-
rect. verb. Mi-
sericordia. & in
Reduct. loc. cit.
D. Bon. in Psal.
Rich. de Laud.
Marie l. 9. D.
Bon. in Psaltrr.
Virg. D. Bonav.
in Specul. c. 14.
Richard. Victo-
rin. in Cant. c.
4.

Spiritus S. de Sponsa sibi prædilecta Ma-
ria, hæc habet: *Myrrha, & Gutta, & Cas-
sia à vestimentis tuis.* Suavissimos quod
Maria emittat odores, nil mirum, cum to-
ta suavis sit, in cuius odorem currimus,
imo in eius currimus suavitatem. *Oder*
vestimentorum Mariae (Fert noster Ama-
deus Laufanensis) *mortuos in peccatis ex-
citat, mente debiles roborat, bonos ad me-
liora incitat, meliores ad optima vocat.*
Bonus odor, qui Regem in accubitu suo
*per Virginem provocavit, ut ad nos ve-
niens, nostra reciperet, sua daret, consti-
tuens nobiscum amicitias lege immobili,*
& pace sempiterna. Hi odores allegorice
sunt gratiæ, & vitutes animæ, ac corporis.
Omīssis autem pro nunc cæteris arbuscu-
lis, ad Casiam transferamur, quæ iuxta
Isidorum, & Rabbi Salomonem, radicem
habet odoratissimam; sicque accomoda-
tior Mariæ, quæ à radice sui esse, & puris-
simæ animationis Deo gratissima placuit
in odorem suavitatis. Nascitur Cassia in
locis aquosis, unde in Arabia prope fon-
tes, flumina, ac paludes eam sæpius inve-
nire est. Purpureum florem generat; quia
cum purpura sit regum insigne, in Cassia
Mariam obumbrante flos enascitur, qui
est Rex Regum, & Dominus dominan-
tium. Trini etiam coloris est Cassia, quos
in animæ vestimento continet Maria.
Primo est candida, quia dum primo ani-
mata apparuit, candidissima absque vlla
nigredine fuit, gloriæ candore perfusa.
Unde *Vestes animæ Virginis albæ sunt*
propter innocentie puritatem, & lucis
aternæ candorem. Dat iterum Laufanen-
sis Amadeus. Secundo, purpure scit Cassia,
quia vel ardens fuit amore Christi Maria,
vel ipsius Verbi purpura, quæ tinctura
nominari non potest; ut profert D. Ansel-
mus. Nigrescit tandem, quando mortuo
in cruce filio, versa est Maria in amaritu-
dinem, & Sole orbata suo, nigrescenti-
bus mæstitiæ tenebris mansit protinus
involuta. Sed cur huiusmodi adfiscitur
etiam arbuscula, ut suam spiret fragrantia
in Mariæ vestibus compaginata? Num,
quia odore iucundissima, sapore grata,
colore perpulchra? Forte. At, ex Anglico
meo didici, quod plura dantur Casie ge-
nera: *Sed maxime laudatur illa Cassia,*
quæ de facili non frangitur, sed reflecti-
tur potius, & plicatur. En misericordiæ
Symbolum, ex Pictaviensi. Omnis Gloria
Reginæ nostræ Mariæ, ab intus cum sit, à
vestimentis virtutum, quibus anima ves-
titur, procedit: sed suavissimum, precipue
dispungit odorem; Cassia misericordiæ,
cuius mollietie, faciliter ad homines flec-

titur, & inclinatur. Vnum enim est ex
magnis Mariæ attributis misericordia. Id-
circo D. Bonaventura Mariæ dixit: *Mise-*
ricordia tua, Virgo, rigat universum. Ex-
crescens enim iuxta fontem suæ Chari-
tatis perennem, continuo effluxu mise-
rationis impetus lætificat omnes. Hanc
ob causam à D. Parente Bonaventura
appellatur Virgo, *Arca pietatis, & gra-*
tiae. Virga ad cælum patula, redimita
flore, & ad terras summitate propensa,
fert dictum: **FLECTITUR, UT DI-**
TET. Quatenus enim Virga Virgo de
stirpe Iesse, florem producit cælestem, et-
si paternum ad usque pervenerit Thro-
num, unde florem regium, divinumque à
se concipiendum extraxit, ad homines
inclinatur, ut eos huiusmodi divini dicef-
cat floris odore, & virtute. Hinc idem
Seraphicus præceptor hæc de Maria pro-
tulit: *Quis dubitare poterit omnino in*
Charitatis affectionem transisse viscera
Mariæ in quibus ipsa, quæ Deus est Chari-
tas, novem mensibus corporaliter requie-
vit? Quibus arrident hæc verba Richar-
di Victorini: *Quid mirum, si misERICOR-*
dia affluis, o Maria, quæ ipsam miseri-
diam peperisti! Numquam cum hic fons
misericordiæ stagnetur, sed iugiter ema-
net, bibat iustus potiolem gratiam, Bea-
tus læticiam, iustus veniam.

Maria, ob mi-
sericordiam
excellens, quia
ad miserendum
præior.

C A P. VI.

FLUVII, FONTESQUE DIVERSI,

Mariam diversimode collaudant,
eiusque innumeras virtutes.
prædicant.

229 **S**icut flumina omnia in-
trant in mare, & de mari
redundant, sic omnium Sanctorum Cha-
rismata (1) intrant in Mariam, & flumi-
na omnium gratiarum; profert Ambro-
sius Tarvisinus. Idcirco opere præcium du-
xi, illa advocare, ut Marianum Libanum,
quo valeant obsequio, venerentur, suis ex-
decursibus varias depromendo virtutes,
quibus virginalis hic Libanus coronetur,
quia Dominus super flumina preparavit
eam. Psal. 23. *Ut fluminibus emineret,* ait
Esterius: ideoque sic *Omnipotentia Dei hoc*
direxit, & stabilivit, iuxta Genebrardum.
Hic autem, ideo *preparatus est mons do-*
mini in vertice Montium, Isai. c. 2.
ut eum prædicantia, elevent flumina vo-
cem suam, Psal. 92. *idest laudem coram*
Deo, in Cantico. Ideoque non immerito
flumina allicimus, quæ dona divini re-
presentant Spiritus, ut Mariam extollant
quo

(1) Ambr. Tar-
visini. ser. in
Sabb. Cin. Con-
sider. 1. concl. 3.
Guiliel. Esterius,
& Genebrard.
in Psal. 23. v.
2. & Psal. 92.
v. 5. Bibl. Châl-
daic. in Max.
& apud Ga-
nebr. Menoch.
ad c. 53. Psal.
v. 21. Benja-
min in suo iti-
ner. apud Me-
noch. & Tirin.
in Bibl. Max.
4. Reg. c. 5. n.

12. Berch. in Reduct. l. 8. c. 3. n. 44. Richard. de Laud. Virg. l. 2. p. 1. Daniel Agric. in cor. stella 12. cor. 3. Richard. à S. Laur. l. 1. c. 3. Eccl. c. 24. v. 41. & 42. Alenf. in Gloss. ibi. Rich. l. 9. tit. 15. Isai cap. 66. Gloss. ibi. Lyran. Adam. Delphius Richard. datus l. 9. D. Ambr. l. 1. de Virginib. Rich. l. 12. p. 1. v. 7. Acex. Alf. Piffa, Titelm. alijque plures. Aleuin. in Carmel. Prom. 90. D. Anselm. in Opusc. de Assumpt. B. Mariae Virg. cap. 8. S. P. N. Franciscus in Opusc. orat. ad Virg. D. Laur. Iustin. ser. de Parif. D. Bon. in specul. D. Ant. Pad. D. Bernard. Amadeus Lausan. de Laudib. Christipara. Hom. 7 de Assumpt. Virg.

quo valeant præconio, & elevantia vocem suam: *Exuberantiam donorum, & voluptatum, quas Deus in Mariam effudit extollentia.* Exordium itaque à Scripturæ fluvij defumamus, quod & dabit Fluvius *ABANA*, qui regionem Syriæ herbis, & fructibus fecundat, & maxime Damascum illius Regni Metropolim. Syria autem *sublimis* interpretatur. *Abana*, idest *Pater gratus*. Damascus autem *Sanguis Procuratoris* dicitur. Hæc fecunde irrigat Maria, per Flumen *Abana* significata, quæ puris omnibus creaturis, gratior omnibus facta est: Quia *utilis*, etenim post Deum, nil ita hominibus proficuum sicut Maria; unde *ipsi secure dicere potest servus eius, illud Iob. 17. Pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me,* ait Richardus. Grata est Virgo, quia *delectabilis*; etenim etiam in *cælesti vita*, (inquit Daniel Agricola) *Præsentia Mariæ summa est delectatio*. Gratiissima, & denique est Virgo, quia *honorabilis ob honestatem*; & tanto honore digna, ut *honor filij, sit honor matris, & honor matris est honor filij*; iuxta Parisiensem Guillelmum: Primo igitur Maria, quæ placens Deo, facta est dilecta, velut *Abana*, fluvius utilis, & gratus, Syriam irrigat sublimem, sui splendoris effluxu, altissimam nempe, & sublimem Dei Aulam, iuxta datum Anselmi Mariæ elogium, & Richardi dicentis: *Sua claritate omnes illustrat Maria ordines Beatorum. Ego sicut aquaductus exivi de Paradiso.* Eccl. c. 24. additque: *Dixi, rigabo hortum plantationum, & inebriabo prati mei fructum.* Hæc omnia de seipsa præconicat Virgo, ut Doctorum Doctor Alensis exponit. Quæ Aquaductus dicitur, quia à Deo exivit per creationem, & recreationem. Sed cur de Paradiso hic Vigineus exivisse dicitur Aquaductus? Audiatur Richardus: *Exivit de Paradiso, idest à Sancta Trinitate, quæ est locus totius voluptatis.* Inde exivit Maria, & velut fluvius *Abana*, gratissima Trinitati Santissimæ, etiam locum sublimem, de quo dixit Isai. 66. *Cælum sedes mea, gaudio, & splendore perfudit, omnibus cæli civibus etiâ summe grata.* Exivit autem è sublimi, quæ tota cælestis erat, ut quidquid beatitudinis ab illa infinita bonitate Dei Trinitate ad genus humanum perveniret, totum per hanc venam refluere. Ideo dixit, exivi de Paradiso; nam Trinitatis fontibus irrigata, in terram proficiens, irriguum inferius non patitur sua ab affluentia non humectari, hortum videlicet Domini, quæ est Ecclesia; ideoque dicit, *rigabo*

hortum plantationum, idest animas perfectorum, quas irrigat Maria copiosis inundationibus gratiarum. Hinc deipare canebat Alcuinus: *Tu Regina Poli, vitæ fons, vna salutis.* Ut enim hæc omnia nobis infundat, ut sublimem replevit abundantia lætitiæ Paradisum, inde ad terra exivit, quia cum ob maledictum terras vocata sit, & extiterit; ariditatis deponeret fastidium irrigata à Virgineo Aquaductu, nempe à Maria. Ad hæc omnia sic Anselmus: *O Domina gloriosa, quæ nova cælum gloria decorasti, quia magnificasti priorem gloriam eius! Terram etiam, o Beatissima feminarum mira tua gratia fecundavit, & irrigavit, quia dum te progenitam cognovit, antiquam maledictionis pœnam, per tantam benedictionis abundantiam evadere indubitanter credit.* Rectissime igitur *Abana* Mariæ typus est, quæ grata altissimo à creatione extitit Oatri, ut de ea dixerit meus Seraphicus Sarens D. Franciscus hæc: *Maria Virgo, non est tibi similis nata in mundo, filia altissimi Regis, Patris cælestis.* Grata unde ut filia Charior alijs, quæ ex Trinitatis abyssu Charismatum hausit cælestium incrementa, in sublimem cælorum habitationem, in Angelos nempe effudit, in terram deinde. Fluvius è sublimis cadens portat notulam: **ET DITANS DITESCIT EVNDO.** Totum hoc impletur in Maria, quæ omnibus ditescens à creatione gratijs, cælum, & terram, sublimia, & inferiora abunde irrigans ditat. Omnia hæc clausit in exiguo Amadeus Lausanensis ita: *His, tantisque bonis exuberans Sponsa, ut fons aquarum viventium, & vivificantium ad circumfusas quasque, & exterarum nationes patris flumina, & gratiarum emanationes, cælica infusione derivabat.* Syriam sublimem, utpote cælestem Patriam, Maria *Abana* inat sua benefica infusione virtutum irrigat, & lætificat. Et quid mirum, ad tam sublimem gradum gloriæ devenisse Mariam, cum tantæ sit celsitudinis, & sublimitatis, ex quo placuit altissimo, quod de suis visceribus gigneret Deum, & hominem, ut sit dignitatis quodammodo infinitæ? Dat Dyonisius Carthusianus. (K) Hinc illud iterato placeat quod de filijs Israel in Raphidim degentibus, ac gravi laborantibus siti habetur Sap. c. 11. *Sitierunt, & invocaverunt te, & data est illis aqua de Petra altissima.* Scilicet de Petra Horeb, quæ forte erat in loco alto. Explicat Lyranus. *Petra autem hæc deserti Beata Maria dicenda est.* Inquit Ambrosius Heremita. In deserto fundit hæc Petra aquas,

Maria, in flumine Abana significata, cælum, & terrâ suis, gratijs irrigat.

(K) Dyonis. Carthuf. de Cont. B. Virg. ser. 1. Ambros. Herem. ser. de Annunt. dub. 1. Anglic. de Propiet. rer. lib. 14. c. 51. Berch. in Red. & in

direct. plen. *nam desertum dicitur quia deseritur, & à nemine habitatur, locusque est siccus, ac sterilis, omni fructuum pinguedine destitutus. En Peccatorum Typus. Desertum veluti est anima illis, omni carens boni operis fructu, arida, sterilisque, absque Divini Spiritus irrigatione donorum; unde ibi solummodo reperiuntur infernalium monstra, pabulum suis optimis fere iam deperditis inclinationibus animæ discerpentia, & ne ultra accrescant extenuantia. At Virginea Petra Maria; mitis, non dura, suæ miserationis guttulas ex altissimo infundit, si forte humectatione tam cœlesti ponat desertum illud quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Isai. c. 51. Sed cur hoc? Idem Isaias Dei ore solutionem præbet: Quia dedi ex misericordia, in deserto aquas, gratiarum in Maria, & flumina donorum Spiritus Sancti, ut sic amplius pinguescerent speciosa deserti. Habet Bibliotheca virginalis, & sacer textus confirmat; nam ex quo sitientes, oculos, ac corda direxerunt ad Deum timore compulsi, Petra Altissima in rivos se large diffudit, potumque eis salubrem vberim præstitit, eos consequente ne iterum pene deficerent sitibundi. Sic enim ab alijs textus legitur: datum est illis remedium, requies, aut medicamentum sitis. Dedit Petra Virginea remedium, desertum ponens in stagna aquarum unde evanesceret ariditas solitudinis, fontis effluxu Virginalis. Dedit requiem, quæ à laboribus trahit originem, estque gratissima fatigatis; & aqua ista potata populus requievit à siti. Exponit Princeps interpretum. Dedit pariter medicamentum, quatenus in eo omnium egritudinum reperitur medicina, & ex ipsa procedit fidelium spiritualis, & gratiosa refectio. Scribit Antonius Jenuensis. Sed vterius videre est, cur hæc Petra dicitur altissima? Sita enim in præruptis, altisque erat scopulis, in tantaque fundebat aquas abundantia, ut & rupes altissimæ ut flumina pleno alveo pluvium effunderet liquorē, & qui inferius debebant ex ea pariter biberent ad satietatem. Ideoque omnes tum cœlites, tum terrigenas admonet Richardus ita: Loquimini ad Petram, id est, ad Beatam Virginem, & dabit vobis aquas gratiarum. Quis autem hærebit anceps Petram illam, gratissimam omnibus fuisse, quia cunctis contemplabatur esse proficiam? Sublimia montium humectabantur ab ea, sitibundi reficiebantur, ex qua saluberrimum hauriebant solatium, & remedium. En versam in fluvium Amana, Petram Horeb, Syriam sublimē,*

Deipara cœlum, & terrā vberim irrigat affluentia virtutum.

imo & imos mortalium novales aquis beneficentiæ adimplens, & irrigans, ne in ariditatem abeant Deo exosiam. Fons ex montis supercilio altitudinem rupium, & terræ spatia inundatione copiosa humectans, hac litera inscribitur: SUMMA, ATQUE IMA RIGAT. Fons vitæ puella Dei mater, dicitur à D. Anastasio Synaita: quæ cum superior sit Angelis, & sublimior ipsis Cherubim ex D. Epiphanio: Univerfis admiranda, cunctis desiderabilis, & gratissima, iuxta D. Ignatiū, ut Alter Alveus Amana, sublimem irrigans splendore, ac læticia promissionis terram, imò, & Ecclesiam, quam dilectus eius filius acquisivit sanguine suo, ima summis sociat, suo omnia irriguo locupletans, gratijs videlicet, quas ex mari magno hausit Santissimæ Trinitatis. Hinc forte de se Maria mystice loquens hæc retulit Eccl. c. 24. Ego in altissimis habitavi, & thronus meus in columna nubis. Prodivit ex ore altissimi dignior omni pura creatura, ideo fas erat ut in altissimis apud altissimum habitaret, quæ solo Deo excepto (Habet Epiphanius) cunctis superior existit. (L) Ita altissima, ut cum Christo, qui solus altissimus prædicatur, neque seiuncta mater esse potest quantum ad dominationē, & potentiam, quia una est Maria, & Christi caro: unde filij cum matre gloria, non tam communis iudicatur, quam eadem. Prædiximus ex Carnotensi Arnoldo. In altissimis itaque habitat Maria Trinitatis sedibus cuius Nobile triclinum ipsa plauditur à Doctore Serafico, & Senensi Bernardino; quia quasi Dea est universæ creaturæ, naturam habens deificatam, ut docet Chrysologus, cum Damiano. In altissimis Maria habitat, quia excessit omnium iustorum conversationem, quæ alti advolaverunt: excessit Angelos, altiores contemplatione; excessit quotquot altissimi fuerunt desiderij extensione: quia etsi nil sibi sit ultra desiderabile, tamen avide desiderat omnes nos ad cœlestem trahere beatitudinem, & in cœlesti Patria cum ipsa congaudere. Idcirco alios reperio legentes: Ego in summis sublimitatibus fixi tabernaculum meum. Sed cur Maria thronum in nube collocat? Potestatem designat thronus, ut sentit Lyranus: Christi divinitatem in Beata Virgine Incarnatam: unde ipsa, & columna, & nubes erit: Perscrutemur singula. Columna firmissima Virgo est, (docet D. Antonius Paduanus) quia nostram fragilitatem sustentat: nubis quia à peccato immunis. Columna est ut protegat. Stipes etiā est, pondus ædificijs sustentans, ne ruat, atque

(L) Eccl. c. 24. v. 7. Alex. Alt. sis in Gloss. ibi. D. Epiphanius loc. cit. Arnold. Carnot. trat. de Laud. Maria. D. Benav. t. 2. Opusc. in Psal. Virg. D. Bern. Sen. t. 2. ser. 51. art. 1. c. 3. D. Perr. Chrysol. Damian. ser. 1. de Nativ. Maria. Bibl. Syr. in Max. Alens. ibi. Lyra in sua Gloss. D. Ant. Pad. serm. 2. Dom. 5. post Trin. D. German. encom. de Deip. D. Fulgenz. Mythol. lib. 4. Galatin. l. 7. de Arcan. c. 2. D. Isidor. Iannens in Catholic. Daniel Agric. in Cor. 10. stella 8. D. Andr. Cretens. orat. 2. de Nat. Virgin. D. Ambros. de Inss. Virg. c. 13. Alens. in Gloss. ad cap.

Eccl. 24. v. 7. que inter solum, & tectum mediat, rectitudinem ab imo ad summum usque observans infrangibilem. Mariæ omnia hæc aptissime competunt. Columna etenim est, quia *disiunctorum coniunctrix* vocatur à D. Germano; sublimia enim, & infima per Mariam amico fœdere copulantur. Vtrumque Maria sustentat, nam *cœlum*, & *terra iam dudum ruiſſent*, si non Maria præcibus sustentasset. Deditus ex D. Fulgentio, & Galatino nostro. At, cur non splendoris, aut firmitatis, sed solum Maria plauditur *columba nubis*? Nubes à *tegendo*, & *protegendo* dicitur, quia tegit cœlum, suo & umbraculo ab æstu nimio protegit mundum. Ab *Obnubendo* etiam nubes Mariam denotat, quæ *humana carne velavit unigenitum Dei*. Inquit Agricola. Solis virtute vapor siccus elevatur, & aquam de mari in magna haurit quantitate, quam in nubem versus ad terram infundit, multiplicibus eam locupletans beneficijs. Hinc D. Ambrosius dicebat: *O divitias Marianæ Virginitatis! Quæ quasi nubes pluit in terras gratia Christi*. Ideo dicitur, *ecce dominus venit, sedens super nubem levem: Verè levem, quæ levavit hunc mundum fœnore peccatorum*. En nubis Virgineæ mirandam utique virtutem! Solem tegit æternum velamine humanitatis, & eius amoris attracta incendio, cœlum tegit, ne mundum sagittet, & munifico gratiarum turgida imbre, in fontes dispersa plurimos se placida communicat orbi, & ut nubes pluens, & ut columba sustentans. Cinxit sic omnia meus Alensis: *Thronus meus in columna nubis; id est potestas mea stabilis est ut columna; & toti mundo utilis ut nubes, quæ solis ardorem temperat, & terram irrorat, & fecundat*. Vide, ut terra premitur diuturna siccitate, quam grata, ac delectabilis in aere est densæ apparitio nubis? Solis ardorem mitigat, utilitatem spondet, & paulo post in pluvios diffusa meatus, omnes exhilarat, quia nimium omnibus proficua. Sic *Amana* gratus Syriæ fluvius, sic Maria grata Deo, Angelis, & hominibus. Nubes cœlo proxima, quod velut sustinet, & spargens hinc inde pluvias sublanaribus, decoratur dicto: **PROFICIT VTRIQUE**. Maria, nubes est, quæ ex quo *translata est à terra*, (ait D. Andreas Cretensis) eam *universus mundus continet commune propitiatorium*. Cœlo etiam huius nubis columna lucens gratissima est, nam nil ibi splendidius ea, quam splendor elegit, ut docet Ambrosius: *Imo nubes dei, numquam in tenebris, semper in luce*, quia in altissimis habitavit, altissimi

regni regina, & ex ore altissimi, qui lux est inextinguibilis pro divit, ut pluvias nobis infunderet gratiarum.

230 *Alpheus* Eliidis fluvius ex Arcadia descendit, septemque sibi alios associat fluvios, quousque se fonti Arethusæ immiscens, ad mare Sicaniū descendit, præditus suavissima, ac saluberrima aqua. (M) Omnium fluminum gratiarum, cum *flumen Dei Maria repletum sit aquis*, Psal. 64. Plaudunt manu, ut plaudant Mariam, ad quam etiam venerandam occurrit *Alpheus*: & sicut ille septem accrescit fluminibus, nos edocet Mariam laudare, septem inundatam alveis, septem nempe donis Spiritus Sancti, quæ in virga, & flore Christum, & Mariam præfigurantibus Isaias vidit cap. 11. dicens: *Requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientia, & intellectus, Spiritus consilij, & fortitudinis, Spiritus scientia, & Pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini*. Hoc autem fuit ad designandum plenitudinem omnis gratia, explicat Lyranus: *Quam tali plenitudine recepit, & in tantum gratia repleta est, ut nil vacuum fuerit in ea*: Inquit Absalon Abbas. Hæc omnia Divini Spiritus flumina in Mariam inducuntur, de quibus sigillatim discurremus. Primus ergo Divini Spiritus fluvius, aquis Virginem inundat *sapientia*, ut ipsa Ecclesiam reficiat aqua sapientiæ salutaris, quam ex divinitatis amplissimo hausit fonte. *Hominis custodiam, & procreatricem*, appellat Tullius Sapientiam. Quod etsi Mariæ creatricem attribuire vereamur virtutem, non tamen cum Augustino eam *Formam Dei* appellare, quæ est ratio in divinis cognoscendi Personas; nam formæ in substantia inspectæ proprietates distinguunt, iuxta Tertulianum, & Basilium: Atque idcirco Maria sapientia Dei imbuta, velut notio, & forma erit cognoscendi Personas, quæ in Deitate subsistunt; imò & ab æternitate forma Dei manifestativa declaratur à Deo. Id insinuat illud Eccl. c. 24. *Ego ex ore altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam, & in Cœlis feci ut oriretur lumen indeficiens*. Sensus mysticus hæc Mariæ accomodat, ut sentiunt Alensis, Ægidius Romanus, Ambrosius Tarvisinus, & alij. In altissimi ore Verbum gignitur, unde procedit per dictionis actum, iuxta Doctoris Subtilissimi mentem. Si ergo os Patris æterni unicum ab æterno Verbum dixit, quomodo Maria ex eodem ore procedit? Dat causam Alensis, *quia Maria est principium Christi, & dignior omni pura crea-*

(M) Pausanias lib. 5. Theatr. Vit. Hum. 1. 3. verb. Fluvius. Origen. in Isai. Homil. 3. & in Luc. Hom. 3. 3. Hieron. in Isai. 4. & in Marc. 8. Glossa interl. & omnes. Lyr. in Gloss. ad c. 11. Isai. v. 2. & 3. Absalon. Abb. de Annut. ser. 3. qui est ord. 22. Cicer. 4. de Finib. D. Aug. de Assumpt. serm. 43. Tertul. lib. contra Praxeā, c. 2. D. Basil. 2. contra Eunom. Cicer. 1. 3. de offic. Ambr. Tarvisin. ser. in Sabbath. Dom. 2. Quadrag. cōfid. 2. concl. 2. Ægid. Rom. in salut. Angelic. Alensis in Eccl. c. 24. v. 7. Doct. Subr. lib. 1. d. 2. q. 7. & d. 32. q. 2. & q. 7. ad 3. quodl. 2. art. 1. §. de secunda ratione. Geneb. in Psalm. 61. Orig. in num. Hom. 16. D. Aug. ser. 107. Bibl. Syr. & Chald. D. Hieron. Arnold. Carnot. tract. de Laud. Mariæ. D. Gregor. Baumat. de Annut. ser. 2. in calce. Dionysius Carthusia. enarr. de Concept. Virg. Alex. Alens. super magnific. Ambros. Tarvisinus serm. 3. Sabb. Quad. cōfid. 2. concl. 2.

Maria columna nos sustentans, nubes nos lætificans.

Concept. Virg.
Alex. Alen. su-
per magnificat
Ambros. Tar-
visinus ser. 3.
Sabb. Quadr.
confid. 2. conc. 2.
D. Ambr. de
Instit. Virg. c.
2. D. Bernard.
Sen. tom. 3. ser.
1. art. 1. cap. 3.
Sap. c. 7. v. 26.
Lyra in Gloss.
Alensis Meno-
ch. Tirin. B.
Amadeus Lau-
san. de Laud.
Christo. Hom. 2.
Richard. 1. 12.
part. 5. cap. 7.
Beda de Nom.
Hebr. & c. B.
Angel. del Pas.
comm. in D.
Marc. lib. 3. c.
18. ad cap. 3.
Evang.

tara. Optime: sed ultra pergat calamus, in Deiparae elogium. *Semel loquutus est Deus*, dicebat Vates Regius Psa. 61. *Semel locutus est Deus*, etenim in Deo unicum est Verbum, exponit Lyranus. Sive *semel dixit Deus*, quia Pater dicendo, Verbum produxit. Sed amplius attendamus. *Duo audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia.* Hæc duo ex unico ore, & semel loquente audiuntur prolata, *Potestas, & misericordia*, quasi ab eodem principio promanantia. Ideo Genebrardus ex Hebr. habet, *semel, & iterum, seu semel, & secundo.* Primo, altissimi os loquitur *potestatem, sive fortitudinem*, aut imperium, quod Verbo Divino congruit, quatenus fortitudo Dei est, ut ex Hieronymo, Biblijs, Origene, ac Augustino desumimus. Maria etiam *Domina* interpretatur, cuius imperium, & *potestas constituta est super omnem creaturam*, habet Carnotensis Arnoldus. Verbum autem Divinum, nomine fortis, & omnipotentis appropriate designatur tamē: *Maria Patris æterni in se habuit, & continuit obumbrantem potentiam*, ut D. Gregor. Thaumast. acclamat. Primum inde, quod ab ore Patris procedit, *potestas Dei est*, sive Verbum omnipotens. Ad secundum adeamus. *Et tibi Domine misericordia.* Hanc Deus *Mariæ comisit*, quia misericordiæ mater est, & *Dei misericordia ab ea est inchoata*, ut diximus cum D. Thomæ Magistro, Alexandro Alensi nostro. Ab eodem ergo fonte *potestas Dei*, & *misericordia* videntur emanare; ita quod *Verbum potens, & Maria misericors*, ex ore eodem altissimi prodire dicuntur: Nec miror, si Ambrosij attendantur hæc verba: *Speciale Maria Domini hoc nomen invenit, quod significat, Deus ex genere meo.* Vnde Matris, Filij, & Patris Divini nomen, sub nomine Mariæ continetur; & *Filius Divinus, cui Sapientia attribuitur se in benedicta Virgine descripsit*, dat Ambrosius Tarvisinus. Divinam ergo Sapientiam Mariæ sapientiam sapit, ab ore altissimi instar sapientia Verbi procedens, ut Divinum omne, quod in Maria est auspicemur. Dicat totum Ambrosia: dulci resperfa D. Bernardini Penna: *Orta est stella Iacob, scilicet Maria, quæ est emanatio quædam sincera Omnipotentis Dei.* In alia ne penna distendatur nostra, duximus satis dixisse hæc, mystice Mariæ excellentiam commendantes, omissa pro nunc prorsus Theologica circa hoc indagatione. Nix è Cælo delabens continet inscriptionem: MEVS EST AB ORIGINE CANDOR. Sapientia,

Maria, non solum veram nobis contulit sapientiā, sed instar sapientiæ ex ore altissimi prodixit.

candor est lucis æterna, Sap. c. 7. quod Mariæ propijssime congruit, quia in ea *ubique claritas, ubique splendor, ubique candor*, profert Lausanensis Amadeus. Vnde desursum influxu gratiarum pensanda est venisse, cui candor ab initio, cuius pulchritudinem admiratur oculus. Sic ebibit sapientiam fluvius iste Marianus, *Alpheus videlicet, quod doctrinam, & sapientiam sonat*, iuxta B. Angelum del Pas, & Bedam: Ut Sapientiam veluti, Mariam à Dei gratia, gratia plenam processisse denunciet, ab æterno effluentem flumina gratiarum. Donum autem Sapientiæ, quo superplenus noster à Deo virgineus progreditur fluvius, nil est aliud, (ut docet Theologorum omnium facile (N) Principis Subtilis Doctor) quam Charitas, virtus Theologica, qua Deus nobis charus est ob infinitam bonitatem, qua Deus nobis sapit: indeque dicitur sapientia, *Sapida esca*, quæ in solo Deo, cum perfecta delectatione reperitur, sicque iuxta D. Parentem Augustinum, *Sapientia est Charitas Dei.* Hinc Maria hæc sibi adauxit, Sap. c. 7. *Sapientia, vapor est virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis Omnipotentis Dei, si cæra, & ideo nihil inquinatum in eam incurrit.* De Verbo producto, seu Filio in divinis hæc dicuntur, habet Lyranus: *Qui veluti rivus limpidissimus ex claritate Dei Patris, ut à fonte emanat*, inquit Parisiensis Haye. Sed de Maria hæc iuxta sensum mysticum, cum proferantur, Doctore Irrefragabili docente, sanè videndum est, cur in ea sit Sapientia divinæ claritatis emanatio, Vapor, nil inquinatum habens? Vapor dicitur, quia hic elevatur procedens ex aqua de se purissima; & Maria ut secum divinā mutuet Sapientiā, à purissimo divini spiritus statu procedere videtur, & elevata ad maternitatis Divinæ dignitatem; vnde dicit, ego mater pulchræ dilectionis, nempe Christi, qui dicitur dilectio, quasi duo ligans, Deum, & hominem assumptum à Deo: atque adeo Virgo ad Deum usque à Deo attollitur. *Emanatio est*, quia maternitatis titulus à solo Deo (dispensatus Mariæ) procedit, & emanat, velut fluvius à fonte: Quare Anselmus iterato proferat Mariæ ista: *Hoc solum de te, Virgo, predicari, quod mater Dei sis, excedit omnem altitudinem, quæ post Deum dici, aut excogitari potest. Nil inquinatum hæc Mariæ Sapientia, seu sapiens Maria habet: Nil enim patitur nisi à suo simili, vel dissimili: Sapientia autem Virginis nil in creatis est simile, & sola ipsa similior filio suo quantum ad perfectionem.* Scribit Alber-

(N) Doct. Subt.
lib. 3. d. 34. q.
unic. art. 4. n.
20. §. de donis
Sap. c. 7. v. 25.
Lyra in Gloss.
Haye in Con-
liter. ibi. Ri-
chard. 1. 6. tit. 1.
Menoch. in Bi-
bl. maxim. D.
Ansel. opusc. de
Excell. Virg. c.
2. Alber. de
Marquesijs in
Cœloquijs mo-
ral. c. 74. Alenf.
in Sap. c. 7. Au-
gust. Anconit.
1. 3. sat. Ange-
lic. lect. 7. q. 5.
D. Aug. lib. 12.
de Trin. cap. 24.
Daniel. Agric.
in cor. 12. stella
4. Alanus de In-
fulis elucid. de
B. Virgine in c.
1. Cantic.

Maria, divina impleta est sapientia, ideoque ad nos sapientia effudit flumina.

bertus Franciscanus, cum Alensi. Ideo cum sit simplex simplicitate summa post Deum, nil in eam incurrit inquinatum. *Maria nullum peccatum incurrit; & hoc multum congrue propter eius puritatem, quia ipsa electa fuit, ut esset mater sapientia increata.* Scribit Augustinus Anconitanus. Vide ut in Maria, omnia bona venerint cum illa: Bonum sibi, quia vapor est virtutis æternæ, omnes suo aspectu latificans, nam elevata ad maiorem infra Deum celsitudinem, virtutem ebibit ex alto ad erogandum fidelibus utiliora charismata virtutum. Bona ei veniunt per ipsam nobis communicanda, quia claritatem animæ gressibus participat, ne in suis actibus erret: nilque inquinatum incurrit, ut propulsatis vitiorum inquinamentis, eam purissimam celebremus à primo puncto suæ creationis. A Triadisthrono limpidus, pluviusque vapor emanans, inscriptionem signat: ALTA PLVENS SAPIT. Nil enim Mariæ ita à suæ creationis initio Sapientia saperet increata, nisi ex illius abundantissimo flumine sic hausisset tam copiosos aquarum quos ad nos derivavit effluxus: Vnde ut promittit Daniel Agricola, *Mariæ Sapientia mundus fatuatus salvatus est.* Sed Lepidius Alanus de Insulis: *Sicut in cellario reponuntur servanda; sic apud gloriosam Virginem tamquam spirituale cellarium sunt secreta Sapientia, & Scientia Dei.* Sic abundat Maria divinitatis Sapientia, quam in utero sui conciliavit Aula.

231 Ad alium deveniamus modo Divini Spiritus fluvium, in Mariam copiose fluentem, qui intellectus donum dicitur, estque habitus primorum principiorum, ex proprijs terminis habentium evidentiam. (O) Intellectus autem vis animæ est, qua invisibilia percipiuntur, iuxta meum Augustinum: Sicque per illum anima ad percipienda imperceptibilia elevatur; *perficitque illam, ad hoc ut sit bene mobilis secundum instinctum ipsius Dei, tamquam à quodam motivo principio superiori, explicat Lyranus.* Donum igitur hoc excellentissimo continuuit in se modo Maria, quæ lumen increatum à primo suæ animationis instanti cognovit, ac flumen illud bonitatis (quantum sibi possibile erat) ebibit. Ad Sponsi revocemur cantinellam, de Sponsa Maria hæc alloquentis Cant. cap. 6. *Pulchra es amica mea, suavis, & decora sicut Jerusalem.* Mirandum utique epicinium, in quo Maria, pulchra non solum, sed suavis depingitur, & decora. *Concupita ut Ieru-*

salem, ponunt alij: & rectè; nam ipsa dixerat, transite ad me omnes, qui concupiscitis me. Eccl. cap. 24. *Et ex proventibus meis optimis voluptatem capietis, & implebimini illuminationibus divinis.* Addit Lyranus. Intellectum elevat habitus luminis Gloriæ ad videndam Divinam Essentiam, ut ea etiam fruatur voluntas. Ita autem in Mariam hic intellectualis illuminationis fluvius comunicatur abunde, ut etiam ex superabundantia effluxus alijs ingerat ubertatem, ex quo per eam summa ex summo bono oriatur voluptas. Ideo concupiscitur, & est *amabilis ut Jerusalem*, quia ex quo ab ea tantus oritur bonitatis influxus, ut bibant ad eam reflectere concupiscunt. Sed advertamus ipsius Scripturæ coordinationem. Primo, Maria à Deo vocatur *Amica, & pulchra, Post suavis, & decora.* Primo *Amica* dicitur; quia *in quibus nihil est commune, amicitia esse non potest*, ut docet Aristoteles. Idem autem Filius vnus, & indivisus, utrique Parenti speciem suam reddit, conformique figura representat, ut ita pandit Arnulphus:

Conformi soboles Patrem, matremque figura

Exprimit, & speciem reddit utrique suam.

At expressius testatur id Bernardus sic: *Ipsa est Virginis nostræ gloria singularis, & excellens prærogativa Mariæ, quod filium unum, eundemque cum Deo Patre meruit habere communem.* Amica ergo dicitur, quæ oculis Sponsi, ex Sponsi gratia obijcitur ab electione, gratiosa; nil impurum habens, ideo dicitur *Pulchra*: etenim cum *pulchritudo bonum Dei donum sit*, iuxta Augustinum; à gratia Mariæ sibi collata, dicitur *Pulchra*, & amica Deo valde grata. *Suavis* itidem prædicatur, vel in abstracto Deipara *suavitas* dicitur, ex *devotione mentis*, qua etiam in primo instanti Conceptionis ad Deum agebatur, ne umquam ab eius intellectiva meditatione putaretur declinasse. *Suavis* etiam prædicatur *miseriordia ubertate*, dat Alensis: Nam ex quo ab æterno in matrem Dei electa est, munus sibi Peccatoribus adaptavit opitulandi. *Ob quam suavitatem dicitur ei ab Ecclesia, (P) speciosa facta es, (ad intuentum) & suavis in delitijs tuis: nam suavis est universis.* Laudatur etiam Maria, quia est *decora* sicut Jerusalem. Num non erat satis ostendi Deo Amicam, ab eo umquam deviam, suavem, & gratiosam, quin & ultra eam Sponsus ut Jerusalem monstraret esse decoram? Id ex illo deducitur:

Quia

3. q. 9. & passim. Clement. V. cap. ad nostrum de Hæreticis ex Concilio. Vien. Arnulph. Epigra. de Nativ. Dom. D. Bern. ser. 3. de Annunt. D. Aug. lib. 1. de Nupt. c. 3. Lyra in Gloss. ad c. 6. Cant. v. 3. Alens. in Gloss. ad c. 6. Cant. v. 3. Richard. à S. Laur. de Laud. Virg. l. 4. tit. 25.

(O) Sub. Doct. in 3. d. 25. q. 1. art. 1. & d. 36. art. ult. & d. 37. q. v. m. c. art. 5. & 6. passim. D. August. l. de Spir. & Anim. Lyra in Gloss. ad Isa. c. 11. v. 2. Cant. c. 6. v. 3. alij in Bibl. Max. Eccl. c. 24. v. 26. Bibl. Syr. Lyra in Gloss. Doct. Subt. lib. 1. d. 17. q. 2. ad 1. in 3. d. 24. q. 2. in 4. d. 49. q. 11. ad 3. Quodlib. 14. art. 2. in 2. d.

(P) Lyra in Gloss. ad cap. 6. Cant. v. 3. Marius de Calassio Conc. Hebr. tom. 4. in indic. Haye Bibl. Max. tom. 18. Beda, D. Isidor. Vener.

*Mater Maria de Agreda, My-
stic. Civ. tom. 1
Subt. Doct. in 3
d. 34. & 35. la-
te, Rupert. Abb
in Cant. 6.
apud à Lapide.
Bibl Virgin. 1. 1
pag. mibi 485.
col. 1. lit. B. Ec-
cles. c. 24. v. 6.
& 7. Lyra in
Gloss. Bibl. Ti-
gur. & Syriac.
in max. ibidem
D. Atban. orat.
5. contra Ar-
rianos. Alensis
in cap. Eccl. 24
v. 6. & 7.*

Quia enim à primo esse, Deo amica, oculis eius pulcherrima, vniuersis suauissima, & gratiosa, ideo decora ex tunc, sicut Ierusalem, quæ fuit specialiter electa in locum diuini cultus; & quia Ierusalem interpretatur *videns perfectum, aut pacificum*. Atque adeo Maria ab instanti creationis, & electionis, quo à Deo ut amica, pulchra, & suavis præligitur, Intellectiva visione, & fruitione summi boni perfecti, & nostri appetitus quietativi donatur. Affert hæc ita Rupertus dicens: *Suavis, & decora es Maria sicut Ierusalem in eo, quod anima tua semper supernam videt pacem*. Quo inde videas intellectus dono Maria à Divino Spiritu ditatur, ut Primum primo animata rerum omnium videat principium, eoque fruatur, quin intensus per fidem rebus sibi à Deo revelatis, postea non assentiri inclinatur. Idcirco stella solem socians, eius inter radios immersa, signatur Epigraphæ: **A LVCE PRIMORDIA SERVAT.** Mariæ id competit, ut docet Biblioth. Virgin. *quæ est stella veri solis sine diminutione generata, omnium bonitatum vniuersaliter distributrix*. Concepta ergo est, & genita omni cum plenitudine gratiarum sibi possibili, intellectu Deum perfecte vidente, quin diminutio in eius reperiretur intellectione, nisi esset elevata in primo instanti à suprema luce. His annectantur, quæ de seipsa Maria Eccl. c. 24. alloquitur: *Ego feci in Cælis, ut oriretur lumen indeficiens, & in altissimis habitavi*. Prodiuit ex ore altissimi, & ne altitudinis amitteret excellentiam, in altissimo fixit ab initio habitationem suam, siue in summis sublimitatibus Cælorum, indique *lumen in Cælis indefussum produxit*; ut ex varijs colligo. Verbum ab æterno fuit lumen de lumine, & Maria illuminata: *Vtrumque autem intelligimus sub nomine Christi, Verbum coadunatum in Maria homini, ex Maria oriundo*. Scribit Athanasius. Sed quo pacto Maria potuit facere ut in Cælis oriretur indeficiens lumen de lumine, cum Maria Deum genuerit in tempore, non verò in æternitate? *Virgo prius mente, quam carne concepit.* (Q) Ergo lumen illud, quo frueretur, ante naturæ partum produxit. Id mihi suadet Rupertus. At, cur produciens lumen indeficiens, dicitur in altissimis habitasse? Quia solus Deus altissimus in omni terra, Psal. 82. Idemque Altissimus purum posuit, & sanctum habitaculum suum, ut ex Bibl. Chald. & alijs desumo. *Solam namque Mariam, ut plenitudinem gratiarum, & intellectualem babi-*

taculum elegit Deus. Ait Græcus Theophanes. Insuper, Verbum quod est lumen de lumine productum, sic Virginem illuminavit, ut perfectissimè cognosceret Trinitatem; Filij, & Spiritus Sancti productionem, ut scribit Tarvisinus. Neque Divinus Spiritus ei denegavit plenissimum intellectus donum, nam supervenit in ipsam, idest *de super venit*, ut supernis eam impleret, non creatis. Igitur si Maria est *intellectuale Dei habitaculum*, iure in altissimis ab erectione attraxit (ut in ea obumbrans quiesceret) altissimum. Si Deus ab ipsa procedit, & Deus erat Verbum illuminans omnem hominem, Mariam proculdubio gratia præservativa, & intellectuali lumine illuminavit, ut etiam ab ea procederet lumen in Cælis indeficiens. *Non enim Verbum exors sue erat divinitatis, cum ex Virgine nasceretur*, inquit Ambrosius. Neque id mirum, cum quid similitudinis importet nasci Deum hominem ex utero matris, & Verbum ex Paterno intellectu; ubi libet enascente Filio Divino: Nam quod nascitur sanctum, vocatur filius Dei. Quare filius Dei? *Quia videmus nativitatem filij à Patre factam*, profert meus Parens Augustinus; quod confirmatur dicto. D. Fulgentij, & Ambrosij sic: *Hic sempiternitas ostenditur, hic immensitas invenitur, hic essentialis natura monstratur*. Subditque Mediolanensis Præsul: *Cui prior nativitas gloriosa extitit, eius secunda contumeliosa non foret: hoc est, ut quemadmodum Virgo divinitas ediderat, ita eum, & Virgo mater generaret*. Habitat sic Maria in altissimis, ut veluti supera intellectione prædita, à lumine à se producto illumineatur, quæ Spiritui Sancto cooperata est, ut illud produceret. Hinc habet, si Filius Mariæ intellectum Paternum ut produciatur, exaltat, cur non Mariam illius luminis matrem lumine suo antecederet illuminabit, ut non extinguatur in nocte peccati lucerna eius? Dicit aliter Damianus dicens: *Ipsa Virgo ex se radium illi emisit, qui penetrat usque ad cordis secreta*. Sic claritas Dei illuminavit eam, sic ad Mariæ intellectum se plene immergit lumen illud infinitum, à se etiam humanitus productum, ut illuminaret vniuersum. Aurora, ex cuius ore Sol enascitur, indicat Scripturam: **ORNATVR LV-MINE NATI.** Id totum antea dicturus arripuit Albinus Flaccus ita: *In Sancta, & perpetua Virgine Maria, ipse Christus est lux mundi*. Et rectè, quia cum Maria interpretatur *illuminata, vel illuminans*, à Dei filio, & filio Deo prius

*fin. ser. Sabb. 4.
Dom. Quadr.
confid. 1. conc. 1
Ab sal. Abb. ser.
2. de Annunt.
qui es ord. 2. 1.
D. Ambr. d. Be-
ned. Patriarch.
cap. 11. D. Au-
gust. tom. mibi
10. ser. 63. in
Ioan. D. fulgēt.
lib. 2. ad Trasi-
mund. D. Am-
br. ser. de Nat.
Dom. D. Petrus
Damian. ser. 1.
in Epiph. Al-
bin. Flaccus de
Nativ. Mariæ.
Hom. 2. ad c. 1.
Matib. Beda,
D. Isidor. Ma-
rianus de Calass.
tom. 4. Concl.
Hebr. Haye to.
18. Bibl. Max.
D. Hier. Da-
niel Agric. cor.
11. stella 1.*

Mariæ vterus
Divinum Ver-
bum instar Pa-
ternus intel-
lectus produ-
xit.

(Q) Rupert.
Abbas de oper.
Trin. in Isai. l. 1
c. 31. Psal. 82.
v. ult. Psal. 45.
v. 5. Bibl. Chald.
Arab. & Apol.
ibi. Theophan.
Hymn. in An-
nunt. Deipar.
Ambr. Tarvi-

in intellectu, alijsque illuminatur sensibus, vterque post Cælum, & terram illuminaturus. Superno itaque lumine Maria intellectualiter, & sensibiliter illuminata manet, quia cor eius de auditis, & sibi a Deo revelatis illustratur. Hic autem præcipuus est intellectus doni effectus; qui in Virgine excellentius alijs refuget. Id nos edocet Canticum pro dilectionibus, Rosis, vel Lilijs, quæ Christum, & Mariam signant, in quo habentur hæc: *Eruclavit cor meum Verbum bonum.* Psalm. 44. Verbum utpote speciosum præ filiis hominum, in cuius labijs diffusa est gratia, quod ut per modum *scaturiginis Maria effudit, sive pullulare fecit*, gaudio eius cor commotum est, & amoris sagitta ictum effudit ex plenitudine, & copia divine illustrationis. En Mariæ mentem (quæ prius quam venter Verbum concepit) à Verbo illustratam intuitiva Verbi etli humanitate velati notitia. (R) Sed quare cor Mariæ eruclare dicitur Verbum? Verbum in Virginis utero concipitur, sed vterus cordis adaptat similitudinem: etenim officina Conceptionis vterus est, qui in Maria Cor vocatur; hic enim ex sanguine purissimo alitur, & defecato: & ut nihil in Conceptione Mariæ somniaretur impurum, vterus in cor versus eruclat Verbum, ut quidquid in Maria est censeatur à Verbi fulgore illuminatum. Verbum autem potius dicitur à Virginis corde eruclari, quam filius: Quia *Verbum per sanguinem designatur*, ut habet Clemens Alexandrinus: & dum Virgineum ingreditur alvum, Verbum Virginei Patris se edocet pariter, vitalisque dicitur sanguis, in quo vita erat, cum erat in principio apud Deum; & ab æterno novam meditabatur vitam, quam ex Virginis utero, per vitæ primordium, (generationem nempe) acciperet, ac omnis vita in Virgine per Verbi esset generationem. Sic læta parturit Virgo Verbum ex corde, ex mente, ad suprema ut cognosceret elevata, donoque superexcellenti intellectus à Deo imbuta. Verbum igitur bonum, Maria concipiente Christum, eius cor eruclat, *quia filium Dei carnem factum generat*, ut notat Theophilactus. Sed alia inquirō. Intellectus Paternus vicem cordis induit, dum Verbum Patri cœternum eruclavit; & ut simile quid de Maria diceretur, voluit ut de corde Verbum idem eruclaret, quod Pater ex corde transvexerat ad cor Mariæ. Damianus id Lepide profert: *Filius Dei totus, & integer eruclatus est de corde Patris in uterum Maria.* Idcirco

Maria eruclat ex corde Verbum bonum; *quia ex corde eius processerunt fides, & consensus, per quæ duo initiata est salus mundi, & ipsum cor eius præ omnibus creaturis dignum inventum est exeuntem de corde paterno primo suscipere unigenitum Dei: Quando scilicet cor Patris eruclavit verbum bonum, quod de sinu Patris egrediens in sinum matris Virginis se recepit.* Idem Verbum in utroque corde veritatis lumine radiat, ut sic terminans in Patre intellectionem in matris cor, & intellectum divinam influeret claritatem; idest *divinum splendorem, non solum exterius in corpore, sed interius in mente.* Id dat Victorinus Hugo sic: *Inenarrabilem suavitatem Virgo ipsa concepit, quando illud æternum lumen cum toto suo fulgore in eam descendit.* Hinc ad Dei, primi omnium rerum principij cognitionem perfectam Mariæ mens devenit, ab eo illustrata, qui est *splendor Patris, & candor æternæ lucis.* Id sic declarat subtilis Bernardi calamus: *Credendum est, Deum Mariam sublimasse in cellam vinariam, & sui prout novit, & voluit gloriam deificam, & supercœlestē revelasse notitiam.* Cor cœlesti illustratū lumine, notitiam signat: **NASCITUR HINC, ORTUMQUE ILLUSTRAT UTRUMQUE.** Ex divino lumine Patris, Verbum ut lumen prodivit, intellectionem divinam splendida exornans origine: *Virgo autem* (docente Damasceno) *ex fulgore divino peperit Christum, gemmam omnium pulcherrimam.* Si ergo (ut Epiphanius habet) *Beata Virgo gloriam cœlestem portavit*, quid non gloriosum, non cœleste, non divinum in ea spectandum est? Omnia sapiunt gloriam, suamque verbum patris notitia intellectionem, & irradiat, & exaltat. En secundus ex Alpheo dimanans fluvius, nostras placide irrigaturus mentes, ut divinis semper fecundentur notitijs.

232 Fluminis impetus ex fluminis impetu oritur, lætificans civitatem Dei, idest Mariam, ut explicat D. Andreas Cretenfis. Hoc flumen à divini Spiritus effluens Abyssō *Consilium est, Consilijque donum*, (S) quod fere idem est ac prudentia Christiana, qua nostras actiones honeste, & Christiane ad Deum dirigimus, pertinetque (sicut, & tria priora dona) ad intellectum practicum. Vnde consilium rationem implet, eamque gubernat in rebus agendis. Maria, tota in divinorum cogitatione agebatur, omnia mundana ob Dei contemplationem despiciens. Cum insolitana Mariæ salutationem

Virgo, à Verbo divino intelligente cor & intellectum habuit supernæ illuminationis.

(R) Psal. 44. v. 1. *Lyra in Gloss. Haye in Conc. lit. Symmach. Rab. Salomon. Menoch. ibid. Alenf. in Psal. 44. v. 1. Genebr. Arguan. D. Aug. Jacob. de Val. Lorin. & alij plures. Richar. de laud. Virg. lib. 9. D. Clemens Alexandr. lib. 1. Pedagog. cap. 6. Theophilactus. ad 1. 9. Ioan. D. Petrus Dam. ser. 43. Richar. d. a. S. Laur. lib. 2. de Laud. Virg. Hugo Victorin. explanat. in Cant. D. Paul. Epist. ad Hebr. 1. Sap. c. 7. D. Ber. ser. de B. Maria Subtil. Doct. q. 4. Prol. & alibi. & in 1. d. 2. q. 3. & q. 2. d. 17. D. Damascen. in Cant. Eccles. ode 3. D. Epiph. orat. de Laud. Virg.*

(S) D. Andr. Cretenf. de Nativ. Mariæ, orat. 2. Richar. lib. 12. part. 6. c. 21. Menoch. in Bibl. Max. ad c. 1. Isai. v. 2. Macrobius lib. de Somn. Scip.

Scip. Luc. c. 1. v. 29. D. Bern. super Missus est. Hom. 3. D. Ambrosius in Luc. 1. & lib. 1. de officio. c. 18. & lib. 2. de Abraham. cap. 9. Lyr. in Gloss. ad cap. 1. Luc. D. Damascenus. erat. 1. de Dorm. Virg. D. Hieron. Epist. 7. ad Ierem. & Epist. ad Euseb. D. Isidor. Iansen. Berch. in direct. D. Ambrosius. lib. 2. in Luc. ad c. 1. D. Anselm. Cant. de quatuor virtut. Mariae c. 1. Prov. c. 31. v. 14. Dan. Agric. Cor. 9. stella 5. Eccl. 24. Prov. c. 30. v. 18. & 19. Menoch. in Bibl. Max. Ps. 142. v. 9. D. Aug. ibi. Tiran. in Bibl. Max. Lorinus, Titelmannus, D. Bonav. & plures cum Alensi, ibi. Berch. in Direct. verb. Navis. Act. Apost. c. 1. Ioan. la Haye in Conc. Bibl. Max. ad c. 31. Prov. v. 14. Arias Montan. Sept. in Bibl. Max. Alens. Iansen. Bibl. Max. Titelm. & plures Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 11. d. 7.

nem protulisset Gabriel, Virgo turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Luc. c. 1. Ad Angeli introitum stupens commota est, legit Ambrosius. Virgineus eam preoccupavit pudor, tacuit autem, & cogitavit, quia prudens fuit, ita D. Bernardus. Acurate meditabatur, seu ratiocinabatur, habent plures. Sed quid cogitabat meditabunda Virgo? Non num videre Angelos à suæ animationis instanti primo solita erat? Afferunt cum Lyrano plures. Cur ergo, & quid cogitat? Tunc vel meditationem, vel sacram exercens lectionem Maria, cor, & mentem prudentiali consilio ad Deum immiserat: Angelus autem ut dant Damascenus, & Hieronimus, in forma ei apparebat humana: & sic Virginis potentia aguntur in Deum, ne turbentur viso etiam quod humanum non est, sed humanum apparet. Virgo à quasi viri specie mota trepidavit. Fert Ambrosius. O cœleste in Virgine consilium, quo in spiritaliter directâ ab humanis penitus sequestratur, appropinquans ad divina! Oculi longispicio cœlestia è terris speculari, hanc insignitur Gnoma: HOC PRÆEUNTE SALUS. Terreis enim oculis inspicitur inquinamenti; sed quæ sursum sunt querendo nil præiudicii timere potest, quia præit prudentia, à qua prudens, idest procul videns, quis dicitur. Hanc modo excellentissimo contemplabatur Ambrosius in Maria virtutem, quæ Angelo sibi in viri forma alloquente, cogitabat cœlestia, humanos pavens etiam in Angelo insolite salutationis effectus. Trepidare enim Virginum est, & ad omnes viri ingressus pavere. Addam & hæc ex D. Anselmo Cantuariensi dicente: Post salutationem Angeli quam prudenter loquuta, quam facile credula. Fuit enim in illa credulitas prudentia, quod credit posse fieri per Spiritum Sanctum, ut sine complexu produceret Filium. Mariam mystice præfiguratam habent Patres in illa à Salomone satis laudata muliere, de qua dicitur Prov. c. 31. Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum. Maria merito navi comparatur, siquidem panem vitam, quem de Cœlo suscepit, & in utero portavit, habuit quoad esse verum in vita presenti, & modo habet vivere sempiternum. Inquit Daniel Agricola. Ista navis, quæ vas admirabile est, & opus excelsi, sic in fluctibus maris sæculi ambulavit, ita directo tramite ad salutis portum, ut eius viam se Salomon apprehendere ut scitu difficilem fateatur. Tria sunt difficilia mihi, via navis in

maris. Cur ignoratur? Quia nullam mortalibus relinquit vestigium, & solus Spiritus Sanctus dux eius est; meditatur Alensis. Nam ipsa Deo dicit, spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Psalm. 142. Idest inspiratio tua deducet me in Cœlum. Sed cur Maria Navi, & Institoris comparetur, perquiramus. Navis Maria est: illa enim secundæ flatibus Auræ, non hic, aut illic sistit, omnia retro linquens ad portum repletissima properat. Spiritus Sanctus superveniens in Virginem, in eam etiam in die Penthecostes venit, tamquam Spiritus, aura, & flatus vehemens, naves Apostolicas ad varias huius maris mundi regiones deportaturus. Insufflaverat in Mariam, quæ facta est quasi navis, quæ se, sibi que commissos felici Cœlorum aura inspirante ad Portum ducit salutis, ne sibi addicti in voragines incidant barathri absque evadendi Spe. Navis hæc Institoris dicitur, qui sedulus opibus vel recipiendis, vel transmittendis incumbit, negotijs insistentis suis prudentia consilio, expectans oportunum tempus mercibus transportandis. Sicut Navis circumventis, vocatur ab alijs. Etenim Maria ex quo in omni terra stetit, omnes sibi familiares circumcivit, ut sibi commissas virtutum opes referant, quas pro mercede æternæ vitæ, ad Patriam traducat æternitatis. Ideo lectio hæc habetur à Plurimis: Navis mercatorum exercens de longe, congregat autem hæc vitam. Nec sine Mysterio huic additur versiculo litera He, quæ interpretatur Esse, vivere, suscipiens, vel susceptio. Nam in Marianæ navis umbra esse, est vivere, ubi omnia bona suscipimus à Deo, nos ad securitatis Portum hac navi ducente. E Prudentia, summa cuique felicitas accrescit: ideo Maria Navi non vtcumque, sed institoris, vel mercatoris comparatur, qui prudentiali consilio ductus, quando, quove tempore, cui, & quo pacto merces transferenda est, speculatur. Ideo Navis in mari, explicatis per aera velis, Virgine in Prora clavum tenente, hoc nobilitatur dicto: CONSILIO PORTANS CLAVVM TRANSIBO SECVRRA. Hoc enim vbilibet navim gubernans velit eam convertere: Cumque Maria prudentiali clavo animam ab initio creationis pulchrâ, ad Deum sedula direxerit, secuta per Mare sæculi flatu Divini Spiritus pertransivit. Hæc Navis onerabatur mercimonijs humane salutis, & per gratiam à superiori superventione Spiritus Sancti, tanto securius ferebatur, quanto magis distabat à terra. Ait

Maria, Navis prudentialis consilij clavo ad Deum semper directa.

Richardus. Instructa igitur à Deo ex sua creationis primordio, & improporcionabiliter alijs, gratijs donata à Spiritu Sancto, rectam exercuit rationem agendorum, omnia consilio ad Deum referens, & laudes de donis sibi collatis in Deum refundens. Eandem accerere sit mulierem fortissimam, (T) prudentissimamque, Maria (vt prenotavimus) Typum, de qua subdidit Salomon Prov. cap. 31. *Operata est consilio manuum suarum.* Res valde mira hæc, etenim consilium, cuius præcipua pars est prudentia, ad intellectum pertinet, vnde irregulariter ponitur in manibus consilium. Verum tamen est illud Davidis dicto conformari Psalm. 77. vbi de Deo filios Israel ex Ægypto ad terram Promissionis ducente dicitur, *in intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Id est, in Prudentia, industria, aut sensu. At, cum ad rationem de agendis, consilium pertineat, irregulariter manibus attribuendum est, à quibus omnino procul est ratio. Sed insitamus literæ, à morali sensu non deviam. Maria operatur consilio manuum suarum, nempe consulte, & discretè, (exponit Alensis) exercendo se fructibus pietatis. Vide mirum huius sapientissimæ mulieris consilium: Nam per manus opera agendorum designantur, ad quas voluntatem transulit, & rationem: hanc, vt quasi regulam suorum actuum directivam: illam, vt opus executioni mandandum, exequentem: Vnde voluntate manuum opus promovit; intellectibus manuum opus dictavit, *vt quæ mente, & cogitatione fingeat, manus dociles effecta dabant.* Scribit accute Menochius. Manum tibi oculatam obijce Virgineam, & adhibe scriptum: PRÆVIDET, ET PROVIDET. Prævidet intellectualis oculus agenda, providet voluntas, quæ sunt executioni mandanda. *Consilium autem vincit manus,* dat Aristoteles: Sicque nil de agendis proficeret prudentiale consilium, si manus non se exerceret in opere agendorum. *Sacra res consilium est,* in Maria maximè, quæ volociter, absque interruptione, quæ divina erant, operata est consilio manuum suarum, sciens quia *omnis virtus in actione consistit, & solidissima pars, quæ exercitatur.* Sic supercœlesti Maria ditata consilio, quod Cœlum sapere meditabatur, exercebat.

233 Spiritus fortitudinis, fluvij sui inundantem aquam in Virginem effudit, quam rationis scaturigine tinctam Maria in se complexa est, (V) quæ facile destruitur, nisi per consilium fulciatur, vt Div. Greg. probat. Maria autem superno effec-

ta, & affecta consilio, etiam superam consiliavit fortitudinem, humana contentans, à divinis non desistens, imo natura usum, & sexus infirmitatem mentis devotione transcendit, omnibus benè vtens, referens ad Deum: quod fortitudinis actum iudicat heroicum, meus Parens Augustinus. Fortitudo autem magnitudinem animi, ac robur in rebus arduis significat. Hebraice autem vocatur *Glezech*, à verbo *Chazab*, quod est fortis, validus, obfirmatus fuit. Maria, fortis, macte animi, ac valida sic, vt cœceris omnibus fortior habeatur, & ob cœlestem fortitudinem laudetur. *Sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.* Psalm. 95. canit David, dum omnes ad Deum in Syon laudandum invitabat, qui locus Virginem, eiusque mysteria aptissime designat; indeque dicitur Isai. 46. *Dabo in Sion, in Maria, salutem, id est Iesum, qui est salus;* Richardo teste. Ex D. autem Hieron. & alijs habetur. *Fortitudo, & exultatio, vel laus in Sanctuario eius.* Sanctuarij autem domus erat Sion quæ à Propheta vocatur *urbis fortitudinis*, Isai. 26. Sanctimonia autem cum Sanctitate, & puritate recipitur. Ex quo intelligere est, initium laudum Mariam sumere ex quo Deus eam creavit domum sanctitatis in puritate. Sed alia inferamus. Vox Hebraica *Hoz* quæ sanctimoniam refert, etiam fortitudinem, & potentiam cum laude declarat, iuxta Genebrardum, & Agellium. Sicque dum Mariæ fortitudo, (culpam ne accederet terrendo) extollitur, eius magnificentia, gloria, & laudibus decoratur: *Eo quod in ea oportet omnia sancta esse, pura, nitida, & magnifica,* dat Genebrardus. Domus adamantina in montis supercilio, stemmatibus gloriæ circumdata, hac inscriptione magnificatur: *NECTUNTUR ROBORE LAUDES.* Idem evenit in domo Dei Maria, in qua gloria, puritas, ac laus cum fortitudine nectuntur, in qua cum puritate fortitudo relucet adamantina, vis utique indomita, quæ etiam Deum è Cœlis ad terras fecit delabi, & in eius visceribus hominem fieri. Origenem audiamus nostrum unicuique dicentem: *Accipe Mariam deitatis divitias, plenissimam sanctitatem, unigeniti mansionem, honorabile Templum, domum Dei, domum immaculatam.* Laudes en vrbis fortitudinis, & domus nostræ Sion, id est Mariæ. Fortitudo igitur Mariam decet, vt primo victrix sine pugna evadat, quæ ipsam indoit divinus ille Spiritus, qui fons vivus spirituum Charismatum nominatur. Hæc ergo Heroïna nostra, quæ confidentiam contra

(V) Plutarc. de cobib. ira. D. Gregor. Moral. lib. 5. D. Ambr. 1. de effie. D. Aug. 1. de vid. & 1. de ver. Relig. Psalm. 95. v. 6. D. Andr. Crensen. de dorm. B. Maria encom. Richard. 1. 1. tit. 1. Div. Hie. Bibl. Syr. Joan. la Haze in Conc. Bibl. max. Menoch. ibi. Genebr. Agellius, Sept. & alij. Tietelman. D. Bon. Alex. Alensis, & alij. Ambr. Herem. ser. de Annunt. Virg. Origen. de B. Virgin. apud Ambr. Cather. Opusc. de Immaculat. Concept. 1. 2. S. Beatus. Augustinus. Eccl. in Hymno de Spiritu S. Biblioth. Virg. Absal. Abb. de Purific. ser. 3. ord. 16. Alens. in c. 3. Proverb. v. 10.

Mariæ fortitudo à Deo transmittitur, nec ab alio auspiciatur.

(T) Prov. cap. 31. v. 13. Subt. Doct. 1. 3. d. 34. q. vnic. a. 1. 2. 3. & 4. Arist. lib. Ethic. c. 3. D. Hieron. Psalm. Rem. in Bibl. Max. Alex. in Prov. c. 31. v. 13. Ioan. la Haze in Conc. lit. ad c. 31. Prov. v. 13. Menochius in Bibl. Max. ibi. Arist. apud Ioan. Stob. Plat. de Sap. Arist. Ethic. 6. Cic. 2. offic. Senec. de Prosp.

Maria, consilio manuum operabatur, quia mentem & voluntatem propensâ semper ad bonum opus habuit.

adversa omnia sibi à Deo acersivit. Ideoque non immerito de ea alloquens Salomon dixit Prov. c. 31. *Mulierem fortem quis inveniet? Procul, & de ultimis finibus pretium eius.* Ultimus rationalis creaturæ finis Deus est, ante quem nihil; ideoque apud Deum solummodo, non alibi invenitur, quia nusquam Maria sine Deo: *Fortisque debuit esse, quæ paritura erat masculum qui Principem huius mundi foras eiecit.* Profert Abbas Abfalon. Mulier ergo fortis, sive *virtutis* Maria est, quæ virtute fortitudinis apud Deum pollet, doctrinam nobis influit salutarem, qua fortes studeamus hostiles deludere tentationes: ideo huic versiculo superponitur litera *Aleph* quæ doctrina tentationum interpretatur. (X) Plena perfectio nomine fortitudinis in hac muliere queritur, quæ sola in Maria reperitur; quare ei *Fortitudo Dei* Gabriel ait Luc. 1. *Ave Gratia plena.* Idest (explicat B. Angelus del Pas) *non solum quod Deo sit chara sed quod charam habens Deus Mariam dotaverit habitibus supernaturalibus, omnibusque charismatibus melioribus, quibus cælestes spiritus decorantur.* Quid ergo virtute fortitudinis sic fulcita, (etsi arduum) aggredi Maria non valeret? *Ipsa namque est mulier fortis; quam quæsit Salomon; quæ donum fortitudinis habuit in summo.* Etenim fortiores omnium superavit, Deum utpote, mortem, & diabolum. Deum vicit, cuius fortitudo instar Rhinocerontis est, qui in Virginis gremio mansuevit prorsus: imò eum de Cælis ad terras humilitate deduxit, quando dixit; *Fiat mihi secundum Verbum tuum.* Vicit etiam mortem, quam destruxit, quia per ipsam vita redijt, estque (ut ait Alanus de Insulis) *stella maris, vitæ via, Porta salutis.* Vicit diabolum, qui in Adamo vicerat mundum, qui fortior Adamo fortissimo, *non est super terram potestas, quæ compareretur ei*, Iob. c. 41. & tamen de Maria dicitur, *ipsa conteret caput tuum.* Gen. c. 3. sic docuit id Fulbertus. Ergo tribus fortioribus fortior Maria fuit, cuius fortitudo omnium fortitudinem superavit. Obeliscus, in cuius summitate Cælum velut inniti contemplatur, hac inscriptione innotescit: **SUO PONDERE FIRMUS.** Athlanticum fortitudo Mariæ excedit robur, quia non Cælum solummodo, *sed quem Cæli capere non poterant, suo gremio contulit.* Hoc insuper laudabile Mariæ donum commendant verba illa Hieremiæ c. 31. sic dicentia: *Fœmina circumdabit virum.* Alios reperio legentes, *creabit salutem plantario*

novello. Et rectè; nam Plantarium Mariæ novellum fuit, quia Virginale, ideoque mirabile, & stupendum vniuersis, dum cælestem producendo florem, Iesum protulit omnium salutem. *Maria, Pomarium Domini dicitur, quod consitum est manu sapientia omni arborum genere idest omni-moda virtute.* Scribit Daniel Agricola. *Hortus est circumcinctus diuinitate: ubi nascitur flos campi, idest Virginis filius.* Profert post Alanum Richardus. Literaliter autem Prophetæ verba impleta sunt in Maria, quæ Christum in utero suo circumdedit. Explicat Lyranus. Sed cur dicitur, quod Virgo Christum circumdedit, non quod portavit? *Circumdare* ex vi latinæ vocis, idem est ac *concludere, vallare, ligare, aut involuere.* Ille autem quem Maria circumdedit, Deus erat, non pro tunc sapientiam monstrans, non maiestatem, sed solummodo fortitudinem: vnde ex textu Hebræo Galatinus noster legit: *Fœmina circumdabit fortem.* Tali Maria prædita est fortitudine, quod ut pateat Deus non utcumque, sed ut fortis ab ipsa circumdatur, involuitur, & ligatur. Hæc sic pandat noster Daniel Agricola: *Novum faciet Dominus super terram, fœmina circumdabit virum. Vere novum, quod Virgo fragilis baiulat, quem mundus terra non sustinet. Verè novum, ubi potentia regitur, virtus sustentatur, infirmatur fortitudo.* Hanc induit Maria, quam fortem animo decuit esse, ut ardua pro Deo minime timeret arripere. Leuncula leonem in utero gestans, hoc dicto gaudet: **IN PECTORE VIRE.** Leo ad nullius pavet occursum, sic forte, sic robustum est animal: ac Christi Symbolum, qui mundum, mortem, & infernum vicit ut Leo de tribu Iuda. At cælestis leuncula Maria, eum circumdedit, & humanæ naturæ fascijs in utero ligavit, & involuit. *In cuius ventris Thalamo* (Pergit Alanus) *sibi summa paravit Hospitium deitas, tunicam sibi texuit ipse filius artificis summi.* Qua involutus, & ligatus, apparuit hominibus mansuetus.

234 Spiritus Sanctus, qui super flumina preparavit Mariam, *Mari scilicet, & fluminibus supereminentem*, abundè eam dono scientiæ irrigavit; neque hæc flumina obruent illam, seu non profundabunt, ut amplius non compareat. (A) Maria, præcellentissima fuit ab instanti Conceptionis in omni scientia; vnde à Div. Anselmo sic salutatur: *Ave sponsa generans perennem omnium scientiam.* Versatur autem hæc in occupatione cognoscitiva temporalium, sicut sapientia æternorum,

(Z) Iere. c. 31. v. 22. Daniel Agric. Coron. 5. stell. 1. Alanus Varenf. de Laud Mariæ ser. 1. in med. Richard. l. 12. partic. 4. c. 2. D. Ber. super Missus est Hom. 2. Daniel Agric. Cor. 4. stell. 3. D. Aug. ser. de Partu Virg. de Temp. 9. de Nat. Dom. 5. Hay in conc. lit. ad tier. 31. v. 22. Lyra in Gloss. lib. Berchor. in diction. Galatin. in Bibl. Maxim. Dan. Agric. Cor. 4. stell. 3.

Maria, Deum fortem ligavit & mansuetum reddidit.

(A) Menoch. in Psal. 23. v. 2. Haye in Conc. lit. ad c. 8. Cant. v. 7. D. Ansel. Hymn. 2. de B. Virg. D. Aug. lib.

(X) Tirin. in Prov. Div. Ber. ibi. apud ipsum B. Angelus del Pas lib. 2. in 1. c. Luc. Possil. c. 25. Biblioth. Virgin. tom. 1. pag. mibi 483. col. 2. lit. B. Alanus de Insulis in Ante-Claud. lib. 5. de epitet. Mariæ. Iob. c. 41. v. 24. Lyra in Gloss. Fulb. serm. de Nat. Virg. Ecclesia in Miss. de B. Virg. Maria.

lib. 14. de Civ. Dei. Et de Trin. apud Theatr. Vit. hum. Prov. c. 31. v. 18 Bernard. de Bust. part. 9. ser. 4. Daniel Agric. cor. 1. 2. stella 8. & coron. 5. stella 2. Simeon me rapbr. in Act. S. Glyceria. D. Ber. ser. 2. de Assumpt. Hefych. orat. 2. de Deip. Andreas Cret. orat. 2. de Assumpt. B. Angelus de Pas. in Luc. ad c. 24. Postill. cap. 21. Durad. in Ration.

Maiores ex cereis cur in Hebdomada sancta non extinguuntur?

horum, iuxta communem Magistrum Augustinum meum. Donum autem scientiæ, tres præcipuos continet actus; pium amplecti, impietatem adversari; abstinere à malis; & in medio pervertorum, laudabili honestate conversari. Omnia hæc Maria exercuit; nam primo pium omne amplexa est, dum fidei habuit defensionem, quæ cunctas hæreses sola interemit. Ideo de ea dicitur Prov. 31. *Non extinguetur in nocte lucerna eius.* Quod de Beata Virgine intelligunt nostri Bernardinus de Bustis, & Daniel Agricola dicentes: *Hæc lucerna fuit Beata Virgo, quæ semper mansit accensa, & servavit lumen divine gratiæ. Non enim extincta est in nocte Passionis, & dominicæ sepulture lucerna eius, id est fides.* Dum diis immolabant suis Gentiles, olim manu lampades arripere solebant. Nos superstitione procul facta, ut verò Deo sacrificia adhibeamus grata; Virgineæ lampadis luce perfundamur, quo fides nostra non extinguatur. Maria igitur in Passionis nocte lucernam portat, fidem scilicet inextinguibilem; quia *lucerna est eius agnus*, qui vera lux est à luce inextinguibili procedens inextinguibilis. Lucerna fervorem in splendore habet, & acri illuminat activitate, ita ut conservet vehementer ardorem ex igne, & pabulo prorsus tenacem. *Clarius enim cæteris rutilabat, quam replevit oleo gratiæ præ participibus suis Christus Iesus filius eius.* Dat Bernardus. Et ab Hefychio vocatur, & ab Andræa Cretensi *Lucerna luminosa, à seipsa ardens.* Adverte alia. Triduo, quo honores sunt funebres convitijs à populo Hebræorum Christo illatis, Quindecim accenduntur cerei, qui per diversa extinguuntur matutinarum spatia, vno inextinguibili dempto, quem vocant *MARIA*: nec sine causa: etenim duodecim extinctæ lucernæ Apostolos designant, in quibus fides tunc emortua mansit; quare ex discipulis duo, Christo in Peregrini specie sibi associato dixerunt, *nos sperabamus, quod ipse erat redempturus Israel.* Luc. c. 24. Quasi dicerent: *Nos fefellit multum opinio, quam de eo conceperamus.* Glossat Perpinianensis Angelus. Mulieribus etiā fides defecit, unde lux spei, & credulitatis in eis omnibus perfectè non permansit, sed in sola Maria perseveravit: Ideo trina in nocte non extinguatur lucerna eius, ut emortuos in fide suscitaret, & constantes perseverare faciat. Ideo D. Parens Augustinus Mariam plenam fide vocat, ut plenam gratiæ. (B) Lampas, cuius lychnum ex lino Asbestino configitur inextingui-

bili, ex quo semel accenditur, Gnoma elucidatur: *LUCIS HABET ALIMENTA PERENNIS.* Sic Maria à D. Clemente Alexandrino vocatur *Lampas inextinguibilis.* Inspice ergo, ut donum scientiæ in se Maria medullitus conciliet, Piam amplectens fidem etiam ex rebus creatis in Dei superam elevata cognitionem. *Quidquid enim Sapiens agit, id omne ex virtute agit*, inquit Plutarchus. Amavit virtutes omnes Maria, cui in eximio inerant, ideoque quidquid agebat, sapienter agebat, quia viam sequebatur iustitiæ: *Et scientia quævis, remota iustitia, aliæque virtute, non scientia est.* Inquit Theogenes. Omnia Maria, & optime sciavit, quia quæ scivit omnia ad Deum retulit, & Deum ad humana. A sacratæ Triadis imperio, cum Missus est ad Mariam Gabriel Angelus, docet per Angelum Dominus Virgini se esse presentem, cui infundit scientiam. *Non enim de Conceptu posset satis illa credula præmoneri, si non gauderet edoceri certius de Divina præsentia, & nisi sic sciret Spiritum Sanctum sibi desuper advenire.* Profert iucundè Philippus Abbas. Scientia utique ferè immensa Virgo imbuta est, dum Spiritum Sanctum, totamque Deitatem sibi advenisse cognovit. Sed cur post adiecit, *fiat mihi secundum Verbum tuum?* Luc. c. 1. *Hæc verba ex humilitate protulit Virgo; & statim virtute Divina concepit Filium Dei.* Docet Lyranus. Verba tamen illa & fidei & revelativæ fuerunt cognitionis, quasi diceret, credo quod animo optaveram: ut sic, quod alligavit Virgo Eva per incredulitatem, hoc Virgo Maria solueret per fidem. Non hoc solum, sed tunc Virgo Verbum de sinu Patris rapuit, omni-que creature suum auctorem, & Principium restituit. Dat meus Parens D. Bernardinus Senensis, cuius in prolatis demorari est. Verbum Divinum, in quo sunt omnes Theauri Scientiæ Dei rapuit è sinu Patris Maria: Nam homo primus, cum in honore esset, non intellexit, & insipiens factus est, appetens arboris scientiæ fructum. Verbum autem Divinum rapitur è sinu Patris à Maria, ut sic perditam sublimior hominibus innotescat Deus, & Dei Scientia per Mariam communicetur hominibus. Ideo tunc Maria mentem, & os aperuit, illam ad fidem, istud ad Scientiam, per Verbum significatam. Aurora pingitur Solem, radios, flores, aliasque immittens orbi delicias, cum lemmate: *HORROREM PELLIT, ET VMBRAM.* Ex quo enim Maria

Alex. adv. Nest. lib. 6. c. 6. Plutarch. lib. de Fortitud. Alexand. Theogen. apud Stob. Philipp. Abbas in Cant. 1. 4. c. 24. Luc. c. 1. Lyra in sua Gloss. ibi. Menoch. in Bibl. Max. D. Bonav. late in c. 1. Luc. D. Ireneus l. 2. contra Valent. c. 33. D. Bern. Senens. l. 3. ser. 3. art. 2. c. 1. Rupert. Abb. de oper. Spir. Sanct. l. 1. c. 9. Dam. l. 4. Oribod. fid. c. 15. D. Aug. ser. 11. de Nat. Dom. B. Angel. del Pas. l. 2. in c. 1. Luc. Postill. c. 35. late. D. Petr. Dam. ser. in Assumpt. Leo Imperator Hom. 6. Daniel Agric. 2. p. Coron. stella 6. Senec. epist. 87.

Maria donum scientiæ, eiusque præcipuos actus excellentissime habuit

(B) D. Aug. de S. Virg. l. 3. c. 32. D. Cyrillus ex lino Asbestino configitur inextingui-

Sapientiam eterni Patris enixa est, ignorantiae caligines sunt procul fugatae, & per eam omnes Coeli delitiae hominibus restituta. *Maria, ut Aurora veri praevia luminis, mane clarissimum illuminavit.* Promittit D. Petrus Damianus. Imò eam Leo Imperator sic salutat: *Ave elegantissimum Scripturae Divini Verbi volumen.* Habuit ergo primum actum Scientiae Virgo excellentissimo modo, utpote constantem fidei defensionem, in qua deficientibus alijs immota permansit, & cunctas haereseis sola interemit. Habuit Scientiam abstinendi se à malis, nam *sicut per Eva ignorantiam ortum est omne malum, per Mariae Scientiam derivatum est nobis omne bonum.* Inquit Daniel Agricola. Habuit & tertium actum scientiae, nempe intrepide versari, & conversari in medio pravæ, & criminatricis Hebræorum nationis, quin eorum vel insidias timeret, vel formidaret. *Sapiens enim artifex est domandi mala.*

235 Pietatis donum tanquam fluvius alter egreditur de loco voluptatis, de folio utpote Sanctissimæ Trinitatis, à Spiritu Sancto emissus, ut irriget univversam terram Mariæ, quæ mater pietatis est, eam univversis conferens ad salutem. Pietas igitur virtus est, (C) à Religione indistincta: Vnde omne opus bonum hoc nomine indicatur, ut est verus Dei cultus, & omnes virtutes velut sui partes cōprehendit. Sumitur etiam pro virtute moriente ad opera misericordiae, & compatiendum indigenti. Tandem accipitur in speciali, pro actu quo Parentes tanquam vitæ, & educationis auctores post Deum colimus. Pijssima Virgo fuit, quoad divinum cultum, quem mortales ex sola ipsius inspectione nanciscebantur. Moyses dum oves Soceri sui Jetro in Oreb pasceret, divinarum rerum forte speculationi deditus, explorare tentabat mirum Rubi vernantis incendium, in quo flamma non vorax, sed illuminans videbatur. *Vadam, & videbo visionem hanc magnam.* Exod. c. 3. Dum autem iter præ manibus tentat arripere, vox è rubo, in quo apparuit Dominus, sic eum paventem, ac immotum reddit: *Ne appropies huc: solve calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra Sancta est.* Vel terra sanctitatis est, ut legit Montanus. Vnde Pietas loci oritur? Vnde provenit exhibendus terræ incultæ cultus? à Deo Iehovah ibi apparente? Certè, sed locus à Domino celebratur cultu dignus, quia Dominum in Rubo sustinuit ille locus. *Terra Sancta est, propter Divinam appari-*

tionem. Exprimit Lyranus. Rubus Moysen ad speculandum allexit miraculum; locus Rubi ipsum trahebat ad Dei cultum, qui procedebat ex loco, & pariter ex Rubo: *Apparuit Divinum simulacrum, ut suspicari posset Dei esse imaginem.* Dat Philo Hebraeus. Imago autem Dei Patris Filius Divinus, qui eius similitudo est, eum per omnia representans. Sed in Rubo Virgineo, Homo Deus est, in Maria apparens: *In Rubo enim significata est Maria, & eius fecunditas.* Ait Abbas Abfalon; & D. Andreas Cretensis. Tam pia est, tam Sancta Virgo hæc immaculata, ut Deus homines ad suum cultum, & venerationem adducturus, in ea appareat quasi in loco magis suo cultui, opportuno. *Nec igne inconsumptus, & illesus sua vi Rubus perduravit, sed propter Mariam, quæ in mortali natura ignem deitatis portavit.* Ait D. Germanus. Ob locum, & Rubum, sibi obsequium conciliat Deus, ut appareat ex Maria Deum sibi conciliasse cultum, & ita piam esse Virginem ut mortales alliciat ad Dei obsequium. *Solve calceamentum in loci, & Divinae Maiestatis venerationem. Quia modus erat antiquorum, Hebræorum specialiter, non ingredi loca Sancta pedibus calceatis.* Templum, in quo Thus crematus offertur Deo, habet in foribus scriptionem: DIVINICULTUS ASSYLUM. Maria. *Templum pietatis, à D. Anselmo dicitur, quia in illa, & per illam Deo debitus exhibetur cultus. Crescit enim Mortalium erga Maria filium Religio, cum ea, qua colitur mater: quia filio fidelissima, ad illum adducit quotquot ad illam adventant.* Scribit Alexius à Salo. Sic Pietas excelluit in Maria, nam pietate erga Deum sublata, fides etiam, ac societas generis humani, & una excellentissima virtus, iustitia, tollatur necesse est. Afferit Tullius. Imò, nulla scientia est, si utilitatem pietatis non habet. Docet D. Greg. Ergo ut à Religione, & iustitia indistinctam, in se habuit excellentiam Maria pietatem, qua & se, & omnes ad Dei cultum sedula dirigebat. Pietatem etiam coluit, ut ad opera misericordiae, & egenorum subventionem inclinaret, quam exercuit antequam à miseris extiterit rogata, quia in Virgine, ut in proprio habitaculo hospitabatur misericordia. *Perfecta enim Pietas est* (Teste Casiodoro) *quæ antequam flectatur precibus, novit considerare fatigatos.* (D) Inde de Maria mystice hæc habentur Cant. cap. 3. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis libani, reclinatorium aureum.* Ferculum

Germ. Constan-
tinopolit. Lyra
in sua Gloss.
Menoch. in Bi-
bl. Max. D. An-
selm. in Opusc.
c. 12. orat. 6.
Alexius à Salo
in Arte Col.
Deip. c. 7. Cicer.
2. de Nat. deor.
D. Greg. in
Mor.

Maria, Pijssi-
ma fuit in al-
liciendo om-
nes ad Dei
cultum, &
amorem.

(C) D. Subt. in
3. d. 24. q. unic.
& alibi. Div.
Aug. l. 10. de
Civ. Dei c. 1.
D. Paulus ad
Timoth. 1. c. 4.
Theatr. Vit.
hum. t. 6. verb.
Pietas. Euseb.
de Preparat.
Evangel. l. 8. D.
Aug. l. 83. qq.
quest. 3. Exod.
c. 3. v. 3. & 5.
Lyra in Gloss.
Haye in arb.
Vit. ad cap. 3.
Exod. v. 3. &
5. & in Conc.
Bibl. Max. Gui-
lielm. Estius,
Cornel. à Lap.
& alij Pijss.
Hebræus, lib. de
Vit. Moys. Ma-
gister Histor.
Schol. in cap. 3.
Exod. Absalon
Abb. ser. 1. de
Assumpt. ord.
43. D. Andr.
Cret. de Nativ.
Virg. orat. 2.
Richard. l. 12.
Part. 6. c. 3. D.

(D) Casiodor.
epist. 4. Cant. 5.
3. v. 9. D. Isid.
Haye in Conc.

it. *Lyra in Glos. Genebr. & alij in Bibl. Max. ibi. Absalon. Abbas de Nat. Virg. ser. unic. ord. 47. D. Anselm. in Opusc. cap. 12. orat. 5. Philipp. Abb. 1. 1. in Cant. cap. 25. Richard. à S. Laur. lib. 19. tit. 4. Dan. Agric. Coron. 10. stell. 11. D. Ber. D. Anselm. in opusc. c. 12. orat. 8.*

Maria, reclinatoriū est peccatoribus, in quo à terrenis omnibus sequesterati quiescunt.

à ferendo dicitur, quia in eo Salomon per urbem, aut plateas deambulatorius ferebatur. Ideo alij habent, *Lecticam sellam gestatoriam, vel umbraculum*. Currus erat triumphalis, sive pompaticus ostentationi deferviens, & maiestati: sed à pietate ergo Salomonis exhibita non alienus, equidem illi fessus è negotijs innitebatur; atque adeo reclinatorium aureum erat, cuius interiora constrata lapidibus pretiosis, Charitatem regio pro stemmate demonstrabant. *Recole ferculum Salomonis* (ludit mystice Absalon Abbas) *cuius reclinatorium aureum, & tibi ostenditur tibi Marię regalis dignitas*. At, in isto, Marię Pietatem contemplatur Anselmus, dum eam vocat *unicum reclinatorium æternę pietatis*. Neque id incongrue. *Reclinatorium* enim à *reclinare* dicitur, & proprie fessorum est reclinatio, miserrum, & ægrotantium. Dei Maria reclinatorium est, dum namque cruciatibus in cruce morti erat propinquus, caput inclinavit, quasi matris sibi proximę innitens gremio, ut sic paululum quasi in delitioso requiesceret pulvinari. Hominum etiam est Reclinatorium, quia *qui portatur in eo, non movetur motu proprio, sed mediante ferculo*. Sic Maria Peccatoribus semper adheret per affectum misericordię, ait Daniel Agricola, ut in eius umbraculo quiescentes ad Cœli delitiosum deducantur Paradisum. *Quid igitur ad tale reclinatorium, ad Mariam veretur accedere humana fragilitas?* (Canit iterum Bernardus) *tota suavis est, & omnes memoriam suavitatis sue eruēt abunt*. Psal. 144. Verè aureum Pietatis est reclinatorium, in quo nostrę obdormientes miserię, suavitatem experiuntur pietatis Marię. Virgo tenera teneros alliciens in gremio dormientes pueros, hanc epigraphen signat: **MOLIUS UT REQUIEM CAPIANT**. Maria siquidem Virgo sinum misericordię, & pietatis offert, vbi reclinati quotquot eius ambiunt clementiam, à turbulentijs huius mundi sequestrentur, ne in ambages incidant, quibus misere in gehennam precipites ruant. *Ingerat se Reus inter Pium filium, & matrem piam*. Clamat Anselmus. Ibi pietatem inveniet, misericordiam reclinatorius in Marię umbraculo consequetur. Adnectamus his ea, quę Salomon scripsit Prov. cap. 6. *Vade ad formicam piger, & discis sapientiam*. Alijs placet vertere, *considera vias eius, & sapiens eris*. (E) Nimis diligens hoc minusculum animal est, ad quarendum quę sibi ad victum necessaria sunt, nec moras agit tempore congregandi

messes, sed industriosa è latibulis exiens, areas adit farris, aut frumenti micas furatura, ideoque *furans micas* formica vocatur, quibus sibi providet de futuro. Formica Christum, indeque Mariam haud inficior significare, quę non micas, sed panem vitę furata est ex ore Patris æterni procedentem, quem qui manducaverit, vivet in æternum. Formica autem pro pietatis Hieroglyphico assignabatur ab antiquis, teste Pierio: siquidem non solum sociam in pondere levat, sed emortua suę speciei cadavera in spelem formicę gregatim introducunt, sibi que mutuo compensant quę collegerunt grana, maximè si aliquas vrgeat necessitudo. Ex hac igitur cœlesti formica Maria nos oportet addiscere pietatem, ac impendere miseris benevolentiam. *Maria naturaliter clemens, & misericors est*, docet Richardus) *& eius Pietas semper suscipit incrementum*. *Ipsa enim quantum in se est, misereretur omnium, quia omnia potest*. Et procuidubio supereminenter hoc Marię infudit donum divinus amor, quia *Pietas amica est Deo, Tribunal iustorum, egenorum Portus, miserorum suffragium, & Indulgentia Peccatorum*. Docet D. Ambrosius. Adaugeant encomium, quę de illa satis numquam laudata Mulere, Marię Symbolo habetur Prov. cap. 31. *Lex clementię in lingua eius*. Clementiam in lingua portat, quia *suavia, & dulcia sunt eloquia eius, & Marię lingua* (Spiritu Sancto movente) *eructavit illud verbum bonum, mellifluum, & suave*, ut scribit Richardus. Lingua igitur clementiam portat, quia Maria pro nobis ad Deum loquente, *iram Domini lenioit*, ne Peccatores lacepsitus ad iram, à sua gratia exterminaret. Ideo etiam lex clementię ponitur in lingua Marię, quia *est plena misericordię*, nihilque procedit à locutione virginis oris, quod plenum non sit legibus Pietatis. Habent autem alij, *lex gratię in lingua eius*: Nam cum quidquid promat Maria clementiam sonet, ac redeat pietatem, lepida sua verba sic Deum alliciunt, ut gratiam statim inveniant hominibus dispensandam. Sed, cum clementia (quę cum pietate complectitur) ad Voluntatem supposita practicę noticię directione pertineat, cur in lingua potius, quam in alia corporis parte collocatur? Videas. Maria, nostra est apud supremi tribunal Iudicis advocata, ex illo Carnotensis Arnoldi: *Securum iam accessum habet homo ad Deum, vbi mediatorem causę suę filium habet ante Patrem, & ante filium Matrem*. *Nec potest illo modo esse*

Plinius l. 11. c. 31. Berch. in Reduct. l. 10. c. 40. Pier. Valer. Hieroglyph. l. 8. R. char. lib. 4. tit. 22. D. Ambr. in Psal. 118. Prov. cap. 31. v. 26. Ioan. la Haye in Conc. lit. Bibl. Max. Richard. de laud. Marię l. 2. p. 2. cap. 9. idem ibi. Lyra in sua Aurea Glos. Bib. Chald. in Max. Menoch. Tirinus, & alij, cum Alens. Subtil. Doct. in 3. d. 34. Arnoldus Carnotens. in orat. de B. Virgin. in Princip. Vltianus l. 8. l. 1. de Tribunalib. Afcon. l. 1. var. D. Anselm. Cant. in Opusc. c. 12. orat. 5. Quintilian. declam. 2. Senec. lib. de Clem. Cic. 2. de offic. Prov. c. 10 v. 20. Lyra in Glos. ibi. Tirinus, Alens. Tietelman. & alij. D. Isidor. Vincent. Beln. Berchor. in reduct. & direct. latē. Alanus de Insulis in Antec. Claudian. l. de Epitet. Marię. D. Anselmus lib. de 4. virtut. Marię, c. 1. in fine.

(E) Prov. c. 6. v. 6. Haye in Conc. liter. ibi. Bartholom. Anglic. l. 18. c. 51.

repulsa, ubi concurrunt, & orant omni lingua disertius, hæc clementie monumenta, & Charitatis insignia, dividentes mater, & filius pietatis officia, & miris allegationibus munientes humana Redemptionis negotium. Ad advocatum vero attinet officij gratia ante Iudicem pro Reo alloqui, in eius tutelam. Maria igitur, quæ apud supremum Iudicem pro nobis advocat, clementiam in lingua ligat, unde lex à ligando dicitur, ne discedat; & sic advocat, quod lex clementiæ in Iudice parit legem gratiæ. Studuit hoc nobis monstrare Div. Anselmus Virginem salutando sic: *Nec diu poterit ò Virgo, te sustinere pro nobis supplicantem, quam tu sapissime consolata es dulcis mater, infantem vagientem.* Quæ ergo potentior meritis ad placandam iram Iudicis, quam tu, quæ meruisti mater esse Redemptoris? Necessariam omnibus hominibus, Imperatoribus maximè clementiam, & Pietatem, Seneca autumat: Quæ autem Cœli, & terræ Imperatrix est, haud decet quod tam honorifico orbetur titulo, unde mater clementiæ, & pietatis vocatur. Argenteam pingere Nolum, cum epigrammate: **NOSCI-
TUR EX SONITU.** Si, ut scribit Salomon, est *argentum electum lingua iusti*; Quia argentum est sonorum, mundum, ac gratum sonitum profert, ac omnium metallorum eius sonus auditur dulcior, & suavior. Maria omnibus iustis iustior, imò & *regula iustitiæ est*, quia *iustitiæ fuit omne bonum, quod fecit*: Ideo ut argentum electum est lingua eius, in qua vincita manet clementia, Pietas hospitata, unde vox eius dulcis est, & suavissima. Ita flumen Dei repletum aquis, in Mariam placide se immergit, Abyssum Pietatis, Pietate dilataturus, cuius fluentia impetu ad nos derivantur, ut aquis suæ miserationis intincti, inter aquas quæ super Cœlos sunt Deum, & Dominum æternaliter laudemus.

236 *Timoris filialis, & casti*, non servilis, qui cum peccato est, & à Maria prorsus abest, donum habuisse Mariam, ex ipsa Spiritus Divini in illam superventionem liquet satis. (F) *Timor* autem iste, est *filialis reverentiæ erga Deum, ex amore nascens*: Unde in Charitate fundatur; qui ut fons, ita & complementum est omnium virtutum. Hic timor perficit voluntatem contra concupiscentiam inordinatam delectabilium: & sub hoc ordine in Maria non potuit reperiri, quæ à primo animationis puncto confirmata in gratia, motus sensualitatis conterens nescivit, sensibili obsequente prorsus, parti-

rationali. Sumitur denique timor, pro fuga mali imminenti, cui egre resisti potest; hocque etiam pacto procul fit à Maria; quæ vallata antecederet gratia Dei præservativa, non potuit fugere peccatum, imò ab ea ante victrice oportuit fugere delictum. Noster autem reverentialis, ac filialis timor, benè decuit Virginem, cum ille sit penes Div. Hieron. *Custodia omnium virtutum.* Etiamque *Timor hic Sanctus, omnino est idem quod humilitas, quæ omnium virtutum est principium*, ut puritatis Mariæ maximus Propugnator noster Subtilis Doctor, ex suo, & omnium Magistro Div. Parente Augustino docet. Singula in Mariæ laudem discutiamus, & Primo probemus Primum, ex illo Salomonis Eccl. cap. 2. *Radix sapientiæ est timere Dominum.* Alij tenent, *vita perpetua; seu vita immortalis.* Hoc totum de Virgine Maria debere intelligi, dedimus iam, & ultra testantur Tufus, & D. Fulgentius dicens: *Sapientiæ confertur Virgo.* Cur autem timor Domini radix Mariæ dicatur, perscrutandum est, premouendo quod *hic ponitur fructus timoris in evitacione mali.* Et rectissimè: Nam *quia Charitati annexus expellit peccatum, tamquam sibi contrarium: & initium est sapientiæ, sicut radix est principium intrinsecum arboris.* Commentatur Lyranus. Principium autem, & fundamentum civitatis summi boni, & sapientiæ Mariæ timor extitit Charitati annexus; Nam *Virgo in deitatem erat quodammodo transsitura; atque adeo primordia Conceptionis eius tanta fuerunt Divinitatis sublimitate præsignata, ut humanarum conceptionum ea plene penetrare non valeret.* Profert D. Anselmus. Sed si Mariæ ut sapientia est, radix, & fundamentum quodammodo divinitatem sapit, ut quid timor ponitur in radice, in sua utpote purissima Conceptione? Num non eius exordium Conceptionis fuit Spiritus Sancti illustratione perfusum? Unde timor ergo? *Quia nisi quis timuerit Deum, non potest renunciare peccato; ut advertit Ambrosius.* Maria, quia veri vera Sapientia est, timorem in radice suæ Conceptionis charitati annexum complectitur, præservativè renunciens quidquid non Deum sapit, non redolet gratiam. Non enim in exordio suo, tum omnium, quæ sunt, fuerunt, & erunt Imperatrix nobilis Maria præelecta fuerit, & omnium dominum gerere certissimè novimus, eius puritas eorum poterat addici subiectioni. Addit Anselmus. A Deo dilecta in æternitate fuit, & Deum ab initio suæ creationis Charitate insupe-

Alenfi, Adamus Desphius, à Lapide, Menoch. Tirin. & plures, cum D. Ant. Pad. serm. Dom. 1. Quadr. & Sabb. ante 2. Dom. & D. Bonax. in 3. d. 34. a. 1. q. 1. Theatr. Vir. Hum. tom. 7. verb. Timor. D. Hieron. epist. 127. ad Fabiol. Subt. Doct. lib. d. 34. q. unica. a. 4. n. 10. ex D. Aug. ad Math. c. 5. Eccl. c. 1. v. 25. D. Fulgent. Mythol. lib. 2. c. de Vulcano & Miner. Tufus ad cap. 1. Eccl. v. 25. Lyra in Gloss. ibi. Alenfi, Dyon. Carthus. & plures. D. Anselm. de Concept. B. Mariæ c. 1. & c. 3. in fine. D. Amb. Hexam. lib. 1. c. 4. D. Anselm. loc. cit. c. 4. D. Cypr. epist. ad donat. D. Bern. ser. 55. in Cant. Anglic. de Propriet. rer. l. 1. c. 6. 89. Andrææ Cesar. in Apoc. c. 66. Richard. Victorin. cap. 21. Daniel Agric. in Cor. 12. stell. 6. Absal. Abb. de Purific. ser. 2. ord. 15. Luc. c. 1. v. 29. D. Bern. super Missus est. D. Petr. Chrysost. ser. 143. & ser. 142. D. Ambr. in Luc. lib. 2. c. 2. D. Epiphani. orat. de laud. Virg. Arnold. Carnotens. orat. de laud. Virgin. Mariæ. D. Petr. Chrysolog. serm. 144. Philip. Picinell. mund. Symb. lib. 2. c. 33. n. 62. D. Ioan.

Maria, clementiam in lingua habuit, ut pro nobis clementiam loqueretur ad Deum.

(F) Lyra in Gloss. ad c. 11. Isai. v. 2. Titel.

Ioann. Damas.
orat. de Nativ.
B. Angelus del
Pas, lib. 2. c. 27.
in Luc. c. 1. Plat
de Sancl. & lib.
de Republ. D.
Aug. super Psal.
Tertulian. apud
Andr. Eborenf.
in sent. verb. Ti-
mor, apud eun-
dem. D. Aug.
de ser. Dom. in
monte. Gen. 28.
v. 12. & 13.
Lyra in Gloss.
Bibl. Chald.
Arab. & Sept.
D. Bernard. in
Cant. serm. 27.
Aug. de verb.
Dom. D. Bern.
ser. 2. Vig. Nat.
Dom. Alphonf.
Horozcus En-
com. de Annunt.
Lyra in Gloss.
ibid. Menoch.
Haye in arb.
vite Concionat.
Bibl. Chald. A-
rab. v. 16. Bi-
bl. Hebr. Petr.
Galatin. de Ar-
can. Cathol. ve-
rit. lib. 2. cap. 9.
latè. Cornel. à
Lap. D. Ber-
nardin. Sen. D.
Anton. Pad. ser.
Domin. 13. post
Trin. D. Chryf.
Hom. 18. ad
Popul. Antioch.
Rich. à S. Laur.
lib. 6. tit. 1. Ps.
83. v. Lyra in
sua Gloss. ibid.

insuperabili perfussa est, sicque timorem affectionis, & charitatis ad Deum habuit, ut hunc Serpens antiquus in radicali Virginis principio timorem fugatus timeret; etenim *timor ille innocentiam Mariæ custodiebat, & retinebat gratiam.* Sardius ignitus prorsus lapis, in manu Virginis hac epigraphe gaudet: **VILES EXPELLO TIMORES.** Sardius rubet, & ignem æmulatur, qui Charitatis symbolum est, quæ cum timore copulata infaustos à radice, & exordio creationis timores evanescere cogit. Mariam Sardius illustrat; ignea flamma Charitatem, quæ in Virginis exardescens corde, totam ad Deum filiali elevabat timore, illum perpetuo amore prosequentem. Alia pro scopo inferantur, & præcipue verba illa Luc. cap. 1. in quibus ex insolita apparitione Angeli in specie viri, & allocutione, Maria dicitur, quod *turbata est in sermone eius.* Timorem Maria incurrit, unde Angelus dum eius prætolabatur responsum, dixit: *Ne timeas Maria.* Quia a Deo electa, & prævisa ab æterno ad tam excelsum opus Divinæ maternitatis, non aderat occasio timoris. Unde ergo timet? Vtique *virginalis verecundata tuta timere solet,* docet Bernardus. Sed timorem incurrit Virgo filialem, quia *in Angeli ingressu sensit divinitatis ingressum;* ex Chrysologo, & Chrysostomo. Iam Deus in Mariam venerat per gratiam, cum eam creavit à culpæ debito præservatam; *Ideoque gratia plena dicitur, quæ sola gratiam, quam nulla alia meruerat, consecuta est, ut gratiæ repletur Authore.* Monet Ambrosius. Sic glutino Charitatis nunc Maria mansit vnita Deo, ut ex dato Arnoldo *una iam sit Maria, & Christi caro, unus Spiritus, una Charitas.* Hanc humilitate ornat, & timore reverentiali, ut timida laudabilis Charitas, & humilitas, iucundum in ea Domino offerret hospitium. *Ne timeas Maria. Quid timet quæ suscepit eum, quem timent omnia, quæ timentur?* Scribit Chrysologus. Olympus Mons tranquillus, & immunis inter fulminum ictum, dum liber etiam paveat, hac subscriptione celebratur: **SUMMA TIMORE QUIESCUNT.** Hinc enim, & inde se collidentibus acriter nubibus, timere mons iudicatur, sed eum altitudo tuetur: sic Mariam timor (etfi filialis) invadit. At ne timeas, inquit Angelus, quia sublimitas Maternitatis Dei, ad quam eveheris, te defendit. Adit D. Ioann. Damascenus: *Virgo est mons ille, qui collem omnem, ac montem, id est Angelorum omnium, & hominum sublimitate exuperat.*

Mons in quo bene placitum est Deo habitare in eo. Et B. Angelus del Pas, sic pergit: *Ergo quia adest salvator, qui defendat, ait Angelus ad Mariam, noli timere.* Cum timore sancto imperterrita manet Maria, Spiritui Sancto ad concipiendum filium Dei cooperatura. Virgineus Mariam pudor obnupserat, qui *ubi adest timor, ibi adest, securitatem generans sempiternam,* eo quod in Virgine repertus, Dei honor est, ut docet Tertulianus. Imò, quia Deum Maria mox susceptura erat, ingressui obsequitur timore, *nam in via Dei à timore incipitur, ut ad fortitudinem veniatur;* ex D. Greg. cumque humilitatem Virgo præ alijs in ancillata virtutibus exaltaret, à timore incepisse oportebat, quia *timor Dei humilium est.* Hoc timoris donum Mariæ corona est, exaltatio est, & Dei cum Maria communicationem parit. Accessus Jacob ad Haran, profecturus in Mesopotamiam Syriæ id demonstrat: Nam *cum venisset ad quemdam locum, vidit in somnis scalam, & dominum innixum scale.* Gen. c. 28. *Iste locus fuit Mons Moria, qui locus sacer reputabatur,* explicat Lyranus: ibique scala stabilita in humilitate terre, erecta erat, sic quod summitas eius cælum usque pertingebat. *Docet humilitas locum novissimum tenere;* atque adeo scala illa ideo ad cælos porrigebatur, quia fundata in demissione humilitatis, *gradum sibi parabat ad celsitudinem, & ideo etiam cum Deo inivit familiaritatem.* De hoc aliquid nobis ita minister Talabricensis Augustinianus Alphonfus: *En scala Jacob, cui Dominus innixus, semetipsum exinanivit formam servi accipiens, per quam humilitatis scalam, quæ terre nititur, & cælum tangit, in dæcos omnes penetrat, Angeli ascendunt, & descendunt: descendunt ut humiles, ut nos in calamitate adiuvent; ascendunt, Deo optimo præcationes humilium offerentes.* Mariam ex his habemus in Scala Jacob præfiguratam, cui Dominus innititur, per gradus varios Patriarcharum, & Regum in eam descendens secundum carnem. Sed ad lectionem Chaldaicam accedamus. Ecce gloria Domini, vel lux Dei stabat super illam. Textus Hebraicus voce *Elohim* hic vitur, non alia divinam exprimente maiestatem; sicque habet: *Deus innixus scale.* Innititur, quia in sola Maria, sua quiescit maiestas, non sibi in humanis placidiorem inventura quietem. Innititur, quia ab eius humilitate trahitur, ei omnia divinarum communicans charismata virtutum. Innititur, quio intimo amoris, & charitatis

Maria, dono excelluit timoris domini, quo meruit à domini gloria adimpleri.

vinculo in eius animæ receptacula immergitur. Sed cur *Deus*, potius hic *Domini* dicitur, & non alio nomine prædicatur? *Deus*, à dando dicitur Hebraice; *Deus* autem idem est, quod *timor* latine, ut D. Antonius Paduanus testatur. In Scala ergo Mariam figurante, cui *Deus* suam omnem communicat gloriam, Maria ponit humilitatem, *Deus* vero cum sua gloria timorem. *Pulcher quidem timor, est ille timor Dei.* Dat Richardus. Sed amplius extenditur Chrysostomi pena scribens: *Dei timor stabilis, immotusque, & tantam emittit letitiam, ut nullus eum aliorum sensus malorum capiat: Deum enim sicut oportet timens, & in ipso confidens, voluptatis radicem lucratus est, & omnem habet letitia fontem.* Maria ut vidit in se divinum inniti timorem, pro firma stabilivit radice humilitatem, sicque inundavit in eam fons totius gratiæ, gloriæ, ac supercælestis lætitiæ. Flamma cælestis Scalam fulgore complens, epigraphen tradit legendam: **ALLICIT, ET TERRET.** Sic evenit in Maria, Scala cælesti, domino in ea innixio, fulgore filialiter perterrita; sicque dicere cum Psalmographo poterat: *Concupiscit* (invitata à Gloria Dei super eam innitente) *& deficit* (pavida à maiestate) *anima mea in atria domini.* Psal. 83. Vbi Lyranus cum timore similitudinem verborum advertit. Sic abunde omnia flumina gratiarum, & donorum Spiritus Sancti, intrant in mare Virginis, ut ex eius abundantia omnes abunde capiamus.

237 *Abava, sive Abavus*, fluvius est Persidis, miram in se concilians ignis, & aquæ virtutem: etenim & virorem pratis, insulisque circumiacentibus conservat, & adauget, & ex aquis ardentes sapius flammæ emittit. En Mariam, cuius viscera quis dubitare poterit omnino in Charitatis affectionem transisse? Docet Seraphicus Ecclesiæ Doctor. Ita autem intensus in Maria hic fuit amoris ignis, ut Deum ipsum calefacere suo in utero posset. Sic Fluvius *Abavus* in Virginem transfundit ardorem, eam veneratus, dum circumfussam igne charitatis, castitatis suæ pignus non amittat virorem. *O quam pulchra est casta generatio, cum claritate!* Sap. c. 4. Vbi placuit Menochio eruditissimo exponere ex Greco, cum virtute seu splendore virtutum. Sed vrget magis lectio Richardi sic dicentis: *Pulchra est casta generatio cum charitate.* Quid claritati, cum charitate? De castitate non qualibet, sed de Virginitate, quæ cum om-

ni virtute coniuncta est, loqui Salomonem, ex alijs colligit Parisiensis Haye: hocque præcipue attribuitur Mariæ, quæ decus Virginum dicitur à D. Anselmo, quia inde capit dignitas virginalis, ut monet Parens Augustinus. Hæc ergo virginitas in Virgine Virginum elucescens magis, cum charitatis claritate pulchritudinem admiscet: etenim claritas ardorem cum pulchritudine præferet, charitas vero ignem: cumque Maria tota illuminatio sit, & claritas, effluxum charitatis ignis ad Deum emittit, sed virorem virginalis pudicitia non deperdit. Virginis consuetudo ponitur ab Astrologis in Zodiaco: Puella nempe pulchra, & decora facie, quam Sol intrans suo terras nimio percutit ardore, tamen signum illud inter acres illas, & scintillantes flammæ Rosam in fronte purpuream, ac viridibus ornatâ folliculis portat, inter igneos solis vomitus intermoriturum servans virorem. Sic apparet pulchra, casta Virginitas, cum Charitatis claritate, intacto pudicitia virore. Hoc partim meditabatur sic Damascenus de Maria, ei dicens: *Tu virginitatis feracissima planta; per te enim Virginitatis pulchritudo latissime sese diffundit.* *Abavus* instar fluvius est, inter igneos sui amoris latices, virorem unde spes fructuum Virginitatis proveniant, erumpens, ac conservans. Sic in Maria sunt emissiones ardentissimæ Charitatis, velut Paradisus, viriditatem inamissibile animæ stabiliens, & corporis. Fluvius amenas, viridesque circuiens insulas, perenni tamen incendio lymphis exstantibus, hac notatur Gnoma. **ET VIRET, ATQUE ARDET.** Hoc in Maria excellentius reperiri constat ex dictis, & quæ ita à Guilielmo habentur: *Virgo tantam in seipsa de calore supervenientis Spiritus S. flammam pij amoris concepit, quantam capere poterat puri hominis modus.* Ad idem contemplandum nos illud advocat Salomonis Cant. c. 3. vbi scribitur: *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, media Charitate constravit.* Sibi sapientissimus hic Rex (Christi typus) non alteri hoc adiudicavit solum, ne eius dignitas minueretur, dum soli Supremæ Regiæ Maiestati adferendæ designabatur. (H) De Maria hoc optime intelligitur, quæ ferculum veri electa est Salomonis, quam fecit, & creavit *Deus ipse ad cultum suum*, moralizat Lyranus. *Et optime Virgini congruit, quæ regem Salomonem filium Dei nobis attulit de coelo, baiulavit in utero; & propterea fabrefecit, ut in ea, seu in vehiculo iter ageret, atque in ipsa requies-*

datus. Anglie. Berch. D. Isid. Beda, & communiter. Div. Ioann. Damasc. orat. 1. de Nat. Deiparæ. D. Hieron. lib. 1. contr. Iovinian. Guilielm. in c. 2. Cant. v. 4.

Maria inter flammæ amoris, inviolabilem conservavit virorem Virginitatis.

(G) Philipp. Picinell. mund. Symb. lib. 2. cap. 32. n. 618. D. Bonav. in spec. c. 14. Rupert. Abbas lib. 6. Cant. Sap. c. 4. v. 1. Menoch. in Expos. ibi. Richard. lib. 11. apud Novarin. umbr. Virg. lib. 4. c. 8. n. 60. in fine. D. Anselm. in Opusc. c. 12. orat. 5. D. Aug. in Milleloq. verb. Maria. Haye in Bibl. Max. Al. bionas. ante

(H) Cant. c. 3. v. 9. Lyra in Gloss. ibi. Alphonsus Oroz. cus ex Cant. Car. pro Imme. Con- cepi. a. Menoch.

noeb. Bib. Chal.
& alij in Max.
Bartbol. Angl.
lic. l. 17. c. 20.
Berchor. in Re-
duft. Sept. Bibl.
Tig. Montan.
Rabb. Salom.
D. Ambros.
Arab. Ioann. la
Haye in Conc.
liter. ad cap. 3.
Cant. v. 9. &
10. Dan. Agric.
coron. 2. stella
19. Alanus de
infulis in c. 2.
Cantic. Angl.
lib. 16. cap. 88.
Abulens. apud
Philip. Picinel.
mund. Symbol.
lib. 12. c. 33. v.
308. Cant. c. 2.
v. 2. Alenf. Gui-
lielm. Rupert.
Cornel. à Lap.
Gisler. & alij
Ambr. Tarvis.
fer. in Sabbath.
Dom. 2. Quadr.
Confid. 2. Plin.
lib. 2. cap. 5. D.
Bern. fer. 70. in
Cant. D. Anfel.
lib. de Concept.
Virg. Anglic. l.
17. c. 91. D. Pe-
tr. Damian.
fer. 3. de Nativ.
D. Epiphani.
de laud. Marie
Dionif. Car-
thus. in Cant. c.
2. D. Epiphani.
orat. de laud.
Virgin. Buteo
Hymn. Græc. p.
123.

quiesceret. Dat Augustinianus Alphon-
sus. Opus illud regia utique dignum mag-
nificentia, de lignis Cedri compactum
erat, ut Chaldeus advertit. Cur istud? Ce-
drus, arbor procera, à tinea corrumpitur
numquam, nec virorem amittit, ut Angli-
cus, alijque docent: ex lignis ergo Cedri
purissimis, incremabilibus, virorem non
amittentibus ferculum Virgineale con-
struitur, quia perpetuus Virginitatis viror
in Maria Christi ferculo commendatur.
*Media autem Charitate ferculum con-
stravit; sive medium eius ignitum, stratum
amore, seu medium eius tenet Cha-
ritas: quia lapidibus splendentibus, ad
instar carbonum sternebatur, seu gemmis
collucebat, aut carbunculis, quasi prunis
ardentibus, quod erat Charitatis emblem-
ma, ut ex pluribus notat Noster Parisien-
sis Haye. Medium igitur, ut in totum in-
fluere Charitatem, & sui ardoris flammam
intelligatur, ipsa occupat: quia in Maria
nil reperitur ardorem effugiens charita-
tis, cum sola ipsa sit mater pulchræ dile-
ctionis. Pespice ergo ferculum Virgineale
virorem in omnibus cedrinum repræsen-
tans Charitate vincitum, ut inde pateat
inter ardentes dilectionis flammam, veluti
martyr extiterit Charitatis. Sic censet
noster Daniel Agricola. Ardet ergo, &
viret, quatenus venustans mente, & cor-
pore fervans viriditatem virginitatis,
elanguescit in ea numquam speciositas
pudoris, quæ Divinitus alitur ardore
Charitatis. In Maria fuit Charitas or-
dinata, quæ dilexit Christum ex toto cor-
de, & ex tota anima. Scribit Alanus de
Infulis. Smaragdus inter gemmas virides
principatum obtinet, (visus tamen ab
Abulensi fulgore nimio radiare) hanc sig-
nat epigraphen: FVLGVRAT, ATQVE
VIRET. Sic Maria, quæ Virgo Virginitas
est, inter placidiora virtutum spaciatur
vireta, Virginitatis effecta speculum, &
Charitate ignita ferculum offert verò
Salomoni Christo, medio amore constri-
ctum. Non enim in Maria Virgineus vi-
ror à Charitatis flamma secernitur. Sicut
lilium inter spinas; sic amica mea inter
filias. Cant. c. 2. de Maria cœlestis Spon-
sus id prædicabat, ut advertunt plures,
cum Alensi nostro. Lilium est inter filias,
propter quas Salomon media Charitate
constraverat ferculum. Sicut lilium Maria
eminet inter vepres, & spinas, idest inter
reliquas creaturas, quas pulchritudine
virtutum, & odore supereminet gratia-
rum: Hincque Ambrosius Tarvisinus di-
cebat: Salva reverentia Dei, nec maius,
nec excellentius, quam fecerit in Virgine*

facere potest, aut numquam Deus fecit.
Qualis flores inter spinas, ab alijs legitur.
Odoriferus enim vnus Mariæ non sat est
adscribi, quia ex amœno Deitaris Para-
diso, quem ipsa sola intra se coluit, à
creationis exordio Rosam capit descer-
pere puritatis, lilia pudoris, integritatis
miracula, omniumque gratiarum flores,
ex quibus immarcescibilem sibi adaptavit
coronam. Sed ad Vulgatæ textum redea-
mus. Sicut lilium inter spinas Maria est,
cui spinæ non nocent, sed potius profunt,
cum pro seculo deserviant. Lilium Maria
est, cui florum nulla excelsitas maior, ut
docet Plinius: & de Virgine etiam sic
alloquebatur Anselmus: Nil tibi Domi-
na æquale, nil tibi comparabile. Supra te
solus Deus, infra te omne, quod Deus
non est. Lilium viridem habet hastam, ex
qua florem ostentat pendulum, lactei co-
loris; aurea intus, & ardentia continens
grana. In candore Virginea enitescit pu-
ritas, in Auro Charitas, ut in sola Maria
sublimius cerneremus has virtutes mu-
tuo foederari. Periucunde id adstruit D.
Petrus Damianus hoc modo: Virgo can-
descebat munditia virgineæ castitatis in
corpore, flammescebat autem ardore ge-
minæ Charitatis in mente. Lilium pingi-
tur vtrumque in virga, & flore colorem
annectens, supposito lemmate: CANDO-
RE VIRESCIT. Hoc Mariam extollit,
nam Virgo, est lilium immaculatam (Epi-
phanio monente) sublimior Angelis, su-
perior ipsis Seraphim, placens Christo Re-
gi, à Deo in honore habita, tamquam ma-
ter immaculata, quæ solo Deo excepto
cunctis superior existit. Idcirco velut
Ahavanus fluvijs, vna simul gratum di-
vinis oculis emittit pudicitia virorem, &
conferuat, atque flammam in corde Cha-
ritatis enutrit, quibus fideles omnes exar-
descere faciat in amorem Christi.

238 Arnon Moabitarum fluvijs est,
qui de montibus Arabiæ fluit, iuxta cu-
ius ripas pugnavit dominus pro Hebræis,
& sicut in mari Rubro male perdidit
Ægyptios, ita Sebon Amorrhæorum Re-
gem in fluvio Arnon destruxit. (I) Hic
etiam fluvijs præpeti ad nostrum cursu
Libanum fertur Marianum, ut eius suas
immiscens aquas, perpetuum contineat
Mariam venerandi argumentum. Arnon
autem Hebraice exultatio dicitur, sic Vir-
ginem Dei, & hominum gaudium prædi-
cans interminabile. Exultatio autem di-
latatio mentis est, & inspectata à fidelibus
Maria, cordis intima replentur iubilo,
exultant inenarrabili gaudio. Magi vi-
dentes stellam gavisi sunt gaudio magno

Maria, suæ
candore casti-
tatis, & chari-
tatis igne,
Dei, & om-
niam amorē
allexit.

(I) Ioseph. An-
tiquit. lib. 4.
cap. 4. Lyra in
Num. cap. 21.
v. 14. Menoch.
Tirin. Haye in
Iosue 12. v. 3.
Matth. cap. 2.
v. 10. Petr. de
Natalib. Ma-
gist. Hist. Schol.
D. A. c. 2. Matth. v.

10. Euthim. bic
Imperfect. Ho-
mil. 2. Daniel
Agric. Cor. 10.
Stella 3. Hier. c.
31. Vide D. Bo-
nav. D. Anton.
Pad. Lyr. Haye,
Titelm. à Lap.
& alios D. An-
dr. Cret. de Na-
tiv. Marię ora-
tio 2. D. Greg.
Thaum. ser. 2.
de Annunt. D.
Petr. Damian.
ser. de Assumpt.

valde. Matth. c. 2. Vnde tam insolita Ma-
gorum evenit exultatio Potius enim oc-
casio gaudendi erat, visa noviter in Ori-
te stella, eosque ad spectatum ducens frui-
turos finem, iuxta Baalami vaticinium,
quo verum omnium Regem prædixerat
venturum. Cur ergo modo non solum
gaudent, sed gaudio magno, & valde?
*Gavisi sunt, ut pote reperto duce nequa-
quam fallaci;* inquit Euthymius. Imò D.
Anselmus addit: *Gaudet gaudio magno
qui propter Deum gaudet, qui est verum
gaudium.* Nec hoc sine causa, quia in stel-
la Puer recens natus apparebat, ut dat
perfectissimè imperfectus. Hunc autem
Jesum verum Deum, & hominem recen-
ter ex Maria natum præfigurasse, dubium
nulli est. Modo inquirō. Cur non ex Deo
in stella apparente, viso, Magi replentur
exultatione, sed ex stella ipsis fulgoris ra-
dios emittentis? *Stella ista, que appa-
ruit magis, novitatem designans, est de
qua Hier. c. 31. Creabit Dominus novum
super terram, foemina circumdabit virū.*
Ait Daniel Agricola. Circumdabat stella
illa Maria virum de Cælo celestem, cum-
que ex D. Andraea Cretensi, Maria sit il-
lustri splendore magnifica, ac initium
gaudij, ideo ab initio, quod Maria est,
gaudium incipiunt, quo ad ultimum finē
perveniat ab ea circumdatum, & in ea
contentum. Lepide id ita D. Gregorius
Thaumaturgus pandit, *ave gratia plena,
que supercoelestis lætitiæ vas es, & recep-
taculum.* Stella, quæ lucifer, matutina, sive
Aurora dicitur, exoriente mundum exhi-
larat, vnde crepusculum matutinum Ri-
sus auroræ vocatur, sicque hoc elucescit
dicto: **DISPENSAT GAUDIA MUN-
DO.** Sic idem de Virgine canit Ecclesia,
estque *Aurora veri prævia luminis, que
mane clarissimum illuminavit.* Ut fert D.
Petrus Damianus. *Per Mariam enim gau-
dium omni dispensatur creatura, ex eo-
dem Greg. Ideoque velut emanatio quæ-
dam copiosa gaudij, ab ipsa procedit,
quod velut Arnon fluvius miro modo
universis distribuit. Idipsū nos admonere
voluit ad mysticam adductus intelligen-
tiam Psalmographus canens Psal. 47. Fū-
datur exultatione universa terræ mons
Syon.* Ratio tanti explicationis gaudij est,
(K) *quia Verbum Domini exivit de Ieru-
salem, quod est causa exultationis omni-
bus fidelibus, exponit Lyranus. Hoc in
Maria est literaliter impletū, in qua Ver-
bum caro factum est, & habitavit in no-
bis.* Ioan. c. 1. Ipsaque est Vrbs Syon (ait D.
Andreas Cretensis) *ex qua venit, qui libe-
ravit ab impietate in Iacob. Mai. c. 59. Et*

*quam elegit Dominus in habitationem si-
bi.* Psal. 131. Vnde alij habent, *Fundatur
pulchra Sponsa lætificans civitatē.* Quod
proprie congruit Mariæ, quatenus *Sponsa
coelestis Sponsi* celebratur, ab eodem D.
Anselmo antea dato. Hinc deducere pijs-
simum fundari Mariam, gigni, sive animā
eius per creationem à Deo incipere esse,
causam universalis extitisse exultationis,
nam apparuit pulchra, cuius pulchritudi-
nem Sol, & Luna mirantur, & ideo iubi-
lant omnes filij Dei. Iob c. 38. Quis enim
non iubilet Syon virgineum venerans in
gratiarum pulchritudine fundatum, & su-
per Lapidem Christum, qui solus huius
Marianæ vrbs dignatus est ponere fun-
damentum? Dicat inde pugnacissimus
pro hac veritate Anselmus: *Videtur ad-
monere omnem humanam creaturam pie-
tatis affectu exordium suum (Mariæ) con-
siderare, quam sublime, quam divinum,
quam ineffabile fuerit. Nec mirum, fun-
damentum siquidem, & quasi quoddam
sacrarium civitatis, & habitaculi summi
boni in ea ponebatur, & mansio lucis
æternæ corporaliter.* Hinc universalis læ-
titiæ argumentum, quia pulchra Maria
fundatur, non facibus innixa primæ labis,
sed fundata manet in Saphiris, qui cœle-
stis obijciuntur coloris. Id Chrysosto-
mus confirmasse videtur legens: *Bene ra-
dices faciens.* Iacimus & nos omnes in
Adamo radice nostra radices, sed à verme
peccati corrosas; ideo male: Maria bene-
radices facit, quia in Deo; *Fundamentum
enim aliud nemo potest ponere præter id
quod positum est, quod est Christus Iesus.*
1. ad Cor. cap. 3. Sic in gratiæ omnis dis-
pensatore Maria pulchra, & gratiosa ra-
dices bene egit; non enim lux Concep-
tionis radix adhuc peccati debito infecta
fuit. Hinc Symmachus apposit: *Funda-
tur ab initio præfinito splendore.* Quid
enim tenebris cum luce? Maria, *illumina-
ta, & illuminatrix est,* ideoque ab eius
radice, & fundamento (quia in Christo,
qui est lux mundi) procul radicitus sit
omnis adamitica caligo, quia Deo ex
tunc in ea commorante, apparuit quasi
Cælum cum serenum est. Tandem ex Sy-
riac. hæc deducitur lectio Biblijs: *Gau-
dium est in universa terra mons Syon.*
Firmiter enim, & eleganter fundatus est,
& eximio gaudio ventitantium, tum vi-
fendi gratia, tum Religionis causa, at per to-
tū orbem quoad cultum cū summa exul-
tatione fuit diffusa, & ampliata; censuerūt
Christopolitanus, & Lorinus. Mons supra
quem lucida stabilitur civitas, hanc por-
tat Gnomam: **DAT GAUDIA VISVS.**

de Nat. Mariæ.
D. Ansel. ser. de
Concept. Virg.
Bibl. Max. in
Psal. Iob. c. 38.
v. 7. Lyr. in
Gloss. Haye in
Conc. & alij,
ibi. D. Ansel. de
Concept. Mariæ
lib. 1. c. 1. Arias
Mont. Flami-
nius Sept. Bibl.
Rom. Chrysost.
D. Ambr. Eu-
seb. Bibl. Syr.
Haye in Conc.
lit. D. Paul. 1.
ad Cor. c. 3. Ia-
cob. de Val. in
Psal. 47. v. 3.
Lorinus ibi. An-
gl. lib. 8. c. 40.
Berch. in re-
duct. & direct.
Curtius lib. 8.
D. Method.
ser. de Purific.
Virg. Mariæ. B.
Amadeus Ho-
mil. 7. de B.
Virgin.

Maria, ut fun-
datur in pul-
chritudine
gratiæ, univer-
sum lætificat
orbem.

Maria omni-
bus exultatio-
nem parat,
parit omni-
bus.

(K) Psal. 47.
v. 3. Lyr. in
Gloss. ibi. & ad
c. 1. Ioan. Iſai. c.
59. v. 20. Psal.
131. v. 13. Ly-
ra, & Titelm.
ibi. D. Andr.
Cretens. orat. 2.

Lux enim de se est summè iucunda, & oculorum latificativa, ex nostro Anglico, estque *naturale omnium solatium*. Maria civitas lucis est in altissimis sita, & in altissimo fundata, vnde *indefinens nostra letitia predicatur*, quia ab ea nullus tristis abiit: Habent D. Methodius, & Amadeus. Arrisist mihi ad hæc illud foelicis utique Zachæi à Domino ad se adsciti, ac dicente: *Zachæe festinans descende, quia in domo tua oportet me manere, & excepit illum gaudens*. Luc. cap. 19. Gaudet Zachæus, gaudet & Christus: hic iustificaturus Zachæum, ille à Domino iustificandus. (L) Cur vnice domus Zachæi, dum in ea Deus hospitatur, gaudio dicitur perfundi? *Quia diu desideraverat illum videre, & colloquio frui*. Habet Perpinianensis Angelus. Sed longius proficiscor. Domus hæc in qua sibi oportere facere mentionem, Christus memorat, domus Zachæi est: Zachæus autem interpretatur *Purus, mundus, vel iustificatus*. Dumque videt Zachæus in domo puritatis, & munditiæ Dominum specialiter, vel le habitare, totus perfunditur exultatione. Puritatis domus Maria est, à puritate ex primordiis possessa; hincque D. Cyprianus de ea sic scribit: *O Virgo iusta, & omni iustitia plenissima, cuius Conceptio, divina incrementa singularia sunt; domus Domini duabus insignis distinctionibus, quibus divinitas, & Domini humanitas significarentur, imò divinius concluderentur*. Domus nitidissima Sole intra eam degente, signat inscriptionem: **PURITATE IUCUNDAT.** Maria, *Palatium animatum Regis Angelorum, & Aula regalis soli Deo subdita*, cognominatur à D. Ambrosio. & Greg. Neocæsariensi. Gaudet domus intrante ab initio erectionis Domino: Gaudet, quæ nunquam Evæ planctui succubuit, & ex vi sui plenitudine gaudij, totus perfunditur mundus, exultat Cælum, imò & Cælorum Dominus, quia *possedit eam in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à Principio*. Sic Arnon fluvius hanc irrigans specialissimam puritatis domum, eam gaudijs fecundat inenarrabilibus, nosque inde tantæ puritatis cultores gratiarum impinguat vberitate.

239 Arnon etiam interpretatur (M) *Arca eorum*: & Arca dicitur, quia in ea arcanum quid continetur. Mariam rectissimè Arca præfiguratur, in qua fuit Deus ipse absconditus, ut in ea reponeretur nostræ liberationis pretium. Explicat Richardus. Auctor huius Arcæ Deus fuit: fi-

nis, ut in ea poneretur divina operationis arcanum, Deus nempe, factus homo. Videamus primum. *Fecit Beseleel Arcam de lignis Sethim*. Habetur Exod. cap. 37. *Ex ligno Sancto*, ex Biblijs desumitur Aræbicus. Nec mysterio caret: Cum enim arca Mariam designet, quando formatur, quasi ex materia, ex sanctitate formatur, ut nil quod non sapiat sanctitatem, ad eius concurrat formationem. In *Arca testamenti, quæ operiebatur auro purissimo, significata est Maria*. Inquit Abbas Absalon, Sanctitate ergo prævia formatur Maria, quæ omnibus sanctis sanctitatem fundavit; ut Augustinus Anconitanus scribit. Sed cur soli Beseleel formatio committitur Arca? Beseleel interpretatur *umbra Dei*. Prima igitur Arca Virginalis structura, quæ in sanctitate radicalitur, vmbra folius Dei committitur, hinc ut pateat formationem Mariæ, initium a solo Deo habere, & à tota Trinitate. Perbelle Tertulianus: *Potentia Patris, sapientia filij, benignitas Spiritus Sancti Conceptum Virginis operabantur*. Ab umbra Dei Maria formatur. Umbra autem corpus sequitur, ut constet nullibi Mariæ speculari passivum posse conceptum, quin Deum ipsum cer-namus ibi adesse propinquum. Hinc opus hoc mirabile intuentes Trinitatis Personæ, Mariam laudat ut filiam Pater, ut Sororem, & matrem dilectam, & electam *unigenitus filius Dei, ut Sponsam Spiritus Sanctus*: quia ebibente Maria divinitatis vmbra in sua formatione, sigillatim Pater, filius, & Spiritus Sanctus dignatur eam laudare. Id autem apropiare de Spiritu Sancto, qui eam suis gratijs, virtutibus, & Charismatibus in creatione replevit, testatur Alanus ita: *Non potest Spiritus Sanctus, totus offerri in laudes huius admirandæ Virginis, nam totus in eius miram pulchritudinem describendam erumpit*. Arca depingitur ex pulcherrimo ligno deaurata, quam divinus quidam splendor obumbrat, lemmate addito: **LUCESCIT AB UMBRA**. Mariam altissimus obumbravit, quia sub umbra altissimi efformata fuit, ideoque lucidior ex tanta sibi divinitus communicata apparuit umbra; vnde D. Methodius hæc promittit: *Si arca, quæ sanctitatis tue imaginem tantum in se gerebat, tantus à Deo honor habitus fuit, qualis venerationis cultus à nobis tibi debetur, quæ verè est veri legislatoris arca?* Sub tali igitur divinitatis umbra effigiata Maria, vmbra nisi gratiæ obumbrantis, (non originalis noxæ) potuit experiri. Finem ob quem

in Max. Absalon Abbas, de Assumpt. Mariæ, ser. 1. ord. 43. & ser. vnic. de Nat. Mariæ. August. Anconitan. in salut. Angelic. lect. 4. q. 1. Tertul. lib. de carn. Christi. 16. Richard. à S. Laurent. lib. 4. Alanus Varenf. de laud. Mariæ ser. 4. idem ser. 3. D. Method. Hom. de Purific. Virg.

Maria, vera Testamēti Arca, à Deo sub Dei umbra efformata.

(M) Luc. c. 19. v. 5. & 6. B. Angel. del Pas lib. 20. c. 6. in c. Luc. 19. Marius de Calass. Beda, D. Hier. Hays, & alij. D. Cyprian. apud Alanum Varenf. de laud. Mariæ ser. 3. D. Ambros. lib. de Inst. Virg. c. 12. D. Gregor. Neocesar. orat. 2. de Annunt. Prov. c. 8. v. 22.

Maria, domus puritatis in qua gaudens excipitur dominus, & vnde gaudium derivatur hominibus.

(M) Marius de Calass. tom. 4. Conc. Hebr. Hays, & alij. Richard. lib. 10. tit. 1. vers. 1. Exod. c. 37. v. 1. Bibl. Arab.

tam pulchra Virginalis efformata est arca restat modo videre; ut nempe contineret Auream urnam Mannæ, Aaronis quæ fronderat Virgam, legisque testimonium. Sic D. Paulus alloquitur: *Post, factum est tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum, habens arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens Manna, & Virga Aaron, quæ fronderat, & tabula testamenti.* Ad Hebr. 9. (N) Hic præcipuus efformationis Arcæ finis, etsi ad alia obire munia à Deo disposita sit, utpote ut filios Israël præcedens, castraque eorum ducens, locum provideret eis, ac terreret inimicos, ut solito fiebat, Deo annuente. Num. c. 10. Intra Sancta Sanctorum Virginea continetur Arca, ut sanctitatem videatur omnem sapere, quæ meruit intra se sanctitatem substantialem continere. *Nequaquam immunda iudicatur, quæ Sancto Spiritu obumbrante, totius munditie, & sanctitatis Auctorem genuisse probatur.* Affert D. Eligius. Ad plures ergo fines Arca fabricata est: præcipui tamen sunt, ut Mannæ contineret urnam, Aaronis Virgam, & legis observantiam. Manna deitatem humanitati coniunctam designat, in Mariæ vtero clausam: Virga divinam in Maria illapsam divinitatis potentiam: Tabula legis, cultus divinæ Religionis, patriæ nempe soli vero Deo deditus, & debitus. Hæc Maria comprehendit, ut innotescat, quidquid divinum est in ea reperiri, & in sola Arca Mariæ omne bonum cœleste, & bonum nobis utile contineri. *Ecce finis* (clamat Richardus) *Beate Virginis, quæ ob id efformanda erat, ut in ea reponeretur nostræ Redemptionis arcanum.* Veniant qui Redempti sunt à domino, quos redemit de manu inimici, & videant quanta eorum bona continentur in hac purissima arca; sunt etenim infinita. Id sic fatebatur Ambrosius: *Dominus Redempturus mundum, divinam operationem suam inchoavit à matre, ut per quam salus omnibus parabatur, eadem prima fructum salutis bauriret ex pignore.* Etiam Maria Redemptio consecuta est, sed præservativa, ut Doctor Subtilis docet: nec sublevativa, hæc Arca indiguit, in qua Deus pretium condidit, & quæ ut sublevaretur, non cecidit. *Nec gratia ulla venit de cœlo ad terram, nisi transeat per manus Mariæ, in quam Redempturus Deus humanum genus, pretium universum contulit.* Repetit Bernardus. Arca super altare videtur, cum inscriptione: **HÆC SERVAT MUNERA COELI.** Maria etiam mu-

nus a Deo dicitur; in qua quæque ad nostram pertinentia salutem continentur, & ab ea velut ex copioso flumine emanant omnia pro votis spectata à fidelibus bona. Scite meus D. Bernardinus Senensis: *Talem tam nobilitate naturæ quam gratia Deus condidit matrem, in qua, & de qua debebat sumere quod in æternum sibi erat unitum unitate Personæ de quo exiret pretium totius liberationis, iustificationis, & beatificationis humanæ.* Sic de purissimis ad hæc lignis Sethim, Arca efformatur Mariæ, videlicet de irriguis charismatum Spiritus Sancti donis; unde *in matris vtero Maria Sancta fuit, eo abundantius, quo præ famulis mater veneranda extitit. At vero tam excellenti puritate venustanda extitit puellaris caro, ut eam supersplendendi divinitati uniri dignum esset; ideoque ab omni prorsus macula præservanda fuerat, quo tanto ministerio congrueret.* Dat finiens Dionisius Carthusianus.

240 Arnon tandem, lux filij dicitur; quod Mariæ nullus congruere hæsitat, cum sola illa, quæ stella Maris est, solis iustitiæ oculos gratiarum pulchritudine alliciat; ut dicere valeat, hæc lux oculorum lætificat animam, Prov. c. 15. cumque filius Dei sit increata sapientia Patris proposuerit sibi pro luce habere illam. (O) Sap. c. 7. *Quæ exuberantior illuminatur sole iustitia, qui tenebras nec novit, & purissime luci iugi meditatione semper intenta, illamque respiciens fulgores eius in se continue admittebat.* Dat Alanus Varenfis. Fons ergo sol cum sit lucis, flumen producit in Maria illuminationis, quo laventur immundi, visum spiritaliter recuperent cæci, tristes solamina hauriant, fideles gratiam, Angeli læticiam, & Dei filius Charitatis mutua delicias. Hoc lumine vnice gaudet ille, qui inter pudiciæ lilia pascitur agnus, illud isti in Maria annectens, quæ lumē totius est placitæ Deo Virginitatis. Id prænotat D. Lucas Angelum asserens in Civitatem Galilææ missum, ad Virginem, cui nomen Maria. *Missus est Angelus Gabriel à Deo, ad Virginem, & nomen Virginis Maria.* Luc. c. 1. sic Puella, tota pulchra in omni virtute, electa in Virginitate, quæ pluviam in novi luminis susceptione diffundens, integra permanet; ut fatur Perpinianensis Angelus, *mysterium adimplet nostræ Redemptioni.* Amatorem se Deus hic demonstrat nimio esse Virginitatis, quia *Virgo Trias est*, & ipse Incarnatus, ut Verbum Patris ex Paterna inente Virginea ab æterno processit. Sic testantur

Am-

(N) D. Paul. epist. ad Hebr. c. 9. v. 4. Exod. c. 27. v. 1. Petr. Cornest. Haye in Arb. Concion. ibi. Lyra, Estius Richardus de laud. Virg. lib. 10. lit. L. Num. c. 10. v. 34. & 35. Lyra in Gloss. ibi. Estius, Magist. Hist. Schol. & alij. D. Eligius Noviomensis. Homil. 2. de Purific. Richard. de laud. Mariæ, lib. 1. tit. 1. latè. D. Ambros. super Luc. lib. 2. Biblioth. Virginal. tom. 1. & 3. Doct. Subt. lib. 3. antea dato, ex PP. & præcipue D. Anselm. D. Bern. serm. de Nativ. Virg. D. Bernard. Sen. tom. 2. ser. 51. a. 1. cap. 1. Dion. Carthus. de dignit. Mariæ, art. 13.

Maria, Arca est Deum continens, & pretium humanæ Redemptionis conservans.

(O) Prov. c. 15. v. 30. Sap. c. 7. v. 10. Alen. Lyra, Haye, Tietm. & alij ibi. Gloss. Alanus Varenfis. de laud. Mariæ ser. 1. Anglicus lib. 8. c. 28. Berchor. in direct. & Reduct. lib. 5. c. 28. num. 1. Richar. lib. 7. tit. 3. Luc. cap. 1. v. 26. B. Angelus del Pat. lib. 2. c. 24. in Luc. c. 1. D. Bonav. D. Bern. Homil. 2. super Missus est. D. Aug. de Sancta Virginitate. & ser. 6. in Natal. dom. alijque. Patres ibi. D. Ambr. Ep. 81. ad Syriac. D. Greg. Nazianzen. Carm. de Virg.

Virg. D. Greg.
Thaumat. orat.
2. de Annunt.
D. Bonv. in spe-
culo Virg. c. 9.
D. Bern. ser. de
Nat. Mariæ.
Ansal. Abb. de
Assumpt. Mar.
ser. 1. ord. 43.
D. Ambr. de Vir-
gin. lib. 1. p. 1.
Alanus de In-
sulis in c. 2. Cä-
tic. v. 4. D. An-
dr. Cret. orat. 2.
de Nat. Mariæ.
Prov. c. 20. v.
27. Sept. aliq. in
Bibl. Max.
ibi. Iamens. in
Cathol. Apoc. c.
21. Alan. Var.
de Laud. Ma-
riæ ser. 2. Alex.
Alens. in c. 20.
Prov. v. 27. D.
Athanas. apud
Aimer. Acad.
5. sect. 8. n. 79.
Ioan. Sibob.
apud Andr.
Eboren. Alan.
de Insul. in Ant.
Claud. ide epite.
Mariæ l. 1. Idio-
ta de Contemp.
Virg. c. 5. Dan.
Agric. Coron. 3.
Bella 7. Eccl. c.
24. D. Germ.
ser. de Dormit.
Virgin.

Ambrosius, & alij. Sed cur D. Lucas Ma-
riæ nomen consulto Virginitati annectit
dicens, *Nomen Virginis Maria*. Num
non satis foret dicere, *Nomen eius Ma-
ria*? Nequaquam. Maria enim interpre-
tatur *luminare, vel illuminatrix*. Idcirco
cum Virginitatem nominat, nominat etiã,
& Mariam, ut innuatur Dei matrem esse
Virginitatis lumen, pudicitie splendo-
rem. *Quid enim splendore Virginitatis
illustrius? Quapropter, & virtutes Virgi-
nes denominant, qui recte essentias earum
coniungunt.* Affert D. Gregorius Thaumatur-
gus. Aurora nascendo, & rubescens, &
lucens, hac gaudet epigraphe: SPAR-
GIT SIC LUCE RUBOREM. *Auro-
ra Nativitati Mariæ congruit* (inquit
Abfalon Abbas) *quia illa surgente nox
lucida videtur.* Antequam Mariæ a Deo
esset in matrem electa, obscurata quo-
dammodo Virginitas aderat, nam innu-
meras ex Virginitibus ad Dominum pos-
tea Mariæ traxit, quæ Thorum filij
sui, & Thalamos nuptiales immacula-
to servarent pudore. Adstruxit Ambro-
sius. At omnia Alanum de Insulis com-
plectentem audiamus: *Virgo tempore ve-
teris testamenti specialiter se voto Virgi-
nitatis adstrinxit, invitans alias ad flo-
rem Virginitatis servandum.* Lux ergo
Mariæ est, & filij, quia summe filio pla-
cens illuminans Virgines, quæ sequuntur
agnum, quocumque ierit. Vnde nil nisi
illud D. Andrea Cretensis dici Mariæ su-
persit: *Veneratione colamus festæ lucis
splendorem, offeramus Virgini, præclaros
Virginitatis titulos.* Non lux filij, filium
delectans, Maria solum est, sed & lux vite,
per quam vivit universum, quia *vita erat
lux hominum*, & Mariæ hominum vita
est. Sic id mihi persuadere Salomon iu-
dicatur Prov. c. 20, hæc habens: *Lucerna
Domini spiraculum hominis.* Alios repe-
rio legentes: *lux, vel fax domini.* Lux au-
tem à luendo, seu purgando aera tene-
bris, & caligine nominatur: Fax autem à
fos, quod est ignis: ut in Maria non solum
virtutem experiamur terrenorum tene-
bras illuminantem, & expellentem, sed &
ignem gratiæ, nostris ingerentem pecto-
ribus ardorem. Vide reciprocum inter
Mariam, & Filium eius amorem: etenim
quia Maria, lucerna est Domini, Domi-
nus etiam lucerna eius est, quia *lucerna
eius est Agnus.* Apoc. c. 21. *Ipsa Virgo
lucerna ardens est in conspectu Domini.*
Promittit Alanus Varenfis. Lucet ante do-
minum Maria, ut fons vitæ spiraculum
mittit, quia lucerna. *Lucerna hæc gratia
est,* (Glossat Alensis) *quam accendit Do-*

*minus in corde hominis, quasi in Templo
suo, & facit eum respirare, & vivere spi-
ritualiter.* Spiraculum nostrum Maria est,
imbuens vitam, ac proinde ista nova Eva,
*mater vitæ appellatur, variegataque per-
manet* (idest distincta varijs picturis) *ad
primitias vitæ immortalis omnium vi-
ventium.* Refert D. Athanasius. Sed cur
hæc Virginalis lucerna, non animæ lati-
ficatio, sed hominis spiraculum declara-
tur? Quia *lucet, & vita nil iucundius.* In
spiraculo autem animalium vita consistit,
quia *spiraculum, aditus est, per quem Spi-
ritus emittitur.* Deiparam vitæ viam de-
dimus ex Alano de Insulis. Sicque in Tê-
plo Ecclesiæ hæc lucerna collocatur, ut
illuminet omnem hominem venientem
in hunc mundum, & ut omnis homo per
ipsam corporale, ac spirituale accipiat
spiraculum. Id ita fatetur Idiota: *Est
Maria spiraculum hominis, quia peccator
per Mariam respirat in spe veniæ, & gra-
tiæ.* Homo foliibus è Cælo splendente
ventum attrahens, lemma indicat: HAU-
RIO VT SPIREM. Impossibile enim
est viventem non respirare, ut docent
cum Philosophis medici. *Maria mortuo-
rum vivificatio digne nuncupatur,* post
Filium enim, per ipsam vivimus, move-
mur, & sumus: *Quia in ea omnis spes vi-
tæ, & virtutis.* Eccl. c. 24. Quare Virgi-
ni dicebat D. Germanus: *Neque enim
tantum Cæli haustu animæ nostræ respi-
rant, quantum nominis tui protectione
confirmamur. Spiratio nostra es tu.* Non
ergo solū Filij lux Mariæ est, filium lati-
ficans, sed universis velut Arnon alter
aquas vitæ distribuit, quibus vita gratiæ,
virtutisque respirent. Addamus & alia, il-
la præcipuè quæ mystice adaptantur Ma-
riæ ab Alensi, & pluribus, de qua Sap.
cap. 7. *Est pretiosior sole, & super omnem
dispositionem stellarum, luci comparata
invenitur prior.* Alij dant, est *speciosior
sole.* Speciositas gratiam commendat, pre-
tiositas bonitatis estimationem. Sic Ma-
ria speciosa gratijs apud Deum facta est,
ut summo habeatur in pretio, & quasi res
summe pretiosa plurimi fiat ab illo. (P)
Ob triplicem hic Maria laudatur excel-
lentiam: Quia *pretiosior sole; Superemi-
nens stellis; & luce prior.* Nec lucis de-
perdit proprietatem, quæ in proprietate
nitoris præcellit lucem. Rimemur pri-
mum. *Maria pretiosior est sole, & specio-
rior illo. Quia speciositas solis corporalis
est, quam præcellit speciositas Spiritualis.*
Exponit Lyranus. Solis fons Maria est,
nam *Sol noster novus Christus Iesus, Deo
oritur auctore,* (discurrit D. Ambrosius)

Maria, lux est
lætificans fi-
lium, & vivi-
ficans univere-
lum.

(P) Sap. c. 7. v.
26. Bibl. Syr.
apud Bibl. max.
ibi Lyra in sua
Gloss. ad cap. 7.
Sap. v. 29. D.
Ambr. de Nat.
Dom. serm. 3.
Alens. in c. 7.
Sap. 29. & toto
serm. libro. D.
Isid. Misalath.
Marcian, Al.

bunassar, Plat.
 Arist. D. Dion.
 Macrobius, &
 D. Ambr. apud
 Anglie. l. 8. c.
 28. B. Ang. del
 Pas. l. 2. c. 24.
 in Luc. c. 1. Bi-
 blioth. Virginal.
 t. 1. pag. mibi
 491. col. 2. lit.
 C. D. Anselm.
 in Opusc. de As-
 sumpt. Marie,
 c. 8. Alanus de
 Insulis in c. 6.
 Cant. v. 10.
 Arias Mont.
 Bibl. Venet.
 Rabb. Sal. Bibl.
 Arab. Haye in
 Conc. lit. ad c.
 6. Cant. v. 10.
 Menoch. in Bi-
 bl. Max. Ioann.
 Geson sup.
 Magnificat. Al-
 phabeth. 28.
 Apollin. Mag.
 Hist. Scholast.
 Haye, Tertul. &
 innumer. Da-
 niel Agric. cor.
 11. stella 1. Al-
 bertus de Mar-
 quesijis in Celi-
 loq. Mor. ex lib.
 6. c. 48. Haye in
 Conc. lit. ad c. 7.
 Sap. v. 29. Me-
 nochius ibi.

& divinitatis est filius integra, & illi-
 bata. Ideo etiam secunda natiuitas per
 immaculatam Mariam, quæ prior per divi-
 nitatem constiterat illibata, gloriosa exti-
 tit. Sol lumine suo superiora, & inferio-
 ra illustrat, omnia vivificat, formamque
 rebus omnibus administrat. Est Sol oculus
 mundi, principium lucis, moderator fir-
 mamenti, simplicissime substantiæ in essen-
 tia. His datur alijsque Sol excellentijs,
 in natura etiam purissimus, & incorrupti-
 bilis. Sed hæc omnia supergreditur Ma-
 ria, estque pretiosior Sole. Ipsi enim tres,
 qui sunt in divinitate unum, unumque
 inhabitant inaccessibili lumine; à quo om-
 ne datum optimum, & ipsum est quod il-
 luminat omnem hominem, sed per Patrem.
 In Mariam autem tota se diffundit hu-
 iusce luminis claritas, quia concepit lumē
 de lumine. Profert B. Angelus del Pas.
 Sol veluti ornat sua præsentia Cælum, &
 Sole materiali post diem novissimum
 obscurato, cœlestem Maria illuminabit
 urbem, alio enim creato illa civitas non
 eget sole. Omnia enim, (Fas sit iterato ad-
 ducere Anselmus) quæ in Cælo sunt per
 glorificationem Mariæ inestimabiliter
 decorantur, & cuncta quæ in terra subsi-
 stunt, ineffabiliter sublimantur. Oculis
 Maria est mundi, omniumque mundi cœ-
 lestis, terreique oculos ad se trahit; imò
 Mariæ oculi Sponsum avolare fecerunt,
 cor Sponsi flamma compulerunt exardescere
 amoris, & quia potentiores vicerunt,
 ut ex Biblijs desumo. Sive efficiunt, ut
 extra me ferar, humanam allumens na-
 turam, prorsus à mea alienam. Hoc sicut
 in rimula accidit quadam exilis corusca-
 tionis, dum oculos ferit emicans flamma,
 mox disparsens: ita fulgurabat in mente
 Mariæ splendor divine gloriæ. Aptius
 ergo oculus mundi, quam Sol, Maria di-
 cetur: nam illo flamma residet extingui-
 bilis, in Virgine (iuxta datum Parisiensem
 Gersonium) flamma intermoritura resi-
 det divinitatis. Principium lucis Sol etiā
 prædicatur, & Maria indefectibilis lucis
 est principium; non quaecumque, sed
 purissimum, & immaculatum; nam è pri-
 migenita luce quidquid purissimum esset,
 in Solem se legit. Censet Appollinaris.
 Vnde, si Mariam Solis æterni, purissimi,
 immaculati principium confitemur, puris-
 simam iam à creatione, exque purior mas-
 sa creationis humanæ, Adamitica rabe
 non infecta, fateamur. Vnde Deus divisit
 (Præservativa separatione) lucem à te-
 nebris, idest Mariam à tenebris peccati
 originalis, sine quo concepta fuit. Profert
 propugnans Daniel Agricola. His, alijs-

que prærogativis Sole speciosior facta,
 ipso pulchrior, quia tota pulchra, & sine
 macula; non enim concepta est in peccato
 originali, ut defensat Albertus Francis-
 canus; pretiosior est Sole apud altissimum,
 quia excellentior in splendore, qui in eam
 à fonte divinitatis emanavit nobilior, il-
 lustrior, & utilior. Perfecte enim pul-
 chra, speciosa, divinis, & humanis oculis
 grata, in Genesi nobilissima, in aspectu,
 pulcherrima, ad videndum delectabilissi-
 ma, vivificans omnia inferiora, est sine du-
 bio Maria, sicque Solem hæc lux præcel-
 lit in gratia, in virtute, Sole iustitiæ vnice,
 & singulariter amicta. Perscrutemur se-
 cundum. Super omnem dispositionem ste-
 llarum Maria à Deo disponitur. Sap. c. 7.
 Quare? Stelle à stando dictæ sunt, sed sem-
 per motu trepidationis moventur, & nil
 sunt aliud quam lucis in suo orbe aggre-
 gatio. Sic Angelicus noster Philosophatur.
 Eminentior hac stellarum dispositio-
 ne Maria est, quia sublimior in elevatio-
 ne, in splendore clarior, in situ securior.
 Elevata est magnificentia tua. David
 Deo cecinit Psal. 8. Sed vbinam usque
 elevata est? Super Cælos. Hæc de Maria
 antea dedimus, quæ (iuxta nostrum D. Ber-
 nardinum) Dei magnificentia dicta est, &
 iure dicitur: Narratio ipsa est cuius mag-
 nificat anima dominum, idest ad subli-
 mita predicans elevat, & magnum facit,
 (Quo) imò se fieri magnam optat, si Author
 Deus velit; ut ex Perpinianensi Angelo
 desumpsi. Adeamus tamen ad aliorum le-
 ctionem, sic se habentem: Possuisti gloriā
 tuam super Cælos. Illibi autem solum re-
 periuntur spatia, quæ imaginaria à Theo-
 logis vocantur, in quibus locus Physicus
 nullus, etsi subint divina voluntati ibi
 corpora potenti (si placeat) producere.
 Ergo super Cælos locus non est Gloriæ
 Dei. Hunc Cœli capere, aut comprehen-
 dere non possunt; vnde latior Deus est
 Cœlis, & gloria, aut magnificentia sua su-
 blimior Cœlis extat, quia cum Deo ele-
 vatur. Sed quænam hæc Gloria? Rerum
 magnarum efficientia est, quæ altius repe-
 ritur in Maria dicente: Fecit mihi mag-
 na, qui potens est. Imò Dei Gloria Ma-
 ria est, & transitus à Gloria in gloriam, à
 Maria in Christum. Quia ipsa haud du-
 bie gloria est, ipsa gratia, quæ proximum
 accessum in gloriam filij præstat. Imò ex
 pluribus dato Carnotensi Arnoldo, Filij
 cum matre Gloria, non tam communis in-
 dicatur, quam eadem. Igitur si supra Cæ-
 los Dei Gloria elevatur, quia eam Cœli
 capere non possunt, Mariæ Gloria, quæ
 Dei Gloria est, Cœlis sublimior eleva-
 tur,

Maria lux à
 qua velut à
 fonte purissi-
 mus Sol pro-
 cessit, sole ip-
 sa speciosior,
 & gratior.

(Q) Anglie. l. 8.
 c. 33 Ex D. Iud.
 Alphagr. Arist.
 & alijs. Psal. 8.
 v. 2. B. Ang. del
 Pas. l. 2. c. 43.
 in Luc. c. 1. v.
 46. Lyra ibi.
 Iansen in Ca-
 tholic. Theologi
 cum Magist.
 Sent. & Doct.
 Subt. B. Bonav.
 Alenf. Richard.
 l. 1. Sent. latè.
 Alan. Varenf. de
 Laud. Mariæ
 ser. 5. circa fin.
 Arnold. Carn.
 alibi datus Ti-
 motheus Hyera-
 solim. Orat. ad
 Nunc dimittis
 Prov. cap. 8. v.
 23. Gen. c. 1. v.
 3. Menoch. in
 Bibl. Max. &
 Ioann. Haye

ibidem in Prov. tur, ut quid Divinum, in ea elucescere me-
c. 8. Rodolphus, ditemur. Rem auditu iucundissimam, ex
Bibl. Chald. & Timotheo Hierosolimitano adduco, sic
Syr. in Bibl. eloquente: *Iustus Simeon oculos huc, illuc*
max. ibi. Me- circumferens, multas vidit mulieres, ve-
noch. ibi, v. 24. rum singulas ornatu nature humana pro-
Biblioth. Virg. pio affectas: Solam autem Virginem quo-
t. 2. pag. mibi dam divino infinitoque lumine circumfu-
677. col. 1. §. 3. sam animadvertit. Super omnem dispo-
lit. C. Alanus sitionem stellarum dispositio Marianæ lu-
de Insul. in c. 3. cis est, quæ super Cælos ad Deum eleva-
Cæt. v. ult. Ala- tur, eamque possedit ab initio viarum sua-
nus. Varenius rum. Ad tertium festivè accedamus. *Luci*
Mantabian. de comparata invenitur prior. Id Mariæ cō-
Eaud. Mariæ, petit, quæ ab æterno ordinata est, antequā
serm. 1. Philip. terra fieret. Lux materialis enim in tem-
Abbas lib. 4. in pore creata est; Maria autem, quæ produ-
Cant. c. 6. xit vitam, quæ erat lux hominum, ab æter-
 no prævisa à Deo, fundata est, & fuit
 apud Deum, numquam ab ipso amoven-
 da, ut in tempore lucem produceret mun-
 di, & iustitiæ solem. Si ergo ab æterno
 Maria fundata est, & ante lucem prævisa,
 cum nullæ adhuc extarent caligines, certo
 splendida prævisa fuit; unde plures ha-
 bent: *Ab æterno fundavit me in principio.*
 Non ævi quidem, aut temporis, qui nullū
 est principium æternitatis; sed in princi-
 pio fundata est, in Deo nempe, qui om-
 nium rerum principium est, à quo ex tunc
 principatum habuit, coronata est, ut plu-
 rimis ex Prov. 8. legisse placet. Si ergo in
 Deo præparata est ab æterno ad Principa-
 tum, ad dominium, & coronam, quis aude-
 bit eam inter mancipia enumerare? Non-
 dum erant Abyssi, in illo æternitatis, puncto,
 in quo prædestinata est, nec tenebræ
 erant super faciem Abyssi; in sola divini-
 tatis luce hæc Virginea concepta erat; sic-
 que materiali hac, prior invenitur, excel-
 sior, purior, adstans Deo grata ab æterni-
 tate. *Deum enim imitatur Maria in ma-
 li immunitate, quia Deus est primum
 principium omnis bonitatis, & gratias
 pandit Bibliotheca Virginalis. Princeps
 creaturarum omnium facta est, & corona-
 ta ab æterno; & in tempore coronavit
 Maria filium suum, nam non reddit eum
 deturpatum macula originalis culpæ, si-
 cut matres filios suos, dat Alanus de Insu-
 lis. Prior igitur luce est, quia hæc visibilis
 admixta tenebris creata est, Maria autem
 nullum sensit sui splendoris contrarium,
 nil enim inquinatum in eius visum est
 creatione, caliginis scellæ peccati nihil.*
*Maria (canit Alanus Varenis) exuberan-
 tiore illuminatur iustitiæ Sole, nec tene-
 bras nobis, sed purissima luci iugi medi-
 tatione intenta est, suos fulgores continuè
 in se recipiens, sacratoris luminis effecta*

Maria, semper
 nitido, divini
 ebibens splen-
 dorem, nullas
 in sua crea-
 tione experta
 est peccati ca-
 ligines.

*particeps. Mire quidem ordinata per gra-
 tiam. Non enim decebat, eam quæ nulli
 peccato fuerat obnoxia, ulli etiam subijcti
 indignitati.* Ambiens Cæli sublimia cla-
 ritas ex throno procedens altissimo, hanc
 notulam refert: PRODIT SUBLIMIOR
 INDE. Audiatur de hac re Philippus Ab-
 bas: *Quidquid in Virgine agitur, noctem
 nescit, cui Regem carne coronanti dies
 infunditur, lux splendet.* Sic Hæc Ma-
 riana lux, quæ filij est, à Deo procedit, nul-
 lum sentiens adversitatis discrimen, Deo
 semper placens, iucunda, Solem in suo
 circumdans vtero; æternum concilians
 splendorem divinitatis.

241 Chobar flumen terram irrigans
 Chaldaeorum, ubi Ezechiel celestes vidit
 visiones, estque grave aquarum magni-
 tudine; sicque ab Aquarum copia Cho-
 bar dicitur, nam vox Hebraica Chebor
 crebrum, copiosum, aut multum delig-
 nat. Interpretatur autem Chobar quasi
 Puritas, vel potentia: hicque fluvius iu-
 re ad nostrum Marianum properat liba-
 num, eius candori purissimo obsequi-
 turus, ut sic Mariæ extollat magnitudi-
 nem, dum suæ Conceptionis prædiceret
 puritatem. *Parem enim Maria in Puri-
 tate non habet in terris; imò ipsi ange-
 licis purior est spiritibus,* ut inquit nos-
 ter Adamus Delphius. Quomodo non
 saperet Maria summam puritatem, si
 substantialis puritas purissimam suam
 operata est creationem? Hinc à Richar-
 do Victorino de Maria hæc habentur: *O
 Puritas mentis! O summa puritas! Quam
 Beatus fructus ventris, tam gloriosa
 puritas mentis.* Divinum quid ergo sa-
 pit puritas Mariæ, post Deum omnes
 excedens puritate. Nostræ speculationis
 gressus modo ad scalam Jacob iterum di-
 rigantur, qui vidit in somnis scalam
 stantem super terram, & Dominum in-
 nixum scale. Gen. cap. 28. Quisnam hu-
 iusce mirandæ visionis locus? Noctu Ia-
 cob solitus erat in campis hospitem agere,
 suspectos habens civitatum habitatores,
 ob malitiam eorum. Sicque locus hic, ad
 quem divertit, fuit Maria, ubi Abraham
 studuit Isaac avum suum immolare Deo,
 ideoque hic locus sacer reputabatur. Hæc
 omnia ex Principe Interpretum Lyrano.
 Stabilita ergo Scala videbatur lapidibus
 capitis Jacob suppositis, etenim anxio,
 mestoque Jacob solamen per scale gra-
 dus Deus immittebat, ne deficeret in via.
*Beata Virgo recte dicitur scala, cui Do-
 minus est innixus per incarnationē. Scri-
 bit Daniel Agricola. Lapidem autem, quos
 Jacob capiti supposuerat, tres primo*
 Ef 2 erant,

(B) *Marius de*
Calaf. in Conc.
Hebr. t. 1. Ioan.
Max. t. 18. Pro-
lemeus, Strabo
& alij, Lyr. &
Haye in Bibl.
Menoeh. in c. 11.
Ezech. v. 1.
Adamus Del-
phius de As-
sumpt. Hom. 1.
Gen. c. 28. v.
10. 11. & 12.
Lyr. in sua
Glos. ibi. Mag.
Hist. Schol. su-
per Gen. Haye
in Arb. Vir.
Dan. Agric. co-
ron. 9. stella 7.
Lyr. in sua Glos.
loc. cit. v. 11.
Gerf. Paris.
tract. 2. super
Magnific. Ri-
chard. à S. Lau-
renc. de Laud.
Virg. l. 2. partic.
1. D. Aug. ser.
32. de Sanctis.
D. Dam. orat.
1. de Nat. Virg.
Maria. D.
Ephraem Syr.
de Laud. B.
Maria, Ioann.
Geomet. in Cæt.
Egidius Rom.
super Salut. An-
gel.

Maria, scala
 est Jacob, in
 Trinitate fir-
 mata, & fun-
 data.

erant, post facti sunt unus lapis, in signum unitatis essentiae in Deo, & Trinitatis Personarum; dat iterum Lyranus. Quid hoc mysterij? Scala Mariam representat, cuius fundamentum erigitur super tres lapides, in unum redactus; super Trinitatem videlicet, quæ unus existens Deus, Mariæ pro fundamento fuit, non melius alibi capessendo. Parisiensem Cancellarium Gersonium ad hæc ita adduco: *Hæc est species, & imago pulcherrima, & conformata Divinae Trinitati, quæ per gratiam est idipsum, quod Deus per naturam.* Si conformatur sigillo hæc puritatis imago, quid non puritatis in ea apparebit, dum Trinitas una iecit eius fundamenta puritatis? Sic in ipsa Maria, per ipsam, & ex ipsa gloria Trinitatis augeatur, & Dominus in ea præcipue magnus est, & laudabilis nimis. Scala è Cælo in terras protensa, in scriptionem monstrat: **CONIUNGIT VTRUMQUE.** Ideo Maria, *Scala cælestis* à D. Parente Augustino, & *Scala viva* cuius locum Jacob conspexit, à Damasceno appellatur: Quæ divina humanis coniungit, fundans suam in Trinitate puritatem; ideo Romanus Ægidius dixit. *Tota Trinitas erat cum Virgine benedicta.* Adventet igitur ad nostrum Purissimum libanum *Chobar*, & puritatis profluvio inundans, præconizet Mariam Delsicæ puritatis candore perfusam. *Liber Generationis Iesu Christi*, Matth. cap. 1. Maria vocatur. Libri primo ex Palmarum folijs fiebant, eisque scriptitatum est, quo edocemur eo quod Palma arbor est triumphalis, victoriæ sacrata; quod ideo Maria Palmæ liber dicitur, quatenus in ea victoriæ mirabiles leguntur scriptæ: (S) *A Genealogia ergo Christi, liber intitulatur*, quod moris apud Hebræos erat, ut advertit Lyranus. Etsi autem generationem describat Evangelista temporalem, tamen nec solus Iesus, nec solus Christus ponitur, sed vterque: *Iesus enim nomen est Personæ*, (divinæ scilicet) *Christus, nomen naturæ* (humanæ) asserit ipse. Cuiusnam ergo sit liber perpendit, sed quinam liber sit, ignoramus. *Liber hic est gloriosa Virgo*, ait Richardus. *Et in eo scribitur Innocentia, Charitas, Misericordia, & huiusmodi: Singule enim virtutes ipsius, singule literæ huius libri sunt.* Sed si generationis Christi hic liber test, nil habebit generationis, aut conceptionis Mariæ. Absit. Nam *Christi generationem commemorare, est conceptionem Domini-cæ matris colere.* Docet Anselmus. Ergo hic liber Maria est, per quam innotef-

cit Christi, & Mariæ Conceptio. Olim libri (qui ex arborum corticibus efformabantur) Regio insigneabantur sigillo, & charactere, quasi in pignus ut inviolata in eis servaretur scriptura. Maria à suo exordio, à sua passiva generatione liber est, & *Iesu-Christi*, ut divinitas cum humanitate pateat ibi exarata. Idcirco Novam (etsi æternam) admirans Damascenus scripturam, & eximiam membranulæ Virginalis puritatem hæc protulit: *Maria, novus liber, in quo inenarrabili modo Deus Verbum citra omnem manus operam inscriptus est.* Illis in verbis stemus, *citra omnem manus operam*; intellige humanam. Liber hic Virgineæ generationis manu Divina scribitur, Divino Verbo signatur, & totam Divinitatis scripturam in membrana continens purissima, dignus puritate liber efficitur, ut Deus puritatis author in ipso scribatur, Signatus liber triplici sigillo, epigraphen portat: **HIC DIVINA LATENT.** In Maria Deus continetur, qui erat, & est Verbum Patris: Deus autem ubi signatur nullum fœditatis patitur discrimen: ideo cum Mariæ Conceptio per generationem Christi, in libro Virgineo scriptam, pensanda sit, ex dato Anselmo; ideo divinam redolere puritatem Mariæ creationem, haud ambigo autumare. Subscribat tamen ad hæc suam D. Eligius Noviomensis mentem: *Nequaquam immunda iudicatur, quæ Sancto Spiritu obumbrante, totius munditiæ, & sanctitatis auctorem genuisse probatur.* Omnem inde libanum *Chobar* purus circuit puritate, Marianam etiam adaptans sibi puritatem ex libani candore. Extollatur rerum puritas, & pulchritudo Mariæ, de qua Eccl. 43. prædicatur: *Altitudinis firmamentum pulchritudo eius est, species Cæli in visione gloriæ.* Mira hic sese offerunt meditanda; etenim *quæ minimè videntur coarere, facillime conciliantur; nempe quod firmamentum est pulchritudo altitudinis*, ut exponit Parisiensis Haye. Sive ita explicatur: Cælum, quod purum est, gloria est altitudinis. Sic sentiunt etiā nostri Lyranus, Titelmanus, & Alensis, ac Tirinus, & Menochius. (T) Alij legunt, *Gloriatio altitudinis, vel ornamentum, est firmamentum puritatis.* Hoc Cælum, sive firmamentum *Maria est*, in qua iungitur natura divina cum humana, tanquam in firmamento duo luminaria; ait Ambrosius Heremita. Sed cur firmamentum Puritatis Virgo appellatur, nam cum firmamentum à firmitate dicatur, dat intelligere, ex ipsam ut Cælum por-

D. Greg. Nisen. in Testim. Ver. Test. adv. Iud. D. Epiphanius lib. 1. de Hæres. D. Basilii Seleuci. ser. de Annunt. D. Anselm. ad. ductus. D. Eligius Noviom. de Purific. hom. 2.

Maria, liber Purissimus, in quo Puritas verbi sigillata, & exarata est.

(S) D. Math. c. 1. v. 1. Plin. l. 13. c. 11. Lyr. in Gloss. ad c. 1. Math. v. 1. Ric. ch. à S. Laur. l. 12. part. 7. c. 4. D. Anselm. in Opusc. c. 1. ser. de Concept. Virgin. Cœlius Rhodig. Berchor. Anglic. Aloysius Novarin. alijque plures. D. Dam. orat. de Asupt. B. Maria D. Bon. ser. 2. Domin. Passione. D. Germ. orat. de Nat. Maria. Ioan. c. 1. v. 1.

(T) Eccl. c. 43. v. 1. Ioan. l. 1. Haye in Conc. lit. Lyr. Titelman. Alensis, Menochius, Tirinus, & plures. Ambr. Heremita de Annunt. Virg. Maria.

Tertul. lib. de Baptis. Aug. Anconitan. lect. 6. de Nomine Mariæ. D. August. l. 20. de Civit. Dei. c. 17. D. Petr. Dam. ser. 45. D. Epiphani. Constantinop. Episc. Orat. de laud. Virg. idem ser. de laud. Deip. Eccl. c. 24. v. 7. Bibl. Syriac. Prov. c. 19. v. 9. vide Ioan. la Haye in Conc. lit. Richard. l. 4. tit. 6. Ambros. Catherin. de Consumm. Gloria Christi, & Virg. c. ult. §. ult. D. Bern. ser. 1. de Assumpt. Buteon. Hymn. p. 117. Ioann. Geom. Hymn. 2. de B. Virg. D. Damascen. orat. 2. de Nativ. Alanus Varenfis, ser. 3. de laud. Mariæ, in fine.

Maria firmamentum firmamento lucidius, Deo spectabilius, & gratius.

tando Deo creatam esse, firmissimam, & inviolabilem gratiæ puritatem habuisse. Firmamentum Maria est, & merito dicitur, nam istud à creatione situm habuit in medio aquarum: *Aqua autem de suo est pura*, ut assert Tertulianus sicque locus Mariæ à fundamentis, à creatione, & radice, fuit in sublimi puritate; ita ut si ve ascendens per Dei maternitatem, si ve descendens per humilitatem ancillæ suæ, ubilibet sibi contiguam cerneret puritatem, ab ea protinus indissolubilem. *Gloriatio altitudinis* est etiam Mariæ creatio, quia *cœlestis non tantum est gratia, qua Deus eam fecit*, ut tenet Augustinus meus, sed quia *ipsa Maria est Gloria Dei*, ut asserit Damianus. Hoc autem virgineum Cœlum, seu firmamentum, radicem gloriæ continet, dum gloriam cœlestem portavit, unde *splendidum Cœlum à D. Epiphanio celebratur*. Sed cur Maria *pulchritudo dicitur altitudinis, & Cœli species*; & ab eodem dicitur, *miraculum in Cœlis*? In altissimis Deus ipse habitat, unde dicitur Eccl. cap. 24. *Ego in altissimis habitavi*, si ve *in summis sublimitatibus*, ut legit Syriacus. Si ergo Maria *firmamentum puritatis, gloriatio est altitudinis*, plane deducitur deitatis folium, à Mariæ gloria, honoris, & gloriæ deducere complementum. *Ipsa enim Deum magnificavit*, adstruit Richardus. Nec mirandum hoc, nam *soli Christo, & in eius gratiam matri suæ hoc damus, quod consummati sint in gloria, quia & illis hoc solum tribuimus, quod ab originali peccato fuerunt immunes, Christus ex iure suo; mater ex privilegio*; tradit devotissimus Catherinus Dominicanus. *Species Cœli* etiam Maria dicitur *in visione Gloriæ*. Inchoat visio beatitudinem, finit summi boni fruitio: tamen horum, Mariæ puritas *species est*, quia *declarat decorem, & maiestatem Dei*; explicat Alensis; nam ut species qualitas est, & gratia, reddens oculis obiectum spectabile; ita Mariæ puritas cœlestis, quæ in Gloria concepta est, Gloriam aliquantulum notificat Conditoris, & lumen adauget gloriæ, lumine puritatis. Non mea est assertio, Sed D. Bernardi sic alloquentis: *Mariæ præsentia totus illustratur orbis, adeo ut iam ipsa cœlestis Patria clarius rutillet virgineæ lampadis illustrata fulgore*. Cœlum pingitur lucidissimum, Sole, ac Stellis inferne micantibus, addito emblemate: **INDICAT AUTHOREM.** Maria, *firmamentum dogmatum Christi*, à Buteone appellatur. Sed complementum aptius apponit Alanus Varenfis, hæc

de Maria scribens: *Verius veneranda Regina, quam cœleste firmamentum est, quæ aquas ab aquis dividet, superiores continens, superiorum admirabilis alveus, & singularis receptio, in qua cohibilius, & favorabilis conquiescent omnes cœlestes animi, & intelligentes vnde.*

242 *Dorix*, alio nomine *Araspis*, vel *Araxis* dicitur, fluvius Armeniæ, qui ex eodem monte cum Euphrate oritur; vnde sæpius pro eodem usurpatur. (V) Plurimis autem placet, non fluvium esse specialem *doricem*, seu *dyoricem*, sed aquæductum, rivum, aut canalem. At, sequar Anglici nostri sententiam, harum utique rerum exactius explorativam. Oritur *dyorix* in monte *Pariedro* maioris Armeniæ, & in sinum Arabicum, Persicum, aut mare rubrum fluit; ac brevibus intervallis ab Euphratis ortu caput tollit, & in mare se submergit. Vnde quasi brachium videtur esse Tigris, & Euphratis, cum ex eodem fonte oriatur: Quapropter gemmis, herbisque scatere dicitur aromaticis, ac medio Euphrate, vel Tigri, de Paradiso effluere etiam dicitur, cuius interpretatio vocis est, *rapidus, velox, aut medicamentum Generationis*. Maria, *fluvius dorix appellatur, quia nominis sui invocatio, & virtutum opinio, fugat à servis suis serpentes vitiorum*; habet Daniel Agricola. Legatus ille fidelis è Cœlo Trinitatis ad Virginem missus Gabriel, eam salutaturus, hac usus est forma: *Ave gratia plena*. Luc. c. 1. Admirandus certe salutationis stylus, etenim nomen proprium, ac gentilitem apud Aulicos maxime ad salutandum usurpatur. Cur ergo Virgo salutatur, *plena gratia, bonitate, vel gratiosa*? Quia id oratoris munus postulabat, nam voluit pondus addere verbis, quasi dicens, *Gratia plena es, non solum, quia Deo chara, sed & ditata habitibus supernaturalibus gratam facientibus, omnibus chari-j-natibus melioribus, quæ Spiritum tuum reddent astris splendidiorum*. Gratia prius Virginis (qua plena extitit) in primis Angelo obijcitur: nam hæc qualitas est supernaturalis, hominem iustificans, deoque gratum faciens, eius sanans vulnera peccatorum, & lethale suffocans culpæ venenum, afferens animæ languenti medicinam. Inde antequam Angelus nomen proprium Virginis adinveniat, cum plenitudine gratiæ obviat, ostendens, primo in Mariam reperiri nostram salutem, quam suæ superexcellentiæ nomen. *Decentius illi est visum, titulum dare omnium honorificentissimum, quia sciebat eam creatam*

(V) Angl. l. 13. c. 7. Haye in Conc. lit. ad c. 24. Eccl. v. 4. Trinib. Georg Venet. Cant. 1. ton. 7. c. 23. Ioan. la Haye tom. 18. de interpr. Nom. Hebr. Anglic. loc. dato. Dan. Agric. Cor. 5. stell. 12. Luc. c. 1. v. 28. Ioan. la Haye in Conc. lit. ibi. B. Angelus del Pas. in Luc. lib. 2. c. 25. Adamus Brouverus in Salut. Angel. quæst. 30. Phipp. Picinell. lib. c. 4. n. 45. D. Damianus ser. de Assumpt. Biblioth. Virg. tom. 1. pag. mibi hoc. col. 1. lit. D. Anglicus lib. 9. c. 21.

Maria, gratiâ invenit, nostris animæ infirmitatibus remedium allaturam.

in gratia, confirmatam in gratia, & consummatam in gratia. Aurora Virginis instar pulcherrimæ orbem illuminans, hunc refert titulum: **HORROR, ET VMBRA RUUNT.** Gratia Mariæ nostram propulsat cæcitatem, ingerit depravatis moribus salutem, medicinam agris confert spiritualiter salutarem; & terminum noctis ac diei principium adesse testatur: ut festive repetit Damianus. Alia his annexa scrutemur, à nostro non devia argumento. Lucas ipse fatetur Virginem desponsatam cum Ioseph, in Nazareth degentem, & *Nomen Virginis Maria.* Luc. c. 1. Nomen obtutui proponitur Virginis, ut virtutis excellentia patefiat. Quare? Advertas. Maria, *Deus ex genere meo*, interpretatur ab Ambrosio: Ab alijs, *domina, doctrix, exaltata, illuminans, stella maris, sive Maris myrrha.* (X) His nomen Maria appellationibus exaltatur, ad tollenda mala, quæ per lapsum primi hominis incurrimus. *Deus ex genere meo* vocatur primo, quia *Deus ex quo in Virginis utero se recepit, deposita iracundie feritate, quam propter peccatum primorum parentum ad genus humanum usque tunc habuerat, pacem propter eam cum hominibus iniit.* Domina est, quia constituta super omnem creaturam, & quicumque Iesu curvat genu, matri quoque pronus supplicat, & acclivis, ut advertit Arnoldus Carnotensis. *Doctrix est, seu doctrina turpem à nostris mentibus expellens ignorantiam, imo omnibus Apostolis, divo Paulo, & alijs sapientissime filij sui mysteria declaravit, & D. Lucas ab ipsa, quæ scripsit edoctus est.* Exaltata etiam dicitur, quia sibi similis inter puras creaturas nulla, unde dixit Abbas Absalon: *Considerate modo omnes plantas, quæ de radice Evæ prodierunt, si aliqua tam sublimis sit ut Maria, quæ etsi pro conditione naturæ equalis sit ceteris, tamen donis, & meritis supra omnes exaltata est.* Illuminans est, quia *Virgo Beata omni luce clarior, omni suavitate gratior, omnique potentatu sublimior, totum mundum illuminat, & innovat omnia.* Maria quoque *stella maris* nominatur, quia recte viantes dirigit, errantes reducit, periclitantes ad portum salutis restituit. Dat ille Abbas. Imo Sol ipsa fluctus nostrarum sedat tentationum, nostras illuminans tenebras, advertitates nostras procul faciens, salutem ut matutina stella, sive ut Aurora ægrotis impendens, & omnibus corporis, & animæ alleviamenta inducens, & contra interqi languoris vexationes antidota sub-

ministrans. *Myrrha* dicitur, quæ corruptionem nesciens peccati originalis, etiam generis humani piaculis adhibuit odorifera remedium. Ideo plurimum nomen, à D. Epiphanio Maria celebratur. Deducas inde Mariam redolere nil aliud, nisi nostræ generationis medicamentum, salutis assylum, refocillationis portum. Zodiacus stellis innumeris ornatus, una inter omnes splendore nimio emicante, hoc dictum sustinet: **CUM LUCE SALUTEM.** Non invisa ægrotantibus, ac inter tribulationum discrimina prope percurrentibus, Maria, quæ stella maris est, lucet: ut enim D. Ignatius scribit; *Maria miseris, & afflictis condolebat, conflictata nec segniter subveniebat.* His etiam assonant D. Germani huiusmodi verba: *Quomodo corpus nostrum vitalis signum operationis habet respirationem; ita etiam sanctissimum tuum nomen, o Virgo, quod in ore servorum tuorum versatur assidue, vite, letitiæ, auxilij non solum est signum, sed ea etiam procurat, & conciliat.* Optimè. Sed perscrutemur alia. *Nomen Virginis Maria.* Luc. c. 1. quid sibi vult Mariam vocari, quæ ad dignitatem evocatur matris Dei? Forte, quia *solum Mariæ nomen peccatori sufficit ad medendum?* Sic Richardus suadet. At noster Petrus Galatinus docet *Nomen Iesus, & Maria* ascendere ad eundem numerum *Bearith*, pacti videlicet à Deo initi, quod eius, & filij sui amore mundum, & crearet, & sustentaret. Unde hæc duo nomina ascendunt ad numerum 612. Sed cur hæc ita: Quia *Iesus*, salus est, medicina est, nostrorumque vulnerum remedium; *Maria* ergo ad idem ascendit munus obeundum, ut in ea etiam experiamur nostræ antiquæ infirmitatis cœlestis medicamentum. Vtrumque ex divinitatis *Thesaurum* nomen profluxit, & vtrumque est mel in ore, in aure melos, in corde iubilus, omniumque spiritualiter ægrotantium salus. Hinc oculi Mariæ (qui miserationis, & pietatis diximus, quod erant Symbolum) varijs à Sponso adaptantur rebus, sed præcipue Cant. 7. de illis hæc habet: *Oculi tui sicut Piscinæ in Hesebon.* Non solum oculi, sed Maria tota, *Piscina salutis* est, ut refert Richardus dicens: *Tu Piscina puritatis, rore plena pietatis, in quam Deus maiestatis, voluit descendere.* Sed cur ut *Piscina Hesebon* Maria depingitur. Alij *viridaria* ponunt. Sicut enim *viridaria* oculi Mariæ depinguntur: etenim in illis salubres nutriuntur herbaræ, odoriferæ, & omni vberes suavitate, non solum oculos demulcentes, & ani-

(Z) Luc. c. 1. v. 27. D. Germanus orat. de Zozana Virgin. Richard. ad S. Laur. de laud. Virg. lib. 1. c. 2. Petr. Galatin. de Arcan. Cathol. Verit. lib. 7. c. 2. Lyra in Gloss. ad c. 1. Luc. v. 31. Eftius ad c. 43. Eccl. v. 25. Galatin. l. 3. c. 18. B. Angelus del Par. lib. 2. c. 28. in Luc. 1. Richard. lib. 1. cap. 2. D. Petr. Damian. ser. de Annunt. Virg. Richard. à S. Laur. lib. 9. de laud. Virg. Bibl. Arab. in Max. Iean. Haye in Conc. liter. ibid. Richard. lib. 9. tit. 17. Alanus Varen. de laud. Maria ser. 2.

Maria, Piscina salutaris, humani generis morbos cingens, & coercens.

(X) D. Luc. c. 1. v. 27. D. Hier. Damascen. Eucher. D. Ambr. D. Bon. Bed. Marius de Calass. Haye B. Angelus del Par. lib. 2. c. 24. in c. 1. Luc. Richard. lib. 1. c. 5. Daniel. Agric. in Prolog. Coron. cap. 2. Arnold. Carnotens. in Tract. de Virg. Maria. B. Amadeus Rapt. 8. Abb. Absalon serm. univ. de Nat. Mariæ, ord. 47. Amadeus Lausan. Hom. 1. Absalon Abb. ser. 2. de Assumpt. ord. 44. Dan. Agric. loc. adduct. 6. Epiphani. Cunsantinop. de laud. Virg. D. Ignat. epist. 1.

Maria omnium solatium afflictorum est, omnium ægrotantium medicamentum.

num recreantes, sed etiam medicamentum salutare cunctis ægitudinibus offerentes. Hesebon autem interpretatur *cingulum mœroris*: & Maria sicut *vita cingit vulneratum*, & cohibet ne sanies ultra irrepat peccati. Piscina ægris innumeris circumsepta, æque cœlo eam lumine perfundente, notulam portat: NUMINE SANAT AQUA. Potissime totum adaptari Mariæ sic perbelle docet Alanus Varenfis: *Reparatrix Maria totius generis humani, sicut piscine in Hesebon, sicut Piscinæ saluberrimis scaturientes vndis, sed in Hesebon, quod circumcincta salubri, & divina cum filio, fuerit tristitia*. Pro rei autem complemento ad verba Eccl. c. 43. accedamus sic asserentia: *Medicina omnium in festinatione nebulae*. Per exustionem sæpè venti Aquilonaris, vnde *panditur omne malum*, Hier. c. 1. ob nimiam frigoris, & glaciei intemperantiam, morbi invalescunt incommodis etiam innumeris admixti; imò & nimius etiam calor intemperantiam generat, ex qua homines in periculosas incidunt ægitudines: Sed nebula his malis sine mora medetur, salutem medio australi vento adducens, & nubes tunc in pluviam terræ fœcundativam convertitur, à qua gelu dissolvitur, vel calor nimius temperatur, (A) malaque omnia remittuntur. Idcirco alij legunt; *Sanatio, vel remedium omnium est in festinatione nebulae*. Nebula, Maria est de se ipsa dicens, *sicut nebula texi omnem terram*, Eccl. c. 24. vnde Richardus dixit: *Per nebulam congrue potest designari Maria; quæ fidelibus eructavit medicinalem curationem, nempe Christum, qui languores nostros portavit*. Medicina ergo fauciatorum in eo consistit, quod hæc nebula ad nos festinet, suæ roris gratiæ diffundens pluviam, vt sic inordinatus nostri ætus ardoris mitescat, & cœlesti pluvia irrigatus homo, meliora adipiscatur incrementa salutis. Sic Maria à D. Andræa Cretensi salutabatur, *divinæ gloriæ sanctuarium, expectata gentium salus*. Amplius se extendit (Hyperbolice licet) calamus D. Anselmi sic scribens: *Velocior est nonnumquam salus memorato nomine Mariæ, quam memorato nomine Iesu, unici filij sui*. Festinat ergo nebula medicinalis Maria, nec moras sustinet, vt subveniat, vt medicamina nostris infirmitatibus adducat. Nubes Roscida, quæ resoluta hiantis terræ sitim, imò & hominum expectantium sedat, monstrat Gnomam: SOLVITUR UT SOLVAT. Vt beneficia Pluviæ, salutis, ac

fœcundatis, terræ impendat, nubecula dissolvitur, nullum sustinens humanum genus infirmitatis noxiæ irrepere discrimen. *Quam Beatus* (dat Guarricus Abbas) *ille venter eburneus, vnde caro eburnea sumpta est Redemptoris, est enim medicina peccati, restitutio sanitatis*. Accipe fluvium sanitatem fidelibus inundantem, *Doricem* vtpote, omnibus spectantibus salubrem, generationis humanæ, in Parente primo gravi morbo correptæ medicinalem; *flumen nimirum Dei, quod repletum est aquis consolationum*, quas large salubres hominibus refundat.

143 Euphrates, Paradisi fluvius, Mesopotamiam irrigat, fertilemque admodum reddit, & per mediam transit Babiloniam; (B) qui à radice *Parab*, quod est fructificavit, *frugifer* dicitur, nam infertar Nili terras irrigat, & fœcundat. Græcè autem *letificans* nuncupatur. Toto anno abundantissime currit, minuitur autem, ingresso Virgine Sole. Hic fluvius Mariam figurat, ante cuius ortum egeni eramus, vacui, & mendici; sed per Mariam, quæ quasi Euphrates abundans est, & frugifera, venerunt nobis omnia bona pariter cum illa Sap. cap. 7. in omni gratiarum repletionem, & quantum ad nos largissima communicatione. Id ex ipsiusmet fluminis scaturigine nobis manifestatur. Habentur enim hæc Gen. cap. 2. *Fluvius autem quartus ipse est Euphrates*. Mirum sane est, aliorum meminisse Moysen ortum, circuitum, cursum, & scaturiginem. Sed de Euphrate aliam facit nullam mentionem. Cur igitur *Phison*, quod terram circueat *Evilath*; *Gehon* terram *Æthiopes*; *Tigris* *Assyriam* memoratur; de Euphrate autem, quo vadat, quas irriget regiones, quæve fœcundet, non dicitur? Solvit dubium Benedictinus Lauretus; *Non describitur, quia fluit, sicut alia flumina, propter generalitatem, quæ undique extenditur*. Solus hic fluvius appellatur magnus, ob eximiam abundantiam, & fertilitatem, quam terris, quas irrigat, impendit. Non ergo eius munificentia hoc, vel illo terræ spatio cingenda est, cum vbilibet fluat, communicetur vbilibet, nullos à sua liberali fertilitate sustinens terræ orbatos adire colonos. Sic à D. Germano Maria (cuius Euphrates Typus est) *Mendicitatis nostræ prædicatur divitiæ*. Omnes enim abundanter ditat, nullus ab eius liberalitatis ingenuæ donis depauperatus existit. Nubes terram complens in vtilis resoluta pluvias, hoc emblemate signatur: SPARGIT IN OM-

(B) Anglic. lib. 13. c. 6. D. Isid. ibi Plin. lib. 6. c. 26. Richard. à S. Laur. lib. 9. tit. 3. Biblioth. Virginal. 10. 1. pag. mibi 4. & 7. col. 2. lit. D. Gen. c. 2. v. 14. Lyra in sua aurea Gloss. ibidem. Hieronim. Lauret. in Allegor. Haye in Arb. Vit. Concionat. ad c. 2. Gen. in Expos. v. 15. Rupert. lib. 1. in Gen. Philo Hebr. lib. 1. D. German. in Encom. Virg. Daniel Agric. Cor. 7. stella 3. Idiot. de Virg. Maria, l. 1. & lib. de Contempl. Lyra, Haye, Alensis, Rupert. & ferè omnes.

Maria, omnibus indifferenter diffundit beneficia gratiarum.

(A) Eccl. 43 v. 24. Lyra in Gloss. ibi. Menoch. Turin. Haye in Conc. lit. Plures in Bibl. Max. Eccl. c. 24. v. 6. Richard. à S. Laurent. lib. 12. Part. 1. cap. 8. D. Andreas Cretens. orat. 2. de Nativ. Mariæ. D. Anselm. Cætuar. in Opusc. de B. Virg. c. 7. Guarricus Abbas de Annunt. ferm. 1.

Maria, festinat, nos vt nebula protegere, rorem gratiæ infundere, & animæ morbis mederi.

OMNES. Cœlestis veluti fons Maria, in omnes se large diffundit, semper scaturiens aquas, quas suscipit de plenitudine Dei Patris; fervorem refrigerans vitiorum, & hesitantium torporem accendit, spem veniē tribuens desperatis. Habet Daniel Agricola. Hinc instar Euphrates magnus, & copiosissimus non hic, aut illic signate suas aquas diffundit, omnibus large eas erogat, communis omnibus affluenter, velut Euphrates. Etsi autem hic fluvius gemmas in se innumeras gignat, non tamen à Moyse hoc explicatur; & hoc fortè, quia cum mystice Mariam designet, omni pretiositate, quod ipsa fructificat, melius est. Id patet ex Prov. cap. 8. Vbi ipsa loquens, in hæc prorumpit verba: *Melior est fructus meus auro, & lapide pretioso.* Aurum inter metalla nil solidius, pretiosius nihil, ductilisque ceteris laudatur metallis, primum obtinens locum valoris, & pulchritudinis, maximæque virtuositatis. Gemmæ similiter in hominum æstimatione fiunt plurimi, sic ut earum valor aliarum rerum valorem longe excedat. Cur ergo Mariæ fructus his æstimabilior ponderatur? Quare fructus ab ipsa procedens, omnibus dictis melior, virtuosior, & nostræ utilitati ductilior iudicatur? Maria ideo fert fructum, quia frugifera est, germen proferens Domini in magnificentia, & gloria. Fructus autem commendabilem reddit arborem, à qua procedit; & est ad quem, ut ad ultimum finem, flos, germen, Bacce, & folia arboris ordinantur, & cum à fruendo dicatur, omnium utilitati exponitur. Alij Proventum loco fructus ponunt: Idem autem est Proventus, ac abundantia, à qua nomen noster sortitur Euphrates. Hinc Mariæ fructus melior auro est, gemmis æstimabilior, quia utilitati commodior, quia abundantiam fructuosiorem præferat, continet ultimi finis omnibus benè operantibus communicabilem beatitudinem. Lyranum sit andire: *Melior est fructus meus, quia eius præcipuus fructus est sanctitas, quæ perducit ad Gloriam, & opes cœlestes.* Hic est Proventus à nobis desiderabilior, de quo Psalmographus, *satiabor cum arparuerit Gloria tua.* Huius abundantia, Mariæ fructus est, ex eius Virginea arbore à nobis expetenda proponitur Proventus optimi fructio, in consequutione boni infiniti; ut Glossat Lyranus. Pluvia è Cœlo abundans, dum terram irrigat, portat inscriptionem: **EADEM MENSURA CUIUIS.** Hoc Mariæ nimio competit, omnibus sine discrimine

fructum gratiarum suarum abundanter communicans, nam venit cum omni plenitudine, & abundantia earum; ut scribit Agricola. Idcirco Maria de se loquens dicebat. Eccl. cap. 24. *Quasi Palma exaltata sum in Cades.* Radices in Cades agit Maria ut Palma; nam Cades interpretatur sanctitas. Palma autem arbor victorialis est; nobis ingerens documentum ipsam à sua radice; primoque creationis exordio, triumphasse non solum vincendo noxiam evomentem colubrum culpam, sed fuisse in omni gratia, & sanctitate firmatam, (D) exaltatam ideoque Maria. *Quasi Palma exaltata sum, aut crevi in Fonte Gad.* Biblia Arabica legit. Exaltatur, crescit huius Palmæ Gloria in fonte Gad præcipue: Quia ex quo radicata prædicatur in Gratia, & sanctitate, Terminum fontis Gad sibi pro sua præcipua adaptavit exaltatione; etenim Gad interpretatur *Fœlix Accinctus*, quod Franciscano maxime adscribi non pigebit ordini, ut cumque Fœlici. Hinc enim Cinetorio accinctus cœlico, ad Pugnam Fœlix seipsum lacepsivit, ut Palmam Virginealem Mariam, convinceret à radice in gratia, & sanctitate fundatam, cuius tectus umbra hostilia fœlix elussit arma, agmen impavidorum utcumque militum ducente Deipara, suoque deditissimo, sibi que, natoque suo, familiarissimo, & quam dilecto clientulo, Doctore Subtilissimo, Venerabili sanctitate, & doctrina nostro Patre Joanne Scoto, Theologorum omnium facile Principe, cuius doctrina lucet Ecclesia, Religioque Franciscana, ut Sole Luna. Sub tantis militarunt pro tuenda hac veritate ducibus, Quinque Supremi Ecclesiæ Principes, adsciti à Cathedra Subtilitatis Scoti, ad Cathedram supremæ autoritatis Petri. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, ac Episcopi innumeri: Viri sanctitate pollentes eximia, non numero numerabili cineti, quorum plus Quinquaginta solemniter in Sanctorum Martyrologio sunt relati. Hi (quibus annectere sit Fratres, & Moniales, ac Tertiarios huius Familiæ voto solemniter se adstringentes pro veritate hac defendenda) fœlices quidem, dum victores Palma, Palmam exaltaverunt Mariam, & eam in sanctitate creatam, & radicatam in gratia exaltantes, merito inter Virginis filios chariores, exaltati sunt. Palma igitur Mariana nullibi à radice exaltata invenitur potius, quam in Cades sanctitatis, & gratiæ; vel in fonte Gad, hoc est in fœlici accincta Franciscana Religione,

cuius

(D) Eccl. c. 4. v. 18. Bibl. Arab. in Max. Anglic. lib. 17. c. 115. Berch. in Reduct. lib. 12. c. 112. in di. rest. Lævinus lemmius correct. de verb. Bibl. c. 20. Hugo Cavellus in Vir. Doct. Subtil. lib. 1. sent. in Præ. lud. Illustr. D. D. Fr. Iosephus Samaniego, lib. 1. & 2. Vir. Doct. Subt. Sosa in vit. Illustris. D. D. Damianus Cornejo, in Chronic. ad vitam. Doct. Subtil. & alibi. Alexius à Salo in Arte Amand. Deipar. stella 11. declar. 11. vide Chronic. Ord. Min. Samaniego in vit. Doct. Subt. lib. 1. latè Septuag. Bibl. Tigur. in Max. Psal. 37. v. 5. Anglicus, Berch. & lemmius cit. Georg. Vener. lib. 1. Cant. 1. tom. 7. c. 27. Cœl. Rbodig. lect. Antiq. lib. 1. c. 6. Athenus Gymnosoph. lib. 2. Flor. lib.

(C) Anglic. lib. 16. cap. 4. Berch. in Reduct. & in diction. Rueus de Gemm. lib. 1. & 2. Ianuens. in Cathol. Marius de Calass. tom. 4. Conc. Hebr. Beda. D. Isidorus. D. Hieron. & alij. Psalm. 16. v. 15. Lyra in sua Glossa ibi. Tietelman. Alens. Hays. D. Ant. Pad. ibid. Daniel. Agric. Coron. 10. stell. 4.

lib. 3. c. 4. Lyr.
in c. Eccl. 24.
v. 18. D. Bon.
in opusc. lect. 1.
Guarric. Abbas
de Assump. Ma-
riae, ser. 3. Ber-
chor. in diction.
verb. Replere.

A Maria, &
per Mariam
omnium be-
nedictiones,
& utilitates
Nanciscuntur

cuius iudicium Ecclesia in hac re appro-
bat, & indulgentiarum privilegij accum-
ulat. Alij vertere placuit; *Exaltata
sum in litoribus*. Proceritas Palmae ubi-
que eximia est, in litoribus maximè:
Hæcque arbor oneri non succumbit.
cumque iniquitates ab origineo delicto
promanantes, *sicut onus grave gravatæ
sint super me*, (David dicat Psalm. 37.)
& ideo *curvatus usque in finem*; à nostra
Palma pijsimum, & æquum est tale pon-
dus eliminare, cui succumbit nullatenus,
ideoque *Arbor gloriosa* prædicatur,
& *Gloria typus*, & *signum est*, ut noster
docet Georgius Venetus. Sed cur etiam
in litoribus Maria, ut Palma exaltatur?
Hæc est speciosa in floribus, venusta in
folijs, in fructu suavis, & ad omnia utilis;
ex qua abundantia provenit totius vtili-
tatis: Nam in quibusdam Indiæ Partibus
ex Medulla dulcis conficitur farina, ex
folijs vestes, vela, & cinctoria, delitiosa
ex fructibus victualia, & ex racemis vi-
na: sicque abundat proficuis vtilitatibus,
ut tercentum, & sexaginta eidem Palmae
adscribantur; ut sitferè unicuique anni
diei vnam possit Palma præbere vtilita-
tem. Idcirco forsan in litoribus exal-
tatur: nam hæc nunc hostilibus, nunc
propijs classibus, & naviculis infestan-
tur. Maria ergo ad suam refert exaltatio-
nem, non solum à creatione, & radice,
ut fundamentum habuisse gratiam, &
sanctitatem; sed vberes porrigere ami-
cis, & inimicis utilitates, suam vocat
exaltationem. Hoc Palmae exemplum cor-
porale, *penitur ad exprimendum aug-
mentum donorum spiritualium*. Explicat
noster Lyranus. Ideoque noster Divus
Parens Bonaventura, hæc Virgini canit:
*O Virgo Benedicta, per cuius benedictio-
nem benedicitur omnis creatura*. Palma
exaltatur in litorum Planitie, ex ea plu-
rimis proventus spectantibus, cum hoc
titulo: OMNIBVS OMNIA PRÆBET.
Arbores enim quæ in aperto accrescunt
campo, communiter sunt fructibus fœ-
cundiores; & speciosa in campis Maria,
universos benedictione replet; malos ut
ad meliorem animæ convertantur fru-
gem: bonos, ut ad meliora spiritus aspi-
rent adipiscenda. De Benedictionibus suis
(congruè ideo scribit Guericus) *Maria
metat*, & *quæ benedictionem omnium
gentium seminavit, benedictionem om-
nium gentium singulariter accipiat*. Sic
exaltatur, exaltetur sic. Ita Euphratis fru-
giferi, abundantisque copiosam Maria
æmulatur inundationem, toti Ecclesiæ
omnibus numeris proficuum.

244 *Gebon* etiam adoraturus è Pa-
radiso ad Marianum libanum accedit:
cum etenim Maria, (quæ mundi sapien-
tia est, teste Galatino) flumina effuderit,
Eccl. cap. 24. gratias ei quasi agentia, ut
hortum deliciarum Domini eam irrigant,
aquarum voces extollentia, ad eius enun-
cianda per orbem præconia. *Gebon* igitur
secundus est Paradisi fluvius, oriens
ex Caucaſo Indiæ monte; seu ex monti-
bus Lunæ versus Promontorium Bonæ
spei, seu ex lacu quodam Regni Congi,
qui vna cum alijs tribus ex vno Paradi-
si fonte scaturit, & subterraneis post ab-
conditur cuniculis, ac meandris, alibi
postea enasciturus, Deo sic primam oc-
cultante originem, ne Paradisus mortali-
bus innotescat modo. Hic fluvius terram
Æthiopix circuit, vel terram *Chus*, sic
dictam à filio Cham; indeque in Eryp-
tum labitur, ubi Nili nomen sortitur; eo-
que tempore incrementum suscipit, quo
aliorum aquarum fluminum minuuntur.
Commodis, & vtilitate ceteros orbis
fluvios antecellit, vnicuique enim meatu
per agros stagnante, vberem inducit
Ægyptijs segetem, & fructus vberimos.
Galenus hunc ita extollit fluvium, ut bo-
nitatis excellentia paucis admodum pos-
sit fluminibus comparari. Gentiles hunc
ut Deitatem fluvium adoraverunt, qui
Chryssorroas appellatur, quasi *auro
fluens*. *Gebon* autem interpretatur *Pectus,
exitus*, five *Vallis Gratia*. Quando au-
tem Sol per signum Virginis transit tunc
Gebon, qui & Nilus dicitur, omnes exi-
tus suos revocat, & per arva largissimè se
diffundit. Interpretatur etiam *Gebon*, lu-
ctatio; & Mariam significat, docet Ri-
chardus, quia docet nos contra mundum,
carnem, & dæmonem luctari. Hic virgi-
neus à Bona spe fluvius egreditur, cui
accinit dulciter sic Anselmus: *Vbi est,
nisi in Deo, & in te Spes mea?* Spem mi-
seris omnibus hic virgineus *Gebon* infun-
dit, in quo reposita, securus nobis indi-
citur Promissionis effectus. Circuit ter-
ram Æthiopix, quæ idem est, ac *nigra*,
vel *nigredo*, *ardor*, aut *incendium*. Nam
nigredinem peccatorum, ex inordinati
affectus procedentem, suo suppressit gra-
tiarum rigatu, virtutum lumina incēdens,
fumum foetidum culparum suo cœlesti
odore procul faciens, & spe immorta-
litate inducens. *Tu Domine singulariter
in spe constitui me*. Psalm. 4. Psalebatur
David. Placet alijs legisse, *specialiter
securum habitare fecisti me*, aut *in fi-
ducia*, vel *spe tutum*. Fidelis hic loqui-
tur, qui *Divino fretus adiutorio*, con-
tra

(E) *Galat. 1. de
Arcan. Catbol.
verit. 7. c. 2.
Eccl. c. 24. Ti-
rin. in cap. 2.
Gen. v. 8. D.
August. & plu-
rimi PP. ac
DD. Lyr. in
Gloss. ad c. 2.
Gen. 13. Lyr. v.
37. ad cap. 24.
Eccl. Menoch.
Twin. Alens.
& alijs. Plin. 1.
5. cap. 9. & 10
Diodorus lib. 1.
c. 3. Strabo de
fir. Orb. lib. 17.
Cælius Rhodi-
gin. lib. 1. lect. An-
tiq. 27. cap. 8.
Theatr. vir. hu-
man. t. 3. Iose-
phus lib. Antiq.
Richard. à S.
Laur. 1. 9. tit. 3.
Georgius Venet.
Cant. 1. t. 7. c.
22. Psalm. 4. v.
10. Lyr. in sua
Gloss. lib. 1. Jacob.
de Valen. D.
Aug. Titelman.
Lorin. Puteus,
Alens. & alijs.
Vide Doct. Subt.
lib. 3. d. 26. q.
vnic. art. 2. in
1. d. 35. & 36.
in 2. d. 1. q. 1.
art. 2. Quodl.
14. art. 2. &
alibi. D. Epi-
phan. apud No-
varin. Vmbr.
Virg. lib. 4. c.
30. n. 1218.
Euthim. Cassio-
dorus. Genebr.
alijque D. Bern-
ser. de sept. mi-
seration. Dom.
D. Anselmus
in Opusc. de B.
Virg. de Excell.
Mariae, cap. 1.
Idē c. 12. orat.
8. post med. D.
Ber. apud Alex.
à Saio in Arte
Amand. Deip.
Bell. 10. declar.
10. D. Ioann.
Damascen. &
Athanas. ibidē.*

D. Anselm. Cō-
ment. in Epist.
ad Hebr. c. 6.
v. 18. D. Andr.
Cret. orat. de
dormit. Virg.

tra demonem invehitur; vt ait Lyra Psal-
mus hic *victrialis* est, & *victrici David*
tribuitur, *manu utpote forti*, insidias Sau-
lis deludenti, ex quo in Domino spem
collocaverat, vt tutissimus extaret inter
hostiles anfractus. Sed oportet hic ad-
vertere Davidem hic se singulariter in
spe constitutum asserere; quasi quod to-
tum esse sui, à Spe, sub cuius umbracu-
lo eum Dominus collocaverat, depen-
debat; sicut totum esse hominis depen-
det ab essentia constitutiva animalis ra-
tionalis. Sed cur hæc? Physice nequit Da-
vid per spem constitui, quæ immaterialis
est, & nullum potest impingere *esse cor-
poreum*. Neque moraliter per spem ho-
mo constitui potest, sed per præcipuos
actus laudabiles, vel vituperabiles, aut
in linea boni per Charitatem, quæ Deo
gratam constituit animam, actusque vo-
luntarios apprime laudabiles. Cur ergo
à spe David fatetur totum suum consti-
tutum *esse* dependere? Advertere est.
Deus spe omnino caret, ob summi boni
possessionem in seipso, etsi creatura to-
tam in Deo collocet spem suam, quia
Deus eminenter, aut virtualiter omnia
est, & omnia continet. Puto tamen, non
de sola in Deo reposita spe loqui Prophe-
tam, sed de Maria præcipuè, quæ non so-
lum salutatur *Spes nostra*, imò ex vi no-
minis est spes, in qua fiducialiter agit om-
nis creatura. Lepide id fatur sic. D. Epi-
phanus: *Mariam interpretari solemus
Dominam, atque spem*. Ergo si Maria
spes est, nostrum *esse* quasi dependet à spe
singulariter reposita in protectione Ma-
riæ. In Maria specialissime Deus, qui
omne bonum est, continetur: sicque repo-
sita omni nostra spe in Virgine, omne bo-
num, quasi à *Gebon* ex Bonæ spei pro-
montorio, ad nos usque per manus Ma-
riæ derivatur. Inde eidem cum Bernardo
dicere possumus: *Tria considero, in qui-
bus tota Spes mea consistit: Charitatem
adoptionis, veritatem promissionis, po-
testatem redditionis*. Charitate nos adop-
tat Maria, quæ propter peccatores facta
est Dei mater. Habet Anselmus. Cæle-
stia promittit, & nostram spem, ad illis
fruendum allicit; ideoque subdidit ille:
*O Beata fiducia! o Tutum refugium, ma-
ter Dei, Parens est salutis, & salvato-
rum*. Potestatem habet nobis reddendi
omnia celorum bona; nam sic ei canit
Bernardus: *Tibi datum est, Domina mea,
omnia posse in Cælo, & in terra, & face-
re quidquid animo tuo collibuerit*. Con-
stituamur igitur post Deum, reponentes
omnem nostram in Maria spem, vt Adop-

tionem filiorum habentes, verè promif-
siones consequamur æternas, per eam,
cuius in manu est potestas, & imperium.
Navis in Nili medio Anchoræ beneficio
firmata, epigraphen tenet: SIC SPE, SE-
CVRA QUIESCAM. Non enim etsi
quassetur fluctibus, mergitur, in ancho-
ræ firmitudine spe posita. *Sicut enim
Anchora navem retinet, & firmat, ne
ventorum rabie submergatur; sic spes no-
stra cælestibus infixæ, inherens gloria,
quam desiderat, animam fidelem consoli-
dat*. Subministrat Anselmus. Hæc autem
spes in Maria post Deum præcipuè lo-
canda est, quæ Christianorum est propug-
naculum, & propugnatrix eorum, qui in
ea spem collocant: Vt eam compellat D.
Andreas Cretensis. Hoc quod diximus,
David ipse repetere videtur Psal. 19. di-
cens Iusto fiduciam in Deo ponente:
*Mittat tibi auxilium de Sancto, & de
Syon tueatur te*. Bibl. Chaldaica habent,
*ordinavit auxilium tuum de domo san-
ctuarij, seu sanctitatis*, iuxta alios; unde
mittet tibi auxiliantem. Auxilium, quod
sperat iustus è sancto, est auxilium è Cæ-
lo, inde, per Angelos sibi missum, vt pla-
cet Lyrano. At, vt observat idem, sancti-
tatis locus, mons erat Syon, in quo Arca
servabatur, quæ typum Mariæ gerebat,
vt antea dedimus. Syon etiam Mariam
designat, in qua velut in nostri munimi-
nis Arce spem reponimus, unde securi
inter pericula evadimus. Nec solum san-
ctitatis locus est, sed per sanctitatem eius
peccata nostra purgantur, vt docet Ansel-
mus. Non ergo David pro iusto Spem
in Angelis ponit, sed in Deo prout in
domo sanctitatis, in Syon virgineo habi-
tat, sperans à Deo per Virginem, firmio-
rem esse tutelam, & securius contra ad-
versa omnia munimen. Sic de ea profert
noster Daniel Agricola: *Maria est for-
tis auxiliatrix fidelium, quia fideles in
ea forte refugium inveniunt contra dæ-
monem, & septiformem turmam vitio-
rum*. Arx tentorijs, vijisque cinta fossili-
bus, ac gravi obsidione stricta, solas è
Cælo suppetias sperans, legendam notu-
lam offert: *AVXILIVM DE SANCTO*.
Inde quivis secundum præstolatur auxi-
lium, sed per Mariam, quæ velut *Gebon* è
bonæ spei Promontorijs exoriens, nostrā
suo adauget spem irriguo, vt securum nu-
minis per eam speremus munimen. Ita
Cosmas Jerosolymitanus hæc cecinit:
*Insuperabilem, Deipara, spem tuam
habens, servabor; defensionem tuam pos-
sidens, non timebo, solam habens perfe-
ctionem tuam, & omnipotens auxilium
tuum*

Maria nostra
spes est, ad se-
curè possiden-
dum promif-
sa, dum Spem
collocamus
in ea.

(F) Ps. 19. v. 3.
Bibl. Chald. &
Arab. & alij in
Bibl. Max. Ly-
ra in sua Gloss.
Leo Imper. Ho-
mil. 6. ad Dei-
par. Richard.
D. Andr. Cret.
orat. 2. de Nat.
Deip. Richard.
lib. 11. tit. 1.
D. Anselm. in
Opusc. cap. 12.
orat. 8. Daniel
Agricol. de No-
min. Mariae, c.
2. Cosmas Iero-
solyt. Hym. 5.
apud Novaria.
Vmbr. Virg. l.
4. c. 10. Exc.
60. num. 590.

Maria, Poten-
tissime auxi-
liatur omni-
bus in ea spē
ponentibus.

(G) Gloss. Angl. ad cap. 2. Gen. v. 8. D. Ambros. de Paradis. lib. 3. D. Hier. ad Abac. c. 3. & Sopbon. c. 2. D. Ambros. in Cant. c. 2. v. 1. Beda. Alensis, Thielm. Cornel. à Lap. & Plures. D. Iustus Orgelir. in Cât. Lyra in sua Gloss. ibidem. Marius de Calaisno, tom. 4. Conc. Hebr. Haye in Bibl. Max. t. 18. in Indic. Plin. lib. 21. c. 4. D. Bern. de Assumpt. Virg. D. Bern. Sen. jerm. 51. Ioan. Chrysost. Hom. 19. in Epist. ad Hebr. Arias Mont. lib. de Mensuris. D. August. ser. de Nativ. Virg. Philipp. Princ. in Mund. Symb. lib. 11. c. 18. n. 173. Euseb. Emiffen. Hom. de S. Max. D. Bern. Hom. 2. super Missus est. Petr. Iustin. in Hist. anno 1475. Subtil. Doct. in 2. d. 20. q. 1. n. 2. & d. 32. q. vnic. & in 3. d. 3. q. 1. D. Ambr. Epist. 41. ad Sabini. Alanus de Insulis in cap. 6. Cant. B. Amadeus Hom. 2. de laud. Virg.

suum. Si omnipotentem Mariæ auspici-
mur vrabram, (Pie sic licuit Authori di-
cere dato) non est quod timeamus à die
mala, non est quod nos adversantium
deterreant minæ. Terram hic cingit flu-
vius Æthiopiæ, & *Lucretatio* interpretatur:
(G) Cum enim illa *nigredo* sit, & cul-
pam designet, ex Glossa Anglica, &
alijs: *Gebon* noster Marianus inter libani
candores aquas suas immiscens, vt radi-
citus tantam aboleat nigredinem, luctam
aggreditur, tetrum hostem candore de-
populaturus. Hoc ipsa Maria fatetur sic
Cant. c. 2. *Ego flos campi, & lilium con-*
vallium. Vi omnibus eius primæva in-
notescat grætiæ pulchritudo, se florem
esse campi pronunciat, vt ad suaveolen-
tiam, & admirationem omnes trahat, in-
ter procellosas mundi, ac marcidas vti-
que plantulas, nullum patiens detrimen-
tum. In campo fetorem primi sparsit
inimicus delicti, ex quo à capite ad alias
vsque partes terribilissima est diffusa pern-
icies, qua etiam vsque modo agrè labo-
rant filij Adæ. Maria atque adeo Campi
flos est, decus, & ornamentum eius, con-
tinens omnium florum amplitudinem,
speciem, & præstantiam; quare Iustus
Orgelitanus ore Virginis protulit; *Ego*
flos campi, ego sum decus mundi. Sic de-
core indecorem viit, præstantia labem,
origineam specie corruptellam, & cando-
re nigredinem, cœlestem flos veluti ori-
ginem mutuata. Idcirco dicit *flos campi*;
idest *pura, & munus, extra utilitatem*
Ægypti, (vt dat Lyranus) qui *tribula-*
tio dicitur, nempe nec ferali tributa,
aut concussa serpentis halitu, nec eius
venenoso afflatu infecta. Alij ponunt,
ego caliculus Saron. Nec immerito, cum
alijs legisse placuerit, *ego Rosa saturita-*
tis. Hæc namque (dante Plinio) in me-
dio sui, calicis figuram monstrat. Calix
Maria fuit, in quo repositum est nostræ
Redemptionis pretium, imo & ipsa *Primo-*
genita est Redemptoris, ait Bernardus:
Pro qua Redimenda plus Christus venit,
quam pro alijs; docet D. Bernardinus
Senensis. Sed Redempta sic præservati-
vè est, vt ne caderet, dum alij redimun-
tur, vt subleventur. Maria, Rosa est, ca-
lix est, nostræ salutis purpureum conti-
nens beneficium, cuius haustu vniversus
salvatur mundus, suffocatur infernus,
restauratur Paradisus. Olim moris fuit
vt Athletæ calicibus manu arreptis se in
arena exercerent, vt ex exercitato robu-
stiores evaderent tyrocinio. Virgo Ro-
sam specie, ac gratia repræsentans, Cali-
cem præservativæ accepit Redemptionis,

cum hoste nequiori dimicatura: Inde exi-
vit vincens vt vinceret, vt *Gebon* inimi-
cum suffocans immenso puritatis irriguo,
quem ille hand potuit sustinere. Nec hoc
mirari est, calices enim quondam ex pal-
mæ folijs efficiebantur; & Maria, quæ
quasi Palma exaltatur in Libano, ex sua-
rum folijs gratiarum adaptat sibi cali-
cem triumphalem præservativæ Redemp-
tionis. Hinc non sibi soli; sed & alijs
animi ingerit fortitudinem, ex quo de
manu eius calicem accipiunt salutarem.
Sic à D. Parente Augustino Maria voca-
tur *Virtus Pugnantium, & Palma victo-*
rum. Insuper, alia meditare. Rosa pur-
purascens victrici sanguine Redemptoris
eam à noxa præservantis Maria dicitur;
tantæ enim virtutis Roseus odor est, &
obscantissimis nociva Rosa scarabæis, vt
ab ea quasi devicti fugiant, nec eius fra-
gantiam valeant sustinere. Nec oportet
pugnam aggredi, vt vincatur; quod in
Virgine præstantius evenisse patebit
exemplo, post datum Eusebij huiusmodi
dictum: *Virgo seductori imposturam fe-*
cit, & mentientem sefellit. Idem ferè do-
cuit Bernardus. Refert autem Petrus Ju-
stinus, quod Turcæ olim in Insula *Cbio*,
præstantissimam obsederunt urbem, Gu-
bernatore, eiusque copijs ad Maurorum
ingressum occubentibus. Virgo autem,
ipsius Gubernatoris filia, decumbentem
cernens Patrem, eius arripit arma, &
acriter irruens in Turcarum ducem, eum
decapitavit, & profligatis hostibus, urbem
ab obsidione liberat. Beata Virgo Ada-
mum protoparentem intuens à demone
postratum, eius induitur armis, originali
nempe iustitia, quam peccando exuerat,
& armata præservativæ Redemptionis ca-
lice, iniit cum diabolo luctam, & repor-
tavit victoriam. Sic Deipara vnice exal-
tata est, nam (teste D. Ambrosio) *ope-*
rata est salutem mundi. Ita ad arenam
Virgo in creationis instanti primo, velut
Rosa odore, terribilimum peccati scarabæum
fugavit, & devicit, & pro cunctis
immarcescibilem reportavit Palmam. Sic
Rosa procul à se emortuos habens atros
scarabæos, ornatur lemmate: TVRPI-
BVS EXITIVM. Id de Virgine explicat
Alanus de Insulis dicens: *Maria, terribi-*
lis Principibus tenebrarum, quos repri-
mit, & malignantes retundit insultus.
Subscribat etiam B. Amadeus Hæc: *Li-*
benter dixerim odore virtutum Mariæ
Angelos tenebrarum effugari. Quos non
reportaret gratia, & visione Beata in pri-
mo sui esse instanti decorata Maria trium-
phos? Idem fuit aggredi luctam, & repor-
ta-

Maria, solo
gratiæ, & vir-
tutum odore,
procul à se fe-
cit peccatum
in creatione.

(H) D. Hier. Lyra, Alensis, Aquila, Tithemanus, & alij plures, ad Psal. 44. in Prol. Bibl. Syr. Chald. Lindanus, & alij apud Ioan. la Haye in Bibl. Max. B. Amadeus Lausan. de Deip. Hom. 6. Alanus Varenfis de laud. Deipare serm. 5. Bruno Carthus. Richardus Pampolitanus apud Lorin. D. Bern. ser. 75. in Cantic. Dan. Agric. in Coron. 4. stella 4. D. Germin. orat. in Nat. Virg. D. Greg. Nyssen. de Virg. c. 2. Ambr. Catherin. de consum. Glor. Christi, & Mariae. D. Andr. Apost. apud B. Amadeum Rapt. 8. D. Epiphani. 1. 3. adu. haer. Rupert. Abbas de Glor. & bon. Fil. Hom. lib. 2. in Mattb. c. 2. D. Andr. Cretenf. Hom. 2. de dorm. Virg. Lyra in Prol. Ps. 44. ad Prol. Nebienf. & plures alij. D. August. ser. 5. de Assumpt. D. Aug. de Civ. Dei. 1. 4. c. 14. Leonard. Coqueus ibid. in Comm. D. Ambr. Epist. 12. Ad Valentinian. Aug. Ausonius, Dion lib. 5. 6. Anglic. lib. 1. 7. c. 89. B. Amadeus de Laud. Virgin.

tare victoriam. Sic de Maria loquitur David Psalm. 44. *Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna.* Nivea alloquitur lilia, Jesum, & Mariam, qui non tantum lilia sunt albedinem gratiae à radice servantia, sed continuo pascuntur in candore virtutis, (H) pascuntur in lilijs. Legunt plures, *decore, ac maiestate impetum adauge, scinde hostes tuos, o fortis, qui interficias Reges, & potestates; nam decor tuus, & gloria tua vincit.* Quid victoriae in liliorum blanditijs? Quid triumphi, dum solam commendant lilia lenitatem, nullam demonstrant fortitudinem? Quo ergo triumphant? Quibus muniuntur armis? Specie, decore, gloria, & pulchritudine. Lilius Maria est, cuius etiam venter (Conceptionis officina) vallatus lilijs, *emanantibus* (inquit Amadeus) *candorem puritatis.* Modo percipere sit Alani Varenfis dictum: *Lilius Christus est, gloria, & honore coronatus, lilius & Virgo est.* Uterque autem vicit hostes decore, specie, & pulchritudine, Christus ex natura, Maria ex gratia. Sed ad solam Mariam modo retorqueamus sensum. Carthusiensis Bruno, hunc decorem, y pulchritudinem, divinitatis communicationem, innocentiam, ac iustitiam originalem, cum alijs intelligit. Hac Maria declarat, victoriam de antiquo hoste reportans. Nos enim in primo Homine victi, *portamus impressum nobis cauterium conspirationis antiquae*, ut fert Bernardus: Mariam servat immunem divinitatis illapsus, Prima innocentia, species, & pulchritudo, cum Gratia. Vicit specie culpam, quia haec foeditas est, & nigredo animae; Maria autem in *spirituali pulchritudine, tota pulchra est, quia ab originali peccato praeservata in utero.* Decore vicit Divinitatis, quia à *creatione perfusa est*, nam perfecta Christi divinitatis lux in ipsa Virgine eluxit, quatenus ipsa est Divina gloriae denuntiatio; ut docent D. Germanus, & Gregor. Nyssen. Vicit pulchritudine, sive Gloria, quatenus in Christo, & Maria fuit consummata, eo quod ab originali peccato fuerant immunes; ut scribit pius Catherinus Dominicanus. *Tanta etiam puritate nitebat, tanta fulgebat pulchritudine, ut sub Dei pulchritudine, nulla in terris, aut in Caelis maior excogitari possit, nam nulla macula in illa est, nihil horridum, nil tetrum, sed omnia splendent.* Ait D. Andreas Apostolus. Sic in luctamine Maria Angelum tenebrarum splendore divinitatis, & gratiae devicit. Idcirco divinis munitam à creatione splendori-

bus, tetrum culparum agmen debellantiem, caelites spectant, laudem pro triumpho celebraturi, ut Mariae sic plaudit Epiphanius: *Sexus idem, qui deceptus est, deceptionis caput omne contrivit, quando ad destructionem peccati Beata Virgo caelestem Hominem mundo edidit.* Idem asserit Rupertus. At, ad Psalmi titulum revertamur, qui sic innotescit: *Ad victoriam Carmen pro lilijs.* Sive, *victoria pro lilijs.* Lilia nostra vincunt nigredinem culpae, puritatis candore. Vide Mariae excellentiam, vide fortitudinem ad vincendum ex omni parte peccatum. Antequam specie, & pulchritudine gratiae, ac originalis iustitiae premat victrix originale delictum, videt pro stemmate statui in liminibus certaminis triumphum; unde dixit meus Parens Augustinus: *Inter innumerabilia magis, magisque mira, Virginis victoria attollenda est.* Ab antiquis colebatur dea Victoria, cuius in Capitolio aderat simulacrum; virgo utpote lauro coronata, vra manu Palmam, altera Oleam rami ferens, & Pennata, sive aligera pingebatur; ut ex Augustino Parente disco. Lauro Maria coronatur, nam cum laurus dicatur à laude, qua viatores victoria obtenti redimebantur, cedit Mariae in coronam ante luctam, quia gratiae plenitudo ipsa obtinuerat ante victoriam. *Coronatur etiam Virgo coronis omnium populorum, & exaltatione cunctorum promovetur.* Palma affert truncum, quia marita laude triumphum, quem Palma praefert, arbor utique victorialis, ab inconcussa radice fortitudinem conservans. *Ramus Palmae, signum victoriae, & vite imago immortalis.* Inquit Metaphrastes. Oleam leva comprimit, nam illa reconciliationis, & pacis signum est; & apud Athenienses victoriae symbolum, qua viatores coronabantur, ut refert Plinius. Tribus igitur Maria exaltatur victorijs, ob triplicem cum inferno initam in creatione luctam. Nam primò, lauro redimita est per potentiam; etenim *virtus Dei, & potestas in ipsa est plenaria debellandi, expugnandi, & cruciandi aereas potestates*; affert Daniel Agricola. Palma coronatur, quia sapientia imbuta caelesti, primi hominis calcavit dementiam, qui *cum honore esset, non intellexit.* Nam Maria per suam Sapientiam diabolum devicit. Habet idem. Idcirco Verbum, cui appropriatur Sapientia, Palmam in manu Mariae, & cum eo omnes *victoricem manum eius laudaverunt.* Sap. c. 10. Olea etiam cingitur caput eius, quia Spiritus Sancti unita omnium

apud Novarin. Vmbr. Virg. 1. 4. excurs. c. v. n. 974. Simeon Metaph. orat. de dorm. Mariae. Anglic. lib. 17. c. 111. Plin. ibid. ex lib. 15. Daniel. Agric. Coron. 1. 1. stella 6. & Coron. 12. stella 4. D. Isidor. Pelusiot. 1. 2. Epist. 161. Demosth. Exagger. lib.

Maria, triplicem Coronam, ob Victoriam primam consequuta est.

gratiarum vnctione, ad luctam invincibilis profilivit, quo ritu se oleo inungendi, ne prehendi possent, olim Athletæ vtebantur, iuxta Isidorum Pelusiotam. Sic in vna Victoria Virgine, trinam Virginitatis mirare victoriam, quam specie, gratia, pulchritudine, & originali iustitia præmunita consequitur. Hæc magna Mariæ est gloria; nam *Potentes, & celebres adversarios vincere, ea demum magna gloria est*, docet Demosthenes. *Nec sic timent hostes visibiles castrorum multitudinem copiosam, (I) sicut aeræ potestates Mariæ vocabulum.* Succinit Seraphicus Doctor. Hoc autem *Pulcherrimum victoriae genus est, terrore domare*; vt affert Plinius Junior. Etenim Maria splendore divino in animatione circumfusa, tremefecit Infernum, quia per illam diluenda erat omnis culpa, ait D. Anselmus Cantuariensis; & nec infima pars victoriae est, inimicum turbare, ante dimicationem, ex Vegetio. Atram, (qua præmebatur orbis) Sol enascens caliginem exterminans, hac descriptione nobilitatur: **TENEBRAS ME A GRATIA PELLIT.** Mariam notat, quæ ab æterno est electa vt Sol, cuius gratia, species, & pulchritudo nullam sustinet caliginem peccati, quam vt mater lucis luit, nesciens absque splendoris adminiculo apparere. Sic Pius Adamus Brouverus Virginem salutat: *Tu Sol clarissimus, defectum prorsus nesciens: Sol è terra Cælos irradians: Sol è Cælis terram illuminans: Sol peccati nubes discutens.* Luctam igitur cum Gehon Maria aggreditur, cuius luminis profluvio peccati labes luitur, vincitur, suffocatur. *Nam ipsa sola* (iuxta Cardin. Cusanum) *post Adæ lapsum non indiga, sed plena originali iustitia fuit.* Id etiam deducitur, ex illo, quod Psal. 45. de Maria habetur: *Adiuuabit eam Deus mane diluculo.* Etiam victoriae hic Psalmus adscribitur, vt numquam non victrix Maria videatur, (K) dum gratiarum fluminis impetus letificat civitatem, sive sacrarium Dei; vt ibidem habetur. A Deo Maria adiuuatur, in ortu suo matutino, ne in lapsum abeat pulchritudo eius, & dum ad pugnam progreditur, præservativè est auxiliata, ne lædatur. Et hoc mane, in prospectu Auroræ, dum primo exurgit, vt orbem respiciat, quem illustrat, quia tunc Deus, & Divinitas eius, ab eius latere non discedit, vt invisibilium hostium cadant à latere suo mille, & decem millia à dextris suis, cum negotium perambulans in tenebris ad eam non appropinquabit. Mirum autem est, cum Deus à primor-

dijs Mariæ venerit, & supervenerit in Mariam, in exortu Auroræ, seu summo mane, ei dicatur auxilium præstitisse, sive ipsam adiuvasse. Cur hoc? Lorinum eruditissimum advoco. Ad prospectum Auroræ, seu summo mane, pugna oriri solet, & opugnari vrbes, ac iniri luctæ. Civitas ergo Dei, cum Maria sit, summo mane adiuvatur, & tunc Deus in medio non commovetur, *muniens civitatem*, ne hostilis impetus ad eam accedere præsumat. Sed alia inquiri. *Mane à Deo auxiliatur Maria præventa gratiarum munimine, & præservativa præventionem;* Nam Lucifer mane oriebatur, & mane cecidit, morula interposita creationis & lapsus, vt docent Theologi. *Mane ergo Maria à Deo auxiliatur, quia mane Lucifer cecidit, & mane oriebatur; atque adeo illius primi mane creationis in gratia Maria spolijs ditescit; secundi vero mane, in quo committitur culpa, à Deo Maria gratiarum munimine est præventa, & tunc adiuvat eam Deus, nec commovetur à medio eius, quia medium eius tenet Charitas, quæ fortis est vt mors.* Sic non subijci Mariam gratijs omnibus præventam in illo mane, Lucifero, & suis (vt Angelus dictavit B. Amadæo) suæ fuit causa ruinæ. Ita cum Gehon ad luctam Maria aggreditur, victorijs coronatur, Deo munitur, qui ab ea in æternum non commovebitur. Turris circumcincta solaribus radijs eam complete obsidentibus, gaudet lemmate: **ARMAT, ET ILLUSTRAT.** Sol enim spiculis (lanceis instar) arcem munit, oculos excecatur obsidentium, sicque turris imperterrita manet, manet & illustrata, non concussa. In Primo luctamine sic Maria. Sic Canit Anselmus: *Maria est turris fortitudinis contra diabolum, murus inexpugnabilis, brachium defensionis.*

245 Iordanis fluvius (de quo etiam alibi dedimus aliqua, non pigebit alia apponere) à duobus libani fontibus oritur, Ior, & dan: (L) Arabiam dividit à Judæa; Fons autem, vnde oritur, Phiala nuncupatur, eximiaque est dulcedinis; sanctitatis fluvius est, quam ex contactu mutavit carnis mundissimæ Redemptoris, ex quo super eum columba Divini Spiritus descendente, Cæli visi sunt aperiri. Interpretatur autem fluvius iudicij, vel humilis descensus, & Mariam figurat, quia merito suæ humilitatis in eam descendit filius Dei; vt censet Richardus. Iudæam ab Arabia Maria instar Iordanis dividit; Iudæa enim laus, vel confessio dicitur: Arabia vero *vesperascens*,

Ruffin. Haimo Hieron. & plures Maria id explicant. Subr. Doct. lib. 2. d. 4. & 5. q. 2. & vlt. s. ad 1. q. & d. 4. ad 1. & d. 6. q. 1. ad 3. & d. 5. q. 2. d. 3. & alibi. B. Amadæus de B. Virg. Rapt. 5. ante Psal. Magnificamus. D. Anselm. c. 12. orat. 2.

Maria, Turris à divino sole illustrata, eiusque gratiarum radijs munita.

(I) D. Bonav. in Spec. Virgin. Plin. Iun. Epist. 2. D. Anselm. Cantuar. ser. in die Concept. Mariae. Veget. l. 3. Adamus Brouverus in Salut. Angel. Cor. c. 1. post Prol.

Maria, lumine gratiarum terret in Conceptione caliginosos Principes inferorum.

(Y) Psal. 45. v. 6. D. Hieron. Nebienf. Tuelm Alensis, & alij. Bibl. Chald. Aquila, Arab. D. Hier. Nebienf. Haye, & alij. Lorin. eruditissimè, ibi. Theodor. Arguanus, Iacobus Christopst. Dyalmus Appollinaris, Basilus, August. Remigius,

(L) Berch. Re- duct. lib. 8. c. 4. Anglic. lib. 13. c. 8. Isid. lib. 13. orig. Richard. d. S. Laur. lib. 9. tit. 4. Solinus, Egesipp. Ioseph. apud Mariam de Calass. Hadye tom. 18. in Indic. Philipp. Abbas Bona Spei, in Cant. lib. 4.

lib. 4. c. 6. Cant.
c. 6. v. 8. B. An-
gel. del. Pas. lib.
2. c. 4. 5. in Luc.
c. 1. Ioan. Cor-
roivius Itiner.
Ierofolymit. lib.
3. c. 3. Idem B.
Angel. del. Pas.
ibidem. D. An-
selm. serm. in
die Concept. qui
incipit. Hódier-
na die. D. Cbry-
sostom. Hom. 8.
de D. Paulo D.
Ambr. lib. de
Isaac. & Ani-
ma, c. 8. Orig.
Hom. 2. apud
Cornel. à Lap.
Sedulius Dan.
Agric. Cor. 9.
stell. 10. Rupert
in Cant. c. 6. D.
Leo max. serm.
1. de Nativit.
Dom. Bibl. Ve-
net. Arias Mont
Sept. Heb. apud
Ioan. Haye in
Bibl. max. Ar-
nold. Carnot.
Tract. de laud.
Virgin. Maria.
Dan. Agric. Cor
4. stell. 5.

seu vespera. Mariæ puritas laudem exci-
tat, quia vesperam nescit, nescit occa-
sum; *Quidquid enim in Virgine à Deo*
agitur, noctem nescit; ut profert Phi-
lippus Abbas bonæ spei: ideoque hor-
rores vesperam impingentes procul abi-
git laudes suæ nitidæ claritatis, & can-
doris gratiæ, è Libano provenientes suo
in purissimo amplectens iucunda pri-
mordio. A laudatoria ergo Iudæa hic
purissimus non discedit fluvius, penè
omnium ora ad se convertens, epinicijs
instans primum purissimum extollentia.
Hoc de Maria habemus ex illo Cant. c.
6. vbi eam viderunt filie, & beatissimam
predicaverunt, Regine laudaverunt eam.
Non solum Maria ex quo visa est, ex
quo apparuit, prædicatur Beata, sed in
superexcellenti gradu Beatissima, omnes
in Beatitudinis gloria puras excedens
creaturas. Ideo autem, sic supereminen-
ter Beata dicitur, (iuxta B. Angelum del
Pas) quia non fuit ulla nationum orbis,
in qua aliquis non agnoverit Mariam,
& predicaverit. Neque his sinit Ioan-
nes Corroivius, sed asserit etiam Maho-
metanos tenere, Deum Mariam creasse
omnibus creaturis puriorem, ab ipso
electam, & summis virtutibus ornatam,
omnique laude dignissimam. Imo, tam
mali, quam Boni Virginem predicabunt
Beatam in die iudicij. (Cuius Jordanis
fluvius est) Beatissima etiam laudatur
Maria, propter ipsius Sponsi nuptias, &
amplexus; Glossat Alensis. Hæc enim
Virgo, est mater æterni luminis, Sponsa
cælestis sponsi, cuius qui parvipendendum
putat eius celebrare Conceptionem, nec
meretur esse cum fidelibus, nec postea cog-
noscere Salvatoris adventum. Inquit de-
votus Anselmus. Sed his aliam super-
addamus causam, cur Mariam Filie Vir-
gines, Reginæ, idest profectæ Animæ,
concubinæ proficientes, & Adolescen-
tulæ incipientes prædicent beatissimam?
Mihi ansam præbere textum videtur, ex
immediatè datis, & sic dictis: *Vna est*
columba mea, perfecta mea, matri suæ ele-
cta. Arabicus legit, *Perfecta mea una est;*
quæ nec primam similem visa est, nec ha-
bere sequentem. *Vna est dignissima crea-*
turarum Dei. Verè columba, quia gratia
plena; ut canit Rupertus. *Vna est munda,*
& immaculata, ideo beatissimam
predicaverunt: Nam cum nemo mundus
à sorde, nec infans cuius est unius diei vi-
ta super terram; ut D. Leo Maximus re-
fert: ideo sola Maria Beatissima prædi-
catur, quia munda, perfecta, & immacu-
lata à Deo præligitur. Accinat id totum

Carnotensis Arnoldus scribens: Nil dig-
ne matris Christi Mariæ gloria eloqui
potero, quia verè in laudibus eius modau-
landis bebes est cuiuscumque subtilitatis
ingenium. Cum enim debite venerationis
summa ad Christum respiciat, ex cuius
plenitudine est, quod Maria prædicatur
Gratia plena, manifestum est individuam
esse matris, & filij Gloriam, & commune
utriusque præconium, cuius deffinitio om-
nem superat intellectum. Sol Pingitur stel-
leas dispungens faces, subiecto lemmate;
SIC ME A FAMA PERENNAT.
Omnes enim spectant Solem, & lumina
omnia ab eo lumen recipiunt, vitam cæ-
tera, & augmentum; sicque perennat eius
iubaris puritas, & ab omnibus prædica-
tur. Solis autem claritas, Mariæ est pu-
ritas, quia tanto res est clarior, quanto
purior, & Maria ab Ecclesia laudatur
dicente, quod cunctas illustrat Ecclesias.
Fert Daniel Agricola. A puritate, qua
Maria in prima sui esse erectione dona-
ta est, laus iustorum non discriminatur,
imò cum laude Deo grata vincitur. Con-
fessio, & pulchritudo in conspectu eius,
sanctimonia, & magnificentia in sanctifi-
catione eius. Psal. 95. cecinit Regius va-
tes. Gloria, & decor, fortitudo, & exalta-
tio in Sanctuario eius. Legit Hieronimus.
(M) Laus, & Gloria, habent alij; splen-
dor, celebritas, aut gratulatio, ut con-
tendunt Plures. Sanctuarium autem vo-
catur Hebraice Sanctitas, quia locus hic
erat sanctissimus, utpote Templum, do-
mus, & Thronus Dei; ut notat Parisiensis
Haye. Et illud Sanctuarium quotidie, am-
plificabatur laudibus, & hymnis; explicat
Lyranus. Maria sic à D. Greg. Thaumaturgo
salutatur; Ave animatum Dei Tem-
plum. Circa Tempia autem Priscorum
mos fuit fontes advocare, ut ingressuri
rergerent si quas haberent maculas. A
nostro Mariano Templo omnis longe est
impuritas, quia Sanctuarium est, imò
& sanctitas. Domus Dei etiam Virgo
est, quam Christus, sapientia Patris edi-
ficavit sibi, compaginata omnium virtu-
tum firmitate, sic quod Gloria Domini
plenum est opus eius. Eccl. c. 32. Thronus
est cæteris sanctis excelsis excelsior, in quo
dominus sedit, & plena erat domus ma-
iestate eius; profert Abbas Absalon,
Quolibet ex his tribus hic modis con-
ciliar sibi Maria confessionem laudes. Sed
cur in conspectu Dei hæc confessio, &
pulchritudo? Quia procedunt à sua do-
mo, Templo, Throno, & Sanctuario;
imò quia pulchritudo quavis est epistola
concitator, ut cum Aristotele dedimus.

Maria ab om-
nibus Pura, &
Immaculata
celebratur, &
laudatur.

(M) Psal. 95.
v. 6. D. Hier.
ibi. Bibl. Chald
Syr. Arabic.
Mour. & alij
in Bibl. Max.
ibi. Haye in Conc
lit. ad c. 47. Ec-
cl. v. 12. Lyr. in
Gloss. ibi. Div.
Greg. Thaumatur-
gus. 3. de Annit.
Daniel Agricol.
Cor. 9. stella 5.
Absal. Abbas
de Assumpt. ser.
2. ord. 44. Arist
apud Ioan. Stob.
ut refert An-
dreas Eborensis
in sent. verb.
Pulchritudo, &
alij. Richard. à
S. Laur. de lau-
dib. Virg. l. 1. c.
2. Psal. 92. v. 5
Menoch. in Eli-
bi. max. ibi. Pli-
nius

nus Sen. l. 15.
Axioma com-
mun. Iurispud.
Alexius à Salo
in Arte pie
amand. Deip.
c. 7. §. omnium.

& cum tota Pulchra Maria sit, nec macula in ea reperiatur, ab æterno in conspectu Dei præfigitur, ut velut pulchra sanctitas à Sanctitate prima substantiali derivata collaudetur; nam *Mariæ sanctitas inseparabiliter est coniuncta*; subsignat nobis Richardus. Maria Dei Sanctuarii, *Sanctitas* est, quia hæc puritatem, & inviolabilitatem sonat; quam à sua erectione hoc Dei præferebat sanctuarium, quia *domum Dei decet sanctitudo*. Pals. 92. *Quia convenit esse immaculatam, ac puritate in perpetuum decorari*. Addit Menochius. Sic laudis confessio cū Pulchritudine commiscetur Mariæ, quæ Deo semper est grata, à quo etiam celebratur laude, & vestitur gloria. Hoc modo purissimus hic Jordanis Judæam irrigat, laudis expensas mutuans ob communicatam suis primordiis à Deo sanctitudinem, ut inseparabilem videat à gloria sanctitatem; etenim *honor virtutis est premium*, ex seniore Plinio; imò & à Principe dignitatem habens, dignior reputatur. Hoc autem superexcellenter Mariæ competere, alibi retulimus. Sol linguatis circumdatus stellis hac signatur notula: **REDIMITUR GRATIA LAUDIS**. Laudant astra matutina Mariam, ut stellæ à quo lumen recipiunt Solem: Illa, quia Gratiā, & sanctitatis splendorem Mariæ præminentem venerantur; istæ quia solis respectum minutæ sunt facule, ab ipso, ut à fonte lumina ebibentes. *Maria spirat divinum aliquod infinitum, immensum, & supereminens, nam eius dignitas transgreditur universas, & omni sublimitate cælesti, & ipsarum Hierarchiarum cælestium est excelsior*. (Sic gratulationem, laudem, & gloriam ab omnibus sibi adsciscit.) Dat Alexius à Salo. Jordanem etiam emulatur Mariæ; etenim si filius dulcissimæ aquæ sunt, quarum irriguo summæ regiones delectantur; *Virgo etiam & ipsum dulcoravit Deum sua suavitate, & gratia temperatum*. (N) Docuit Ambrosius. Idcirco nil in Deipara sine suavitatis eximio reperitur sapore, quo animæ interius reficiantur. Id Sponsus declarat suavioris Sponsæ allectus halitu, dum dicit Cant. cap. 4. *Eloquium tuum dulce*. Nempè, quia gratum omnibus auditibus ipsum. Declarat Lyranus. *Oratio tua pulchra*, habent alij. Nec incongruè: loquebatur enim Sponsus cum filia Principis, & Principibus eloquentia maximè ornamento est, iuxta Tullium. Sed unde eloquij suavis procedit in Virgine? *Eloquium tuum dulce* (commentatur Rupertus) quia videlicet ex abundantia cordis os

loquitur, & dulcedinem, quæ abundat interius sapit sermo, qui redundat exterius. Ut enim scribit Lactantius, *eloquentia non in lingua, sed in corde est*. Cum ergo cor Mariæ fons dulcedinis sit, ut habet Alensis, quidquid ab eo per labia derivatur, sapit dulcedinem, à nostris cordibus pellit amaritudinem. Nec extra rem est, quod à Pictaviensi, de Pisce quodam (cui *Fastemius* nomen est) refertur. Hic magnæ molis est, rarissimæque virtutis; etenim aperto ore dum per mare incedit, quidquid aquæ in os eius ingreditur amaritudinem exiit, dulcescit statim. Accurrunt pisces odore dulcedinis allecti, ibique per longa spatia commorantes, dulcedine illa perfusi, sola necessitudine aliam querendi victum exire coguntur. *Piscis, qui à pascendo dicitur, Mariam designat, cuius conversatio pastus est sapidissimus*, ut censet Daniel Agricola. *Mariæ eloquium, & verba, illa præcipue, Ecce ancilla Domini, tam fuerunt mellita dulcedine plena, ut subinde Verbum Patris, homo factus sit*. Affert Alphonsus Augustinianus. Allicitur Deus à dulci Mariæ eloquio, allicimur & omnes, eius suavitatis pinguedinem degustaturi. Etenim *vim rebus aliquando ipsa verborum humilitas affert*, ex Quintiliano. Totum compleat meus Parens D. Bonaventura sic: Nonne Maria *dulcissimum mel sub lingua habuit, quando illud mellifluum Verbum dixit, Ecce ancilla Domini*. Liliū suave olens, & hiantibus hinc inde folijs signat: **DULCEM REFERUNT HÆC FOLIA LINGVAM**. Lilio nibil gratiosius quoad decentiam coloris, aut suavius quoad odoris redolentiam, folia in modum lingue pendens, unde suavis, virtus, & dulcedo exprimitur. Sic Mariæ (quæ liliū est convallium) dulce est eloquium, virtuosum, & suavissimum. Id Christus Matri Virgini (referente diva Birgitta) sic dixit: *Verba tua sunt mihi suavia, & delectant intima cordis, tanquam potus suavissimus*. Ultra de his procedamus. *Favus distillans labia tua Sponsa; mel, & lac sub lingua tua*. Cant. 4. Dulcedinem expertus eloquij, iterum attractus suavitatis memoria, in oris laudes prorumpit. Bibl. Arabica, & Syriaca habent; *sicut odor libani*. Oris enim suavis vestimenta Sponsæ perfuderat, quæ velut libanus dulcedine suavitatis sibi appropinquantibus replebant. Dedit non pauca lib. 1. de hoc monte, quibus eius vertex redimitur: estque pulchritudinis, iucunditatis, ac summæ re-

in Spec. lect. 11.
Anglic. l. 17. c.
91. D. Anton.
Pad. ser. Dom.
15. post Trinit.
Berchor. in Re-
ductio. & Di-
rect. latè. Apud
divam Birgittā
Revel. l. 1. c. 6.

Maria, in sua
creatione, non
solum sanctua-
rium Dei, sed
& sanctitas iudicatur, atque
ideo laudatur
ab omnibus.

(N) D. Ambro-
l. de Bon. Virg.
p. 4. Cant. c. 4.
v. 3. *Lux in sua*
Gloss. Haye in
Conc. lit. Cic. 4.
de Finib. Ru-
pert. in Cant. 4.
Lactant. l. 1.
apud Ebores.
Pictav. in Di-
rect. t. 2. verb.
dulcedo. Daniel
Agric. Coron. 6.
stella 3. Alpho-
sus Orozco in
c. 4. Cāt. Quint.
1. 8. D. Bonav.

Mariæ elo-
quium, Deo
dulcissimum,
Dei allexit,
& allicit om-
nes.

(O) Cant. c. 4.
v. 11. Angli. de
Propiet. rer. lib.
14. c. 24. Bibl.
Syr. & Arab.
apud Cornel. à
Lap. Berch. in
Direff. verb.
Fabus. Rich. à
S. Laur. de Lau-
dib. Virg. l. 4.
Hugo Victorin.
apud Cornel. à
Lap. in Cant. c.
4. v. 11. Alanus
Varenf. de Lau-
dib. Maria fer.
2. Rupert. lib. 3.
in Cant. Angl.
l. 5. c. 19. Alan.
de Insul. in Cât.
c. 1. Angli. de
Propiet. Rer. l.
18. c. 80. Plin.
apud illum Ber-
ch. in Redduff.
l. 10. c. 46. &
in Direff. verb.
dulced. D. Ioan.
Damasc. orat.
1. de Nat. Dei-
par. Hermanus
Contractus in
Cant. Salve Re-
gina. Cant. c. 1.
v. 13. Lyra in
Gloss. ibid. D.
Ber. ser. 2. de
Assumpt. Virg.

Maria, odore
suavissimo
virtutum, &
gratie, omnes
ad se attrahit,
etiam Deum.

dolentia mons. Sic odor Sponsa Virgi-
nalis sapit libanum, quia in ea totum sua-
ve, dulcedinem spirat ex toto iucundis-
simam. (O) Labia Sponsa favum stil-
lant, qui cancellata, perforataque cera est,
vt stricta non vnibi sistatur dulcedo, sed
quasi per canales ex eloquio ad plures
derivetur. Favus autem pluribus constat
cellulis, in quibus Apes sedula hospitan-
tur. Favus Maria est, quæ in ore, corde,
& Carne habuit Christum in humanita-
te latentem. Profert Alanus de Insulis.
Favum etiam Mariæ labia distillant, quia
(vt vult Richardus) *Mariæ verba di-*
cantur favus mellis, quia sicut in favo
est cera luminis instrumentum, & dulce-
do mellis reficiens gustum: sic in verbis
eius est veritas illuminans intellectum, &
omnimoda bonitas reficiens affectum.
Nec hic sistitur dulcedo. Mel, & lac sub
lingua tua. Subdit Sponsus. *Mel robust-*
os reficit, lac Parvulos. Habet Victori-
nus Hugo. Vel Mel, & lac Deus, & bo-
mos; Mel divinitas, lac humanitas. Quid-
quid Mariæ eloquium profert, divinita-
tem sapit, vel humanum deitati coniunc-
tum. Scite id etiam protulit Rupertus
Christum sic matri adducens Alloquen-
tem: *Favus tuus ego sum, mel tuum, &*
lac tuum ego sum: Quia Deus tuus, & fi-
lius tuus ego sum. Vt autem nos Deo fa-
cilius lactet, sub lingua portat, quæ ori,
quod ostium sermonis est, valde propin-
qua sistitur, vt idem sit verbum proferre,
ac fideles lacte divinitatis lactare. Maria
(dat Alanus de Insulis) *castitatis, & hu-*
militalis uberibus fidelem populum, tam-
quam mater filium lactavit. Tanta ergo
dulcedinis copia efferos etiam homines
Maria ad se trahet, ad suum alliciet amo-
rem. His arridet, quod de Animalis quo-
dam Indico noster tradit Anglicus, quod
vocatur *Panthera*, & idem est ac omnium
animalium amicum, quo è speluca exeun-
te animalia omnia (dracone dempto) se-
quuntur ipsum, ob intensissimam suavi-
tatis dulcedinem, quam ex ore emittit.
Hoc Mariæ facile est mystice accomoda-
tu, quæ ideo stilant labia eius favum; mel,
& lac sub lingua latitant, vt emissio tantæ
suavitatis vapore omnes ad eius cultum
trahantur, & dilectionem. Accinit his
D. Joannes Damascenus, Mariam abso-
lutè vocans *dulcedinem*; & ex Hermanno
Contracto ab Ecclesia etiam vocatur Vir-
go, vita, & *dulcedo*. Spectantia Panthe-
ram, & cingentia animalia plura, hanc
subscriptam cernunt epigraphen: RA-
PIUNTUR ODORE SUAVI. Hoc
de Maria præcipuè canitur, cui consen-

tanea sunt verba illa sponsi & sodalium;
Cant. c. 1. *In odorem unguentorum tuo-*
rum currimus. Idest (vt exponit Lyra-
nus) *Tracti affectibus bonitatis tue.* Qui
in tam sublimia aguntur spatia, vt meri-
to dicat Bernardus: *Maria digna plane*
quam respiret Dominus, cuius decorem
concupisceret Rex, cuius odore suavis-
imo ab æterno illo Paterni sinus atrabere-
tur accubitu. Igitur tota redolet dulcedi-
nem Virgo, tota purissimam sapit suavi-
tem, Jordanis dulcem, ac profus sanctam
emulata scaturiginem. Sanctitatis hic
etiam fluvius est, eam ebibens ex Physi-
co carnis purissimæ Salvatoris contactu,
vnde eius ordinatæ sunt lymphæ pro ins-
trumento, vt deleant peccatum origi-
nale. Maria, Jordanis est, è libano puri-
tatis, & candoris suum esse primordiale
derivans, sicque nihil eius sapiunt decur-
sus nisi puritatem, gratiam, & candorem.
(P) Hoc ipsum ipsa testatur dicens, *in*
Syon firmata sum, & in civitate sancti-
ficata similiter requievi. Eccl. cap. 24. *In*
civitate electa, qualis nempe erat Jeru-
salem, & Deo valde grata, imperans, re-
quievit Maria, ex quo Deus ab æterno in
ea requiescere decrevit. Firmatur autem
in Syon, quatenus in ea firmitus stabilian-
tur dona divina. Exponit Lyranus. Sed
Age: Cur Syon nudè nominatur, & Jeru-
salem, vrbs sanctitatis dicitur, & electio-
nis? Syon, pars erat, & Mons (in quo Arx
David) vicinus valde Hierusalem: sed
hoc discrimen; quod in monte Syon se
Christus Physicè in pignus reliquit amo-
ris, dum Sacramentum Eucharistiæ insti-
tuit: Sicque ibi planè totam substantia-
lem gratiam, & sanctitatem effudit. Nil
ergo ulterius remanet memorandum: at-
que adeo Maria ibi firmatur à Principio,
vbi tota sanctitas, & gratia firmatur,
alibi neutiquam. In Syon firmata est à
creatione Maria, vnde ex Syon species de-
coris eius. Psal. 49. *Seu Deus dum capit*
creare ex Syon, perfecit pulchritudinem
eius. Vt Chaldeus legit. In Syon firmatur
Maria, quia puritas inde derivata est, dat
Lyranus. Et vbi innotescit primordialis
deifica puritas, inde primordialis Mariæ
puritas derivatur. Christi ergo, & Mariæ
cum vna sit caro, (ex dato Carnotensi Ar-
noldo) ibi vbi caro Christi Gratiam fun-
dat substantialem, & radicalem purita-
tem radicat, Maria radicitur; nam radi-
cem nisi in substantiali sanctitate non pa-
titur infingere. In Maria (ait Richardus)
habitavit plenitudo divinitatis corpora-
liter. Ad alia accendamus. *In civitate san-*
ctificata similiter requievi. Ipsi ebana
quic-

(P) Richard. à
S. Laur. l. 9. tit.
4. Eccl. c. 24. v.
15. Lyra in sua
Gloss. ibi. Sept.
& alij in Bibl.
Max. D. Subr.
in 4. d. 8. q. 1. d.
11. p. 2. q. 5. in
4. d. 9. q. vnic. de
2. art. & Trid.
sess. 6. c. 7. &
sess. 7. Can. 6. &
sess. 13. cap. 2.
Bibl. Chald. in
Psal. 49. v. 2.
Lyra in Glossa,
ibi. Arnold. Car-
not. orat. de
Laud. Mariæ.
Richard. à S.
Laur. de Laud.
Mariæ l. 4. tit.
28. Bibl. Syr. in
max. Bibl. Arab.
ibid. D. Ansel.
Cantuar. ser. in
die Conc. Virg.
Mariæ Arnold.
Carnot. D. Ber.
apud Alex. à
Sulo in Arte
pie amad. Dei-
par. Privileg. 2.
Richard. à S.
Laur. de Bon.
D. Ant. Pad.

et alij. Guarri-
cus Abbas de
Assumpt. B.
Marie, ser. 3.
D. Bonav. in
Soec. Virg. c. 3.
D. Ambr. lib.
1. de Virg. Apoc.
c. 22. v. 16. Ly-
ra. D. Bernard.
Sen. Div. Ant.
Pad. Haye, &
omnes. Cbris-
pus iam datus.
D. Hier. apud
Philipp. Eicinel-
mund. Symbol.
lib. c. 5. n. 148.

quievi. Habent plures. Fuit imperium
meum. Placuit Arabicis legisse. Non so-
lum à radice primordiali radicata man-
sit in sanctitate, Maria; sed Deo chara,
numquam exosa fuit, vnde nec culpæ
subiacuit, etenim Imperatrix electa est,
quæ nullo adstricta servitutis vestigali
fuit, nec obnoxia legibus primi Paren-
tis: nec subiaceret, per quam, restauran-
tur perditæ agmina Angelorum, per quam
diluitur omnis culpa; vt nobis subminis-
trat Anselmus. In Ierusalem potestas
mea. Subdidit Maria. Quia constituta est
super omnem creaturam, & in supernis
admiratione est, nec à dominatione, vel
potentia filij mater potest esse seiuncta.
Accinit Carnotensis Arnoldus. Potesta-
tem Maria habet in Ierusalem, quæ visio
pacis est, & Gloriam signat, vt suam inno-
tescat potentiam qua à creatione dona-
ta est, prope Divinam esse, nec in solis
claustris mortalibus contineri. Id dedit
omne Guarricus ita: *Perge Maria, per-
ge segura in bonis filij tui fiducialiter age
tamquam Regina, mater Regis, & Spon-
sa, requiem quærebas, sed amplioris glo-
rie est, quod tibi debetur Regnum, & po-
testas; Indivisum habere tecum cupit im-
peritū, cui tecum in carne vna, & vno spi-
ritu indivisum fuit pietatis, & unitatis
mysterium.* Aurora lucem purissimam dis-
pungens, signat Iconem: IN PURO
FIRMATA MANET. Lux enim pu-
rissima solis, in purissimo stellæ matuti-
næ splendore firmatur, vnde primo pro-
cedit, Stella autem matutina Deus est,
iuxta illud Apoc. cap. 22. *Ego sum stella
splendida, & matutina.* Maria autem lux
est, in solem electa: Imò à Chrysippo
antea adducto *Fons lucis omnem homi-
nem illuminantis appellatur.* Quia ipsa
(testante D. Hieron.) *numquam fuit in
tenebris, sed semper in luce, Divinitatis
inquam toto splendore illustrata.* Sic in
Puro firmata manet, puritatem pro primi
sui esse præferens fundamentum. Clari-
ficet ergo Sanctitate, ac puritate Jorda-
nis fluvius Mariam, quæ candidissimus
puritatis est libanus.

246 *Physon* occurrit modo festinans
è Paradiso in Paradisum abire; Ex *Edem*
in Mariam; delitiosum hortum Domini,
à quo gratijs omnibus vallato tortuosus
coluber arcetur, (Q) suam ibi perniciem
nullo pacto eructaturus: Nam Deus in
creatione Mariæ exhibuit potentiam, &
authoritatem contra peccatum, vt asserit
Bernardus. *Physon* & Mariam repræsen-
tat, & coronat, ob eius plenitudinem gra-

tiarum, quas inundare facit, et de sua ple-
nitudine accipiant universi. Declarat Ri-
chardus. *Physon* esse Nilum Arabes soli
dixere, nam ex communi sententia *Phy-
son*, fluvius Ganges est, de quo iam de-
dimus aliqua, ex *Physon* vltiora discerpi-
turi. Hoc flumen, primatum inter Pa-
radisi Quatuor obtinet, qui terram *Evi-
lath* (Quæ regio est in superiore parte
Indiæ sita, ad Orientem) longo terrarum
tractu aquis lingit, irrigat, fecundat, &
ditat, aureas ferens Glebas, vnde *aurum
illius terre optimum.* Interpretatur au-
tem oris mutatio, multitudo, seu extensio.
Et congruè adaptantur hæc omnia Ma-
riæ. Mutat enim ora in laudem Dei, quæ
aperuit Eva insipienti, loquela assentien-
do colubri. In mundum venit, multitu-
dinem effundendo gratiarum, & ipsos
Angelos excedens in cœlestium multitu-
dine Charismatum. Extensionem illarum
in se continens, non continuit, sed large
vt *Physon* diffudit. Vnicam in his, &
alijs sit prædicare Mariam. Ex Gen. cap.
2. Allegato veritatem huiusmodi deduc-
co: Nam de hoc loquens flumine Moy-
ses inquit: *Nomen vni Physon.* Quatuor
explicantur Gen. cap. 2. Flumina Paradi-
si, & *Gebon*, secundus ibi fluvius nomi-
natur. Cur ergo *Physon* non dicitur pri-
mus? Vnitas enim numeralis est principium
numeri sit, sola tamen sine subse-
quentibus stare valet numeralibus. At,
cum hic tria numeranda supersint, &
secundus numerus ad primum correlati-
vè se habeat, idcirco *Physon* non vnus,
sed primus dici debebat. Absit tamen.
Vnus est, & vnus iure vocatur: etenim.
Vnus, idem est ac singularis, qui inter
plura eminentius pollet, ac aliquali non
vulgari gaudet prærogativa. Ideo *Phy-
son*, vnus est, non Primus: quasi cum
alijs non commixtus, sed singulari præ-
rogativa discretus, nam (iuxta addu-
ctum à Menochio Plinium) Amnibus
viginti quinque augetur, vnde *crescens*,
vel *multiplicatus* interpretatur. Hinc sin-
gularis in fertilitate, in multitudine, in
metallis suas inter arenas productis: cum-
que alia his non locupletentur flumina
virtutibus, ideo inter illa vnus est, & sin-
gularis. Ob id à Sponso Cant. cap. 6.
Maria vna vocatur; idest ad unum solum
creata, exponit Alensis. Vna, vt sola sit
electa in matrem Dei. Vna, quia vnice
mibi dilecta, & valde chara. Vna, quia
dignior creaturis omnibus, quia nec simi-
lem habet, nec habitura est in æternum.
Succinit Daniel Agricola. Sol pleno Or-
be orbem illuminans, hunc præferebat ti-
tulum

Richard. à S.
Laur. lib. 9. tit.
3. Gen. c. 2. v.
12. & 13. Eua-
seb. D. Hieron.
in Quest. Hebr.
Ioseph. Antiq.
lib. 1. c. 2. Ma-
rius de Calass.
Ioan. la Haye
ad c. 2. Gen. v.
12. & 23. Lyra,
& omnes Ri-
chard. loc. cit.
D. Bernardin.
Sen. Novarinus
& plures apud
ipsū. Subr. Doct.
l. de Predic. la-
te, & in Me-
taph. Tanuens.
in Catbol Berch
Anglic. D. Isi-
dor. & Plures.
apud Menoch.
in Biblijs max.
Gen. c. 2. v. 11.
Cant. c. 6. v. 8.
Alensis ibi, &
Menochius. Da-
niel Agricola.
Cor. 9. 10.
D. Isid. Ambr.
in Hexam. Ba-
silii, Anglic.
Richard. lib. 7.
Tit. 3.

(Q) D. Bern.
apud Violentum
in Teetul. Præ-
dic. tom. 4. Conc.
1. de Concept.

Maria, vnica
est dignior, &
excellior pu-
ris omnibus
creaturis.

tulum: UNICUS ECCE NITET. Sol enim dicitur, *quasi solus lucens*; etsi enim alia subsequantur lumina, ipse in Jubaris splendore, in communicatione luminis, & extensione claritatis, vnus est, & secundum non habet. *Maria est Sol*, (docet Richardus) *quia sicut Sol luminare est par sibi non habens, & toti mundo copiose sufficiens, sic Maria*. Vnica ergo est, vnice in gratiarum irriguis instar *Physon* abundans, easque per vniuersum Orbem extense disseminans, ex quibus, salubriores animæ fructus fruendi deriventur. Multitudinem aquarum magna flumina in *Physon* exomunt; in Mariam totus Deus inexauribilis illabatur, & Patris æterni Sapientia in eius Virgineo vtero continetur. *Implet quasi Physon sapientiam*. (*) Eccl. c. 24. Dicunt sacre literæ, post innumera elogia, quæ Mariæ adaptantur ab Ecclesia. Implet sapientiam Maria, idest copiose effundit, vel facit abundare, & in nos exundare, notitiam vtpote de altissimis, quam affluenter in eam altissimus effudit, vt sic nostra mens, ac rationalis potentia à terreis abdicata inquinamentis, ad sola superna aspiret, & suo lumine prævio dirigat voluntatem. Id Doctorum Doctor Alensis sic pandit: *Implet quasi Physon sapientiam, idest Virginem sapientem donis gratiarum, quæ significatur per aquas Physon*. Sed rigore disputans Theologico, *sapientia quæ ex ore altissimi prodit, est Divinum Verbum à Patre vt notitia genita procedens ab æterno, & in tempore humanitatem induens, natum ex Maria Virgine*. Sic Lyranus, & Scholastici Theologizant. Sed, cum Sapientia illa sit inexauribilis, infinita, & immensa, quomodo impleri dicitur à Maria? Dicitur (ait erudite Menochius) *quasi Physon implere sapientiam, idest plenam continere sapientiam: Plenam dare, docere, & effundere*. Audire modo sit Daniele Agri- colam hæc fantem: *Hæc Verbi Sapientia domum edificavit, idest Beatam Virginem, quam elegit vt in ea habitaret, & illam edificavit in omni sanctitate*. Vide ampliorem Mariæ excellentiam, quæ *Physon* instar cœlestis, (non terrenus ille) non modo magna absorbet sapientiæ flumina, sed infinitam suo alveo, & alvo sapientiam cingit, latior, extensiorque omni fluuiorum magnitudine. Sol in speculo representatus nitido, hac scriptione decoratur: GRANDIS IN EXIGUO. Etiam Sol sapientiæ symbolum est, abdita ad lucem referens, æternumque designat Verbum, sicut speculum Mariam:

& horum vtrumque proponuntur ab Augustino Parente: *Ad ingressum, & egressum Solis speculum integrum perseverat; Speculum ergo non rumpit radius Solis. Integritatem Virginis ingressus, & egressus numquid vitare potuit divinitatis?* Solem æternæ Sapientiæ vide in speculo contentum Virgineo, quod etsi exiguum, capacius Cœlis est, *Physon* extensius, infinitam continens sapientiæ, & lucem, & scaturiginem. Idem adstruere Salomon nitebatur, dum de Maria mysticus loquens, hæc habet Prov. cap. 31. *Os suum aperuit sapientiæ*. Etsi sapientia *Sapida esca* Æthymologizetur, tamen corporeo impropotionata ori, nec deglutitur. Ad os igitur mentis sensus est retorquendus, à quo, & in quo sedem sapientia habet, vt omnes fatentur. (R) Aperuit ergo Maria os suum sapientiæ, *quia docet sapientiam de sursum descendentem*, ait Lyranus: quando in eius Virginali vtero Verbum caro factum est. Aperuit os suum sapientiæ cœlesti, eam docendo, deinde Regibus manifestando, Ægyptios vt eam reciperent inducendo; Israelitis, vt non aspernarentur, eius saluberrimum fructum annunciando. Sed cur os, non mentem dicitur Mariam sapientiæ aperire? Attende. Sapientia Verbi, de qua loquimur, suos cœlestes enumerans effluxus, Eccl. cap. 24. De se pronunciat: *Ego sapientia effudi flumina. Quibus fecundatur, & potatur tota Ecclesia*. Dat Alensis. Sive effudit flumina gratiarum, quibus fideles spiritualiter citarentur. Sed quot flumina effudit sapientia? Indefinito vritur termino: nam cum Verbi infinita sapientia nullo valeat termino comprehendere, quod eructat non clauditur numero, infinitum est, profluens ab infinito. Cumque *sola Maria Verbum comprehenderit citra ullam loci angustiam*, vt fruimur ex Hesychio, & alijs, statim ac sapientia illa immensa effudit flumina, os suum aperuit sapientiæ Maria, immensam inundationem suis in intimis complexura. Ideo Damascenus Mariæ alloquens dicebat: *O Virgo, excedis omnes terminos mortalium*. Excedit & *Physon*, qui definita absorbet flumina; & in capaciorem diffusa alveum Maria, indefinita infinitæ sapientiæ gratiarum flumina in se comprehendit, comprehendens incomprehensum. Mons hiatu vnico varios effundens in campestria fluuios, Inscriptionem signat: HINC ARCANNA FLUUNT. Maria Mons Dei est, & mons pinguis, de qua hæc habet Alanus Varenis: *Omnia in illa purissima*

Maria, a dun-
dantior quam
Physon extitit,
dum plenam
Divini Verbi sapien-
tiam in se con-
tinuit.

(R) Prov. c. 31
v. 26. Lyra in
Gloss. ibi. Eccl.
cap. 24. v. 40.
Alens. in Com-
ment. ibid. He-
sych. Hom. de
Virg. Maria, in
Princip. D. Pe-
tr. Dam. ser. 11
de Annunt. Car-
thusian. de dig-
nit. Mariæ art.
22. Conc. Ephe-
sin. c. 7. D. Epi-
phan. de laud.
Virg. Alanus
Varenis. de laud.
Mariæ. ser. 5.

Omnia flumi-
na gratiarum di-
vine sapien-
tiæ in Mariam
effunduntur,
& ab illa in
nos.

matre mysteria, & sacramenta subnectit scriptura. Alia de Physon perscrutemur.

(S) Richard. lib. 9. de Laud. Virg. cit. 3. C. 1. c. 6. v. 9. Bibl. Vener. Chald. Ioann. la Haye in Conc. lit. Bibl. Max. ad c. 6. Cant. v. 9. Tirinus ibid. Bibl. Hebr. D. Ambr. Hieron. & alij plures. Anonymus apud Alcuinum in Homil. de Nativ. Virg. Philipp. Abbas in Cant. c. 12. apud Almeriens. Acad. 4. n. 72. Anglic. lib. 9. c. 21. Berchor. in Reduct. lib. 5. c. 53. n. 1. D. Isid. apud eos. B. Angelus del Pas, lib. 2. c. 43. Expos. in c. 1. D. Luc. D. Bernard. S. n. tom. 3. ser. 12. art. 1. c. 12.

(S) *Oris mutatio* interpretatur etiam *Physon*: & Mariæ excellentissimo modo congruit, quæ omnium linguas in laudem Dei mutat, ad eius mirabilia enarrandum, ut habet Richardus. Sponsam celestis Sponsi Mariam, hic Auroræ comparat Cant. cap. 6. dicens: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens.* Inpixa super dilectum, non surgit, quia non cecidit, sed consurgit, idest, cum Deo Sponso surgit, ab erectione iam Deitatis umbraculo perfusa, & Divini Pneumatis splendore sigillata. Ideo alij his ad hærentes habent, *Pura, Immaculata.* Aurora post noctis tenebras spondet non solum lucem, sed solem, ut in exortu suo primo omnis supera claritas videatur, deficiat nulla. *Progreditur quasi Aurora, ad totius Ecclesiæ (Aperit Alensis) irrigationem, & fecundationem.* Irrigat luce gratiarum, Solis autem virtute omnes vigorante fecundat. Ideo ut *Aurora prospectat*, omnia nobis celestia ut infundat emolumenta. Hæc lepide ministrat Anonymus ab Alcuino sic adductus: *Rectè quidem Aurora implesti officium; ipse enim Sol iustitiæ de te processurus, in te lucis suæ radios copiose transfudit.* Dum Verbum erat apud Deum Sol iustitiæ ex Maria processurus, copiosam Divinæ suæ lucis flammam in Virginem adduxit, ut quæ *sola Soli similis*, (ut habet ille) Solis æterni radios iam à primordiis mutaret. *Mariam divinitas perfudit*, dat Philippus Abbas, ne primo Auroræ exorienti lux deficeret gratiæ, & plenus Sol visionis beatificæ. Sed si Maria Soli cœquanda post paulo erat, cur primitus comparatur Auroræ? Aurora dicitur, quasi *Avium orat* hæ enim, quæ noctu silentium vocibus indixerant laudatorijs, exurgente Aurora ad Deum laudandum excitantur, & solutis linguarum aviculis, Aurora vocante, ad cantandum Dei magnalia evehuntur. Per Mariam vnde exaltatur Deus, magnificatur, ab omnibus benedicatur, quia hac nos prospiciente Aurora, mutantur ora omnium, in divinas laudes ut effundantur. Audiatur Beatus Angelus del Pas, dicens: *Maria, duxit initium sui cantici, à magnificat, quasi dicens, cupio magnificari benefactorem, hoc est universa, quæ rationem magni tum in Cœlo, tum in terra habere possunt, iam nunc exeant in lucem, & una mecum glorificent auctorem.* Auroræ exorienti turba occurrens Avium dulciter canentium, monstrat epigraphen;

HÆC SOLVIT VINCULA LINGUÆ. Ideo Avium hora est, eas ad canendum, nosque ad Deum magnificandum allicit Maria: linguasque omnes in Deum convertens, ut Deo soli hymnorum persolvantur confessiones. Hinc dedit hæc D. Bernardinus Senensis: *Singularis magnificentia Dei fuit Beata Virgo, quia in eius exaltatione plus magnificatur, & plus magnificat Dominum, quam omnis alia creatura simul sumpta.* Omnem Maria ad Deum adducit laudandum, omnium ora velut *Physon* mutans, ut non loquantur opera hominum, sed mirabilia, quæ fecit Deus. Hinc *sapientia*, (quam typum esse Mariæ ex Galatino dedimus) *aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.* Sap. c. 10. Nomen Mariæ solum, mutorum sapissime aperuisse linguas, (T) innumeris compertum est miraculis, quæ præcipue operatus est Beatus Salvator ab Horta Franciscanus, matris imperans, ut devote nomen pronunciarent Mariæ, quod & faciebant statim, linguæ soluto impedimento. Mutus autem ab incondito sono dicitur, quem inarticulato mugitu intra se profert. Vox etiam Mariæ ad tripudium in utero Matris Joannem incitaverat clausum; ad cuius usque cor penetrans, eius spiritum animavit, eumque vegetavit gaudio salutaris; & *virtus vocis Mariæ plenior infudit prophetiam, adeo ut etiam de plenitudine filij copiose videatur in matrem refundisse.* Ait Guarricus Abbas. Textum autem alij legunt sic: *Linguas infantium fecit perforatas, claras, disertas.* Nil in perforato continetur instrumento, nil intelligibile, & dubijs obvolutum in lingua clara, & diserta. Sicque tanta sapientia Virginalis virtus est, ut non tantum ora adaperiat mutorum, sed & linguam claram disertè, & articulatè loquentem immutat, ut post in Dei laudes eius instrumenta mutantur. At, non satis erat mutorum Mariam linguas aperire? Quid ergo additur & *infantium*? Infans dicitur, quasi non fans. Muti ideo non fantur, quia obturata habent instrumenta sermonis. Quidem non fantur, quia omissione detenti Deum laudare non curant. Horum non fantium Maria, velut *Physon* ora mutat ex silentio ad laudem, ex torpore ad loquelam, ex culpabili taciturnitate ad Divinæ Maiestatis confessionem. *Sapientia fecit disertè loqui laudes Dei.* Exponit Alensis. Liliū sole directè super eum irradiante, sua linguosa explicans folia, inscriptionem monstrat: SOL LINGUAS ARDORE MINISTRAT.

Maria, Deum Magnificans, & laudans, omnium linguas movet, ut in eius laudibus exercentur.

(T) Sap. c. 10 v. 21. Adamus Brouverus in Salut. Angelic. Coron. c. 2. S. 7. Theat. Vit. Human. tom. 5. verb. Mutus. Guarricus Abbas serm. 1. de Nativit. Div. Ioann. Bapt. Bibl. Syr. Alij apud Ioann. la Haye in c. 19. Sap. v. 21. Ioann. Berchor. in Reduct. & Direct. & plures. Alensis in Gless. ad c. 10. Sap. v. 21. Anglicus lib. 17. c. 91. Berchor. in Reduct. & Direct. D. Isidor. Plin. & omnes B. Angelus del Pas, lib. 12. c. 27. & 28. in c. 11. D. Luc.

TRAT. Liliū enim noctu clausum, declivemque continet in hastā summite florem, cuius folia linguæ præferunt formam, quæ solo solē irradiante explicantur. Sic Maria instar solis, nostra verborum folia (qui tamquam flos agri sumus) aperit, & suæ ardore explicat Charitatis, & ad divinas (veluti Physon) retorquet laudes: Nam ob Mariam, quæ mater est pulchra dilectionis; ipsa pulchra dilectio, Christus nempe ab omnibus laudatur. Finiens apponit B. Angelus del Pas.

247 Tigris fluviorum novissimus Mariam præfigurans, præpeti properat ad Mariam velocitate, eius candidissimum madidat libanum, ex eo locupletiora mutans deliciarum irrigua, quibus regiones, quas præterlabitur abundantius ditescant. (V) De hoc autem sic Textus loquitur: *Nomen verò fluminis tertij Tigris, ipse vadit contra Assyrios.* Gen. c. 2. Sic est nominatus à velocitate cursus; ait Lyranus. *Hic Mesopotamiam fluvius irrigat, & instar Tigris animalis nimio impetu percurrit; ob quod lingua Persica velox, vel sagitta nuncupatur.* Tigris in diebus novorum: (id est fructuum eius, ut legit Arabicus) implet aquis alveum suum: *Licet enim sit magnus fluvius, tamen in verè, quod est tempus renovationis terræ nascentium, magis abundat aquis.* Maria aquis divinorum charismatum implevit cœlestis velut Tigris universum, dum innovatur per eam genus humanum. Id mihi persuadent Jeremiæ verba, sic de Christo, & Maria assonantia c. 31. *Creavit Dominus novum super terram: Fœmina circumdabit virum.* Plenum utique novitate mysterium, dum Virgo virginitatis servato pudore, Christum vtero suo complectitur, atque circumdat; explicat Lyranus, Adamus Delphius, & Parisiensis Haye, cum alijs. *Si dixisset (ait Bernardus) infantem, vel parvulum, nec novum videretur, nec mirum: sed vir erat Iesus, necdum natus, sapientia quidem, non ætate, nec corporis, sed animi vigore.* Sed aliud mirabile mihi obijci- tur; Nam cum Virgo Deum hominem vtero proponitur complexura, per modum futuri id profertur, *circumdabit virum.* Cum novum quid super terram exurgit, iam factum demonstrat, & præteritæ insinuat. *Creavit Dominus novum super terram.* Quid ergo novum fecerat in Virgine Deus, antequam Virgo conciperet, Virgo pareret, & Virgo purissima permaneret? Novum fuit, ut ab æterno esset prælecta in sedem Divinæ Ma-

iestatis, per quam Deus augeret gloriam suam mortalibus. Novum fuit, ut solum Gloriæ altitudinis in æternitate præli- geretur, ut ex altitudine gratiæ, & gloriæ caput reptantis colubri quassare valeret. Novum fuit, quod filia veteris Adam enascitura, vestigal nullum ut solveret, incurrit, & debitum solvendi evasit. Novum fuit, quod infecta radice generis hu- mani, radix Virginea, de qua natus est Je- sus, nullum incurreret ex serpentis halitu nocumentum, quæ benedictum productura erat fructum. Id adstruit ita D. Lau- rentius Justinianus: *Quotquot ex Adam nati sunt progenie, exceptis dumtaxat mediatore Dei, & hominum Christo Iesu, & eius matre, sub hoc peccato sunt con- diti.* Idem fatentur melioris notæ PP. & DD. Nil novi aliud, antequam Virgo conciperet, fecerat in Virgine Deus. Hoc fuit novum, omnique novitate plenum, ac initium innovationis omnium. Scite D. Anselmus habet: *Cœlum, Sydera, terra, flumina, dies, nox, & quæcumque humane potestati, vel utilitati sunt obnoxia, in amissum decus, sese gratulantur, Domina, per te quodammodo resuscitata, & nova ineffabili gratia donata.* Nunc ducamur ad alia. Cur, cum Deus nova hæc mirabilia in Virginis Prædestinatione, ac Conceptione operatur, creare di- citur novum, non utcumque producere? Creatio, productio est rei ex nihilo, sic quod ea, quæ creantur, novum totale ef- se accipiant, quin præcedat corruptionis subiectum, nempe materia prima, ut Sub- tilis docet Præceptor. Ergo Prædestinata, & prælecta Maria, creantur omnia, quia totaliter innovantur, nil vetustatis quod indecorem sapiat mutuantia. *Verè no- vum, & omni supereminens novitati, quod immense divinitatis in se præsen- tiam, & digna suscipere, & sufficiens capere invenitur.* Habet Richardus à S. Laur. Aliud de futuro videamus novum. *Fœmina circumdabit virum.* Jer. cap. 31. Alij habent: *Creavit salutem plantario novello.* Et siquidem opportunè, nam de- fluit terra, & infirmata est, Isai. cap. 24. Quia vehemens dolor capitis in omnes filios Adam, ex eius casu valide irrepse- rat. (X) Sicque Deus ut orbem tali ægri- tudine laborantem, à lathali morbo libe- raret, novellum in Virgine plantarium erexit, vnde Iesus, salus æterna prodiret. Ideo sic Mariam alloquebatur Anselmus: *Tu quæ plena salute es potita, intende ut eadem salus pro modulo nostro etiam ad nos usque pertingat, quæ etiam pro totius mundi salvatione mernisti fieri mater al-*

Maria, & cō-
cepta, & con-
cipiens, om-
nia innovat,
ne in deterio-
rem abeant ve-
tustatem.

(X) Isai. c. 24.
v. 44. Bibl. A-
rab. in cap. 31.
Jer. v. 22. sept.
D. Ansel. in O-
pusc. de B. Virg.
c. 12. orat. 1. B.
An-

tissi-

(V) Richard.
à S. Laur. de
laud. Virg. lib.
2. tit. 3. Gen. c.
2. v. 14. Lyr.
in Gloss. ibi.
Constantin. Io-
sephus, apud
Anglic. de Prop.
rer. lib. 13. c. 5.
Richard. loc. cit.
Bibl. Arab. ad
c. Eccl. 24. v.
36. Lyr. in Gl.
ibi Menoch. Ti-
rinus, & alijs.
Jer. cap. 31. v.
22. Lyr. Adamus
Delphius
in Gloss. Haye
in Conc. lit. ibi.
Cornel. Alap.
Tirinus Menoch
D. Anton. Pa-
duan. D. Bern.
super Missus est
Hom. 2. Rabbi
Haccados apud
Galatin. lib. 7.
de arcan. c. 18.
lib. Revel. ad
pet. 3. Rupert.
Abbas lib. 2. in
Isai. c. 19. Div.
Laur. Justin. ti.
de Casto Con-
nub. c. 7. & in
Fasciculo A-
moris, c. 7. D.
Bruno in Psal.
105. D. Ansel.
in Opusc. de B.
Virg. cap. 12.
orat. 8. Richar.
à S. Laur. de
laud. Virg. lib.
2. tit. 13. tit. M.

Angel. del Pat.
D. Bonav. Lyr.
Alens. in Luc.
c. 1. Ioan. Haye
in Conc. lit. ad
c. 31. Ier. v. 22.
Gen. c. 46. v. 3.
Psal. 23. v. 8.
Lyra in Glossa
ad Psal. 23. v. 8
Ioan. c. 12. v.
31. Lyra in
Gloss. Ioan. Haye
in Conc. lit.
Dan. Agricola
Coron. 4. stella
3. D. Anselm.
Opusc. de B. Vir
gin. c. 12. orat.
2. Alexius à Sa
lo, in Arte
Amand. Deip.
stell. 6. declar. 6

Virgineo gra
tiarum efflu
xu, omnia in
Maria reno
vantur.

(Y) D. Ansel.
in Opusc. de B.
Virgin. cap. 12.
orat. 2. Psal. 16.
v. 3. Psal. 60
v. 5. D. Hier.
Mour. Bibl. Ti
gur. Chaldaic.
& Haye in Cœ.
lib. 1. Lyra in
Psalm. Psal. 16.
Alens. D. Ber
nardin. in Apoc
c. 12. v. 14. B.
Amadeus Lau
sanens. de laud.
Christip. Hom.
8. Alexand. ab

tissimi. Vide orbem omnibus numeris
renovatum, salute, salutifera Virgine, Glo
ria, Gratia, & Salvatoris, qui salus est,
Redemptione. Alijs sic placet textum
explicare: *Fœmina circumdabit virum
fortem, prævalidum, & potentem.* Hic
Christus est, qui de se dixit Gen. cap. 46.
*Ego sum fortissimus Deus, & de quo ce
cinit Regius Vates, Dominus fortis, &
potens, Dominus potens in pralio.* Psalm.
23. nempe, *contra omnes potestates, quæ
nihil sunt in conspectu eius;* pandit Lyra
nus. Nam *diabolum, qui suo dominio, &
Principatu mundum detinebat, eiecit
Christus, mundum restituens in pristina
libertatem, quam ante peccatum habebat.*
Dant Lyranus, & Parisiensis Haye. Verè
hoc nonum; & verè novitas hæc eveniēs,
utpote (ait Daniel Agricola) *quod par
vula puellula utero suo circumdedit ho
minem perfectum, Cælo, terraque maio
rem.* Ut Tigris enim Maria in diebus no
vorum, verè scilicet, terram fecundavit,
fentes suffocans peccatorum, renovans
viridaria virtutum, ferme antea elanguen
tium. *Maria enim sola, tollit à nobis for
dida peccatorum indumenta, & splendi
da porrigit, quibus renovatos represen
tat filio suo.* Subministrat D. Anselmus.
Ingens Fluvius viridaria arboribus, flori
busque opima irrigans, dicto coronatur:
IRRIGAT, ET RENOVAT. *Virgo
gratiji plena fuit more fluminis abun
dantis.* Scribit Alexius à Salo. Cumque
his superplena fuerit, liberaliter homini
bus ut spiritu renovarentur, erogavit. *Ti
gris.* Insuper vadit contra Assyrios, qui *In
sidentes* interpretantur, & pro adversa
rijs sæpe ponuntur: quorum infestior no
bis dæmon est, nam *primum in Paradiso
Parentem seduxit, & vestibis candidis
exiit, ac semiuistis peccatorum induit, sed
ope Virginis liber evadit homo ab huius
adversarij insidijs.* Id ferme totum pro
fert. D. Anselmus. (Y) Hoc Virgineo flu
mine contra Assyrios dæmones inundan
te, nil est quod pertimescat homo, secu
rus de consequendo triumpho. *Sub um
bra alarum tuarum protege me.* Psal. 16.
*Sperabo in protectione; seu protegar secu
rus sub tegumento, aut in umbra divini
tatis tuæ.* Lectum est ab alijs. Psalmus
iste, oratio est David, interpellantis Do
minum, ut eum liberet ab immani Saulis,
suorumque persecutione satellitum. Ala
rum ergo velamenta, in quibus David
suam stabilit opem, sunt *Charitas, &
misericordia, ut docet Alensis: Hæque
datæ sunt mulieri* (idest Virgini Mariæ,
ex D. Bernardino) *Alæ duæ Aquila mag*

næ; quas David ambiebat, iuxta Estium.
In his Mariæ Alis salus adsporratur debi
libus, & infirmis, nam *sanitas in pennis
eius,* Malach. cap. 4. Alæ etiam virtutes
sunt, quibus Maria suos protegit à facie
impiorum, idest *dæmonum,* ut subdit Alē
sis, qui eos affligerunt. Hæc omnia B.
Amadeus Lausanensis complevit ita: *Ma
ria motu celerrimo senas Seraphim alas
excedens, nunc in fonte fruitur amore
Deitatis, nunc terras signis, & virtuti
bus illustrans, ubique suis ut mater iu
cundissima, & mireficientissima occurrit.*
*Quosdam præsentia tua subactis vitijs
reddidit victores; quosdam magnarum vir
tutum pio interventu facit compotes; qui
busdam intima contemplationis pandit
sinum, alijs in exitu vitæ iter pandit se
curum, ut nulla deterreat virtus adver
sarij, quibus ducatum præstat ad Christi
mater unigeniti Dei.* Hæc omnia alis Ma
riæ, in quibus confidimus debetur. Alaræ
olim numina pingebantur, ut protegeret
non solum, sed ut ad protegendum citius
festinarent. Maria etiam alaræ depingitur,
quæ ut Ioannem (suo filio dante) à cap
tivate liberaret piaculi originalis, *abijt
in montana cum festinatione.* Ideo Divi
nitatis umbram in alijs deferens, statim
ab illa protegimur, cum ab hoste infes
tissimo oppugnamur. *Domina,* (suplex
orabat Seraphicus Doctor) *ut non noceat
mibi calliditas inimici, sub umbra alarum
tuarum protege me.* Binæ in Virgine pul
cherrima pinguntur Alæ, obumbrante,
tetrissimas altera muscas, quasi stabello
abigente, & subijcitur inscriptio: **PRO
TEGIT, AC ABIGIT.** Alis Misericor
diæ, & Charitatis Mariæ id congruit ap
tissime, quarum una nos defendit ab
hostium insidijs infernalium; alia eos in
ima detrudit, & à nostra abire præsentia
cogit. D. Parens Bonaventura est iterato
audiendus: *Esto Maria umbraculum pro
tectionis in tentationibus nostris, expan
sio alarum tuarum defendat nos à devo
rante.* En ut fluvius Virgineus Tigris va
dit contra Assyrios adversantes, dæmones
inquam, quos suffocat, dum nos recreat,
& defendit. Addantur & his consona ex
ipso Psalmographo sic canente Psal. 26.
*In die malorum protexit me in abscondi
to tabernaculi sui.* Ibi Davidem contra
adversarios libuit esse securum. Sed qui
nam hi dies mali sunt, de quibus David
horrore compulsus mentionem agit? dies
hi malorum, (Z) aut dies mali, sunt
dies in quibus acrius homo diaboli ten
tationibus impugnatur, dat cum alijs
Doctorum Doctor Alensis. Mali sunt,
quia

Alex. l. 4. c. 12.
D. Bonav. in
Psalter. Virg.
Idem Seraph.
Doctor. loc. cit.
paulo post data

Maria, gemi
na protectio
nis ala nos à
dæmonibus
protegit, eos
que in Bara
thrum victrix
destruit.

(Z) Psal. 26. v.
5. Alens. in Glos.
sa ibid. Lorin.
Azyuanus, la

corbus Christopoli-
lit. & plures.
D. Aug. in Ps.
26. v. 5. D. Au-
gust. loc. cit. D.
Hieron. Bibl.
Chald. Syriac.
Arab. Hæc in
Conc. lit. ad Ps.
26. v. 5. Livius
lib. 7. de Bell.
Macedonic. The-
atr. Vit. Hum.
Alanus Varenf.
de laud Mariae
ser. 5. post med.
D. Bonav. in c.
1. D. Luc. Cos-
mas Hierosoli-
mit. Hymn. 5.

• Maria, Taber-
naculum di-
vinitatis, cu-
ius in umbra
protegimur.

quia malis impingitur, & sæpe cadit. Ma-
li sunt, quia ex propensione naturæ ad
malum, sæpius incurrimus mala, è qui-
bus adiutorio Dei opus est, ut liberi
evadamus. Sed si à Deo abscondatur
homo in tabernaculo suo, tunc non erunt
dies malorum suorum, quia procul fient
infestationes demonum: nam (ut per-
git mens Parens Augustinus) qui me
longe positum misericorditer respexit, se-
cum positum quomodo non illuminabit?
Abscondit enim me in tabernaculo suo in
die malorum meorum. Dant hic alij sic
textum: Abscondit me in umbra sua. In
occulto divinitatis. Benè omnia. Taber-
naculum ergo umbra est, divinitatem
hic sapiens. Sic autem dicitur à velare,
operire, tegere, extendere, sive expande-
re, quia domus erat quasi velo sub ea de-
gentes large omnes protegens, & coope-
riens. Hæc domus extensæ protectionis,
sive divinum tabernaculum, esse Mariam
ita monstrat Alanus Verensis: Illa divina
mater, & Virgo contra omnem iniuriam
nostrum tabernaculum est, quo protegi-
mur. In hoc occulta divinitas taberna-
culo manet, sicque idem erit nos Deus
in tabernaculo suo abscondere, ac um-
bra suæ divinitatis protegere. Ad id ten-
dunt D. Patris Bonaventuræ similia ver-
ba: Non solum mentem, sed etiam ven-
trem Mariæ divinitas capit, ut integram
domum tantus dominus obtineret. Nil
eius vacat, omne conclave deitas imple-
vit. Fluvius Tigris, fulgurante cælo, pis-
ces intra suum continens sinum, Gnomia
ministrat: TVTI CONTEMNIMVS
ICTVS. Qui Mariæ (quæ Tigris mysti-
ce est ex dato Richardo) tutelam, ac si-
num possidet, nil est adversi quod perti-
mescat, ibique solum secure conquiescit.
Hoc fatetur Cosmas Hierosolymitanus
sic: Insuperabilem, Deipara, spem tuam
habens servabor, defensionem tuam possi-
dens non timebo. His assonat à Sponso de-
cantatum Mariæ elogium, Cant. c. 6. Pul-
chra es amica mea, sicut Ierusalem, terri-
bilis ut castrorum acies ordinata. Pul-
chritudo per obtutum cor rapit, allicit
animam; Bellica acies horrorem ingerit,
metum incutit. Vnde ergo Maria cum
pulchritudine terrorem admiscet, concili-
at formidinem? Soli Christo, eiusque as-
feculis Maria pulchra est, terribilis dæmo-
nibus, quos sola devincit præsentia, & ar-
cet. Fortitudo Mariæ quasi divina est, quæ
ut aspiciunt hostes teterrimi subito fu-
gantur. (A) Terribilis facta est suis virtu-
tibus demonum suggestiones repellens.
Declarat Alanus de Insulis. Terribilis ut

electa. A pluribus commendatur. Electio
ad decretum Dei intentivum, quod ab
æterno est, spectat: tunc Maria electa
fuit, sine macula concipienda, tota pul-
chra, immaculata; cui nil sanctitatis, in-
stittie, & perfectionis deesse potuit, quæ
totius divinæ gloriæ charismate plena
fuit. Accinit D. Petrus Damianus. Ideo
Deo, pulchra, grata & amabilis à creatio-
ne, sed demonibus terribilis ut castrorum
acies ordinata; etenim cum puram vide-
runt nullam aliam creaturam ex vi decre-
ti electivi ab eorum captivitate liberam,
& tot gratiæ, & gloriæ adminiculis orna-
tam, terribilem fore sibi auspicati sunt, &
cum ea congregari permittunt. Terribilis
ordine quodam, ad summam provecta
virtutum. Fert D. Ambrosius. Alij autem
sic vertunt verba textus: Terribilis, ut ve-
xillata. Vexillis, armisque præfulgidis or-
natur Maria. Sed cur sic? Vexillum, mili-
tare est instrumentum, quo una acies ab
alia secernitur, & sic dicitur, quia quasi ve-
lum expanditur, in quo Principis, aut
Regis stemmata depicta visuntur. Maria,
vexillata est, in eaque hic titulus visitur,
Deus ex genere meo, ex dato Ambrosio:
Qui penitus tartareis est exotus inimicis,
ita ut eum nequeant sustinere. Nec hoc
mirum, nam Maria contra dæmones mi-
litem fortissimum agit, & imperatorum
nomine olim etiam milites obsignaban-
tur. Nescit unde Maria cum antiquo con-
gredi hoste, nisi obsignata, & vexillata
Deo; hincq; adeo terribilis illi obijcitur,
quod ex solo aspectu, correptus timore
propulsatur. Ad Mariam memoriam dæ-
mones contremiscunt, & eam omnino su-
stinere non possunt; Inquit Alensis. Et D.
Germanus subdit: Tu Maria, nequissimi
hostis contra servos tuos invasiones, sola
nominis tui invocatione sanctissima repel-
lens, tutos atque incolumes servas. Acies
labaro, in quo Virgo depicta est, fugans
hostiles demonum copias, hac epigraphe
exaltatur: HOC SOLO AGITATO
FVGANTVR. Ad Mariam argumen-
tum retorquere facile est, quæ ita terri-
bilis est demonibus, sicut universa col-
lectio sanctorum; docet Richardus. Sic
contra Assyrios Tigris hic Marianus va-
dit, quos calcit dominans suis sub pe-
dibus immersos. Et de fluminibus hæc
fatis.

248 Ad fontes accedamus modo,
qui hunc circumcingentes fontem aquæ
vivæ procedentem de sede Dei, & agni,
vndeque derivantur aquæ procedentes
de fontibus Salvatoris, ipsi coronam ex
floribus suis in liminibus enutritis com-

senus, Gregor.
Mag. & alij.
Alanus de In-
sulis in Cant. c.
6. v. 3. Mag.
sent. in 4. d. 3.
D. Petr. Dam.
de Nat. B. Virg.
ser. 3. D. Amb.
lib. de Virg. so-
phron. Sermon. de
Assumpt. Virg.
Bibl. Syr. Hebr.
& Arias Mon-
tan. in Bibl.
Max. Ioannes
Ravenn. Textor
in offic. in Li-
vius lib. 8. ab
urb. cond. Ius-
tus Lypsius de
mil. Rom. lib. 1
dial. 9. D. Am-
bros. orat. de
obit. Valentin.
Imper. Alens.
in Can. 6. v. 3.
D. Germanus
orat. de Zoni
Deipar. Richar-
dus à S. Laur. de
laud. Virg. lib. 4

Maria, acies
velut vexilla-
ta dæmones
terret, & ar-
cet, ac solo as-
pectu mira-
biliter devicit

(A) Cant. c. 6.
v. 3. Menoch.
D. Basilii, Nyf

ponunt, offerunt, litant, Mariæ vocibus aquarum multarum dicentes; *deriventur fontes tui foras*, ex diversis, vt diversa per Mariam mutuent homines virtutum incrementa. Primus ergo fons Mariam obumbrans Romæ trans Tyberim erupit, tota die oleum largissimè profluens. Mariam hinc fons denotat, *ratione cuius ipsa fons misericordiæ appellatur, cuius fontis se fecit Rivum ille, de quo dicit Psalm. 58. Deus meus misericordia mea.*

(*) Prov. c. 5. v. 15. *D. An. Agric. Coron. 9. stella 4. Baron. tom. 1. Annai. Cant. c. 1. v. 2. Ioan. Haye in Cont. lit. Div. Isidorus Pelusista lib. 2. 161 D. Bern. apud Agid. Rom. super salut. Angel. Lyr. in Glossa ad Cant. c. 1 v. 2. Richard. à S. Laurent. de laud. Marie li. 1. c. 2. Philipp. Abbas, Comment. in Cant. lib. 1. c. 8.*

Maria, fons instar olei, misericordiæ suavitatem continuo elargitur sitientibus

(*) Afferit Daniel Agricola. Oleum incessanter currit, quia misericordia Mariæ omnibus occurrit, vt subveniat. Id personasse Sponsus videtur, dum de Maria dixit Cant. c. 1. *Oleum effusum nomen tuum.* Transfunditur oleum a vase in vas, sicque in vnumquodque reliquias suæ transfundit suavitatis. *Bellatur expeditus est nomen tuum.* Ponunt alij. Athletæ enim certaturi oleo inungebantur, ne prehendi possent: Nosque inituri bellum contra dæmonem, eiusque satellites, inungi oportet oleo misericordiæ Virginæ, ne incauti prendamur ab inimicis. Vnde (vt ait Bernardus) *in Maria nihil austerum, nil terribile, tota suavis est.* Per istud autem oleum vt exponit Lyranus) *liquor intelligitur aromaticus large fluens de arboribus aromaticis in Arabia, & terra promissionis, qui effunditur ad refrigerium, & medicinam, & intelligitur bona fama.* Oleum autem illud nulli denegatur, etenim copioso emanans fluxu, impatiens arborum contineri medullis, etiam large ad terram vsque diffunditur. *Oleum est Mariæ nomen, maxime propter misericordiam:* (dat Richardus) *quia reficit lassos, sanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duos, recreat fessos, vngit agonistas, putrefacit inguin diaboli, supernatat post nomen Iesu, omni nomini, sicut oleum omni liquori.* Effusū ergo est ob largissimam Mariæ misericordiam, non verò inclusum, nec pixide detentum, quia omnibus se exhibet communicandum. Fons largissimos olei emittens effluxus, olivisque circumseptus portat dictum: **LARGE FOVET CUNCTOS.** Nulli enim fons suæ denegat beneficia largitatis. Id cenfer bonæ spei Abbas Philippus, hæc proferens: *Virgo vbera senserat abundare, & eorum gratiam nox apud se clauso spiraculo retentare, sed foras devotis, & humilibus odorem suavisimum propinare, eiusque beneficio mentes prius aridas meritorum copia saginare.* Curramus igitur ad hunc Virgineū fontem, toto vitæ nostræ die misericordijs affluentem. Hinc mihi ansam præbuit me-

ditandi id, quod de Maria dicitur Cant. c. 4. vbi *Fons Hortorum Maria vocatur.* In Horto Plantaria non tantum, & fructu fructibus opima, gustum delectantia reperire est, sed & plantas, ac flores visum delectabili pulchritudine, & suavitate demulcentes: Quæ omnia ab eodem plenius irrigantur fonte, manente, & manante plena semper scaturigine. (B) Hinc notat Lyranus plures fontes vnum appellari fontem; forte quia in vnum aquæ coeuntes alveum, copiosiore emittunt Hortis profluvium. At, cur *Hortorum*, & non Horti fons Maria prædicatur? Prima enim Heri cura Hortum plantantis, extendit, vt fons ebulliat perenni scaturigine Horti sui, vt irriget areolas; nō vero vt ad aliorum se extendat irrigandum Hortos. Cur igitur Hortorū potius fons nuncupatur? *Quia plurimis simul Hortis irrigandis est sufficiens.* Scribit Tirinus. Dat auctam Adrichomius, sex millibus à Tripoli hunc fontem è libano profilire, ac brevi spatio in vehementem, velocemque excrescere fluvium, omnes hortos fœcundantem. *Maria fons est Hortorum, in quantum gratis labitur;* explicat Alensis. Non singulariter hunc gratijs hortum animæ irrigat, per omnes transcendit, suæ miserationis impendens profluvia large. Munificentiam huius Virginei fontis agnosce ex Alano de Insulis: *Oleum, esurientem reficit, egrotantem sanat, membra defatigata mitigat, odorem parit, flammam nutrit. Sic & in laude Virginis reficimur, exemplo eius ad virtutum medicamina invitamur. Vnde sequitur, ideo adolescentule dilexerunt te.* Fons saluterum licorem late dispungēs, subscriptionem habet: **FUNDIT AD OMNES Oleum myrrhæ,** (quæ à corruptione corpora præservat) vocatur Maria à Biblijs Syriacis; etenim suum super nos effundens gratiarum irriguum, a peccati putredine nos in novum hominem redactos, defendit. Idcirco vocatur Maria à Theostricto, *Fons incorruptionis.*

249 *Dodoneus* alius est fons iuxta Templum Jovis, qui faciem extinctam, si ei admota fuerit, accendit. Mariam aptè hic fons præfiguratur, quæ cum *illuminans sit*, nosque nimio in amore Dei tepidos respiciat, scintillas cordi emittit, vt nos spiritualiter accendat, & ferverescere faciat in dilectione Dei. Hinc ad nos nostri Adami Delphij admonitio: *Considerate, quod hæc ipsum dilectionis fontem de se genuit, & mundo editum, sacro vbere suo lactavit. Sic virginæ velut oleo purissimo nutritur ignis cha-*

(B) Cant. c. 4. v. 15. *Lyra in Glossa, ibidem. D. Hier. super Matth. & Adrichom. in descript. terræ adan. &c. Tirin. Cornel. Alap. Hortulan. Titelm. Adrichom. loc. cit. Alensis in Cant. c. 4. v. 15. Alanus de Insulis in cap. 1. Cant. Bibl. Syr. in Max. ad c. 1. Cant. v. 2. Theostri. in Conciliat. apud Picinell. mund. symb. lib. 2. c. 26. n. 518.*

Maria, fons olei Misericordiæ omnibus continuo patens, & à corruptione præservans.

Plin. Solinus
Maiores, Ber-
chor. lib. reduit.
8. c. 2. n. 5. Phi-
lipp. Picinellus
loc. cit. Adam.
Delphius de
Assumpt. Dei-
par. e. Hom. 1.
Abbas Absa-
lon de Purific.
ser. 2. Cant. 3.
v. 10. ord. 15.
Arias Montan.
Bibl. Tigurin.
Rabb. Salom.
Sept. Hage in
Conc. Tirin. in
Bibl. Maxim.
Alanus de In-
sulis ad cap. 2.
Cant. Absalon
Abbas, de Na-
tiv. Mariæ, ser.
unic. ord. 47.
Alanus de In-
sulis in Cant. c.
3. v. 10. D. Bo-
nav. in spec. c.
14. & 10. 3. ser.
1. de Virg. Ri-
char. à S. Laur.
lib. 10. de laud.
Virg. B. Ange-
lus del Pas, lib.
2. in Luc. ad c.
1. exposit. c. 24.
Ægidius Roma-
nus in expos.
super salut. An-
gel. Alensis in
Gloss. ad cap. 3.
Cant. v. 10.

charitatis, & fervor dilectionis, qui ma-
gis plerumque accenditur ex his pietatis
effectibus. Profert Abbas Absalon.
Aquæ virginei fontis non frigiditatem
emittunt, sed fervorem, quo in ardentis-
simam hominum corda Dei agantur di-
lectionem. Id desumitur ex illo Cant.
cap. 3. iam alibi aliter meditato: *Fercu-
lum fecit sibi Rex Salomon: media cha-
ritate constravit propter filias Jerusa-
lem.* Duo mirari oportet, *ferculum, sive
sellam gestatoriam fecisse sibi*, sive prop-
ter se; *stratum autem eius charitate po-
litum*, propter filias Jerusalem. Quid
hoc? Nil ad gratiam sponsæ in ferculo
fabrefactum est? Nil prorsus. Sed *me-
dium ferculi ignitum, succensum amore,*
*seu propter filias Jerusalem stratum cha-
ritate.* Sternebatur illud medium ignitis
lapidibus, carbonum instar splendenti-
bus, hincque prominebat Icon charitatis:
atque adeo properantibus ad ferculum
filiabus Jerusalem, igne illo charitatis vi-
debantur succendi, intensissimo astuan-
tes amore. *Quia splendorem, & ardorem
impertit;* habet Tirinus. Amor mundia-
lis vrit, sed animæ oculos excacat; Amor
divinus (qualis est charitas) accendit,
sed illuminat. Imo *amor terrenorum sus-
penditur, cum charitas recto tramite ad
Deum diligendum dirigitur.* Sed quid
hæc charitas denotet, & cur medium oc-
cupet inquiramus. Ferculum, à *ferendo
dictum*, Maria est, quæ novem mensi-
bus tulit clausum vtero salvatorem, vt
ex Abbate Abfalone defumo. Cur me-
dium occupet charitas est, quia *ipsa con-
stituitur mediatrix, & forma aliarum
virtutum.* Ipsa enim quasi in medio vir-
tutum posita ceteras illuminat, & infor-
mat; assert Alanus de Insulis. Charitas
autem ipsa sponsa dilecta est, ipsa Maria
est, vt habet Gregorius Nyssenus; de qua
D. Parens Bonaventura hæc Seraphice
scripsit: *Quis dubitare potest omnino in
charitatis affectionem transisse viscera
Mariæ, in quibus ipsa, quæ Deus est cha-
ritas, novem mensibus corporaliter re-
quievit? Quæ tota ardens fuit, ideo omnes
se amantes, eamque tangentes incendit, &
sibi assimilat.* Maria ergo charitas est, lu-
men est, est & fons vivus ignis; sicque
verus Salomon Christus ea vt instrumen-
to vtitur, vt animæ filia cœlestis Jerusa-
lem in eius amorem accendantur. *Sic
sedem ferculi ex charitate constravit,*
quia non nisi in charitate manet, residet,
aut quiescit. Ait Richardus. Æthneus
mons externe nivis candore conspersus,
intus ardentissimam concipiens flammâ,

hoc lemmate illustratur: NIVEO SUB
TEGMINE FLAMMAM. Maria,
mons libanus, puritatis nive candidissi-
mus; ignem tamen retinet in corde, quo
nos in Dei succendat amorem, B. Ange-
lo del Pas dicente: *In Mariam tota se
diffundit divini luminis claritas, quia
concepit lumen de lumine; fecunditas, qua
fit utilis universis; splendor, quo superat
Angelos.* Nec prætermitto B. Ægidij Ro-
mani verba hæc: *Commendatur in Ma-
ria abundantia charitatis, in eo quod di-
citur illuminatrix nam sicut est illumi-
nata super omnes creaturas, ita super om-
nes creaturas nobis lumen influit chari-
tatis.* Sed complementum Doctorum
Doctor Alensis apponat ita: *Media cha-
ritate constravit, idest implevit, vt ea
media filia Jerusalem incederent, & as-
cenderent.* Sic fons veluti Dodoneus ex-
tinctum reviviscere cordis Maria facit
ardorem, vt sic ibi nostra fixa sint cor-
da, vbi vera sunt gaudia. His aridet
etiam aliud Cant. cap. 2. de quo sponsa
alloquens dicebat: *Ordinavit in me cha-
ritatem.* Sponsi tacitam erga se dilectio-
nem refert, nam mutuam cupiens inte-
resse, vt sponsam ad se traheret, & alli-
ceret, iaculo eam conatur transfigere
charitatis, vt sic deliquio teneretur amo-
ris. Hinc postea his spiculis iaculata di-
xit, *Amore langueo, v. 5. vel vulnerata
sum charitate.* (C) Ordinavit itaque
sponsus Deus, in sponsam animam, cha-
ritatem: idest, *erga me* (inquit) *vt mihi
prius suam exhiberet, & postea meam
exigeret.* Explicat Alensis. Culmen, &
apex amoris sancti, est charitas insatia-
bilis, vt refert Richardus de S. Victore,
quæ vel est vulnerans, quando cor amo-
ris sagitta transfigitur, ardet, æstuat,
anhelat, gemit, suspirat, non se valens
cohibere ob amoris violentiam. Vel est
ligans, quando animus ita Deo adstrin-
gitur, vt nil aliud meditetur. Vel lan-
guescere faciens, quando mens in Deum
raptur, omnia dans externa oblivioni.
Hoc amore fauciatur anima, sagittatur,
& petitur. Alij apponunt, *vexillum eius
super me amor, sive charitas. Virgo bene-
dicta, vera, & præcipua Dei sponsa est;*
adstruit Pius Dominicanus Catherinus:
sponsa quidem est, sed charitate vexilla-
ta. Quare? Olim moris fuit curru vexil-
lum Acies à portare, & illud intueri
ad victoriam comparandum: dumque
vexillum videbatur extantum, nullus se
ab exercitu abdicabat. Deus, qui cha-
ritas est, vnam cum Maria sponsa habet,
ex Arnolddo sapissime dato: *In Virgine
autem*

Maria, fon-
charitatis est,
est & Charita-
tas fideles in
divinum ac-
cendent amo-
rem.

(C) Cant. c. 2.
v. 4. & v. 5.
Sept. Arias
Mont. Bibl. Ti-
gur. Reg. Sym-
mach. Syr. A-
rab. Hage in
Conc. lit. ibi.
Alensis in c. 2.
Cant. Richard.
à S. Viç. apud
Corn. a Lap. in
c. 2. Cant. v. 5.
Ambr. Catber.
opus. de Imma-
culat. Concept.
§. Primum, ne-
mo & c. Lyra,
& alij in Bibl.
max. Gistler. A
lapide. Ioannes
Genebrard. lib.
4. Chron. Belg.
c. 22. Arnold.
Carnotens. orat.
de Virg. Ma-
ria. Reulphus
lib. 6. cap. 2.

Richard. à S.
Laur. l. 2. p. 3.
cap. 4.

Maria, chari-
tatis vexillife-
ra, nos chari-
tate ad Deum
trahit.

(D) Cant. c. 8.

v. 6. *Lyra in*
Gloss. ibid. Plu-
tarch. l. de Iride,
& Ofride. Idem
in Thimol. Gui-
liel. in Cant.
Alan. de Insul.
in Cant. c. 8. v.
6. Arnold. Car-
not. Tract. de
Virg. Mar. Gui-
lielm. loc. citat.
apud Corn. à
Lap. Ex Andr.
Eborenf. Ioan.
Stob. verb.
Amor. D. Ioan.
Chrysostom. ad
Pop. Antiech.
hom. 50 Alanus
de Insul. loc. cit.
D. Ambr. lib. de
Isaac. c. 3. Cas-
siod. Greg. Beda,
Guilielmus, &
plures. Iustus
Orgelit. Cassiod.
Bed. Cornel.
Lap. & alij.
Symmach. Bibl.
Syr. & Arab.
sept. Haye in
Conc. Lit. ad c.
Cant. 8. v. 8.
Arias Mont.
Haye, Bibl. He-
br. D. Cyrill.
hom. contra Nel-
tor. Butcon.
Hym. Gr. ec. p.
132. Ecbert. in
deprecc. ad B.
Virg.

autem, vt in vexillo se relinquit effigia-
tum, vt nullus à certamine se elonget
amoris, dum Maria omnes ad pugnam
accendit vexillo charitatis. Hinc Virgi-
nea pendens pro vexillo subucula, Rollo-
nem Danum Barnotensem, dum obside-
ret urbem, cæcitate percussit, & inde
abegit. Labarum, in quo depicta Maria
charitatis Icone, extensumque ante in-
numerabilem fere turmam, subscriptio-
ne signatur: **AD PRÆLIA COGIT.**
ad hæc Richardus à S. Laur. sic: *Inex-
tinguibile est lumen charitatis Mariæ,
quo illuminat suos amatores, & imitato-
res, dicens cum filio, qui sequitur me, non
ambulat in tenebris, sed habebit lumen
vitæ, quod est inextinguibile.* Sic chari-
tate procedit virgo vexillata, vt omnes
trahat, omnes alliciat. Hac in acie agere
militem ambiebat, qui Mariæ alloque-
batur sic Cant. cap. 8. *Pone me vt signa-
culum super cor tuum, quia fortis est vt
mors dilectio: lampedes eius, lampades
ignis, atque flammarum.* (D) Hic spon-
sus perfectam desiderat dilectionem. Quod
enim valde diligitur, super cor poni dici-
tur; declarat Lyranus. Amoris victimam
sponsæ cordi amore æstuanti sese offere-
bat, vt ipsius amoris rubricaretur signa-
culo: olim enim victimæ obsignaban-
tur: atque adeo quia charitate victus, se
victoriam amoris reportasse suspicaba-
tur, ideo in corde, amoris centro imprimi
voluit dilectionis sigillo, etenim tro-
phæa sculpi in sigillis etiam solita. Ideo
Guilielmus ait: *Imprimere mihi quasi
signaculo, per amorem mihi fortiter ad-
harendo.* Sigillum sigillato conformatur,
& Virgo Maria Christum possuit super
cor suum, vt signaculum, quia ipsi per
imitationem conformata est, eiusque gra-
tia consignata. Habet Alanus. Etiam Ma-
riæ charitatem anhelat charitas ipsa, &
quousque in eius sigilletur corde, amo-
ris ictus non patitur sustinere. Vt signa-
culum optat Christus poni in corde Ma-
riæ: nam illud, eandem iconem, quam
sibi incisam præfert, in cera exprimit,
cumque *una sit Mariæ, & Christi caro,
unus spiritus, & una charitas,* Charita-
te compensat charitatem, se (qui chari-
tas est) in Mariæ ardentissima impressus
charitate, vt vterque sic signatus ma-
neat indivisa ferventi dilectione. Apte
id resonat ore Guilielmi: *Pone me vt
signaculum, ad expressionem meam in te si-
militudinis, & fortiter mihi per amorem
adhære.* Procedamus ultra. *Fortis est vt
mors, dilectio.* A nemine mors vinci po-
test, nec dilectio, quæ ardua, & fere im-

possibilia vincit, nam audacia, & confi-
dentia est præceptor, & in via amoris
nulla est via; vt quidam dixerunt. Id enim
charitas potest, quod natura negat; inquit
Chrysostomus. Mariæ igitur *Fortis est
vt mors dilectio.* Mors enim à corpore
animam separat; & cor amantis, (quod
sedes est animæ) in amatum facit abire
dilectio: vtque mors omnia domat,
subijcit sibi omnia, vt nullum vivens
eius queat effugere imperium; & amor
omnia vincit, etiam Deum, quem chari-
tate ictum, in virginalem fecit descen-
dere vterum. Mors è mundo viventes suo
robore expellit, & Mariæ dilectio homi-
nem ab amore mundi fortiter abstrahit.
Recte ergo Maria depingitur fons amo-
ris, vt omnes sitientes veniant ad degus-
tandum aquas charitatis. Sed si lampa-
des nostri cordis ob defectum spiritua-
lis pabuli extinguntur, ibi oportet ac-
cendi, nam lampades eius, lampades ignis,
atque flammarum. Pro lampades, est
in Hebræo vox *Rescaphin*, idest *iacula
volantia*: cum enim amoris Mariani
ictus dulcissimus sit, & dulcedinem pa-
riat, non amaritudinem, iaculatur virgo
hominum corda, vt videantur charitatis
sux sagittis benigne devicta. Sed ad quid
tot iacula, tot ardentes emittuntur faces,
tot lampades ignitæ? Quia lampades
sunt charitatis, ideoque prius vt iacula
feriunt, vt ardentes pectus inurunt, vt
igneæ impuritatem terream avertunt, &
in melius quid, animum transformant, in
Mariæ nempe, & Dei charitatem, ac di-
lectionem: vnde apposuerunt alij; *lam-
pades eius flamma Dei.* Vt sit fere idem
in corde Mariæ per dilectionem signari,
ac divinitatis flamma in Dei amorem
transferri. Ideo Mariam D. Cyrillus vo-
cat, *lampadem inextinguibilem.* Cum
enim sit mater pulchræ dilectionis, ne-
quit ad dilectionem emittere relationem
maternitatis. Lampades binæ in Virgi-
ne accensæ manu, lemmatè insigniun-
tur: **INFLAMMANDO NITES-
CUNT.** Qui enim appropinquare stu-
det, lampas lumen imprimit, & ardorem;
sic Mariam sibi addictis suam infundit, &
Dei Charitatem. A Buteone Maria præ-
dicatur, *lampas splendida his qui in tene-
bris sunt, conspicua immortalis accensa lu-
mine.* Et ab Ecberto dicitur, *lampas lu-
centissima, cuius splendore inventa est
dragma perdita.*

250 Fons alius (Leandro teste, (E) &
Berchorio) in agro Volaterrano est, cuius
haustu mulieres lacte destituta, vberri-
mam illius copiam recipiunt. Imò, pro-

Maria, Deum
in corde fig-
navit charita-
te, & omnium
corda ad se
trahit, & dile-
ctione trans-
format.

250 Fons alius (Leandro teste, (E) &
Berchorio) in agro Volaterrano est, cuius
haustu mulieres lacte destituta, vberri-
mam illius copiam recipiunt. Imò, pro-

(E) Leand.
apud Aug. Vi-
ctmann. in sab-
batismo. Ma-

rian.c.6. Solim.
c. 10. Pythago-
ras apud Nov.
umbr. Virg. lib.
4. c. 12. n. 408.
Lyra in Gloss.
ad Psal. 36. v.
4. Alens. in Glof.
D. Ber. ibidem.
Berchor. in Di-
rect. verb. loc.
D. Athanas.
apud Novarin.
loc. cit. D. Ant.
Pad. ser. Dom.
3. Quadr. ad c.
11. Luc.

pe stagnum Gelonium fons est, cuius aqua à fœmina sterili potata, fœcundam reddit. Vterque fons specialem Mariæ gratiam commendat; de qua melius illud Pythagoræ dici potest, quod fert in *vberibus nectar*. Specialiter Virgini mulier quælibet indigentia laborans lactis, dicere potest. *Tu es spes mea ab vberibus matris meæ*, vt per te etiam mea vbera repleantur. Psal. 21. Hoc idem Regius insinuat Propheta Psal. 36. dicens: *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui*. Psalmus hic afflictionem bonorum tangit, vt advertit Lyranus. Non parua autem in muliere à periculo partus solutæ lactis habere mammas exhaustas; quam quasi alloquens David ait, *delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui*. Petit anxia mulier sibi, & infanti solatium, quod vt consequatur ei dicitur, *delectare in Domino*: vbi *delectatio idem est ac de alio lactatio*. Igitur in Domino delectari, est de bonitate eius lactari; vt exponit Lyranus. Lac ad Mariam pertinet, quæ lactavit filium, ob quod dicuntur Beata vbera Virginis, quæ suxit. Delectetur igitur in Domino cum Maria, vt eius lacte pinguescat, pinguescant & vbera. Sic si delectatur in Domino, dabit petitiones cordis sui mediante humilitate, & petitione; sed lac infundet per vbera Mariæ. *Delicata est enim divina consolatio, nec conceditur admittentibus alienam*, vt dicit Bernardus. Vt Agnus humilis accedere ad Mariam, quæ lactis inopia laborant, oportet: ille enim vt ex matris hauriat vberimus, balatum prius emittit, & post genua flectit, & iteratò vbera pulsat. Sic quæ tali sunt orbata filiorum nutrimento, prius expedi à Domini bonitate id exposcere, delectentur, & impleantur earum vbera vt ab vberibus Mariæ: Deinde balatum supplicationis emittat, genua ante Virginis Imaginem flectant, & iterato ad ianuas suæ pulsant miserationis, vt ab earum vberibus postea eructet abundantia lactis. *Sanctissimi fontes vbera Mariæ nuncupantur*. Fontium aquæ in omnes sine discrimine diffundi solent: sic vbera Virginis, large diffunduntur; etenim *Deus Mariæ suxit mammam, vt divinum lac nobis scaturires*; fert D. Athanasius. *Dum enim Christus Mariæ suggebat lac* (docet meus D. Antonius Paduanus) salutem omnium agebat. Delectetur ergo in Domino, quæ tali privata est subsidio, & dabit sibi per Mariam petitiones cordis sui. His arridet id, quod de Maria & explicat, & applicat idem Thaum-

gus Paduanus, D. Antonius noster, commentans illud Prov. c. 5. *Cerva charissima, vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore eius Delectare iugiter*. Bis ponitur hic Hebræa vox *dodim*, tam vbera, quam amores significans: & rectè, quia cum hic agat Sponsus Deus de Mariæ prerogativis, eius nequibimus frui dulcedine lactis, nisi erga eam stimulum feramur amoris, (F) cuius Symbolum vbera sunt. Idcirco ab alijs habetur, *Cerva amorum, vel gratiæ, vbera eius irrigabunt te ad sufficientiâ*. Hæc *cerva charissima est Beata Virgo Maria*, Cerva amorum, quia nos omnes (& maximè sua ope indigentes) dilectionis effectu, & affectum prosequitur, imò (vt dedi ex nostro Adamo Delphio) *ipsum dilectionis fontem de se genuit, & mundo editum, sacro vberis suo lactavit*. Si igitur ex lacte Mariæ iste crescit fons lacteus, ad eius vbera, quæ lactei fontis sunt fontes, quæ lactis copiam desiderant, accurrant. Cerva enim gratiæ est, gratijs, & beneficijs necessitatos irrigans ad sufficientiam usque; vt valeant sic maximè quæ lactis obturatos habent fontes, abundantissime adimpleri. *Sed valde mirum est, cur dixit, vbera eius inebrient te, cum in vberibus non sit vinum, sed lac iucundissimum*? A Paduensi Antonio excitatur hoc dubium, sed sic resolvitur. *Sponsus eius filius ipsam laudans* Cant. cap. 7. dicit: *Quam pulchra es, & decora charissima in delitijs, statura tua assimolata est Palmæ, & vbera tua Botris*. Botrus autem est genus fructus, vel vbarum. quæ nascuntur in vite. Textus autem hic ita à nonnullis legitur: *Quam iucunda es Charitas!* Hanc autem depictam ex Priscis addisco, Virginem papillas vberum parvulis porrigentem. Charitas iucunda Maria est, matribus (vt suis subministrant infantulis) lactis copiam misericorditer ex suorum vberum fontibus impendens. Pro *statura tua autem*, vertunt; *Magnitudo famæ tuæ*. Ex hac enim Mariæ munificentia erga mulieres, qua eis lactis copiam carentibus porrigit large, suæ famæ ita vbique terrarum magnitudo crevit, vt vocetur communiter Hispanice, *la milagrosa Virgen de la Leche*. Sed ad vbera, quæ per botros signantur, retorqueamur. Lyranus docet, id ideo dici, propter vbertatem lactis, ad nutritionem filiorum Ecclesiæ. Botrus autem (dante nostro Anglico) *est vvarum congeries, vel congregatio, vel ramusculus cum uvis præcissus, de quibus vinum extrahitur iucundissimum*. Hoc modo vbera Mariæ

(F) Prov. c. 5.
v. 19. D. Ant.
Pad. loc. ant.
adducto. Hæc
in Conc. lit. ad
c. 1. Cant. v. 1.
Cœnel. à Lap.
ibid. Lyra pr e
alijs in sua Au-
rea Gloss. ibid.
Rudolph. Sept.
Cald. Syr. Ara-
bic. Lyr. & Ha-
ye in Bibl. max.
Adamus Del-
phius de Astup.
Deip. Virg. Ho-
mil. 1. D. An-
ton. Pad. loc. ad-
duct. Cant. c. 7.
v. 6. & 7. Ro-
bertus Holch.
Picin. Berchor.
Cœlius Rhodig.
& Plures alijs.
Sept. Bibl. Arab.
Dquila & Ha-
ye in Bibl. max.
Lyra ad c. Cât.
7. v. 7. Anglic.
l. 17. c. 180. Ia-
nuen. in Catbo.

Ex vberibus
Mariæ pro-
fluit lac, vt eo
destitutæ mu-
lieres abun-
dantius fruan-
tur, ad suos
alendum in-
fantes.

Miraculosa
Imago, la Vir-
gen de la Leche.
Bibliothec. Vir-
ginal. t. 1. pag.
mibi 481. col.
2. lit. A. Plin. l.
13. c. 4. Anglic.
Berchor. Fran-

*cycus Rucur, D.
Anton. Pad. &
alij.*

inebriant, quia ad eius accedentes amorem, & delectantes, idest de eius vberelac concupiscentes, à terreo alienat amore, & sic alienatos suæ lactis replet pinguedine. *Maria ostendit se amore filij largissimam, & celerissimam datricem gratiarum.* Ait Biblioth. Virginalis. Palma Botris lacteo humore in cacumine effluentibus; descriptione magnificatur: **LACTIS EXUNDAT HUMORE.** Nec in Physicis mirum erit, cum medulla palmæ substantiam procreet candidissimam, & dulcem, quæ etiam ad Botros derivatur, vnde haud pereuntibus illius accidentibus fluere valeat ex Botris candidus licor, qui etiam in vini candidi transeat saporem. Ad minus est certum id, quod Plinius scribit, *Dulcis medulla Palmæ in cacumine.* Omnis spes ergo earum, quibus penuria lactis adhæret, in Mariæ vberibus ponenda est, quæ ut Botri Palmæ lacteum copiosè effundent licorem, & huiusmodi orbitatis amaritudo, per Mariam, & temperabitur, & dulcescet. De Virginea alloquens Ecclesiasticus sapientia (Per quam ex ante datis intelligitur Maria) Habet hæc: *Decor vitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutaris.* Eccl. cap. 6. Decor omnis in Maria est, quia cum Verbum carnem ex ea induit, decorem indutus est, cuius animi decor usque adeo in immensum prorexit, ut Christus ipse, immensus ille decor, in eius decoris desiderium actus sit. Affer nobis Andreas Cæsariensis. (G) Etiam Maria commendatur à deliciarum copio-

(G) Eccl. c. 6. v. 31. Andr. Cæsariensis. orat. 2. de Nativit. Mariæ. Bibliot. Virg. tom. 1. pag. mibi 487. col. 2. lit. C. & pag. 468. col. 2. lit. D. D. Anselm. Hymn. 2. de divers. D. Anastasius Synaita de Annunt. Mariæ ser. 1. Sept. Bibl. Reg. Hæ. ye in Conc. lit. ad c. 6. Eccl. v. 31. Clem. Alex. l. 3. Strom. c. 11. Lyræ in Gloss. ad 1. Ter. 2.2. v. 25. Richard. à S. Laur. lib. 2. p. 1. Anglic. lib. 16. c. 50. D. Isidor. & Diofcorid. lib. Berch. in

Vincula autem catenata ex annulis coalescunt, in quibus nomina eorum sculpta deferebant, quorum non patiebantur oblivisci; Vnde dilectionis signum erat, & firmitatis, ut disco ex Alexandrino Clemente, & Lyrano. Nexus Maria, quibus benefacit, immittit, ne eas obliviscantur largitatis, dum tam benignè eorum præces audientem conspiciunt, & beneficia porrigentem. Ex his deducitur, quod illa vincula sunt, *alligatura salutaris.* Quia extrahunt ab indigentia, ab incommodis, ab infirmitate, à necessitudine: *Nam salus nostra in manu Mariæ est, respiciat tantum nos Domina nostra, quæ est causa salutis generis humani.* Profert Richardus. Sed & aliud de hac salutari alligatura perscrutemur, Pretiosum genuit natura lapidem, quem meus vocat Anglicus *Galaticem* hic de se lacteum vberim emittit sudorem, & collo mulieris alligatus, vbera lacte replet. Maria, *Gemma est gloriosa Paradisi*, in *Galattite* significata: quam si cordi appensam, & devotione alligatam retinuerint indigentes lacte mulieres, eius alligatura, piusque cum illa nexus, erit sibi, & infantibus salutaris. Sic Richardus Victorinus Mariæ alloquens habet: *In te crevit lac Divinæ misericordiæ, & ex te nobis profuit; ipsa prius repleta es, & ex te nobis descendit hæc abundantia.* Fons siccum irrigans Hortum, hanc subscriptam monstrat epigraphen: **PINGUESCET TANDEM.** Perseverante etenim effluxu, emortui qui videbantur, refurgunt flores, Plantæ rigatu frondescent, & amota siccitate perfunduntur areolæ viridarum roris. Misericordia (cuius mater Maria celebratur) *collectanea Christi dicitur*, quasi cum ipso ex vberibus quæ adolerevit Matris, Vnde monumenta clementiæ, & insignia Charitatis, prædicantur ab Arnolde vbera Mariæ. Accurrant ergo festinantes ad eam, quæ lactis copia mulieres reperiuntur indigentes, & dum ex hoc Virgineo fonte misericordiam haurient, haurient & lac, quo suos valeant sine gravamine infantes enutrire.

251 Fons etiam Maria est, non stagni Gelonij, sed maris à sede Dei, & agni procedentis, cuius quæ biberint steriles gratiarum aquam, sterilitatis semoto opprobrio, fecundæ redduntur. *Nulitas fructus sterilitas est, vel eum produ-cendi debilitas*, quæ à Maria tollitur, dum etiam Virgo manens, per Virginitatem, matrem sedera miratur. Hoc mihi evidens ex illo Evangelici vatis, c. 11. *Egre-dietur Virga de radice Iesse, & flos de*

*Red. l. 11. c. 81.
n. 1. Ambr. Co-ranus vel D. Aug. ser. de As-sumpt. Virg. Ri-chard. Victorin. p. 2. in Cant. c. 23. Novarinus in verb. Virg. l. 4. c. 10. Exc. 44. n. 431. Arnold. Carnot. tract. de laud. Virg.*

Mariæ vbera fontes sunt, lac Mulieribus effundentes.

(H) Isai. c. 11

v. 1. Lyr. D.

Ant. Pad. Ada

mus Delphius,

Rupert. & alij.

D. Hier. in Isai.

l. 4. & Epist. ad

Eustoch. D. An

selm. de Concept.

Mariæ c. 2. Bi

blioth. Virg. tom

1. pag. mibi 493

col. 1. lit. C. D.

Andr. Cret. de

Natio. Mariæ,

orat. 2. Chrysipp

ser. de laud. virg

Cyrill. Alex. lib.

11. in Isai. c. 16.

D. Epiph. ser.

de laud. Virg. D

Bernard. & Am

brof. Franciscan

apud Novarin.

Vimbr. Virg. l. 4.

c. 10. Exc. 57. n

557. Alanus de

Insulis in c. 7.

Cant. Angl. lib.

17. c. 111. Berc

& alij. S. Ephra

em Syrus Tract.

de pretiosa Mar

garita. Haye in

Conc. ad Isai.

c. 54. v. 1.

radice eius ascendet, & requiescet super
eum Spiritus Domini. Hic Propheti Chri-
sti mysterium, (H) Incarnationem videli-
cet varicinatur: Nam *Virga Maria est*, flos
Christus, & Spiritus Domini qui super-
venit in Mariam, ad eam nempe, vt Dei
filium conciperet fecundandam, vnde
Hæc Virga, quæ talem ex se protulit
florem, Virgo Maria fuit, & flos qui de
radice eius ascendit, eius benedictus filius,
super quem, & in quo omnis plenitudo
divinitatis essentialiter requieuit, submi-
nistrat Anselmus. De hac radice pro-
cedit Virga, & flos, in consolationem af-
flictorum, vt censet Biblioth. Virgin:
Procedit ergo Maria ex radice Iesse, &
ab Andræ Cratensi etiam *Radix Iesse*
appellatur. Cur ita? Radix totius hu-
mani Generis Eva fuit, quæ fructu gra-
tiæ sterilis evasit, ad omnes posteros si-
mitem traducens sterilitatem: vnde ex
radice Iesse Maria egredi dicitur, quia
Iesse interpretatur *incendium*, quod ra-
dici conglutinatum adamaticæ, eam ste-
rilem omnino reddidit, nec spem conce-
pit ex se posse fructum benedictionis,
& gratiæ producere. Maria salutatur à
Chrysippo *Radix omnium bonorum*; &
radix virtute, naturaque sua vitam æternam
pariens; vt dat D. Cyrillus Alexan-
drinus. Et merito, nam Adam, & Eva
post peccatum statim à Deo annihilandi
erant, (D. Bernardino, & Ambrosio
Franciscanis asserentibus) nisi Virgo in
eorum lumbis contineretur. Radix ergo
hæc Sancta, Immaculata, Purissima, &
Fecunda, induxit fecunditatem gratiæ,
dum radix infecta Eva induxit sterilita-
tem culpæ. Audire sit D. Epiphanium:
Facta est Maria restauratrix fœminarum,
quæ mulierum infirmitatem vere
gloriosam reddidit, quæ lapsum Evæ ere-
xit. In radice Mariana fecunditas Virgi-
nalis, sterili naturæ communicanda reperit-
tur, vt sic per eam, suumque divinitatis
florem sterilis natura fecundaretur. Pal-
mæ radix radici alterius copulatu Pal-
mæ, hoc dicto inscribitur: VT SIM
FOECUNDA MARITOR. Mariæ
statura assimolata est Palma, quæ est pul-
chra in culmine, delectabilis in flore, dul-
cis in fructificatione, procedens de radice
horrida, tamquam de spina Rosa; Inquit
Alanus de Insulis. Hæc fecunda cœles-
tem protulit fructum, quo mundus im-
pinguaretur, illique, vt fecundentur
etiam steriles, per devotionem adherere
bonum est, cuius Palmæ si odore suavis-
simo tangantur, evadent protinus fecun-
da. Ad idem mihi persuasum est illa

tendere verba, quæ ex vehementia Spiri-
tus, & ardoris sibi à Spiritu Sancto aspi-
rati, tum ex novitate, & admiratione
arcanorum protulit Elisabeth Mariæ eam
salutanti dicens: *Benedicta tu in mulieri-*
bus. Luc. c. 1. *Idest, præ mulieribus*; habet
Patificensis Haye. (I) Maria sola fuit be-
nedicta præ mulieribus, quia ipsa sola
habuit quidquid boni fuit in mulieri-
bus, & illa omnia habuit excellentius,
& sola fuit maledictionis expers, ob quam
aliæ dolorem in partu passæ sunt, & steri-
litem in fructu. Ideo benedicta, quasi
bene aucta: Vnico enim ventris fructu
vniversum orbem gratijs fecundavit. Be-
nedicta dicitur, (ait Richardus) quia relic-
ta sterilitate Virginis, & corruptione ma-
tris, assumpsit integritatem de Virgine, &
fecunditatem de matre. Benedicta dici-
tur, de qua potest dici, quod dictum est
Gen. c. 27. *In pinguedine terra, & in rore*
Cœli desuper erit benedictio tua. Ros Cœ-
li Virginitas, pinguedo terra fecunditas.
Hæc cum Virginitate in Maria coheret,
vt omnia per Mariæ cœlestem fecunden-
tur fecunditatem. Sed cur hæc benedi-
cta fecunditas sic exaltatur, vt Mariam
predicet benedictam inter mulieres, quam
dicunt beatam omnes generationes? Quia
per Mariam primæ mulieris ablatum est
opprobrium, & honor collatus mulieri-
bus. Addit Richardus. Sed quodnam ab-
stulit Maria opprobrium à sexu fœmineo?
Sterilitatem utique, quæ pro ignominia,
& opprobrio apud Hebræos habebatur,
vnde dicitur Deut. cap. 7. *Non erit apud*
te sterilis. Sterilitas autem ex Evæ pecca-
to processit, ideoque Chrysostomus di-
xit, *sterilitas à Domino venit*; In primi
scilicet peccati pœnam. Sicque fecun-
ditas (vt ait Ambrosius) *Divina mise-*
ricordiæ adscribenda est. Hinc apud He-
bræos nota erat, & infamiæ signum, esse
sterilem, & illiberem, propter spem Mes-
siæ, qui ex posteris illorum erat nascitu-
rus, vnde etiam suspicio erat alicuius cri-
minis, propter quod communi benedic-
tione privabantur. Benedicitur ergo Ma-
ria inter mulieres, vt ob hanc benedic-
tionis gratiam auferat sterilitatem omnium
ignominiam. Scite Richardus scribens:
Mulieres veteris testamenti ad Mariam
tendebant, cum omni affectu ad liberorum
procreationem: ideo Benedicta in mulieri-
bus dicta est Maria, quæ mulierum di-
lectionem vindicavit, & affectum, utpote
per quam evasit opprobrium sexus ille. Pri-
ma seges, vix hyeme caput erigens, op-
pressa nivibus, post calore solis verè eam
verberante, fert Iconem: SOLE SPLEN-

(I) Luc. c. 1. v.

42. Haye, cum

Bibl. Æthiop. in

Concord. lit. Ri-

chard. ad S. Laur.

de laud. Virg. l.

1. c. 6. per totū.

Idem ibi in fine

Bibl. Ven. Arab

& Ioan. la Haye

ad c. 30. Gen. v.

23. Lyr. in sua

Gloss. ibid. D.

Chrysost. Hom.

33. in Gen. D.

Ambr. in He-

xam. l. 4. Ofsee

c. 9. v. 17. Theat

Vit. Hum. tom.

7. verb. sterilitas

Theodoret. q. 33

in Gen. Orig. D.

Chrys. Hom. 49

in Gen. Rich.

loc. cit. Anglic.

Bercbor. & om-

nis de Sole. D.

Epiphanius ser.

de laud. Virg.

Maria infœ-
cundas sua Cha-
ritate mulie-
res fecundat,
& fructu bene-
dicto ventris
sui benedicit.

D. Greg. Ny-
sen. orat. in Na-
tio. D. Bonao.
in Psal. min.

DENTE LEVABOR. Mariam Sol refert, cuius ope, quæ antea vix è solo steriles, opprobrio pressæ sterilitatis, haud erigi poterant, iam fructu benedictionis per hanc benedictam Virginem ditatæ, ad altiora honoris, & fecunditatis culmina evehuntur. *Facta est Maria res-tauratio foeminarum.* Ait Epiphanius. Sub Mariæ umbra, ac protectionis eius vmbraculo, fecundæ redduntur steriles, nam virgo sola eas benedictione fecunditatis implevit, quia à *Muliere mulier defensa est, quæ flos est, & gemma mulierum*, dante Nysseno, & Doctore Seraphico. Plena refunditur super steriles mulieres benedictio, si Mariæ subiiciuntur vmbraculo. *Saturabuntur ligna campi, & Cedri libani, quas plantavit.* Psalm. 103. cecinit David, Mundi meditatus constitutionem, sic à supremo opifice apte, ordinateque dispositam. (K) *In arboribus* (explicat Lyranus) *radices sunt similes ori in animalibus, quia per eas attrahitur alimentum arboris ad fructificationem.* Attamen magnum inter ligna campi, & montium intercedit discrimen; etenim ligna campi fecunda sunt, & fructibus vberissima; montium vero arbores communiter infœcundæ, & steriles. Biblia Chaldaica nomine *lignorum campi*, etiâ intelligunt, & *Cedros libani*, quæ vocantur *ligna Domini*; & *arbores quas creavit Deus.* Ex libano igitur ad campum Cedri properare cernuntur, nam in campo nil sterile, infœcundum nihil; & ut pateat è libano Cedros mutuassee fecunditatem, ad campum properant, fructuum copia ornaturæ. Mariam libanus repræsentat, ex satis antea dictis. Cedrus autem fideles omnes typice monstrat; cuius id speciale, quod ubique fecunda, sed magis in libano, ut docet Anglicus, & *omni tempore est plena pomis.* Quid mirum! Saturatur plene imbribus, & rore Cœli, quia specialiter sibi adiscunt vmbraculum libani. Pingitur ergo mons niveus libani Cedris fructiferis onustus, quibus hoc lemma subiicitur: **NON NOSTRA, EST MONTIS VBERITAS.** Per Mariam namque sterilia illa ligna laturantur, fecundantur, & benedicuntur: quia Maria, quæ etiam *quasi Cedrus exaltata est in libano*, benedictio sui ventris fructu maledictionem abstulit, ob quam Eva ad alias mulieres sterilitatem transfundit. Audi Fulgentium: *Maledicta Eva fuerat, quam nunc credimus per Mariam ad benedictionem gloriæ remeasse.* Accurrant ergo ad fecundam Virginem infœcundæ, ut per

eam repleantur fecunditatis benedictione.

252 *Fons* alius à Pictaviensi memoratur, qui oculis medetur caligantibus, imò & fertur suis si quis perseveret aquis inungi, perfectè illuminari. (L) Maria in hoc fonte figuratur plane; nam cum *illuminans*; vel *stella maris* intepretetur, non stri pellit tenebras cordis, & omnes illuminat illuminatione gratiæ cœlestis. Ad hæc faciunt ea, quæ scribuntur Gen. c. 6. *Fenestram in Arca facies.* Vbi Deus Noe præcipiens fabrefacere arcam, in qua velut in tumultu obvolutum tenebris per aliquod tempus habitare oportebat genus humanum, ne densis homines obvoluti tenebris omnimoda orbarentur luce, fenestram adhibere præcepit in superiori parte. Sic plures sentiunt legentes, *facies eam superne, vel in summitate.* Hebraei dicunt, fenestram hanc fuisse lucernam ex lapide pretioso, suo lumine Arcam illustrante. Quoquomodo sit, Cœli lumina per huiusmodi transvertebantur fenestram, quæ vicem habebat diluculi, sive Auroræ, ad illuminandum existentes in abditis Arcæ. Plures autem speculæ, ac fenestræ in Arca erant, sed hæc omnium præcipua, & principalior, de qua solum hic fit mentio. Cur igitur non de alijs? Quia ab eis derivabatur minor portio lucis. Illa autem fenestra copiosissimum emittebat lucis effluxum, sicut inextinguibile luminare, & ut crepusculum, vel Aurora oriente sole. Hæc ergo celebratur, à qua potius illuminantur sedentes in tenebris, & umbra mortis: nam sola hæc sat est eos à caliginosis extrahere umbris, & cum in summo sit sita, non eos illuminat ut terrena prospiciant, sed cœlestia. Ad duo inserviebat officia, hæc fenestra: nam ut talis excluderet aquam de arca, & eam illuminabat ut splendida, ex lapide splendido compacta. Talis est Maria, inquit meus Parens Augustinus, *quæ facta est fenestra Cœli, quia per ipsam Deus verum fudit seculo lumen.* Et si Beati omnes, nos à Deo sibi inditam virtutem habeant illuminandi, *quia fulgent sicut Sol*, Match. cap. 13. Tamen luminare præcipuum, & principalior nostræ illuminationis fenestra, ex parte Cœli sita, Maria est: Nam ipsa *illuminat Ecclesiam militantem*, (profert Richardus) *signatam per Arcam Noe, quam illuminat fenestra cristallina, quæ figurat Mariam.* Fenestra, sole exoriente copiam lucis domui administrans, hæc epigraphe notatur: **PHOSPHORUS** & **D I S.** Phosphorum vocant luciferum, sive ma-

(L) Berch. in Reduct. ante citat. D. Isid. & Plures. Gen. c. 6. v. 16. Apud la Haye plures in Bibl. Max. ut Arias Mont. & alij, Symmachus. Bibl. Chaldaic. Lyr. in sua Gloss. Haye in Conc. lit. & in arb. Vit. D. Ambr. l. de Noe & Arca Daniel Agric. Cor. 9. stella 1. D. Aug. de ortu veritatis, nempe de Virg. Maria, ser. 15. & de Nat. Dom. 11. Richard. à S. Laur. l. 1. c. 3. D. Petr. Damian. ser. 3. de Nat. Virg.

Maria, ut cœli fenestra, omnes illuminat fideles.

(K) Psal. 103. v. 16. Sept. Cöplut. in Bibl. Max. Lyr. in Gloss. ibi Berch. in Dict. Anglie. D. Isid. & alij. D. Hierem. Bibl. Chaldaic. & Arab. Plin. D. Isid. Orig. l. 17. Rabanus Maurus in Psalt. apud Anglie. l. 17. c. 23. Theophrastus apud Picinellum mund. l. 9. c. 9. n. 140. D. Fulgentius ser. de Laud. Virg.

Maria, ferens benedictionis fructum, mulieres cœlesti benedictione locupletat.

tutinam stellam, Auroram utpote, Mariæ symbolum, de qua D. Damianus habet: *Maria est fenestra Cæli, ianua Paradisi, per quam Sol iustitie illuxit mundo.* Ad hunc ergo primordiale lucis fontem cæci peccatores accurrant, mox à Maria cælitus illuminandi. Arrident verba illa Isaie c. 60. Sic denuntiata: *Surge, illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum.* Nul- lus anceps, quod de Incarnatione Verbi hic Propheta loquatur, & de magni- tudine salutiferæ lucis per Mariam por- tantem Messiam adventantis. (M) Hoc

(M) *Isai. c. 60.*
v. 1. *Lyr. in sua*
Glos. Adamus
Delpb. Corn. à
Lap. & alij Bi-
bl. Chald. in
Max. Hæc in
Concili. Apud
Novar. Vmbr.
Virg. l. 4. Excel.
120. n. 1134.
Luc. cap. 1. &
Ioann. 1. Vide
Gloss. ibi. Lyr.
B. Angel. del Pas
& alior. D.
Greg. Thaumaturg.
ser. de An-
nunt. Maria.
Vide Novar. loc.
cit. num. 1136.
Hesychius orat.
2. de Deip. Sap.
c. 7. v. 15. Ri-
chard. à S. Lau-
renc. de Laud.
Virg. l. 1. c. 3.

Maria, lux est,
& lucis ve-
hiculum, ho-
minum men-
tes illuminans
& cæcitatem
avertens.

expressius dant Bibl. Chald. sic legentia: *Surge, quia pervenit tempus Redemptionis tue.* Hoc est, *da operam, ut vera luce perfundaris.* Habet Parisiensis Hæc. *Surge, è tenebris ignorantie, & erroris, ut cæcitate pulsa perfundi valeas lumine veritatis.* Alij autem sic vertunt literam: *Quia venit tempus liberationis tue.* Quod plenius præstitutum est, cum Virginea lux hominibus affulsit, Maria dicen- te: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum Verbum tuum.* Luc. c. 1. Sed si Verbum lux, & lux Maria, de qua luce loqui- tur Propheta? Indivisim de utraque. Dei enim Filius erat lux vera, *que illuminat omnem hominem.* Joan. c. 1. Virgo etiam lux est clarissima, & vehiculum lucis, nam *illuminatrix* interpretatur. Cecide- rat ergo mundus in culpabilem ignoran- tiæ cæcitatem, & ideo ut surgat, à Pro- pheta admonetur, nam Deum concipien- te Maria, Solem sole ferente, & luce lu- cem, nulla amplius torporis cæcitas in- valescit, à Verbo, & Maria arcetur prorsus. Fons lucis Maria est, ideoque eadem voce Hebraica significatur *Fluere* ad mo- dum fontis, & *illuminari* ad modum lucis. Idem enim explicat hæc vox *Nobar.* Vnde fas erit iterum addiscere Thaumaturgum, sic Mariæ dicentem: *Ave Gratia plena, fons lucis, quæ cunctos in te credentes illuminas.* Lux nocturna arcens tenebras, epigraphen portat: **L U C E CALIGO FUGATUR.** Maria ab Hesychio vocata est, *lucerna à se ipsa ardens:* emanatio enim quædam est claritatis Dei, Sap. c. 7. & iure: Nam *cæteri sancti vicissim lumen suum præbent; Maria sine vicissitudine semper equali radio, quantum in se est cunctis viventibus claritatem infundit.* Docet Richardus. Fontis ergo virtutem habet oculos cæcorum illuminantis, ut accedant cæci peccatorum lippitudine laborantes, nam eius gratiarum aquis perfusi, cœlestia ut intueantur, illuminabuntur. *Illumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte.* Psal. 12.

David Psalebatur. Isti Psalmo titulus præponitur, *Laudatoria David:* quia totus est in laudando Deum, ob sibi exhibita, & exhibenda beneficia. Inter alia autem, quæ pro votis habet, est ut illuminetur, ne obdormiat in morte; quasi dicens, (ait Theodoretus) *depelle mala ob quæ hætenus morore, & fetu caligant oculi mei, ne, si pergant diutius me affligere, forte succumbam ijs, & immoriar.* Finalis Peccatorum cæcitas ex voluntate vitij irretita proveniens, procacior est, sævior, & malignior, animam cæcutientem in Barathri tenebras palpabiles detru- dens. Mentalis igitur illuminatio, à Divino procedit adventu, qui in Mariæ utero inceptus, & completus est, etsi non quoad Redemptionis totale complementum. Sic à morte culpæ excitatus fuit homo in ad- ventu luminis in hunc mundum. In morte ergo dormitant, qui sæpe peccant. Pro his David, ut expergeant, enixe rogat: *Illumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte.* Observat noster Angli- cus vim videndi in pupilla residere, quæ ita vocatur, quia pura, & impolluta est; eamque nec apparere, & prorsus occulta- ri per triduum ante, morituris. *Hæc pupilla est diligentissime custodienda, quia ea substracta nil valet oculus, fitque homo miserabiliter cæcus.* Mariam pupilla iuxta Lauretum repræsentat, quæ omnino pura, & omni redundans est puritate à sua creatione, per quam illuminantur cæcutientes, ne in foveam detrudantur abyssi: *Nam omni luce clarior, totum mundum illuminat.* Accinit Amadeus Laufen- sis. Hanc fideles omnes toto cordis, & devotionis affectu oportet intra ani- mam custodire, nam substracta, & non apparente in hora mortis Maria, nil proficit oculus mentis, quia tali orbatu lu- ce obstruitur, & validus hostis ut de cæco triumphat. Idcirco ab Ecclesia hæc Mariæ oratio mittitur: *Ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostræ.* Tunc enim graviora imminet pericula, maximaque est hominum imbecillitas, ac mentis obturatio. Ideo oportet hanc toto cordis conatu conservare pupillam, ut conservemus, & gratiam. Herba Solis, sive Heliotropium directè aspiciens solem, lemmate inscribitur: **VIVO DUM LUMINA CERNO.** Hic enim flos succumbente sole languidus succun- bit; quia eius est oculus, cuius aspectu reviviscit. Maria, *tota vitalis est,* inquit Casarius: & hac hominum immaculata pupilla, intimo custodita affectu, *mors in gaudium vertitur;* quia per eam adia-

(N) *Psalm. 12. v.*
4. Bibl. Max.
in Prol. Psalmi,
Theod. ibid. D.
Isid. Orig. 12.
c. 2. Anglic. 5.
c. 7. Berchor. in
Reduct. & dic-
tion. Laur. Cer-
varius, t. 2. Al-
legor. Richard.
à S. Laur. l. 1.
p. 1. causa 9.
Amad. Laus.
hom. 1. de Dei-
par. Amadeus
Brouwer. in Sa-
lut. Anglic. Co-
ron. q. 37. An-
glic. D. Isidor.
Andr. Laguna,
Menoc. & alij.
Casarius Hom.
de Visit. Virg.
D. Ioann. Da-
masc. orat. de
Assumpt. Virg.
Idior. Contemp.
de Virg. Maria,
cap. 6.

Maria, ut pu-
pilla servanda
à nobis est ne
obdormientes
cœcuriamus
in morte.

vamur in morte, ab insidijs diaboli ipsa nos protegente, & illuminante. A Maria sic illuminantur oculi nostri, ne vnquam obdormiamus in morte.

253 Apud Trogloditas (duce Pictaviensi) Mirus patet *fons solis*, qui æstuan- te meridie frigidissimam emittit aquam, temperans solis ardorem. Vide in huius- cemodi fonte Mariam apte figuratam, quæ solis iustitiæ fons est, à qua Sol ipse processit: Cuius gratiarum aquæ curren- tes impetu de libano niveo, contra æstû, quem mortificant libidinis, summè va- lent. (O) Ideo à cœlesti Sponso ipsa Ma- ria prædicatur, *sicut lilium inter spinas*. Cant. cap. 2. *Pulchra sententia est, & quæ ad castitatem monet, lilij tenet imaginem*. Dat Alanus de Insulis. *Inter spinas po- nitur*, ad quas comparatur; quia illæ as- pere sunt, & pungentes, & prurientes, ac lasciviæ illecebras denotant. Sed illas, cum hoc virgineo ex associatione lilio, vi- de spinas in lilia versas: *Venter tuus acer- nus tritici vallatus lilijs*. Quænam trans- formatio ista? Processit vnde? Ex ventre, quia erat *interius fecundus in prole*. Do- cet Lyranus. Maria virginittatis lilium, Proles eius vteri castissima, & ambo spe- culum omnigenæ castitatis. Proles in Ma- riæ vtero omnipotentiam nec amittere potuit, nec amisit: Ideo ex quo ad Ma- riam vidit properasse Vepres, in lilia castissima convertit, non amplius impu- dicos luxuriæ ictus vt emitterent. *Lilium ardorem mitigat, & extinguit*. Sic Maria concupiscentiæ æstum solo suæ gratiæ odore procul abire facit, & inhonestos motus compescit, pungentesque impudi- citiæ sentes mutat in pulchra lilia castita- tis. Id fatur D. Thomás Villanovanus di- cens: *Sacra, pura, & immaculata Virgo cui etiam præ alijs erat hoc virginittatis insigne, vt inspectores suos, Virgines fa- ceret*. In lilia ergo commutavit; quia *casti- tas virginalis lilio comparatur*: Habet Augustinianus Albertus Patavinus. Li- lium emergentes in lilia spinas circum se habens, hanc portat inscriptionem: *VIS MEA IN LILIA VERTIT*. Quot impudici per Mariam è vitioso de- viantes barathro, castimoniam toto am- plexi sunt conatu, & vitam spinis pun- gentibus impudicitæ implicatam, ad Dei placidiorem mutaverunt frugem? Quot solo huius Virginei lilij aspectu, ad am- plectendum Virginittatem, calibatam, & castimoniam attracti sunt? *Mariæ tanta fuit gratia* (scribit D. Ambrosius) *vt non solum in se virginittatis gratiam servaret, sed etiã ijs, quos invisserit, vir-*

ginitatis insigne conferret. Seipsam, & nos Maria virginittate munit, vallat, & custodit. Ideo Cant. cap. 5. Vocatur *Pul- chra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata*. Primo, allicit Sponsi oculos pulchritudine, quæ à Lu- na mutuatur vt illuminet his, qui inter fædas vitiorum ambulant obscuritates: deinde à Sole, vt etiam perfectos omnes suæ claritatis luce perfundat. (P) Sicque vt fons lumina emittit *ad totius Ecclesiæ irrigationem, & fecundationem*; vt do- cet Alensis. Sed cur Pulchra prius dici- tur, quam terribilis? Quia in Mariæ pul- chritudine robur pugnans pro Castitate iam præire aciei videtur fortitudinem in- concussam. Ipsa enim Maria Turris est, & castellum, ex quo pendet omnis ar- matura fortium; hocque non in venu- statis apparentia, sed in gratiæ, & pul- chritudinis virtute illibata. *Castellum namque nomen habet à castitate, & dici- tur, quasi castum lilium*. Habet Patavi- nus Albertus. Pulchritudo igitur Mariæ pro castitate pugnat, impudicitiam vicit, hostes tetros libidinis terret, eorumque vires frangit, suoque sectatores invinci- biliter munit. Hinc illud S. Innocentij III. *Terribilis est Maria, vt castrorum acies ordinata. Quicumque ergo sentit impa- ginationem ab hostibus, vel à mundo, vel à carne, vel à dæmone, respiciat castrorum aciem ordinatam, deprecetur Mariam, vt ipsa per filium immitat auxilium de Sancto, & de Syon tueatur*. Turris muni- ta lilijs, obscænis ab ea Scarabæis fu- gientibus, habet epigraphen: *PVRIS DEFENDITVR ARMIS*. Hoc de Ma- ria sic enucleavit Alensis: *Beata Virgo murus est stabilis, & firmas per exemplū pudicitæ, & conversationis sanctæ*. Om- ne abigit impudicum odor virgineus ex hoc fonte virgineo dimanans, vt inde cur- rant fideles ad hauriendum castimoniam cœlestis odorem suavitatis. Iterato advo- cetur Maria, vt de prædictis, laudet Spon- sus, & præconicet; Quod & exequitur; dū de ea loquens Cant. c. 4. ait: *Hortus conclusus Soror mea Sponsa, fons signatus; emissiones tuæ Paradisus*. (Q) Alij ver- tunt, *Hortus obfirmatus*. Nullibi enim potuit mortifero ingressus colubro, nam solus dominus Deus Israel ingressus est per illum. *Hortus dicitur ob fecundita- tem, conclusus propter eius fortitudinem*; exponit Lyranus. Cum illud Deus fi- bi ad voluptatem plantaverit virida- rium, nullas illic adventasse peccati fen- tes prædecevit, nec impudico aliquo noxæ ingressu violari permisit. *Hortus*

Maria solo af- pectu ad con- tinentiam, & castitatem vi- dentes provo- cabat.

(P) Cant. c. 6. v. 9. Alensis in Gloss. ibid. Al- bert. Patavin. ser. de Assumpt. Virg. ord. 58. p. 1. Innocet. III. serm. 2. de As- sumpt. Virg. Al- sis in c. 8. Cant. v. 9.

Maria, purita- te propulsa omnia impu- dica, & im- munda.

(Q) Cant. c. 4. v. 12. & 13. Lyra in Gloss. ibi. Berch. in dist. Ianuenf. in Cathol. Ho- norius apud Del Rio, in c. 4. Cant. v. 8. Lu- stus Orgelii. in c. 4. Cant. apud Bibliob. PP.

(O) Cant. c. 2. v. 2. Alanus de Insulis, in c. 7. Cantic. Lauret. & Berch. pas- sim. Lyra in Gloss. & in Cant. c. 7. v. 2. Richard. lib. 12 p. 4. cap. 4. D. Thom. Villano- vanus de An- nunt. Conc. 2. Albert. Patav. ser. de Assumpt. Virg. & in ord. 58. D. Ambros. & Bernard. de Bustis ser. 4. de Virg. Maria, & Gabriel in 3. d. 3. q. 9. art. 3. dub. 2. Alen- sis 3. p. q. 2. apud Novarin. umbr. Virg. lib. 4. Exc. 24. n. 259. & 260.

1. 6. Hefychius
orat. de Deipar.
Rupert. l. 4. in
Cant. Hieron.
lib. 2. contra Io-
vinian. D. Epi-
phan. orat. de
laud. Maria.
Hailgrin. Gui-
lielm. & alij.
Alensis in c. 4.
cant. v. 12. Cor-
nel. à Lap. ibi.
Guilielm. apud
Ipsam. Arias
Mont. Bib. Ven-
et. Sept. Bibl.
Arab. Haye in
Conc. lit. ibi. D.
Hieron. loc. cit.
Rupert. loc. cit.
lib. 4. in Cant.
D. Paschas. in
Psalm. 44. Da-
niel Agric. coro.
5. stell. 1. Al-
phonf. Orozco
in c. 4. Cant.
Alanus de In-
sulis, & alij.

Maria, Hor-
tus est, vnde
procedit fru-
ctus Virgini-
tatis; fons ex
quo oritur la-
tex inviolati
pudoris.

Maria vocatur, quia eius effluxu semper
aliquid perfectionis oritur, vel quia Spon-
sus in ea vnice delitatur. Paulo ante eam
flagitat è libano venire, è castitatis nivea
altitudine, ad fragrantiam castitatis exor-
tam in Horto Virginei pudoris. Veni de
Libano, de castitatis candore, ad cœli
gaudia; Inquit Honorius. Sed si Hortus
est Maria conclusus, cur etiam fons de-
pingitur signatus? Si etiam fons signatus
est, quis vsus aquarum? Si Hortus con-
clusus, quænam fructuum enascentium
origo? Quia intra Hortum Sponsus, qui
aqua vitæ cœlestis est, à Virgineo fonte
promanans: fructus benedictus est, per
quem inviolata fontis vbertas: & fontis,
ac Horti puritas, pro solius Sponsi vsi-
bus perseveret. Id omne compendiat Yu-
stus Orgelitanus sic: *Potest Hortus con-
clusus, & fons signatus, ipsa mater Domi-
ni intelligi, quæ Virgo concipiens, Virgo-
que gignens, conclusi Horti, & signati
fontis intemperatum in se decus exhibuit.*
Vtrobique signaculum, quia utrobique
integritas; sic tamen, vt latices, & fruc-
tus effundat, & in proficuum hominis
largiatur emolumentum. Id PP. com-
muniter de Virginitate Mariæ accipiunt.
Sed Alensis auscultetur: *Maria est Hor-
tus voluptatis, & deliciarum amenissi-
mus, quam fecit Deus Hortum volupta-
tis à principio, scilicet eam prædestinan-
do ab æterno, & multipliciter præfigu-
rando Beatam.* Id est bene auctam. Quo-
modo autem, attende. *Emissiones tuæ
Paradisus.* Cant. c. 4. Id est munera fruc-
tuum Paradisi ab Horto Sponsæ emissa,
Paradisus sunt; quatenus copiosa vbertate
deliciarum Hortum continuo repræsen-
tant, cum nec flores, nec fructus deficiant,
aut marcescant vnquam. *Mariæ Hortus
unicum protulit fructum: in quo* (inquit
Guilielmus) *multiplex est fructus, casti-
tatis dulcore suavissimus.* Idcirco ab alijs
legitur, *Plantationes tuæ, Propagines,
plantæ, vel fructus suaves.* Omnia aper-
ruit Hieronymus dicens: *Quod clausum
est, atque signatum, similitudinem habet
matris domini; matris, & Virginis, &
tamen perpetua est mater Virginum: se-
quitur enim, emissiones tuæ Paradisus.*
Quidquid ab Horto hoc Virgineo pro-
cedit, sapit Virginitatem, aspernatur im-
pudicitiam. Quod à fonte emanat, redo-
let puritatem, impudicum omne suffo-
cat, & detegit. Clausum vndique viri-
darium, fontem in medio sigillatum con-
tinens, quo irrigantur ligna fructifera, &
areolæ, hac descriptione notatur: PIN-
GVESCIT FONTE RIGATVS.

Hortus est Maria, à fonte cœlesti riga-
tus, & in quo numquam deficit fructus,
alios sui purissimi saporis æmulatores
emittens. Lepide id sic testatur Rupertus:
*Vnde Maria Hortus? Nam inde nomina-
tur Hortus, quod semper ibi aliquid
oriatur; quia cum alia terra semel in
anno aliquid creet, hortus numquam sine
fructu est. Vnde ergo Hortus est tu, ô di-
lecte, nisi quia in te natum est aliquid,
quod numquam decedit, & fructus tuus
numquam marcescit, aut deficit?* Hæc
etiam his addidit Paschasius: *Virginum
Sponsus Sanctæ Virginitatis fructus, de-
cus, & munus, à quo sancta Virginitas
fecundatur.* Hortus est Maria ob fecun-
ditatem, conclusus ob Virginitatis glo-
riam. Fontem adeant ergo Virgineum ca-
lore impudicitæ æstuantes, vt purissimis
loti laticibus purissimi evadant, non vl-
tra perniciosam libidinis faciem, qua
vrantur suis in intimis alentes.

254 Fons alius in Aphricæ regioni-
bus reperitur, cuius potæ vt sunt aquæ,
canoras reddunt ebibentium voces; sic
vt in suspensionem homines ducant, eas
obaudientes. (R) Maria in hoc Typice
monstratur fonte, cuius virtutum aquis,
& ipsa perfusa; Deum ipsum ad se, &
nos allexit voce dulcissima humilitatis;
imò, & sibi obsequentium, & vota, &
voces Deo placitas, gratasque reflectit,
vt Deus orantium annuat desiderio. Pri-
mum innotescat ex illo Cant. cap. 8. vbi
Sponsa ipsa Maria Sponsum tot homi-
num iniurijs lacepsitum, vt ab eis se elon-
get, efflagitat dicens: *Fuge dilectè mi;
& assimilare Capræ, Hinnuloque Cer-
vorum, super montes aromatum.* Cygnæ
vox est Sponsæ cupientis Sponsum ad
inaccessas Aromatum abire rupes, vbi se-
questratus è solo, eam secum rapiat, so-
lam suo fructuram amore. Montes autem
hi aromatum, sunt montes Bethel, vbi
Jacob vidit Scalam, & dominum scalæ
innixum: suntque fecundissimi, arbori-
busque aromaticis confiti, cervisque, &
Hinnulis frequentati; symbolum Para-
disi, cuius in amœnitatibus Sponsa petit
Sponsum commorari, ne ab hominum
procaci ingratitude expetatur. At, non
strictum Maria Sponsi desiderat reces-
sum, cum alibi dixerit, *ego dilecto meo, &
ad me conversio eius; per mutuum, & in-
separabilem inhesionem;* vt habet Lyra-
nus. Sed ipsum optat fugere, vt ei dicere
illud valeat:

Non fugis, vt fugias, vt capiare, fugis.

Hinc virtus Virgineæ miranda est vo-
cis. *Fuge, inquit, & assimilare capræ.*

Alij

(R) Berch. So-
lin. Simon Ma-
yolus, & plures
Cantic. c. 8. v.
14. Alensis in
Gloss. ibi. Cor-
nel. à Lapid. in
cap. 8. Cant.
v. 14. Adri-
chomius Del-
phius in des-
cription. Terræ
Sanctæ n. 43.
& alij. Lyra.
Gen. c. 33. v.
18 in Gloss.
Menoeh. in c. 2
Cant. v. 17. Ly-
ra in Gloss. ad
Cant. cap. 8. v.
14. apud Cor-
nel. à Lapide
Bibl. Venet. Ha-
ye in Conc. li-
ter. Bibl. Max.
Cant. c. 2. v. 14
Rupert. Abbas,
Philo Carpath.
apud Cornet. &
alij. Anglic. lib.
18. c. 28. late.
D. Isidor. orig.
1. 11. Arist. l. de
Hist. Animal.
Plin. l. 8. cap.
33. Pistraviens.

in Redafl. D. Paulus Epist. 2. ad Theff. c. 2. v. 8. Ifai. c. 45. v. 15. Lyr. in Gl. ibi. Baruch. c. 3. v. 8. Lyr. ibi. Richard. à S. Laur. lib. 1. de Laud. Virg. D. Bern. Hom. 4. Super Missus est

Alij habent Capreola, & Cervorum Hinnulo, vel Pullo cervorum. Fuge ergo, idest celeriter vade, vt etiam tu virtutem experiaris dulcissimæ vocis mex, de qua dicebas, *sonet vox tua in auribus meis.* Cant. c. 2. *Vox enim tua dulcis.* Qua audita revertaris protinus, moras non sustinens in Virgineo vtero Incarnari: Percipias argumentum. Cervus acer est serpentis inimicus, quem pedibus calcit, anhelitu interimit; talisque est naturæ vt etfi nimis celerem arripiat fugam, audito dulci venatorum sibilo, & per aures intrante cantus lepore, sic in stuporem rapitur, atque demulcetur, vt delectabilitate vocis siltantur, & minaces non paveat circa se latos sagittarum ictus Hæc noster Anglicus. Vide Deum fugientem à nobis, Hinnulo Cervorum à Sponsa comparatum; qui serpentem conculcans pedibus antiquum, *interficit illum Spiritu oris sui.* 2. ad Theffal. c. 2. Hic cœlestis vtique capreolus, ex quo Adam coegit ipsum ad cœlorum sublimia quasi sequestrari, à nostro festinans fugerat consortio, vnde Isaias conque- rebatur dicens c. 45. *Verè tu es Deus absconditus. Quia divinitas non patet hominum oculis;* explicat Lyranus. At, vbi celeri volatu per immensa cœlorum spacia discurrens, vocem dulcissimam Mariæ, quam audire expetebat, audivit, *In terris visus est, & cum hominibus conversatus est; quia Deus, Homo factus est;* pergit interpretum Princeps. Ad rem etiam habet hæc Richardus: *Dicente Mariæ, ecce ancilla Domini, in hoc verbo nectareo tantum exbilaravit de salute nostra sollicitum regem cœli, quod quasi factus immemor iniuriæ primorum parentum, à sede regali statim descenderet, & cœlos disrumpens exiliret eodem momento de sinu paterno in uterum Virginales.* Cervus ad symphonix sonum ex aere pendentis detentus, subiectam Gnomam habet: VINCOR DULCEDINE CANTUS. His omnibus concordant verba Bernardi sic Mariæ alloquentis: *Ipse quoque omnium Rex, & dominus, quantum concupiunt decorem tuum, tantum desiderat, & responsionis assensum.* O vox dulcissima Virginis, à qua inchoatur totum nostræ negotium salutis! Ex eius purissimo virtutum bibanus fonte, vt facilius æternam salutem precum dulcissimo cantu ad nos valeamus allicere. Alibi meminisse est Sponsum Mariæ labia, & vocem commendasse dicendo: *Sicut vita coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Cant. cap. 4. Mariæ commen-

dantur labia, qua in parte vbi coniunguntur, rubea sunt, que rubedo iuxta albedinem faciunt ad decorè, ait Lyranus: & ob rubedinem laudantur, quia rosea sunt. (S) Sed, si coccineo labia funiculo vinciuntur, vnde eloquij exprimitur dulcedo? Imo, si Rosæ ibi rubedo diffunditur, quo pacto dat eloquium pulchritudinis, & suavitatis? Rosa enim antiquitus pro silentij ponebatur Icone. *Ex taciturnitate enim, & cogitatione Mariæ, qualis esset Angelica salutatio, ortum est omne bonum.* Deo enim alloquebatur silentio, eumque ad se trahebat quasi amoris funiculo. Nam tacendo habere meruit, quod interrogando inquirere non presumpsit; Inquit Damianus. Sicut vita sunt ergo labia Mariæ, qua vel Deus Charitate vinctus trahitur, vel gratum Deo silentium custoditur. At, quomodo erit eloquium dulce ex obsignatis Mariæ labijs? Quia Rosea sunt; vnde, & Priscis *Rosas loqui*, proverbium erat, eos tangens, qui dulci aures, ac cor demulcente loquebantur sermone. Vtramque Mariæ labia gratiam sibi adiscunt. Cum tacet, funiculo Deum præhendit, & trahit; cum loquitur, dulcedine eloquij advenire compellit, vt vna simul videantur in ea taciturnitas virtuosa, & eloquij dulcedo mirabiliter attractiva. *Vinculo perfectionis, quod est dilectio, te creatori adstrinxisti, & magnificasti dominum voce suavissima, quæ est vita coccinea, quia Charitas est ignea, quia bene cum Deo alligata, ita vt vnus Spiritus sis cum eo, & hinc eloquium tuum dulce;* habet Rupertus. Cithara è cœlo pendula ad quam per vitam descendit Deus, hoc scripto illustratur: VOX SONITUS PRODIRE FACIT. Absconditus erat antea Deus, vt diximus, sed vidimus gloriam eius descendentem ad nos, cum inclinavit cœlos, & descendit. Etenim vox dulcissima Virginis, ecce ancilla Domini, ex quo in Dei auribus intonuit, meruit vt Deus homini coniungeretur, vi verbum carni vineretur; vt censet Ambrosius Anserus. Idemque plures adstruunt, vt refert Perpignanensis Angelus. Ad virgineum etiam nos decurrentes fontem, eiusque gratiarum irriguis immerfi, dum eis fruemur, fruemur & Deo, præcum dulcissima ad eius aures immissa voce, quam placide exaudiet humili nostri cordis detentus voto. Hoc ipsa decantabat Maria dicens Prov. c. 8. *Beatus homo, qui audit me, qui vigilat ad fores meas, & observas ad postes ostij mei, Qui hauriet salutem à Domino.* Mariam, dum audierit sapiens, sapien-

(S) Cant. c. v. 3. Hæc in Conc. Lyr. in Glossa. Menoch. in Bibl. Max. Priscorum, & Germanorum mos apud Novar. Agn. Eub. lib. 5. cap. 12. num. 152. Daniel Agricola, 2. p. de serv. B. Virginis, stella 6. D. Petr. Dæ. Hom. de Nativ. Virgin. D. Aug. lib. 4. de Doctr. Christian. Rupert. Abbas lib. 4. in Cant. Ambr. Anseri. lib. 2. in Apoc. Div. Damascen. lib. 4. Ortbod. fid. cap. 15. Conc. Ephestin. tom. 1. c. 7. B. Angelus del Pas, lib. 2. in Luc. c. 1. Exposit. c. 34.

Maria, Deum traxit Charitate, silentio, & eloquio.

Mariæ vox dulcissima, Deum vt homo fieret, ad homines è cœlis traxit.

pietior erit, Prov. cap. 1. *Quia in his, quæ prius sciebat, magis habituatur, ita quod eius sapientia intensive augetur*; habet Lyranus. Sic fit beatus, auctus videlicet omnibus sapientia munijs; unde alij legisse placuit, *Beatitudines hominis*. (T) Audiat ergo, obtemperet, & custodiat, sic salutem hauriet à Domino, quia Beatus erit, & Beatitudines circumvenient ipsum Beatitudo siquidem virtutum omnium complementum est, omni defectu carens, & omne bonum continens. Beatus ergo erit, qui Mariam audierit, qui ad fores eius quotidie vigilaverit, qui ad postes ostij observans erit. Hic hauriet salutem à Domino tamquam à flumine, & à Maria tamquam à fonte. Singula perscrutari libeat. *Beatus Homo, qui audit me*: Inquit Maria. *Auditus namque est via ad disciplinam*; etenim *auditu, non visu pervenitur ad notitiam veritatis*; vt docent Aristoteles, & Bernardus. Delphini etiam maris immersi profundis, audiendo melodiam summopere delectantur, & de Abyssi ad superiora extrahuntur. Propterea his nomen *Simones*, quod est *auditores*. Audientes Mariæ vocem, salutem hauriunt, Domini possessionem, gratiam, voluntatem, & vitam; Capris in hoc similes, quæ per aures spirare dicuntur. Si vitalis est igitur auditio, vitalis erit & vocis prolatio, quæ ad Deum tendens, eius ad exaudiendum inclinabit aures; namque ipsa virgo dixit Eccl. 24. *Qui audit me, non confundetur*. Beatus etiam est, inquit, *Qui vigilat ad fores meas quotidie*. Sive vt alij docent, *Qui custodit servans limen introitus meorum*. Qui nempe excubias agunt, ianuas Patronorum obsidentes; explicat noster Parisiensis Haye. Hæc Franciscanos præcipue connotant, excubias ad veræ sapientiæ Verbi carne induti sepulchrum die, noctuque Ierosolymis observantes, quibus incumbit Dominici Custodes esse monumenti, & invigilare ne à Saracenis iniurijs loca sancta petantur: Quod exequuntur non sine imminente vitæ periculo, quotidie Turcarum insidijs præparato. Sed ad alia conferamur. Si Mater sapientiæ sapientia est Maria, quis validius ad fores introitus sui ad vitam, excubias observavit, ac ille à suo nato, ab eaque intime dilectus Theologorum facile Princeps, ingeniorum miraculum, sanctitatis prodigium, sapientiæ Emporium Marianæ primæ Puritatis inconcussum utique fulcrum, subtilitatem sui Magistri Parentis Augustini subtilius denique receptaculum, noster Subtilissi-

mus Præceptor, veritatis Doctor, fidei Columna, cuius doctrina vsque modo etsi à mordacibus laceßita, aut in minimo contaminata, sed pura, intacta, Catholica, secunda, ac perseverat illibata? Num non hic introitum observavit Mariæ, dum eius limina observans, ad eam nullum inimici patuisse ingressum, totum ferè univrsam docet, & docuit confitendum? Nonne hic *Beatus*, idest virtutibus *bene auctus*, Marmoream Virginis imaginem, adhuc modo Parisijs in Sorbona extantem, meruit flexisse caput, quæ opem spondens, votisque annuens de reportanda ab hostibus suæ primæ puritatis victoria certiore fecit? Nonne hic est, qui excubias Incarnationis mysterio, Natalis Domini nocte, & Virgine sibi glorioso in folio apparente, dum observaret, Annuens Virgo votis puerulum Jesum tradidit delitiandum amplexibus, & suavis, unde perfusus est cœlesti lumine, & illustratione? De hoc etiam, & similibus Maria dicit, *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt*. Eccl. cap. 24. Elucidavit Virginem, dum excubias servans incontaminatam ipsius prædicavit, ac defendit puritatem. Ergo in præmium, vitam æternam habet, vt Angelus Beato Amadeo revelavit. Hic ergo haurit voluntatem à Domino, quia Deo, matri eius, ac hominibus pijs dilectus; & ebibens ab irriguo Mariæ aquas sapientiæ, eis Ecclesiam rigat, sapientes delectat, doctrinam fecundat, Hæreses calcit, Fidem propugnat. Sic Mariam audiens, auditus est à Domino, *placida enim erat Deo anima illius, ideo raptus est, nec malitia mutaret intellectum eius*: Quia consummatus in brevi explevit tempora multa. Sap. c. 4. Idest, brevi tempore virtutis perfectionem assecutus est; ideoque rapitur à Deo, *ne malitia eum mutare posset*, ideoque consummatus Charitate in securam raptus est vitam. Hinc iusti vox à Deo auditur, quia ex gratia sonat dulcis in auribus eius, quam à fonte haurit dulcedinem Mariæ. Nitidum supra fontem demersum vaporem, quasi eius aquas ebibentem, à Sole placide elevatum, hoc lemma perlustrat: **ELIVOR, ET STRINGOR**. Vapores enim à solis ardore ad celsa trahuntur, ac soli incorporantur. Justorum typus, qui à Deo ex mundi infimis extrahuntur potiori incendio ardentissimæ charitatis. *Charitas omnes virtutes movet ad finem suum*; Inquit Guilielmus Parisiensis. De fontibus tractans hic sisto; daturus de fonte Sabbathico plenius alio volumine, ac

Sol. vapor. Guilielmus Parisiensis. pro Fest. Vist. q. 5.

(T) Prov. c. 8. v. 34. *Lyra in Gloss. ibi. Arias Mont. in Bibl. Max. Berchor. in Direct. Mor. Aristot. lib. de Sens. & Senat. D. Bern. super Cant. serm. 2. 3. Berch. lib. cit. verb. Audire. Arias Montan. Bibl. Tigur. & sept. in Max. Plin. & Archelaus apud Berchor. sept. Chal. daic. Syr. apud Bibl. Max. Haye in Conc. lit. ad c. 8. Prov. v. 34.*

Franciscani, Salvatoris Sepulchri Custodes à Deo destinati sunt, vt ibi inter vitæ etiam discrimina, sacras Deo vigilias observent. *Illustris. D. D. Fr. Iosephus Samaniego in Vit. Doct. Subt. Michael Hoyerus Augustin. Hugo Cavellus, Sosa, Voadingus, & plurimi.*

Eccl. c. 24. vers. 31. Vide Haye Conc. lit. Bibl. Max. ibi. Lyra in Gloss. Alensis Titelm. Dyon. Carthus. ibid. Beatus Amadeus Rapt. & alibi. Arturus Monasteriens. in Martyrolog. Franciscan. die 8. Novembris, & plures ibid. Sap. c. 4. v. 11. & alij. Haye in Conc. liter. ibid. Alensis, Titelman. Gloss. ord. Berch. in distio. verb. Charitas,

Qui ex Virginis gratiarum fonte biberit, à Deo exauditur, & suæ Charitatis ardore ab eo trahitur.

incidenter de alijs fontibus, ne solus incedere videatur. Hæc autem sint modo fatis.

C A P. VII.

PISCINA, VIRGINEM SALUTIFERAS CONTINENTEM AQVAS, QUIBUS GENUS SALVATUR HUMANUM, ENIXE COMMENDAT.

255 **A**quarum congeries Piscina est, ad pisces nutriendum, (V) etsi per Antiphrasim aquarum collectio piscibus carens, Piscina etiam nominetur. Mariam Piscina monstrat,

tum quia probaticæ aquis abluitur recen-ter nata, unde habeat illa, ex quo præstet ægrotis medicamina, ut censet Petrus Blesensis. Omnes ergo Maria Piscinæ instar fovet, & colligit, ne maris sæculi fluctibus perituri obruantur. Hinc omniū nutu David Pfalebat Psalm. 22. *Super aquas refectiōnis educavit me.* Refici dicitur, qui labore, vel imbecillitate pressus, pabulo salutari, & quiete pacifica fruitur, abeuntibus iam in oblitum molestij. Sed cur potius refectio hæc stabilitur in aquis, quæ solæ dicuntur refectiōnis? De reditu filiorum Israel ex captivitate Babylonica, ut fruerentur pacifice promissionis terra, canticum istud est à Davide decantatum. Purissima aquarum congeries Maria est, teste Ricardo, quia suis nos reficit gratijs: Aquæ enim sitim quietant, æstum refrigerant, fessitudinem temperant, & animum quasi à vita sequestratum, ad vitam reportant. Super has ergo Mariæ aquas omnium stabilitur refectio, quia *aquæ refrigerij sunt, & consolatiōnis*, in quibus fluctus maris sæculi, aut experti, aut timentes, placide poterunt tranquillari. Sic D. Parens Bonaventura ait: *Vide Mariæ magnitudinem, ut quilibet ex ea accipiat consolatiōnem.* Hoc autem Aquæ proprium est, ut florum formas imbibat, eis imbibita: & una Pluvia in universum descendit mundum: *Quæ alba quidem fit in spinis, rubea in Rosis, Purpurea in Hyacinthis, ac in diversis speciebus diversa; & in omnibus fit omnia.* Dat Hyerosolimitanus Cyrillus. En aquam refectiōnis gratiæ, qua nos reficit Virginalis Piscina Mariæ, omnes colligens, omnes reficiens, & omnibus se accomodans, ita ut Peccatoribus spem infundat, & consequatur veniā, Justis gratiam, & Beatitudinis gloriam. Piscina piscibus magnitudine, & specie diversos, in suo continens sinu, hoc lem-

mate nobilitatur: TVTOS CONIVNC-TIO PRÆSTAT. Homines, qui quasi pisces maris sunt, sola sub clientela, & vmbra Mariæ, à Maria refrigerium mutant, tranquillitatem, solatium, & refocillationem; quia eius aquæ gratiarum omnibus omnia fiunt, nullum prætermittunt, solantur omnes. *Maria, aqua est, per quam habetur refrigerium contra omne incentivum peccati.* Inquit Richardus. Neque id tantum, sed Piscina Maria est, omnium Spirituales depellens ægritudines, ex quo Angelus Magni consilij in eam descendit. *Oculi tui Piscinæ in Hesebon, quæ sunt in Porta filiæ multitudinis.* Clamat Sponsus, de Maria loquens. Cant. c. 7. In Porta filiæ multitudinis Mariæ oculi ut Piscinæ reperiuntur, ut providere possit multitudini, quæ omnium iure mater vocata est, & miserorum dulce receptaculum; unde ab Anselmo salutatur, *mater misericordiarum, & vera salus fidelium, quam Deus sibi matrem elegit ad mundo subveniendum.* (X) Ideo propter hæc oculi Mariæ ab omnibus magni fiunt, quia omnibus subveniunt: Suntque sicut Piscinæ, quæ exuberantes limpidissimis utcumque aquis, urbem delectant, refrigerant, recreant, maxime tempore obsidionis, unde pro refocillandis omnibus & sanis, & infirmis aquæ abundantiores extrahuntur. Ponantur itidem hi pij oculi, instar Piscinæ, in porta filiæ multitudinis, seu in frequentia populi, ut omnibus aquæ pateant subvenientes, ac refrigerium ministrantes. In Porta tandem sistuntur filiæ multitudinis, *ut nec istos deferam, nec illos gravent, sed omnibus se communes exhibeant.* Dat Alensis. Inde ad Portam multorum, à Biblijs legitur Syriacis. Sed cur in Hesebon Mariæ oculi ut Piscinæ sistuntur? *Hesebon*, vrbs in tribu Ruben erat gloriosa, insignis, & munita valde, iuxta cuius Portam Piscinæ insignes fuerunt: quæ à voce *Enaim* oculi, & fontes dicuntur. Pulchritudo namque oculorum est, si pellucido humore abundant, si speculorum more reddant imaginem intuentis: sic in Piscinis, & fontibus. In Mariæ oculis, ut in Piscina purissima, se divinus speculabatur Pater, qui misericordiarum est, ut ipse Christus divæ depingebat Brigittæ: ideo autem in Hesebon Mariæ sistuntur Piscinæ, quia *Hesebon* interpretatur *festinans intelligere, aut edificare*; & per Mariam quidquid in nobis dirutum est, quidquid languidum erigitur, à ruina sublevatur, ut in miserijs non subsistat. Hinc Richardus dixit;

Trium-

Maria, Piscina gratiarum est omnes in suo pietatis sinu recolligens, & refocillans.

(V) *Anglic. lib. 13. c. 15. Berchor. in Distiō. & Reduct. late. Cedrenus, & Damascen. apud Salazarium. Petrus Blesensis ser. 1. de Adv. Dom. Ps. 22. v. 3. Lyr. in Gloss. ibid. Richard. lib. 5. de laud. Virg. Bib. Chald. Maurif. Flamin. Fœlix, Haye, & alij in Bibl. Max. D. Bonav. in Spec. lect. 4. D. Cyrilus Hierosolym. Cathe. 16. Richardus à S. Laur. l. 9. tit. 6*

(X) *Cant. c. 7. v. 4. Richard. loc. cit. Symmach. Sept. Haye in Conc. D. Anselm. in opusc. de B. Virg. c. 9. Lyr. in Gloss. ad c. Cant. 7. v. 4. Tirin. in Bibl. Max. Alensis in Cant. Bibl. Syr. apud Cornel. à Lap. Adrichem. in descript. terræ Sanctæ n. 32. de Tribu Ruben. D. Brigit. lib. 5. Revel. interrog. 9. Marius de Calassio t. 4. Conc. Hebr. Haye, t. 18 in Indic. Richard. de laud. Virg. lib. 1. c. 1. Alex. Alensis super Magnif. ad c. 1. Luc. v. 41. Richard. loc. aduct. l. 1. ai. c. 1. v. 5. Alanus Varenfis de Virg. Maria serm. 2. Alanus de Insulis, in c. 7. Cant. v. 4. B. Amadeus Lausannensis de laudib. Christi-pare, Hom. 8. circ. fin.*

Triumphantem Ecclesiam Maria reparavit; Quatenus eius Palatia incolis destituta festinanter Beatis implevit colonis, ædificans ruinam factam in initio à pravis Angelis. Festinavit etiam militantem erigere, quousque cœlestem usque ad ambitum pertingere valeret. Omne brevi sermone complectitur Doctorum Doctor Alensis sic: Benedicta est Maria, quia triumphantem Ecclesiam ruina reparavit, & militantem quasi iam mortuam suscitavit. Dicitur etiam Hesebon cingulum mœroris, vel mœror cingens. Ab Adami casu exitiali, Omne caput languidum, & omne cor mœrens. Isai. c. i. sed miserata nostri mœroris, & ægritudinis Maria, erigitur Piscina in Hesebon, mœrores late per humanum genus divagantes coercens, & cingens, ne ultra per nos in nostram divagarentur ruinam. Alanus Varenensis hæc pandit: Singulari, ô Maria, movebaris misericordia, & pietate propter filiam multitudinis, eius miserandam calamitatem contuebaris, tantorum facinorum indignitatem non ferens, & compatiens. Quibus annectere sit verba hæc Alani de Insulis: Oculi Mariæ comparantur Piscinis, quia spiritali refectione faciant, & à macula peccati liberant. Ideo sunt in Hesebon. A peccato omnis mœror, omnis indigentia, ut à centro procedit; ideo Virginales Piscinæ nos reficiunt ne indigeamus; nos solantur, ne misere corruentes desperemus. Piscina perlucidis plena aquis, plantisque circumsepta salutiferis, hanc offert scriptionem: MOERORES PELLENS, OFFERT HÆC VNDA SALVTEM. Mariam designat, cuius divinorum charismatum aquæ mastos reficiunt, & cordis gravamina pellunt: virtutes autem, quæ salubres instar plantulæ eius ambiunt animam, nostram adaugent salutem, ut speculum ante oculos positæ ad imitationem. Totum in exiguo dedit Noster B. Amadeus Lausanensis: Non solum autem Maria animarum saluti, sed etiam humanorum corporum sanitati, atque necessitati pia diligentia providet, & medetur. His alia adiungantur. Benedicta, ab omni generatione Maria prædicatur, quia remedium nobis attulit, & salutem. Benedicta, quæ sustulit maledictionem Evæ, ob quam in innumeras incidimus ærumnas; sicque sola Maria benedicta, quia maledictum delevit, quæ vitam pro morte reddidit, & omni benedictione repleta est. (Y) Piscina igitur nostræ salutis iure prædicatur, cum prædicatur Benedicta ab Elisabeth, & ab omni generatione, Luc. c. i. nam

Piscina apud Hebræos, nomen habet benedictionis, & semper fausta est, ut habet Noster Georgius Venetus. Ut Benedictionis igitur Piscina redundans Maria, nos cœlesti irrigat, & impinguat benedictione. Sic nobis David testatum reliquit, hæc dicens Psal. 3. Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. Alijs vertere placuit, Tua Domine est salus, vel Redemptio. Maria omnium salus est, ex D. Andræa Cretensi, & omnium in ea salus, imo, & Redemptionis ab ea humanum genus sortitur initium. Maria verè beata, (clamat Ambrosius) nam dominus Redempturus mundum, divinam operationem suam inchoavit à Matre, per quam salus omnibus parabatur. Benedictio autem hic omnium copiam repræsentat bonorum spiritualium, & temporalium, ut manifestat Lyranus. Sicque benedictio omne beneficium comprehendit, ut etiam dat Lorinus. Advertere vero est, verbum Hebraicum Beracha, spectata sua radice Benedictionem comprehendere, atque Piscinam. Vnde idem est, ac dicere: Piscina tua super populum tuum, quia ab ea fluunt omnes benedictiones, omnes gratiæ, & omnia beneficia cœlorum, quibus homines, & spiritaliter, & corporaliter affluunt. Maria enim tamquam Piscina de cœlo recipit aquas vivas gratiarum (subdit Richardus) quas ad Ecclesiam defert, & animas sanctas. Piscina gentium multitudine ebibentium circumcincta, hanc scripturam portat: NVLLIS HÆC VNDA NEGATVR. Mariæ largissima est beneficentia, cumque benedicta sit, & benedictionibus superplena, super populum fidelem large diffunditur benedictio sua. Ad dicta hæc Richardus addat: Cum Maria sit summe dives summe etiam liberalis, larga, & misericors est, implens illud Sap. c. 11. Misereris omnium, quoniam omnia potes. Implet ergo hæc salutaris Piscina, omne rationale animal benedictione, iuxta exigentiam gratiæ, vel naturæ. Amplius expendantur aliqua de hac cœlesti, Virgineaque Mariana Piscina, in altera Hierosolymæ figurata, de qua Textus hæc profert: Est autem Hierosolymis probatica Piscina, quæ cognominatur Hebraice Bethesda, quinque porticus habens. Joan. c. 5. Hæc piscina probatica Mariam denotat; quod ultra Blesensem adductum, afferunt Alanus Varenensis, Richardus, & alij. (Z) Probatica dicitur à Probaton, quod est ovis, quasi domus ovium, quia ibi hæc pecudes lavabantur à Nathinæis, in templo postea

gelus del'Pas, 2. in e. 1. Luc. expost. c. 32. Georg. Venet. de Harm. mund. Cant. 1. Ton. 7. c. 15. Psal. 3. v. 9 Campens. Bi. bl. Cbald. & Haye in Conc. ibi. D. Andr. Cret. de Nat. Virg. orat. 2. D. Ambr. 1. 2. super Luc. Marius de Calass. Lexic. Hebrai. Haye, Lyræ, D. Hieron. Arias Môtan. & alij Richard. lib. 9. tit. 17. Richard à S. Lauren. de laud. Virg. lib. 4. tit. 22. de virt. Mariæ.

Maria, piscina omnium benedictionum quas ex sua liberalitate fideles continuo exhauiunt.

(Y) Tertul. lib. de Carn. Christi. D. Petr. Chryf. ser. 140. B. An-

(Z) Ioan. cap. 5. v. 2. Petr. Blesens. Alanus Varenf. de laud

Mariae, serm. 2. postea immolanda. Hae Mariae piscina
Richard. loc. cit. lavandas recolligit, etenim cum quisque
Ly. in Gloss. ad nostrum ore David dicere possit, erravi
c. 5. Ioan. v. 2. sicut ovis, qui perijt; quia omnes nos qua-
Haye in Conc. st oves erravimus, Isai. cap. 53. Ideo ut
ibid. Richard. eius puritatem amulantes lavemur, nos
adduct. Hay. ad omnes in suo sinu recolligit, ut sic faci-
c. 5. Ioan. v. 2. in lius ab immundis lavemur, & Deo gra-
Conc. lit. Me- tias offeramus, Domus etiam ovium hae
nob. in Bibl. Piscina est; quia cum ovis simplicissimum
Max. Richard. sit animal, simplicium, & humilium est
Victorin. in c. 4. exemplar, quorum Maria mundissimum
Cantic. Daniel facta est receptaculum; quos Virgo uti-
Agricola Cor. que pascit; ait Richardus. Dicitur etiam
10. stell. 11. D. Bethsaida domus effusionis, vel miseri-
Athanas. serm. cordiae, quod illic aquae celsioribus lo-
de Deipara Ala- cis effunderentur, & illic Deus languen-
nus de Insulis- tes, infirmosque benignè sanaret. Certè
in Cant. cap. 4. omnia adaptantur Mariae, quae domus
v. 4. Agric. Cor. est effusionis Misericordiae, quae à sua li-
3. stell. 4. Rich. beralitate non solum datur, sed copiose
1. 12. Psal. 22. effunditur; inquit Parisiensis Haye. Id-
v. 4. D. Petr. circo fas repetere sit huiusmodi Richar-
Dam. ser. 40. di Victorini verba, ad Virginem allo-
D. Ioann. Da- quentis: Quid mirum, si misericordia af-
mas. ser. de dor- fluit, quae ipsam misericordiam peperisti.
mit. Virg. D. Be- A radice etiam Hebraica Sud, vocatur
nav. tom. 1. domus munitionis; Nam Maria moni-
Opusc. l. de Vit. mentum est Ecclesiae, & omnium fidelium;
Christ. cap. 34. ut habet Daniel Agricola. Idcirco enim
Anonym. apud obumbravit Mariam virtus Altissimi, cor-
Novar. in Agno- roborans eam, & divina umbra imagi-
Euch. l. 5. c. 77. nem induxit. Ideo Piscina hae edificata
n. 717. Haba- est cum propugnaculis; quae sunt innumera
cuc. c. 1. v. 14. defensionis praesidia, quibus vallatur om-
Bibl. Syr. ibid. nis armatura fortium, contra tribulatio-
Richard. l. 2. p. num insultus: avertit Alanus de Insulis.
3. 71. 9. tit. 17. Dicitur etiam ab eadem radice domus ci-
Anglic. l. 13. c. bi viatorum, vel domus Retis, aut desola-
26. D. Ambr. tionis. Virgo autem in hac Bethsaidae re-
ibid. B. Ama- praesentatur Piscina, nam desolatorum le-
deus Lauf. de- tificatio iure vocatur. De ipsa enim (ut
laud. Deipara- Richardus cenfet) David dixit Psal. 22.
Hom. 8. Lexic. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me con-
Hebrae. Rich. solata sunt. Siquidem Virgam consolatio-
loc. cit. nes, eam D. Petrus Damianus pronun-
ciat, quam salutando sic alloquitur Da-
masceus: Ave unicum molestiarum le-
vamen: Ave omnium dolorum cordis me-
dicamentum. Sicque ad eam confugiant
desolati, ut ad solaminis Piscinam, ad
quam patet aditus, quinque enim porti-
cus habet. Piscina haec, Domus est cibi
Viatici, vel Viatorum; nosque omnes,
qui usque dum vivimus, Viatores agi-
mus, ad hanc Piscinam properare debe-
mus, ut cibum vitae acquiramus: hic
namque corporis est nutrimentum, hu-
moris deperditi restaurativum; quo Vir-
go Maria nos gaudet, & satagit recrea-

ri, ut docet meus Parens D. Bonaventu-
ra. Haec ergo Virginea domus hoc abun-
dat cibo, ut fideles, qui ad coenam agni
vocati sunt, modo nutriantur, deperdi-
tum gratiae humorem per Mariam recu-
perantes; nam Maria per cibum, quem pro-
prij sanguinis oblatione parari studuit,
vitam mundo invexit, & salutem offert;
dat Pius quidam Anonymus. Tandem,
domus Retis ista Virginalis Piscina est, à
Piscibus, qui in ea nutriuntur, vel ab
eorum carentia per contrarium nomina-
ta: Quia cum homines sint quasi pisces
maris, seu similes piscibus, ut dicitur Ha-
bacuc cap. 1. Magna inter eos, & aquam
vicinitas intercedere debet, ut scribit Am-
brosius: sine aqua enim diu vivere non
possunt, nec sine Maria homines vive-
re vita gratiae: Ipsa enim est proteatrix
potentiae, adiutorium casus, illuminans
oculos, dans sanitatem, vitam, & bene-
ditionem; declarat Richardus. Pro co
igitur Quinque Porticus habet, id est quin-
que principalia genera misericordiae; dat
idem. Ad hanc omnes nos infirmi ut sa-
nemur, & vivamus, adeamus pisci-
nam, quae omnibus omnia facta est.
Etenim Maria in locis sanctitatis eius
dicatis, claudit gressum, caecis visum,
surdus auditum, mutis impetrat elo-
quium, curans omne genus languorum,
praebensque innumera beneficia sanita-
tum; avertit B. Amadeus Lauanensis. Pis-
cinae apponitur hoc dictum: NUMEN,
ET Vnda MEDETUR. Deus enim in
huius Marianae sinu piscinae, eam omnis
medelae vnicum destinavit instrumentum,
quia sine Deo Maria nunquam, atque
adeo a Deo, & Maria aegrotanti humano
generi salus, & medicina large distribu-
tur. Sic censuit dicens Richardus: Maria
est probatica piscina, in quam Angelus
Domini secundum tempus descendebat.
Tempore enim Incarnationis descendit
Angelus magni consilij in Mariam, &
mota est aqua, quando ad novam saluta-
tionem turbata est Maria, & sanatus est
unus, id est quotquot crediderunt Deum
Trinum, & unum.

Maria, proba-
 tica Piscina,
 nos muniens,
 reficiens, & sus-
 tentans.

CAP. VIII.

AQUAEDUCTUS MARIAM
praedicat Purissimam, & Immaculatam,
à divino fonte deductam, &
exeuntem.

256

Aquaeductus, à fonte exci-
 piens aquam, ad campos
 irrigandum transfundit. Maria aquedu-
 ctus

us est, *quæ à Deo exiens per creationem, & recreationem, nobis ariditate spiritali languentibus attulit aquam vivam, idest Christum Deum, & hominem*: inquit cum Richardo, Benedictinus Berchorius. (A) Huius igitur cœlestem cœlestis Aquæductus originem pensare, ac rimari pro nostro modo est studio; Maria etenim in eo figurata *aurit aquam vivam de fonte vivo, qui est apud Deum, quam refundit inferius per pietatem peccatoribus*; profert Daniel Agricola. Purissimam si Maria à supremo fonte sibi primo transfundit gratiarum aquam, proculdubio primus Virginis exitus, creatio nempe, sapit aliquid divinitatem, ab humanis sequestrata inquinamentis. Ipsa idipsum testata est dicens Eccl. c. 24. *Ego sicut Aquæductus exivi de Paradiso*. Primus vnde Mariæ locus, à quo post creationem exivit Paradisus est; non exivit aliunde: etenim post peccatum Adæ totus mundus in maligno positus, Deo factus est abominabilis, imo terræ operationis hominum maledictionem Deus indixit. E contra Paradisus, ideo à Deo plantatus est, suæ ut inserviret *voluptati, seu delitijs*, nam Paradisus, locus deliciarum erat; vt docet meus D. Antonius Paduanus. Omnis alia terra operabilis Adami labore, maledicta permansit ob peccatum Adæ: Paradisus Dei delitijs, & voluptati reservatur, indeque Maria exit vt Aquæductus, vt innotescat eam à primo suo exitu inter Dei delicias commorasse, voluptatem recreans creatoris, à quo ebibit *immensum tritem aquarum gratie, & puritatis*. Hoc Biblia Tigurina superextollunt legentia: *Sicut Aquæductus ad Paradisum pertineo*. Et certe id, nam dante D. Hieronimo, *dominus pervenit ad Virginem, quasi ad Iordanem, quæ plenus gurgite fluens Spiritus Sancti aquis redundabat*. Ad Paradisum si autem hic Virginalis pertinet Aquæductus, cui potius adscribetur ex tribus divinis suppositis, cum Patri adaptetur, vt filia perquam dilecta, filio vt mater dilectissima; Spiritui Sancto vt Sponsa delitijs affluens? Tribus indivisim pro delitijs est, vt sic accinit de ea Ambrosius: *Qualis est hæc Virgo, quæ Trinitatis fontibus irrigatur?* Paradisus autem dicitur *Cælum à suavitæte dulcedinis, quæ ibi habetur*; vt exponit Lyranus, locusque Trinitatis est. Exitus igitur Mariæ primus, quia Trinitate, quasi divinus pensandus est, & nullo debito terreni vitiatus fertur inquinamenti. *Maria Virgo à peccati debito præservata fuit*; docet D. Antonius Padua-

nus. Id ipsum Paradisus ipse, vnde primo Maria per creationem vt Aquæductus exivi, declarat. Nam Dei, Paradisus posse sive dicitur, Gen. c. 13. & Ezech. c. 28. vbi Mariæ anima divinis vt inserviret delitijs creata est, Trinitate in eam gratiarum omnium irriguum infundente. Paradisus autem à voce Hebræa Gan: & radice Ganan, protectio dicitur, vel absconditio. Sicque Virgo exiens à Paradiso creata, exivit pariter à Deo protecta, & ita sub divinitatis virtute obumbrata, & abscondita, vt nullo modo videretur à debito, nec à culpa. Noster Galatinus lepide id sic decantat: *Ecce tu pulchra es amica, ecce tu pulchra es*. Cant. c. 1. *Duplicat sermonem, vt ostenderet ipsam pulchram, idest puram, & in Conceptione, & in vita*. Ecce (respondet Sponsa) *tu pulcher es; quemadmodum ego absque originali labe concepta sum, tu quoque amicus meus. Ideo lectulus noster floridus, idest Conceptio nostra florida, & odorifera, absque peccati corruptione*. Cumque Christus sine peccati debito sit Conceptus, Maria similiter. Id confirmat piissimus Dominicanus Catherinus hæc scribens: *Hæc Virgo ante omnem creaturam præparata à Deo, plantataque ad orientem Christum, nescivit occasum*. Alia speculemur. *Sicut Aquæductus exivi de Paradiso. A Patre, in quo est omne donum, estque Paradisus cœlestis*. Habent Lyra, & Richardus. Mariæ filius à Deo exivit, & ad Deum vadit, vt triduo ante eius mortem, dedit Ioan. c. 13. Per æternam scilicet generationem Verbum à Deo Patre exivit, quod Mariæ nullatenus competere potuit; quomodo tamquam Aquæductus à Fonte, Maria exivit à Paradiso, hoc est ab æterno Patre? *Pater fons est cœlestis divinitatis*, ait D. Dionysius. Cum ergo Aquæductus à fonte habeat derivari, à divinitatis fonte hic Virginis Aquæductus trahit originem. Sed quo ingenio? Dicam. Advertit Rutilius Benzonius nomen *Maria* Hebraice denotare idem ac *de conceptu meo, vel de partu meo Deus*. Quia *Christus utrumque genus*, vt fert Venantius: sicque Maria divinum quid in se immersum prædicat. Sed audi quomodo. Sapientia genita, vt Aquæductus purissimus à mente Patris exivit, & vt adæquatus terminus illius generativæ productionis: Non sic potuit Maria vt purissimus Aquæductus à Paradiso paterno procedere; processit tamen tali gratia fungens, vt de ea hæc scribat Abbas Guarricus: *Ipsa Virgo voluntatem Patris in tantum faciebat, vt de ipsa*

Venantius l. 8. Hymn. 5. Guarricus. Abbas de Assumpt. ser. 3. Cornel. à Lap. Bib. max. ad c. Isai. 62. v. 4. Si mon Cassian. l. 2. de B. Maria, c. 1. Hesychius Hierosol. orat. 2. de Deipara.

Maria, aquæductus è divinitatis Paradiso exiens, & divinam Trinitatem repræsentans.

(A) Richard. loc. antea dato. Berch. in Diction. Tom. 1. Dan. Agricol. Cor. 9. stella 7. Eccl. cap. 24. v. 41. Gen. c. 2. v. 8. Haye, in Concord. lib. ibi. Lyra in sua Gloss. Menoch. Cornel. Titelm. D. Anton. Pad. in c. 2. Gen. v. 8. D. Bonnav. in Hexam. Lyra in Gloss. ad c. 3. Gen. v. 17. Bibl. Tigurina max. ad c. Eccl. 24. v. 41. Haye id. Conc. liter. ibi. D. Hier. epist. ad Fabiol. D. Ambros. lib. 1. de Virg. Lyra in Gloss. epist. 2. ad Cor. c. 12. v. 3. D. Ant. Pad. ser. fer. 5. in Passion. Gen. cap. 13. v. 10. Ezech. c. 28. v. 13. Theatr. Vit. Hum. tom. verb. Paradisus, Cat. c. 1. v. 14. Galatinus, lib. de Arcan. Cathol. v. 1. l. 7. c. 5. Ambros. Cathol. lib. de Immacul. Concept. Virg. post Persuas. 16. & si etiam Rich. l. 2. c. 15. Lyra in Gloss. ad cap. Eccl. 24. v. 41. Daniel Agric. cor. 12. stell. 7. Ioan. c. 13. v. 3. D. Dion. Areop. de div. Nom. c. 2. D. Athanas. orat. contr. Gregal. Sabel. D. Aug. l. 3. contr. Max. c. 23. Rutil. Benzon. super Magnific. l. 2. c. 22. sub. 5.

ipsa predicaret Pater : vocaveris voluntas mea in ea. In Hebræo est *complacentia delectatio, vel delitiae*. Voluntas ergo Patris, delectatio, delitiae, ac Maria, quasi Synonoma sunt: dumque paterno ab intellectu per creationem Maria exire non potest, a Patris voluntate, ut voluntas, & delitiae Patris exisse perhibetur, ut sic pro delizioso puritatis omnimodæ Aquæducto habeatur. Ideo in eius Puritatis scaturigine etiam Pater se effigiatum ostendit, ut Maria sine Deo nunquam contemplari possit. Id pandit ita Simon Cassianus: *Divina Virgo, filia Patris æterni, tota in se formosa erat, & tota in virtutibus, & actionibus forma, & exemplar æterni exemplaris.* Sic exivit hic Virginalis Aquæductus de immensa fontana divinitatis. Aquæductus ex altissimis derivatus, Trinitatis in pellucida representans aqua similitudinem, hæc Gnoma signatur: VNDAS EXALTAT IMAGO. Maria *magnificata*, & exaltata dicitur, quam Dei filius Deus, & Patris imago, ac Trinitas tota ad summum evahunt apicem puritatis, ita ut divinitatem fere pertingat. Hæc refert Hesychius Hierosolymitanus: *Munda es, o Maria, & Templum incorruptum, ac tabernaculum ab omni sorde liberum; nam Pater hospitatur apud te, & Spiritus Sanctus obumbrat, & assumpta carne unigenitus ex te nascitur.* En totam in Mariæ purissimo Aquæducto Trinitatem effigiatam. De vno ad alium deveniamus Aquæductum; ad illum utpote, per quem transisse fertur Nehemias, ut habetur Esdræ lib. 2. c. 2. sic: *Transivi ad Portam fontis, & ad Aquæductum Regis.* Porta hæc fontis in latere occidentali urbis sita erat, respiciens ad fontem Gibon, seu Siloe, ex parte torrentis Cedron. (B) Ideoque Porta fontis dicitur, quia per eam brevi itinere, et si declivi, ad huiusmodi ex civitate fontem Gibon deveniebatur. Hic autem fons aluit rupem, in qua sita est Hierosolyma, & per latam quaquaversus regionem decurrebat. Ezechias autem Rex, ad fundamenta istius rupis amplum affodit Aquæductum, ex quo omnes Putrei Jerusalem, & Arx Syon aquas abunde hauriebant. Hoc autem Ezechias fecit, ait Lyranus, ut venientes Assyrij, contra Hierusalem paterentur defectum aquæ in obsidione. Mariam in hoc Regio Aquæducto ideatam vide, quæ ex fonte Gibon, sive *vallis gratiæ* primordia desumens originis, longissima profluit excellentia meritorum: cuius primordiales gratiarum aquæ, non solum Assyrio ge-

neris humani adversario denegatæ sunt, sed eum penitus suffocaverunt, per hunc Aquæductum veniente ad nos illo, qui occultatus velo humanitatis, per solam Mariam nobis impendit aquam æternæ salutis. Omnia conclusit Richardus. Cur autem Aquæductus Regis Maria sit; inquiramus. Scio fontes olim quosdam fuisse solis Regum vñibus destinatos; sicut in Hispania nostra Complutum prope, & apud Persas etiam fons erat, ex quo solus bibeat Rex; & hi sæpe fonte sigilo regio muniebantur. Similiter Fons Rogel, (qui & fons signatus dicitur, irrigans Hortum conclusum) Regius erat, eiusque aquæ soli parabantur Regi. At hic Aquæductus, non ob hanc causam regius dicitur, cum Syon, & totam Hierosolimam lapidissimis suis potaret aquis; sed sic vocatur quia ab Ezechia ad hunc finem fabricatus est. Totam ergo Urbem Hierosolimam, & Syon, hic Aquæductus delitijs delibuebat, ex quo a *valle gratiæ* derivabatur. Simile (undò supereminens) in Mariano auspicemur Aquæducto, qui a *Sancta Trinitate per creationem exiit, & quidquid Beatitudinis ab illa infinita bonitate Dei Trinitatis ad genus humanum pervenit*, totum per Mariam quasi per *venam effluxit*. Dat etiam Richardus. Unde non immerito *Vena salutis* appellatur ab Alcuino, quia per Mariam effluxit, quidquid gratiæ fidelibus Deus porrigit. Hinc, ad illum accedens Aquæductum *qui bonus est, hauriet gratiam à Domino*. Prov. cap. 12. Ex valle igitur gratiæ processit Maria plena, de cuius plenitudine omnes accepimus: nam Syon, nempe Ecclesia, ab hoc est Aquæducto irrigata, (*in quo totus gratiæ Thesaurus reconditus erat*) quia inde multi deducuntur gratiarum *vivi, omnem irrigantes terram deliciarum, & hortum voluptatis*. Dant Thaumaturgus, & Hieronymus. Delectat, & irrigat etiam hic plenissimus gratiarum Aquæductus Hierusalem cœlestem, quæ vitio pacis est, ibique Virginalis purissimus Aquæductus, *speculum est sine macula Dei maiestatis, illumque omnes Beatorum animæ summo desiderio contemplantur, à quo etiam Angelica natura irrigatur, & universa Beatorum curia, quia longe eorum gratiam, & puritatem, Mariæ puritas, & gratia excedit*. Affert Bibliotheca Virginalis. Nec mirum, si Mariæ gratia tanta est, ut Gloriam etiam irriget, *quam eandem cum filio habet*, ex Arnolfo; sicque Gloriam gloria, & gratia perlustrat, & ornat, quæ gloriæ gloria est,

ra Sancti. n. 189.
Brochard. &
Iosephus Rich.
l. 9. tit. 20. Al-
cuin. in Proem.
90. Prov. c. 12.
v. 2. D. Greg.
Thaum. ser. de
Annunt. Ma-
ria. D. Hier. ser.
1. de Assumpt.
Biblioth. Virg.
t. 1. pag. mibi
605. col. 2. in
fin. lit. D. Ar-
nold. Carn. tra-
ctat. de Laud.
Mariae. Rich.
l. 1. c. 3. D. Petr.
Dam. serm. 45.
Marius de Ca-
lasio, Haye, Be-
da, D. Hieron.
Prov. c. 31. v.
45. D. Bon. in
Spec. c. 7. Abbas
Abjaion de An-
nunc. Mariæ,
serm. 3. ord. 22.
D. Bern. Sen.
ser. 61. in Fer.
4. post Pascha,
art. 1. c. 8. D.
Anselm. orat.
ad Virg. Rich.
de S. Laur. l. 1.
cap. 4.

(B) Esdr. l. 2. c.
2. v. 14. Tirin.
Menoch. Ma-
rius de Calasio.
Villapandus t.
3. l. 3. c. 6. & in
Ezech. l. 3. p. 1.
l. 2. c. 10. Tirin.
in 2. Paral. c.
32. v. 4. & 2.
Esdræ, c. 2. v.
14. Lyra in
Gloss. ad 4. Reg.
c. 20. v. 20. Ri-
chard. antea ci-
tat. Corn. à La-
pid. in cap. 4.
Cant. v. 12.
Atheneus l. 12.
c. 3. Adrichom.
in descript. Ter-

Maria, Aquæductus cœlestis, cœlorum Regi servatus, fidelium gregis faciativus.

& sua claritate omnes illuminat ordines Beatorum, iuxta Richardum. Claudat id D. Petrus Damianus scribens: de Maria nil aliud possumus dicere, nisi quia gloriosa dicta sunt de te, gloria Dei. Hic tandem Aquæductus, possessio est, & optus Regis Ezechia, idest fortitudinis Domini, quam induit cum puritate Maria; quia fortitudo, & decor indumentum eius, Prov. c. 31. Claritatis scilicet Glorix, quam induit à creatione. Antonomastice autem, cum opus Domini Maria sit, ad Dominum utique tota, & totaliter pertinebit; quia in creatione ut Regius aquæductus procedit à centro gratiæ, & ut creata est decus Glorix. Succinat his ista Abbas Absalon: Maria cœlestium donorum gratia plena fuit, quia virtute quodammodo Patriæ donata est. Fortitudinis ergo Domini Maria est, cui ita fatur Augustinus: Ita est Dominus tecum, ut sit in corde tuo, sit in utero tuo: adimpleat mentem tuam, adimpleat carnem tuam. In hoc Virginali Aquæducto Dominus specialiter est, cum purissimum à primordiis constituens, reddens claritate gloriosum. Aquæductus nitidissima plenus aqua, ac regali sigillo munitus, Gnomam portat: REGEM ATQVE GREGEM. Maria Regem æternum tuo lacteo enutrivit humore, lactat, & gregem fidelium pietate, per omnes suas faciens gratias effluere. Sic testatur D. Parens Bernardinus: In omnium gratiarum effluxu quamdam iurisdictionem habuit Virgo, de cuius utero, quasi de quodam divinitatis oceano rivi, & flumina emanabant omnium gratiarum. Idem ferè habent D. Anselmus, & Richardus. Plenus hic Marianus Aquæductus gratiarum est, ex quo suis cum Deus delitijs deputavit, cuius aquæ mundissimæ semper, non lutuosæ nec luctuosæ infecto Adami fuere limo, quia in eum omnium descenderat divinorum charismatum plenitudo. Verba his arrident, quæ Mariæ ab Angelo enuntiata sunt Luc. c. 1. dicente: *Netimeas Maria, invenisti gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium.* Vera Angelus enuntiat, sed ex vi verborum pugnantia. Gratiam proculdubio Maria invenit, quæ gratijs plena fuit. Si plena, nil ergo eius peccato vacabat, cuius totum gratia implebat: igitur gloriosum totum, quod totum gratia plenum. Habet Odo Cameracensis. Quando in Creatione omni gratia, Maria impleta est, tota apparuit gloriosa, quia Divina visione illustrata, quia cœlestis tota. (C) Hinc promeruit gloriam, quam Deus postmodum

auxit. Invenisti gratiam apud Dominum; tali scilicet concepta coniugio, quali non reperiebatur tunc sanctius; ut Diva asserit Brigitta. Imò in suæ primo creationis instanti (ut tradidit Venerabilis Mater Maria ab Agreda) participationem quamdam habuit divinitatis, & claritatem æternam ipsius Dei (qui Gratia substantialis est) Mariæ anima participavit; in quam gratias, & perfectiones omnes Dei, modo sibi communicari, possibili, ipse infudit: Sol veluti qui intra cristallum latere videtur, dum radijs suæ claritatis perfunditur, & abstractivam habens Divinæ essentiæ visionem, etiam ex tunc agens viatricem. Optimè hæc omnia: *Nec solam enim gratiam Maria pro se invenit, sed pro toto humano genere:* Glossat Lyranus. Sed gratiam, quam apud Deum invenit, definitè perscrutemur. Gratiam invenisti apud Deum. Deinde gratiam, (explicat Basilus) omnem quæ excedit gratiam, ut pote, ecce concipies, & paries filium. Idem profert Eusebius Emislenus. At, urget in oppositum ratio. Nam concipere, & parere, non est opus gratiæ, sed naturæ. Cur ergo cum Maria Deum gignit, gratiam dicitur, quod invenit? Christus, ut Verbum Patris, ex natura est genitus, ab eoque naturaliter procedens per formalem actum dictionis, ut subtiliter docet Doctor Subtilis: A Maria etiam factus homo processit Dei filius; modumque adepta est Virgo Divinæ naturæ, ipsam vnigeniti substantiam producens; cumque absolute non potuerit, ut conciperet Virgo, facere naturam, cooperata est Dei gratia, quæ à Deo extraxit Maria, Angelo tacite innuens; Num sola ego inter mulieres novum naturam modum inducam? Dante D. Andrea Hierosolymitano. Vera ergo, & naturalis Dei mater fuit; sed ut Virgo conciperet, & pareret, id gratia fecit, quam apud Deum invenit. Sic fatur Chrysologus: *Virgo, te gratia matrem præstitit, non natura.* Sola hæc Gratia executioni mandanda deerat Mariæ, nam alijs omnibus iam plena fuit à creatione: sit Dei mater, quod est naturæ; concipit, & parit Virgo, quod est gratiæ; atque adeo hanc invenit, ut omnibus scateret, nulla deficeret, quam tanta comitata est gratia, ut mater Dei dicatur, & sit; Subdidit meus Parens Augustinus Plenitudinem ergo gratiarum hic Divinus continet Aquæductus, quatenus Maria fuit gratia plena: gratia, inquam, (docet noster Senensis Parens D. Bernardinus) corporali spirituali, & singulari. Nil gratia vacuum

meracens. episc. in Opusc. D. Aug. ser. 25. de Sanctis. Vener. Mater Mariæ ab Agred. C. 10. Mystic. p. 1. lib. 1. c. 18. & 19. n. 268. & seq. præcious au. c. 20. n. 311. & alij. D. Brigitta Revelat. l. 1. c. 9. & l. 6. 49. Lyra in Gloss. ad c. 1. Luc. 30. D. Basil. Seleuc. orat. in Annit. Euseb. Emislen. in c. 1. Luc. v. 30. D. Epiph. in Anchor. Subr. D. l. sent. 1. d. 32. q. 2. n. 7. & d. 3. q. 7. & d. 27. q. 3. n. 20. & seq. D. Andrea Hierosolym. Salut. ad Mariam. D. Petr. Chr. sol. serm. 142. D. Aug. l. univ. de Assumpt. D. Bern. Senens. 1. ser. 52. c. 2. art. 1. & ser. 61 art. 2. c. 1. Hugo Victor. in Alleg. de Verb. Incarn. collat. 3. Richard. sepe adduct. D. Gregor. Neocessar. orat. 2. de Annunt. D. Laur. Iustinian. de connub. anima cap. 9.

in hoc cœlesti Aquæducto considerare est; non enim Deum videret, eoque frueretur in primo creationis puncto, gratissima nisi foret Deo, & gratiam quasi infinitam habuisset. Non meum istud est verbum tantummodo, sed eiusdem Bernardini dicentis: *Beata Virgo in immaculato utero suo, ex dono gratiæ magnæ, & infinitæ, clausit filium Dei, quando Verbum caro factum est.* Solis imago aquis nitidissimi representata Aquæducti, inscriptione notatur: VNDAS SUA

GRATIA COMPLET. Mariam Aquæductus ex Richardo præsignat, quæ Neocæsariensis Gregorius prædicat, *Simulacrum immaculatum puritatis, & ultra plauditur sic à D. Laurentio Justiniano: Hæc est Virgo Sanctissima, quæ virtutum omnium ornata decore, & gratiarum plenitudine, atque donorum cœlestium irradiata fulgore, cœlorum Regem ad se traxit.* Pro delicijs iam Deo prædestinata in æternitate Maria fuit, divinæque voluntatis, ac voluptatis obiectum, ut sic nec instans adesset, quo posset Maria concipi sine Deo, ex quo à creatione Deum ut in gratissimo puritatis obiecto delicias secum vidit. Hoc fatur ipsa Verbi sapientia genita, hæc proferens Prov. cap. 8. *Delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, & delicia meæ esse cum filijs hominum.* Divinus hic loquitur filius, inquit Lyranus, (D) nec Matrem quasi ab æterno habuisse prætermittit. Alia enim litera habet, *iuxta eum eram nutrita.* Sacramentum attende. Nutritio ad generationem sequitur; prius enim aliquid generatur, & postea (ut ait Chrysostomus) nutritur. Verbi sapientia à Patre æternaliter est generata, non tamen dicit, quod sit à Patre nutrita, sed

iuxta eum: Quia cum nutrire proprium sit matris officium, & Maria ab æterno fuerit in matrem filij Dei prædestinata, iam ab æterno iuxta Deum sic erat Maria, quod sapientia Filij quasi iam nutriebatur ab ea: Nam de secretis paternis totum se inferebat Mariæ Verbum Dei, & Verbum Deum; docet Rupertus. Sed perpendenda potius sunt alibi data Nazianzeni verba huiusmodi: *Nata sum Patri tui, (sapientiæ genitæ alloquitur) ut arbitror, ex mente summa, me meus nutrit Pater.* Ad tantam ideo ab æterno evecta est Maria sublimitatem, quia in matrem filij Divini præelecta est. Tunc Verbum adstans cum ea iuxta Patrem, quasi iam nutriebatur ab ea, quæ in Divina mente gratijs omnibus erat fabricata, & enutrita; vnde dixit Amadæus noster: *Fa-*

cta extra se Virgo, (in Creationis instanti primo) suique oblita, præ gaudio adhaesit corde latissimo Patri spirituum, & conglutinata Deo, tota in illum efferebatur, in cuius amoris immensitate tota refundebatur. Id ipsum vulgatæ verba Scripturæ declarant. *Delectabar, inquit, per singulos dies.* Prov. c. 8. Delector enim, idem est, ac de alio lætor, ut manet dictum: Filius autem Divinus à solis vberibus Virginis Mariæ lactatus fuit; ut docet Seraphicus Doctor: idcirco ab æterno iam coram Deo Patre, quasi à Maria vberibus prævisæ lactabatur, delectatus in sibi conglutinare purissimam illam animam, ac gratis plenissimam, qua plenior nulla alia pura à Deo producta est creatura. Id carpe ex Petro Abbate Cluniac. dicente: *Credo, dico, assero, & iuro, Beatissimam Virginem nostram in æterna Prædestinatione singulari privilegio munitam, nec à sua Conceptione in aliquo violatam, sed semper permanisse illibatam, & sicut Beata ultra humanam, & ceterorum hominum naturam, sic secreta, & incognita manet ultra omnium notionem.* Secreta, ultra omnium notionem mansit; sed ubi mansit? Deo utique conglutinata, ex dato Amadæo, & ex Seraphico Parente D. Francisco, ut altissimi Regis filia; imò vocatur Maria à D. Bernardino Senensi, emanatio quædam sincera omnipotentis Dei. Emanationes autem in ipso Deo manent. At stylum non parvipendendo tritum, quæramus: cum hic loquatur divina Verbi sapientiæ de sua æterna generatione, qua apud Deum Patrem erat, ab illo inseparabilis, quo pacto eius erant deliciae esse cum filijs hominum? Cui non cum hominibus? Se filium hominis erat Sapientia illa nuncupatura, & delizioso voluit linguam dulcorare vocabulo, in quo Mater divino continebatur consilio, & ad officium enutriendæ iterum sapientiæ alio sub velamine parabatur. *Primum enim dominus fuit cum ea divine, & tandem infantulus ex ea æconomice.* Quamobrem etiam Deipara est Mariæ; expendit Div. Athanasius. Si primum fuit Deus in Maria divine, Maria certe fuit ut præelecta intra Deitatis arcanum. Nam cum hic ostenderit sapientiæ se omnibus rebus creatis delectari, significat tamen se peculiariter gaudere in hominibus, quia divina imagine, & similitudine sunt consignati; quos in summis delicijs habent Menochius, & Tirinus: *Hoc autem est per naturam humanam participium;* addit Alensis. Nulla autem humana similior Filio creatura, ac pro delicijs charior, quam

D. Athanas. Dial. 4. de Trin. ac Princip. Menochius, & Tirinus. in Bibl. Max. ad c. 8. Proverb. v. 30. & 31. Alensis in Gloss. Alanus de Insulis, Elicid. in c. 2. Cant. Gerebertus ser. in Assumpt. Virg. apud Biblioth. Patr. tom. 10. Dyonis. Carthusian. de Precon. & dignit. Mariæ, lib. 1. a. 19. Richard. de laud. Mariæ lib. 9. tit. 15. D. Iean. Damasc. orat. 1. de Nat. & orat. 2. de Assumpt.

Maria, omnē in se gratiam conciliavit à Deo, in primo animationis puncto.

(D) Prov. c. 8. 30. & 31. Lyranus in Gloss. ibi. idem in Bibl. Max. D. Chrysost. Hom. de S. Stephano. Rupert. de oper. Spir. S. lib. 1. c. 9. D. Greg. Nazianz. Carm. de Christo patiente, B. Amadæus, Hom. 6. de laud. Virg. D. Bon. in c. 11. D. Luc. apud B. Angelum del. Pasl. 1. 2. in c. 11. D. Luc. Exposit. c. 27. Bibl. vulg. loc. cit. Pet. Cluniac. abbas Epist. 10. ad Nicol. Tom. 12. Biblioth. PP. D. P. N. Francisc. tom. 1. opuscul. orat. 3. ad Virg. D. Bern. Sen. tom. 3. ser. 1. a. 1. cap. 3.

Maria, Aquæductus omnium gratiarum, Deo pro delicijs fuit.

quæ ipsum genuit Maria, quæ *specialiter filio Dei fuit similis*, quare à Genebrardo vocatur *Mater singularis, mater perennis*: nam ab æterno prævisa purissima, Deo fuit pro delitijs, & eius Paradisus voluptatis. Rem claudat ita Carthusianus: *Te, o Maria, Benignitas Dei elegit, & prælegit: bene quoque sibi in te complacuit, & qui demum creavit te, requievit in tabernaculo tuo.* Aquæductus ex immenso aquarum fluvio è cœlis labente plenus, innumeris è Rota suspensis titulis, fert dictum: **HAURIT INEXHAUSTUM.** Rota enim, in qua voluntur titulae, etsi plurimam hauriat aquam, tamen inexhaustum relinquit Aquæductum, ex alto flumine immensas continuo aquas colligentem. Sic Maria, *Aquæductus abundans aquis per gratiarum plenitudinem*, quas ab æterno prælecta invenit apud Deum, à Richardo nominatur; & à Damasceno *Pelagus gratiarum*, quibus ut delitijs affluens, discriminata nunquam, semper inventa est innixa super dilectum suum; respectu etiam cuius fuit *Pelagus gaudij inexhaustum.*

257 Aquæductum hunc à primordijs purissimum venerati oportet omnes, in latam (E) à D. Anselmo ne sententiam incidamus huiusmodi: *Quisquis parvipendendum putat Virginis celebrare Conceptionem, nec meretur esse cum fidelibus, nec postea cognoscere Salvatoris adventum.* Rigida videtur tanti calami comminatio: sed peroptime iusta, cum Christum Aquæductus Mariani fontem inficere censeatur, qui deturpatum limo Adamitico tenaci pervicacia fatetur Aquæductum. Ad antea datum retrogradiamur textum in quo visa, & invisente Virgine, cognata Elisabeth hæc verba eructavit: *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Luc. c. 1. Prospera alicui apprecari, benedicere est, seu alicui apprecatio boni. Nil autem ulterius maioris boni, Virgini poterat advenire, ex quo immensum in se conceperat bonum, Deum utpote. Benedictus dicitur fructus ventris Mariæ, *Per hoc enim quod Conceperat Dei filium, contraxerat quodammodo infinitatem bonitatis, in quantum mater est filij bonitatis infinita*, ut exponit Lyranus. Itaque *germen Domini, quod est in magnificentia, fit fructus vteri materni, benedictus omni benedictione spiritali, quæ in cæteros diffunditur, ut Oceanus in sinus, Maria, fluvius, atque fontes*; explicat Perpinianensis Angelus. Hæc vox ab Elisabeth prolata, à Divino fuit spiritu infusa; *Benedictio autem Dei*

ad fecunditatem valet; ait Augustinus. Christus ab vtero matris, & matris vterus laudibus celebrantur, ab Elisabeth Christus, Luc. cap. 1. A Marcella Mariæ vterus, Luc. c. 11. Sed cur Christus nomine *fructus* nuncupatur? Non enim sic proles reliqua huminum nominatur: etenim vox hæc *fructus* virgulti est, fruticis, five germinis arborei, & cuiuslibet, quod maritante pluvia terra producit, ut advertit Richardus Victorinus dicens: *Arbor ramum gignere dicitur, non tamen arbor parens, nec ramus proles illius nominatur: ramus florem gignit, nec tamen ille Pater hic filius dici consuevit.* Vnde igitur Mariæ filius dicitur fructus? Scite quidem, & ob hoc Mariæ gratijs plenissimam hæc depingunt primam originem puritatem. Nam fructus quidquid virtutis, ac bonitatis in se continet, mutuum à bonitate radicis pensatur, ut docet meus Anglicus. Radix huius fructus benedicti, vterus Virgineus est: radix vteri prima Mariæ Conceptio. Fructus ergo benedictus absque peccati amaritudine dulcescit, vivens semper, & benedictionis medicamento nostri vulnus sanat peccati: unde eius radix benedictionibus plena veneranda est, non rodente plaga, five delicti carie infecta; etenim fructus divinus, divinam arguit à primordijs fuisse radicem. Audiatur Richardus à S. Laur. scribens: *Congrue appellatur Christus, fructus, quia sicut fructus bonus arborem, vel terram, de qua nascitur, commendabilem reddit: sic & Christus Virginem gloriosam de qua tota benedicta totus natus est benedictus.* Vnde & ei dicitur, *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui: Quia fructus facit cognosci qualis sit terra, aut arbor, unde oritur.* Perbelle quidem, quod & à nostro Amadeo confirmatur, & à Tertuliano. Vide *fructum* de Cœlo cœlestem, cœlestia sibi vendicantem, & spectare in Maria radicem à Divino Spiritu obumbratam, ut proinde *omnium cœlestium deliciarum genera ex Divinis prodirent Divinæ matris fulgoribus, & quidquid venerationis in filio est, hoc totum in matrem refertur*; Ait Alanus Varenensis. Pingitur fructus in arbore pulchra pulcher, radici proclivis, cum lemmate: **DAT BENEDICTA RADIX.** Hoc ipsum dedit & Maria, divinius, & locupletius tamen, fructum ferens ex radice benedicti vteri benedictum, & omni gratia plenum. Theophanes Græcus sic scribit: *O Virgo omnipotentis artificis spiritus agricultura, quo corpus Domini univ-*

Alanus Varenf. de laud. Genit. Dei Mariæ, ser. 1. B. Amadeus Rapt. 7. in s. ne. Theophanes Græc. in Salut. ad Virg.

(E) D. Anselm. orat. in die Conceptionis Virg. Luc. c. 1. v. 24. Theatr. Vir. Hum. tom. 1. verb. Benedictio. Lyr. in sua Glossa ad c. 1. Luc. v. 42. B. Angelus del Pas. l. 2. in c. 1. Luc. Expos. cap. 39. D. Aug. de Gen. ad lit. c. 15. Lyra in Gloss. cap. 11. D. Luc. Richard. à S. Viſt. de Trin. l. 6. c. 16. Anglic. lib. 17. cap. 137. Berch. in Red. & in Dictionar. verb. Radix. Richar. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 1. c. 7. B. Amadeus Hom. 1. de laud. Virg. D. Bonav. Alex. Alensis, in Luc. c. 1. v. 42. D. Anselmus de Excellent. Virg. Tert. l. de Carn. Christi. cap. 21.

Mariæ puritas in conceptu passivo, ex Christi Conceptione arguitur deducitur.

forum fructificasti, in qua condemnauit peccatum Orbis, & vitam fontificauit perennem. Perpende, ly fontificauit, quati Mariam reddens etiam Aquæductum, omnium diuinorum charismatum diuinum utique receptaculum. Nec satis id, Respice enim ad illam, quam vidit Jacob scalam, Mariæ (vt cum Patribus diximus) Typum, de qua sic textus loquitur Gen. cap. 28. *Jacob vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens Cælum: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scale.* Mira utique sacramenta in huius scalæ gradibus impinguntur; Qui generationes, per quas Christus secundum carnem descendit ab Abraham, vsque ad Virginem Mariam constituunt; vt Lyranus prænotat. In hac autem Generationum serie (quæ pro Conceptionis Marianæ festis apponitur) nulla de Patribus Mariæ mentio habetur, vt nil humanum in eius generatione videatur. Ideo autem ad eius latus solus Christus ponitur, quoniam quidquid est Mariæ diuinum est, & ad Deum pertinet; vnde Ambrosius dixit, *Immaculata Maria per diuinitatem constitit illibata.* (F) Idcirco etiam apposite alij habent; *Dominus stabat iuxta eam.* Cælum tangit, quia Trinitatem attingit suæ purissimæ præseruationis effectricem; & ferme etiam ad ipsam vsque protenditur Deitatem, quam suo in purissimo vtero continuit. Idcirco *Maria stupendum vocatur miraculum in Cœlis*, vt ait D. Epiphanius. *Nec terrena vite est*, sed cœlestis, vt Richardus habet. Cælum tangit Virginea illa scala, quia *Cælum per gratiam est Maria.* Cælum tangit, quæ cælum purissimum est, opusque primarium Dei, & dicitur, quasi *Casa Helios*, domus scilicet Solis, quia fabricata vt in domum Dei erigeretur, ideoque lucidissima à prima fuit erectione, à creatione videlicet. At, vbi tenderet scala illa, per quam ad nos descendit filius Dei, nisi ad Deum, cum candor sit æternæ claritatis, & speculum sine nœvo maiestatis Diuinæ; vt sapide scribit Philippus Abbas? Erat scala hæc *speciosissimum filij Dei reclinatorium*, vt docet meus Parens D. Bernardinus: idcircoque in Cælum ab initio erectionis porrigitur, vt Deum attingens, Dei filius per eam ad nos deriveretur. Angeli descendunt celsitudinem Mariæ nunciaturi; quia *in instanti in quo Maria concepta fuit, eodem Hierarchie cœlestes omnes vehementer in Cœlo, vt festis maximis solet, iubilauerunt*: vt dedimus

cum D. Vincentio Ferrerio Dominicano. Imò Angeli nocte illa, qua Virgo concepta fuit, adfuerunt, & cooperati sunt miro, & ineffabili modo circa materiam Conceptionis illius purissime; Profert B. Amadeus. Adde, quod ideo per hanc scalam ascendunt, & descendunt Angeli, quia custodiunt eam, tamquam locum Diuinæ habitationis electissimum; iuxta Perpinianensem Angelum. Dominus tandem innitebatur scalæ, sive gloria Domini, vt Biblia Chaldaica habet. Sed cur Deus, cum tota sua gloria Mariæ innititur? Perbelle ansam responsioni præbet Pijssimus Dominicanus Ambrosius Catherinus, hæc proferens: *Respice ad scalam Jacob, tangentemque Cælum, cuius summitati Dominum innixum intueri, & expavesce, cognoscens hanc vnâ stare cum ceciderimus omnes: atque ideo stantem, quia Dominus innixus illi.* Lepide Philosophatum. Mariæ vnice Deus innititur, cum in prima erectione, à terreis lapidibus immunis ad Cælum eleuatur, alijs in luto immerfis rationalibus creaturis: Ideo Angeli eam circumstant, plaudunt, venerantur: Deus cum totius gloriæ plenitudine ei innititur, testans eam præseruatam nullatenus cecidisse; ideoque vt primo apparet, Cælum tangit, Deum adsciscit, quia tota cœlestis, & diuina est. *Sic eleuata est ad quandam equalitatem Diuinam, per quamdam quasi infinitatem perfectionum, & gratiarum*; Subministrat noster Senensis Bernardinus. Vide ergo diuinitatis gloria in prima sui erectione plenam Mariam fuisse, ita vt ad Deum pertingeret vsque. Scala veluti Jacobea, Cælum tangens, innitentem super eam Deo, Gnomma illustratur: **NON CADIT IN RECTO INNIXA.** Maria enim *ascendit innixa super dilectum*: Idest in solius Christi auxilio confidens; exponit Alanus de Insulis. Dominus etiam scalæ innititur lucidissimæ, eam sua irradians diuinitate; quam videns (lapsis ab altitudine suæ gratiæ alijs) ad tantam erigi altitudinem, vt Deum vsque pertingat. *Altitudo eius fuit à terra spirituale elongatione, & Cœlo proxima spirituali celsitudine.* Finiat omnia Albertus Pius, scribens: *Fastigij celsitudinem, in quo collocata est Maria, solus Diuinus Spiritus, qui illam tot decoribus ornaverat, sublimique effecerat, exprimere potuit.*

61. c. 12. Alanus de Insulis. in c. 8. Cant. v. 5. Richard. de laud. Virg. lib. 4. tit. 8. Albertus Pius de præcon. & Innocent. Mariæ. c. vnice.

Mariæ celsitudo ad Deum vsque protenditur, & in illo radicatur.

(F) Gen. c. 24. v. 12. Lyra in sua Gloss. ibid. Almeric. D. Ambr. de Nat. Dom. ser. 3. alij in Bibl. Max. D. Epiph. ser. de laud. Dei paræ, Richard. lib. 9. & lib. 7. tit. 1. Philipp. Abbas super Cant. D. Bern. Sen. tom. 2. ser. 51. a. 1. c. 3. D. Bern. in quodam ser. ex Paruul. Dion. Carthus. de dignit. Mariæ lib. 4. a. 6. D. Vinc. Ferr. apud Alexium à Salo, in Arte pie amandi Mariam, decl. stell. 2. B. Amadeus Raet. 1. B. Angelus del Pas in Luc. c. 1. expof. c. 35. Ambros. Cather. Domin. lib. de Ium. 2c. Concept. Pers. 2. 6. 5. Esti scilicet. D. Bernardin. Sen. tom. 1. ser.

CAP. IX.

PUTEUS MARIÆ PRIMÆ
eam puritatem prædicat, & gratiarum
profunditatem exaltat.

258 **P**uteus lacus defossus est, à
 Potu dictus, (G) qui raro,

aut numquam (etiam rigido hyemis tem-
 pore) congelatur; sed eius aquæ potabi-
 les extrahentibus se exhibent, & quanto
 plus aquæ extrahitur, tanto purior, & ni-
 tidior apparet: qui non à se, sed à fonte,
 vel fluvio interius occultato aquas ex-
 haurit: ideoque puriores iterato extra-
 huntur haustu, quia primordiali fonti, vel
 fluvio proximiores sunt. Mariæ hæc om-
 nia myltice adaptantur: *Ipsa enim puteus*
est semper viventis aquæ; ut docet Chry-
ostomus. Defossus est in terra puteus hic,
quia gratia, quæ Mariam omni virtute
replevit, mentem eius in abyssu humilita-
tis fundavit; insinuat Divus Parens Ber-
nardinus. Gelascunt nūquam misericor-
diarum aquæ huius Putei misericordiæ;
quæ large extrahuntur à peccatoribus,
nam ei Deus Regnum misericordiæ com-
misit; Afferit Carthasianus Dionysius.
 Eius gratiarum aquæ, etiam semper purissi-
 mæ, ut tamen suo fonti (Deo videlicet, à
 quo extrahuntur) viciniore, divinam
 quasi sapiunt puritatem, ab ea suum mu-
 tuantes nitorem. O Puritas mentis! O
 summa Puritas! *Quam Beatus fructus*
ventris, tam gloriosa puritas mentis.
 Nempe ex Deo puritatis fonte, Virginalis
 putci aquæ puritas deducenda est. *Mun-*
ditia totius continuit Auctorem, unde
mundissimam omnium hic clausit Virgi-
nalis puteus puritatem. A potu ergo dicitur
primo puteus; & gratiarum Mariæ, quo
plus sunt pota, plus sitiuntur aquæ. Hoc
aliquid nobis testatum reliquit fœdus ini-
tum inter Abraham, & Abimelec: hic
Geraræ Rex fuit, & interpretatur Regum
summus, sicut Abraham, Pater excelsus,
seu Pater multitudinis. Hic humanum
genus ab Adamo primo multitudinis
gentium Parente designat: ille Deum,
summum omnium Regem, qui sic appel-
latur Hebr. c. 7. v. 1. de quibus ait Moy-
ses Gen. c. 21. Percusserunt ambo fœdus,
idcirco vocatus est locus ille Bersabee, &
ibi Abraham plantavit nemus, & invo-
cavit nomen domini Dei æterni. Per hunc
puteum designatam fuisse Mariam, nul-
lus dicere ambigit, imò in eo eam Ri-
chardus præfiguratur, & meritò: Nam mo-
ris etiam olim fuit ex eodem calice bibe-

re, fœdus ineuntes. Sic Deus summus
 Rex interveniente Mariano puritatis pu-
 teo, sibi gratiarum omnium ut delectaretur,
 offerente aquas; & fidelium multitu-
 dini, ut his spiritualiter, ac plenè satia-
 rentur, pacem mundo reddidit, qua vi-
 duabatur orbatus. *Per Mariam vitæ,*
& pacis poculum exhibetur; dat D. Petrus
Damianus. Sed inquirere est, cur Bersa-
bee vocetur hic Mariam signans puteus,
curque iuxta illum Abraham plantaverit
Hortum? Bersabee, idem Hebraice est,
ac Puteus saturitatis: cum enim Mariam
designet, in hoc puteo fons vitæ reperi-
tur, Christus videlicet, qui est saturitas,
& satietas omnium; pergit Richardus.
 Imò *Maria est plenitudo perfectissimæ*
omnium gratiarum, post dominum; In-
quit Biblioth. Virgin. Iuxta hunc saturita-
tis Puteum Hortus arborum frugifera-
rum ponitur, (ut Parisiensis Haye, cum
Menochio, & Tirino asserit) ibique adve-
næ, ac Peregrini excipiebantur, ac recrea-
bantur humanitatis officijs, paciscentes
pro mercede, ut Deum cœli, & terræ crea-
torem colerent, & amarent. In Maria, nos
qui dum vivimus peregrinamur à domi-
no, pacis inducias cum æterno Rege,
quasi in iuramenti puteo sancimus, de
exuberante eius gratiarum puro proflavio,
plenam animæ haurientes satietatem. Ita
censet Hugo Victorinus scribens: Recte,
ò Virgo, dicta es gratia plena, de qua ortus
est Sol gratiæ; ideo totum nobis quodammo-
do ad te, quod per illum novi est, qui natus
est ex te: bene enim dicta es gratia plena,
& in tantum plena, ut ex tua redundantia
totus hauriat mundus. Fœdera inter Deum,
& homines firmavit Maria; nam talibus
(docet Hieronimus) decebat Virginem op-
pignorari muneribus, ut esset gratia ple-
na, quæ cœlis dedit gloriam, terris Deum,
vitæ ordinem, pacemque refudit. In Putei
huius horto hospitabatur, ac deliciabatur
Deus, paciscens vberem gratiarum pleni-
tudinē pro hospitij sui mercede. Plaudat
hoc iterum adscitus Hieronimus: Si Spi-
ritu Dei omnis virtus Angelorum cons-
tat, credimus Beatam, & gloriosam Vir-
ginem, in quam supervenit Spiritus San-
ctus, & in cuius utero Deus totus illapsus
novem mensibus portatur, ampliora pro-
meruisse virtutū privilegia, & maiorem
gratiam percepisse. Peccatores etiam col-
ligit, & recipit, eos ut reviviscant reficiens
gratiarum spirituali refectioe; & sicut
Deus per Filium suum Beatos Angelos à
peccato servavit, ita decus puritatis Ma-
ria, per Filium suum miseros homines ex
peccato salvavit; Afferit Divus Anselmus.

Hinc

c. 1. usque ad
 12. D. Clem.
 Alexan. lib. 2.
 Strom. Adam.
 Brouverus in
 salut. Angel.
 cor. q. 17. D.
 Ber. apud Ale-
 xium à Salo, in
 Art. Amand.
 Deip. declar. 6.
 stella 6. Bibliot.
 Virg. to. 2. pag.
 mibi 516. col.
 1. lit. A.

Maria, satura-
 ris puteus
 Deum lacte
 satiat, homi-
 nes aqua gra-
 tiæ.

(G) Angl. lib.
 13. c. 2. Richar.
 de laud. Virg.
 lib. 9. tit. 2. D.
 Ant. Pad. D.
 Chrysost. apud
 Corn. Alapide
 in c. 4. Cant. v.
 15. D. Bernar.
 Sen. tom. 2. ser.
 51. c. 3. Dionis.
 Carbus. enarr.
 de Concep. Virg.
 Richard. Victo-
 rin. in Psal. 71.
 D. Eligius No-
 viomens. Hom.
 2. in die Purif.
 Gen. c. 22. v. 27
 & 33. Marius
 de Calaf. tom. 4.
 Conc. Hebr. Ha-
 ye 1. 18. Beda.
 D. Hieron. Ri-
 chard. loc. cit.
 Theatr. vit. bu-
 man. Novarin.
 Cœlius, & alij
 D. Petr. Dam.
 ser. 3. de Nativ.
 Marius, D. Isi-
 dor. Lyræ, &
 Lexic. Hebr. Ri-
 char. loc. cit. Bi-
 blioth. Virg. to.
 1. pag. mib. 469
 col. 2. lit. C. Ha-
 ye in Cœcil. ad
 c. 22. Gen. v. 33
 Menoch. & Ti-
 rinus ibi. Hugo
 Victorin. apud
 Ant. Brixienf.
 ser. 3. de plenit.
 Gratie Mariæ,
 D. Hier. epist.
 ad Eustoch. D.
 Ant. Pad. ser.
 Dom. 4. Adv.
 D. Hier. in ser.
 D. Anselm. de
 Beata Virg. in
 Opusc. cap. 12.
 dat. 8. Pet. Da-
 mian. D. Bern.
 D. Bon. in spec.
 late Richard. de
 laud. Maria a

Hinc Puteus depingitur, bina manu, altera ex alto, quasi coelesti, altera ab imis quasi terrena, extrahente aquam, subiecta epigrapha: FIT PVRIOR HAVSTV. *Putei enim, qui hauriuntur, emittunt aquam puriorem, ut habet D. Clemens Alexandrinus. Cumque Maria ab aeterno in matrem Dei praelecta, gratiam pene infinitam ab Auctore gratiarum promeretur, quanto magis de eius plenitudine accipimus omnes, & haurimus, tanto magis eius prima puritas innotescit, fontem elucidans divinitatis à quo plena emanat. Id tangit sic D. Bernardus: Quammodum Dei perfectiones sunt infinitae, & omni capto superiores; sic celestes gratiae, & virtutes Mariae. Per hanc homo in Dei gratiam venit; Deus ipse in Maria sic purissima, omnibusque gratijs exuberante delectatur, & quasi in opere (post se) omnium perfectissimo requiescens, & exultans. Maria enim opus Dei unum est, & singulare, pretiosum praeter omnibus, quod tam Angeli, quam homines admirantur eius videntes gratiam, & gloriam. Ipsa est Puteus saturitatis lacteus, ex quo Deus ipse nutrimentum sibi alijs gratius fuxit, homines gratiam reconciliationis cum Deo, ubertatis Spiritus, & misericordiae abundantiam conciliant. Sic Puteus iste omnigenae puritatis, aquas divinorum charismatum omnibus elargitur. (*) Vocatur etiam Maria Cant. cap. 4. Puteus aquarum viventium, quae fluunt impetu de libano. Alij autem legunt, fluente venientia de libano; Qui candor interpretatur. A primo enim Mariano candore fluente derivantur potentia gratiarum, quibus tota Ecclesia irrigatur. Puteum ergo, & fluente continent: quia ex Puteo nitida vi extrahitur aqua: Fluente autem eam placide impendunt, nulla fessitudine extrahendam. Omnibus ita suas Maria communicat gratias, à prima puritatis suae origine derivatas: Ut Putens laborantibus, quorum merces est, pro ipsis etiam ipsa laborans, ut pro cultus suae primae gratiae exhibitum praemio, requiem Deus communicet immortalis. Pro debilibus autem, ut fluentum currit eum impetu, eos alliciens ut suis participent gratijs, eosque quasi invitans ut ad fortiora pro Christo animentur subeunda. Cum impetu haec purissimae aquae ex supero derivantur candore; ubi autem impetus est, ibi est & strepitus; notat Parisiensis Haye: ut sic pateat Gratiarum Mariae aquas, quia super aquas vox Domini; Coelum, & terram irrigare, ut sic tetram, coelumque impleat multi-*

tudo sonitus aquarum, & cultum candor ille purissimus ab omnibus praestoletur exhibendum. Hebraice autem pro Libano est dictio composita à Leb, quod est cor, vel robur, & Non, à radice Navah quod est decor, habitaculum, & pulchritudo: Tuncque erit dicere, Puteus Purissimus Maria, est cor habitaculis pulchre, ab eaque derivatur perfecte. Deus autem pulchritudo infinita, omnium locus est, omnium habitaculum, ut ex Hebraeis docet Novarinus: praecipue autem Deus habitaculum Mariae est, eam obumbrans, eique suo tamquam cordis, & Charitatis purissimo centro umbram, robur, & decorem infundens; quod decantat sic Alcuinus: Virtus namque tua confert umbracula cordi. Imò, & Maria, habitatio Dei purissima ab aeterno praevisa est; quod tradit dicens Arnoldus: Vbi usquam inveniri poterat Deo locus, nisi Mariae uterus ante secula praevissus? Aptè ergo Maria ut puteus limpidissimus à supremo derivatur candore, eum participans in origine, indeque pulchritudinem, & decorem induit, amicta lumine sicut vestimento, ut sicut sui amoris cor in Deo praevisa habitaret, ut in habitaculo sancto suo. Puteus cor loco sigilli in quo Deus depingitur monstrans, indicat scriptum: COR PVRVVM PRÆSTAT IMAGO. In Verbo, Patris imago relict, Dei etiam in Maria; unde imprimi in ea aliud haud potuit, quam pulchritudo, & decor, quibus purissima, & immaculata semper: Robur, quo caput pugnam nesciens serpentis contereret. Audiamus Patrem, matremque figura exprimit, & speciem reddit utrique suam.

259 A potu Puteus dicitur; & Mariae id perbelle competit, nos suae puritatis recreans aquis, satians ad imitationem. Id mihi pro Maria delineandum obijciatur ex illo Job c. 29. Radix mea aperta est secus aquas; (H) & ros morabitur in messione mea. Gloriam radicem, à qua quasi ut Ramus gloria derivatur, Mariam praedicavimus cum D. Epiphanio: sed modo disputare sit de Mariae radice, sive originali principio. Radix haec aperta est secus aquas; sive expanditur, aut manifestatur, ut plures legant. Cur ita? Quia aqua de suo pura, ut ex Tertuliano dedimus; & cum in Maria reperiatur radix gloriae, etiam à radicali principio eam oportet contemplari iuxta aquas puritatis, & gratiae, Materia semper perfecta dicitur ab eodem Aqua, iuxta quam suam figit radicem, & principium Maria: Quia gloria

Maria, puteus gratiarum à puritatis candore effluentium, in solo Deo, ut in hac reditate habitavit.

(*) Cant. c. 4. vers. 15. Bibl. Ven. & alij in Bibl. max. Bibl. Virg. t. 1. pag. mibi 491. col. 2. lit. B. Ioann. la Haye in Conc. lit. ad c. 4. Cant. v. 15 Marius de Calas. Haye, Beda D. Isid. vide Bibl. max. in Cant. c. 4. Lexic. Hebraic. No var. scdiasm. lib. 1. c. 4. n. 21. Alcuinus Poemat. n. 3. Arnold. Carnot. tract. de B. Virgin. Arnulph. Epigramm. de Nat. Domin.

(H) Job. c. 29. v. 19. D. Epiph. de laud. Virgin. Tertul. loc. cit. de Bap. cap. 3. Boet. lib. de Consol. & Theol. Odo. Camera. cens. in Opusc. Psal. 148. v. 4. D. Bonav. lib. de Ecclesiastic. Hierarch. p. 4. c. 7. Richard. à S. Laurent. ibi.

Damasc. orat. 1 de Nat. Virg. Ioan. Geometr. de Sanct. Virg. Hym. 3. Richar. lib. 9. de Athan. lib. de comun. essentia. D. August. contra max. lib. 3. c. 23. vide Bibl. Chald. in max. Lyr. in sua Glossa ad c. Iob. 29. v. 19. Psal. 21. v. 27. B. Amadeus Laufer. Hom. 7. de laud. Virg. Anglic. lib. 17. c. 136. Idiota sapiens in Prolog. de Virg. Maria. Iob. c. 29. v. 19. Osee c. 14. v. 6. Lyr. in sua Gloss. ibi. Alanus de Insulis in Cant. c. 5. alij apud la Haye in Bibl. max. ad c. 29. Iob. D. Andreas Cretens. in Encem. de Virg. orat. 1. de Annunt. Rich. à S. Lauren. de laud. Virg. lib. 12. part. 5. c. 14. fuisse. D. Aug. de Civ. Dei lib. 20. c. 17. D. Epiph. Episc. Constantin. orat. de laud. Virg. Dionys. Carib. de dignit. Mariae lib. 2. art. 18. Ioan. Gersonius super Magnificat. 3. alij.

status est omnium bonorum aggregatione perfectus; atque ita patebit radicem originariam Mariam non solum manifestam esse ex consortio aquarum puritatis, & gratiae, sed perfectionis, & gloriae. Nec hoc mirum in Maria, de qua retulit Odo Cameracensis: *Gloriosum totum, quod totum gratia plenum.* Quasi quod ex secundo deducatur primum. Aquae etiam puritas coelos adusque elevatur, Psal. 148. & *Beatissima Virgo non caret natura, & proprietate celestis; Vnde Coeli puritatem in se habere debuit Maria, ad cuius uterum subintrandum est divinitas inclinata;* Docet Seraphicus Doctor D. Patens Bonaventura. Idem ferè promit Richardus, & Damascenus. Sed Geometra latius ita scripsit: *Salve concretum sublime corpus olympo, & vitij nostri crimine Virgo carens.* Altius evolat discursus, ex alijs sic habentibus: *Radix mea aperta est ad fontes aquarum.* Num ad hanc Mariae radicem aquis purissimis irrigandum, non sat vnus erat fons, sed plures accurrunt, vt plenius Ramo, vnde flos, & fructus provenit, transmittat nutrimentum? Inde maior Mariae gratia & Gloria ab origine compensatur: Quia etsi Deus vnus, vnus sit fons à quo gratia, & gloria Mariae à principio dispensantur; tamen Tres divinae Hypostases, tres gratiarum fontes constituunt, suavissimo in Mariam decurrentes effluxu. Sic divus tradidit Arhanasius. Quis ergo Mariae radicem iuxta fontes divinitatis apertam, apertè non confitebitur purissimam, amplectentem cum puritate gratiam, cum perfectione gloriam? Sed cur Maria radicem suam (Conceptionem Immaculatam nempe) iuxta purissimas infigit aquas? Nos vt plenius satiet, simulque id potest: *Arbor enim habens radices in humido, multiplicat sursum fructum;* declarat Princeps interpretum. Maria ergo quia immaculata ex radice sua fructum benedictum erat productura, ex quo *pauperes saturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum,* Psalm. 21. iuxta aquas radicem collocat creationis, vt crescat fructus celestis vbertate saturitatis, & suam non attingat radicem lutuosum inquinamentum serpentis. B. Amadeus noster hæc cecinit: *Eva infecta est veneno lethali, quod transfudit ad posteros. Maria infusa vitali antidoto, quod fidelis transmittit ad universos. Corruit illa male credula serpentis; surrexit ista, & iuxta Verbum, quod dixerat Deus, contrivit caput serpentis.* Radix tandem à radio dicitur, quia arbor quasi quibusdam radijs fixa

terre demergitur: Sicque Maria radijs suae misericordiae longe positos illuminat; sibi propinquos per specialem devotionem, consolationis suavitatem; & praesentes sibi in Patria, excellentia gloriae. Ex quo igitur primam figit radicem in humido puritatis, omnes satiat, omnesque ex eius aquis ebibunt affluentiam consolationis. Alteram textus denudemus partem. *Ros morabitur in mesione mea.* Job. cap. 29. Felicem utique Mariae radicem! ex quo iuxta puros divinitatis fontes & aquas apparet, rore coelesti perfunditur, quia divinitate obumbratur: Vnde olim dicebat Deus, Osee, c. 14. *Ero, quasi Ros Israel: Sicut enim Ros invisibiliter descendit, & fecundat terram sic Dei filius invisibiliter descendens fecundavit Virginem:* ait celebratissimus Lyranus. *Ros in Mariam divinitatis illabitur, quia de ea omnis gratia celestis emanat, & de Christo in Virginem. Morabitur* (habet alius) *in Ramo meo.* Ramus à radice quidquid pulchritudinis florum, & affluentiae fructuum mutuatur, habet: Mariae sic gratiae omnes, quae in ipsa vt ramo vbi Ros divinus superfudit reperiuntur, à radice pullulant, vbi gratia omnis à Deo superinfunditur, vt sic ex eius Ramo celestis fructus gratiarum copia pinguis exoriatur. Complet omnia sic D. Andreas Cretensis: *Benedictus fructus ventris tui, o Maria, ex quo protoplastus Adam vescens evomet veterem illam potionem, per quam fraudis venenum hausit. Benedictus fructus, ex quo fons emanat, aquae salientis in vitam aeternam. Fructus ex quo vitalis panis Dominici corporis, & salutare immortalitatis poculum conficitur.* Vide ergo vt sua coelesti puritate Maria nos potat, nos recreat, nos satiat, putei haud proprietatem amittens, vt nos spiritualiter suae puritatis gratia pinguefcere contempletur. Radix intra aquas, ex qua ramus vnico decoratus flore, & fructu, dependet, inscriptionem portat: **HINC, ATQUE INDE DECVS.** Mariae decorem Dominus, qui iadutus est, ipsam ab aeterno praelectam fecit accipere regnum decoris, & diadema speciei, à divinitate in tam pura, & nobili creatura complacente, derivatam: Vnde à fonte infinitae puritatis puritatem hausit in radice, decorem in creatione, à flore à se pendente gratiam, à fructu fruitionem, & gloriam. *Celestis enim fuit gratia, qua Deus fecit Mariam; vt tradit meus Patens Augustinus. Gloriam celestem portavit, vnde praedicatur Gloriae radix;* inquit Epiphanius Constantinopolitanus. Sic à fonte Divi-

Maria, à divinitatis fonte plenitudinem exaurivit puritatis, & gratiae.

no, à flore, fructuque à se producto, radix prima Marię accepit & plenitudinem gratiæ, & gloriæ. *Plangens se cum filio de peccatoribus, ait Maria. Hier. c. 17. Me dereliquerunt venam aquarum viventium.* Sic Richardus textum explicat. Vena aquarum in puteorum profunditatibus reperitur præcipuè, (I) à qua purior puteo aqua distribuitur, & sitientibus haustus suavior ministratur. O infelices, qui in arido degentes sæculo, hanc salubrem prætereunt venam, eius respuentes & dulcedinem, & puritatem. Non sic se habuit ille Pijssimus cultor, & propugnator Marianæ Primæ puritatis, Theologorum subtilior Princeps, noster Venerabilis Præceptor Joannes Dunsus Scotus, de quo doctissimus pariter, & venerandus Pater Petrus Martyr Moxetus Dominicanus, in suo diatario Virginali, procul factò invidiæ livore, sed ductus veritate, hæc habet: *Beatus Joannes Dunsus Scotus, dum supplex Virginem oraret, ut ei sapientiam infunderet, Annuit Virgo votis, cum innuens defensorem suæ originariæ puritatis, ex quo meruit titulum Doctoris Subtilis.* Hæc, & alia verbis alijs Dominicanus Pius. Scio tamen Subtilissimum Præceptorem, non semel visionibus Deiparæ, & infantuli Jesu fuisse donatum: scio plura edidisse miracula; Virginem haud ignoro in imagine caput flexisse, conscium reddens de asportanda à suæ immunitatis à culpa hostibus victoria. Non tamen ideo sanctum, vel Beatum celebro, (etsi sic pie vocetur a Pio, & verace Dominicano) quousque Catholica decreverit Ecclesia, cuius nutui pareo, obedio, & usque ad vitæ finem nil aliud, quam quod ipsa fateatur, fateor, & credo. Hic fidei columna, & Alcides ad venam vitæ Virginis devotus accurrit, & ipsa eum aqua sapientiæ salutaris potavit, vnde sua doctrina usque modo currit illibata, quia ei infusa est ab illibata Maria. Quis igitur venerari renuit ut purissimam, hanc venam vitæ, in quam per peccatum mors non intravit? *Erunt sitientes, & fortè anima eorum in ipsis deficiet*, nisi cultus obsequio ad has purissimas devenerint aquas. Hanc autem venam vitæ Deum, vel Mariam, quinam sunt, qui derelinquunt? *Castigati, vel degeneres mei*; dant plures in Biblijs Maximis. His sisto, alibi de hoc (vt eventum Bernæ, & Cremonæ) daturus plura. Obturantur plurium ora, ne venam vitæ, mortis audaciter venam prædicent. Quo magis castigati? Quo plus degeneres? Hereticos nostri temporis

maximè pungo, nec Virginem, ac impuram Deiparam procaciter garrientes. Sed cur Vena vitæ Maria? Sic dicitur, *quia ab ea fluunt omnes gratiæ, quæ dicuntur aquæ vivæ, eo quod ducunt ad vitam æternam*; docet Lyranus. Lethales inveniuntur aquæ, luctuosa, brevi contentæ ergastulo, vbi Bufones, lacertæ, aliaque venenosa nutriuntur animalia, mortiferum imminentes rationalibus potum, sic ad eas accedant. At vena aquarum viventium, iugiter scaturit, ac viventis instar ex suis ebullit scatebris, fluxu quidem non intercadente, sed perenni, vt patet in puteis. Primæ autem, quæ stagnantes, & immote consistunt, aquæ vocantur mortuæ, quia *aqua stans cito putrescit*, & quasi emoritur; vt advertit meus D. Antonius Paduensis. Superiores omnium (post Christum) continet Maria aquas gratiarum, quas hausit à creatione ab ipsa divinitate: Non autem ita stagnantur aquæ, sed continuo currunt nostri cordis Ariditatem humefacturæ, ipsa (qui Puteus est aquarum viventium) clamante; *omnes sitientes venite ad aquas*, Isai. 55. Vbi nos vocat non sine animi affectu, ait Parisiensis Haye: vt pariter in eius aquis miremur puritatem innocentie, eam haud considerantes venam mortis, sed vitæ. Ita etiam Lyranus explicat. *Maria enim mater est vitæ, qua vivunt universi*; inquit Richardus. Puteus venis aquarum viventium vndique circumcinctus, epigraphen monstrat: **VITA M SITIENTIBUS OFFERT.** Maria & Vena est, & puteus, purissimis vndique repleta gratiarum aquis, quas benefica large sitientibus confert hominibus, maximè eius primam, & origineam puritatem colentibus. *Nam Maria portavit vitam, & vita quam habuimus ablata, per eam restituta est*; subdit datus Auctor. Aquæ viventes maximè, quia nitidissimæ specularem naturam habent, & sibi propinquiorem representant imaginem. In Vena vitæ Maria Deus invenitur insertus, nam ipsi per imitationem conformati est, eiusque gratia consignata; vnde legitur: *signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti letitiam in corde meo*; habet Alanus de Insulis. Quid puritas ipsa nisi maximam creaturarum omnium puritatem in obiecto representante desideraret? Vita ipsa Deus, vitale, & immaculatum creavit signum, in quo se, lumenque suæ gratiæ in admirationem reliquerat signatum.

Maria Puteus,
& vena vitæ,
vitam large
omnibus com-
municans.

(I) Richardus à S. Laur. de laud. Virg. lib. 9. tit. 20. Berchor. & plures. R. P. Magister Petrus Martyr Moxet, in suo diatar. Virginali. Barcin. Typis dato apud Jacobum Mathevat, ann. 1642. pag. mibi 261. col. 2. vide Sofa in Vit. Doct. Subt. Illustris. Samaniego, & alios innumeros apud ipsum Ps. 106. v. 5. plures apud Ioann. la Haye in Bibl. Max. Helvidius, Hebionius, Calvinista, & Angliæ Heretici damnantur. Lyra in Gloss. ad cap. Hierem. 17. v. 13. Lyranus in Gloss. ad cap. Cant. 4. v. 15. Cornel. Alap. ibid. D. Anton. Pad. ser. Fer. 6. Hed. 2. Quadrag. idem, ser. Dom. in Sept. Haye ad c. 55. Isaiæ, v. 1. in Conc. lit. Lyra in sua Gloss. Adamus Delph. Cornel. & alij Richard. de laud. Virg. lib. 6. tit. 1. idem loc. eodem Alanus de Insulis in Cant. c. 8.

CAP. X.

CISTERNA, MARIAM IUN-
cundissimis gratiarum plenam aquis, &
utrumque Polum, Cisternam refi-
cientem exaltat.

260 **C**isterna, putealem imita-

tur foveam, hoc interce-
dente discrimine, quod Puteus è subter-
raneis fluminibus, aut venis recolligit
aquis: Cisterna autem è cœlo pluvio et-
fi sæpè situlis ex aqua fluminum, aut fon-
tium impleatur. *Cisterna est Maria, in*
quantum ab ipsa fluit refectio Peccatori-
bas: Imo est Cisterna gratiæ, quæ gratia
plena fuit; (K) assert Bibliotheca Virgi-
nalis. Huius Cisternæ aqua (Puritas nem-
pe) tota cœlestis est, tota divina, nullam
humanæ admittens faciem immunditiæ.
Extendens cœlum sicut pellem, qui tegis
aquis superiora eius. Cecinit David Psal.
103. Mariam cœlum, & cœlo capaciorem,
quæ totum clausit omnia continentem,
censet Damianus, & Epiphanius, cum
alijs. Adeoque *Maria cœlum secundum*
vocatur, & vivum cœlum, omnibus fir-
mius firmamentis; quod *luce sicut pallio*
extendit, ut plures advertunt: quia Maria
à creatione, tota illustrata est Divinitatis
luce; in qua (ut in cœlo) *constituit suas*
mansiones, in eius purissimis complacens
aquis. Ex Arabicis autem legitur, *fecit*
aquas fundamentum eius. Omnium gra-
tiarum Mariæ fundamentum, prima gra-
tia originalis fuit, qua velut aqua pu-
rissima præeunte, eam aliæ subsecutæ
sunt gratiæ: Prima tamen (utpote immu-
nitas originalis) ut Aqua fuit cœlestis,
quæ nec reptat humi, neque fœcibus de-
turpatur, nec impuritatibus commisce-
tur: sed cœlum *protegit* Virginalè purissi-
mum, eius mutuans puritatem ut specu-
lum. Adsit Lyranus hæc docens; *Cœlum*
crystallinum dicitur aqueum, eo quod
convenit cum aquis in diaphanitate. Ni-
tidissimis hoc cœlum protegitur, & im-
pletur aquis, ut sic Maria, Cisterna veluti
cœlestis, redundet aquis impleta purita-
tis. *Tanta enituit Maria puritate, qua*
maior sub Deo nequit intelligi; tradit D.
Anselmus. Cœlum est aquis gratiarum
protectum, ac fuscè plenum, ideoque eius
puritas non humana pensanda est, sed di-
vina: quam late explicat sicut cœlum,
quia Angelorum gratia diffusior, Beato-
rum sine dubio maior. Hinc *gratia plena*
salutatur ab Angelo Maria, ostendente ex
integro iram exclusam, & restitutam gra-

tiam; dat D. Hildephonsus. Sed cæteris
Adæ filijs data est per Mariam gratia res-
titutionis; Mariæ non sic, sed præventio-
nis gratia, qua præservativè fuit Maria
Redempta. Audiatur Doctor Seraphicus
D. Bonaventura hæc tenens: *Cæteri post*
casum erecti sunt, Virgo autem sustentata
est, ne caderet. Quid? Nonne hoc cœ-
lum Virgineum à sua erectione innititur
supra dilectum, & dilectus supra ipsum?
Indubitabile proculdubio. Si ergo cœ-
lum ruisset, quid de innitente supra cœ-
lum? Aquis ergo purissimis, vnde, & sa-
tietur delectabiliter Ecclesia, adimpletur
Maria, cœlum veluti, & Cisterna cœlo-
rum profluvij abundantiissima. Omni-
bus Cisterna, & aqua gratiarum hæc
obijcitur communicanda, nulli devia,
etiam Deo a formatione iucunda. Cif-
ternam utique Bethleemicam adeamus,
ex qua sitibundus David, Aquam ebi-
bere purissimam conabatur. Dicebat uti-
que: (L) *O si quis daret mihi potum aque,*
de Cisterna, quæ est in Bethleem, iuxta
portam! 2. lib. Reg. c. 23. *Magnum fuisse*
puteum; hanc quam scriptura vocat Ci-
sternam, docent Chaldeus, & Arabicus.
Nec id sine causa, nam cum Cisterna hæc
Mariam præfiguraret, Magnam magnitu-
dine virtutis, & gratiæ fore debere oport-
tebat; nam ei dixit Angelus concipies,
& paries filium, hic erit magnus: vnde
Magnum esse Thalamum tanti hospitis
congruebat. Ita ei dixit D. Thomas Villa-
novanus: *Fecit mihi magna, qui potens est.*
Sed quæ magna? Nescio an ipsamet suam
valuit comprehendere magnitudinē. Da-
vid ingens desiderium his indicari vide-
batur, quasi dicat *Textus, vehementissime*
concupiunt; ut explicat Parisiensis Haye.
Fuerat David in Bethleem educatus, ideo
illa summe refrigerans aqua illi erat no-
tissima, qua propter eam tam anxie con-
cupivit. Mariam hæc Cisterna obumbrat,
cuius purissimam David, idest Filius Dei
concupivit aquam; *Quia concupivit Rex*
decorem suum, Psal. 44. idest ei placuit
decor, & pulchritudo gratiarum Mariæ;
seu desideravit Rex speciem suam, *quæ*
est quedam immensitas gratiæ ipsius, ut
Lorinus eruditissimè profert. Hanc Rex
concupivit, quia summe in ea compla-
cuit. Sed cur in Porta Bethleem limpi-
dissima hæc reperitur Cisterna? Forte
Cisterna hæc introitum ad Bethleem præ-
parat, quia omnium limpidior, omnium
Purissima. Bethleem enim interpretatur
domus Belli; ad quam suos compellit in-
trare Maria satellites, ex quo eam in por-
ta vitæ prædicant purissimam, omnique
fœli-

(K) Richard. à
S. Laurent. de
laud. Virg. lib.
9. tit. 22. Bi-
blioth. Virg. to.
1. pag. mihi
421. col. 2. lit.
C. & pag. 476.
col. 1. lit. C. Pf.
103. v. 2. &
3. D. Petr. Da-
mian. ser. 21.
de Annunt. D.
Epiph. de laud.
Virg. Biblioth.
PP. tom. 6. Da-
mascen. orat. 2.
de Annunt. D.
Bern. ser. 3. su-
per Salvæ Reg.
Bibl. Chald. &
alij. Syr. Arab.
Haye in Conc.
lit. ibi. D. An-
selm. Opusc. de
excell. & Con-
cept. Virgin. D.
Hildephons. ser.
de laud. Ma-
rie Richar. lib.
4. tit. 10. & lib.
1. c. 7. D. Bon.
apud Philipp.
Picinell. mund.
Synb. lib. 1. c.
12. n. 375.

Maria, purita-
tis cœlum, pu-
rissimis gra-
tiarum aquis
protectum, &
plenum.

(L) Lib. 2. Reg.
c. 23. v. 15. Bi-
bl. Chald. &
Arab. in Max.
D. Thom. Vil-
lanov. de Na-
tio. B. Virgin.
Conc. 3. Me-
noch. ad lib. 2.
Reg. c. 23. v.
15. Richard. de
laud. Mariæ, l.
9. tit. 22. Lyra.
Eftius Menoch.
Titelm. Alen-
sis. & præ om-
nibus Lorin. in
Psal. 44. v. 12.
D. Cyprian. &
plures alij. Sa-
maniego in vit.
Doct. Subt. Hu-
go Cavellus, Ho-
yerus, Magne-
sius, & alij. Ma-
rius de Calass.
tom. 4. Conc.
Hebr. Novar.
Jediasmar. lib.
7. c. 18. nu. 81.
Æschylis Scho-
liast. apud eun-
dem Novarin.
Lauret. in Al-
leg. Richard. de
laud. Virg. loc.
cit. D. Bern. Se-
nens. tom. 1. ser.
52. c. 2. a. 1.

fecunditate carentem. Bellum enim arripere contra suae puritatis adversarios Tota Franciscana Religio coacta est, quae Mariam impuram noluit, ne Divinam minueret vel voluntatem, vel Omnipotentiam. Vicit tamen oppugnantes vno Subtilissimae veritatis calamo reliquens inglorios; surrepta in posterum tumida vocis elatione. Cisterna tandem haec Mariana non in Civitatis umbilico, sed in ipso ingressu, in porta videlicet Bethlehem sita aderat: Quia olim pro tota civitate Portae supponebant, ac coetus iuxta civitatis conveniebat multitudo; in hisque Gentiles Minervae imaginem appendebant. Ad Portam ergo Bethlehem Virginalis collocatur Cisterna, ut tam incolae, quam advenae ad eam sitibundi revocentur, quia *Maria omnes transeuntes, quantum in se est, vult satiare*; habet Richardus. David, manu fortis, Deus est, qui sitiens nostram salutem, requiem quasi suo non inveniebat amori, quousque in hanc se immergit puritatis Cisternam, ex qua propinavit hominibus aquam sapientiae salutaris. Cisterna situlis vndequaque cincta, altera ex Caelis pendente intra eam, inscriptione laudatur: **SUFFICIT VNA.** Omnes Maria satiat, & delectat; Deum praecipue, & totum humanum genus consequenter. Adsit D. Bernardinus dicens: *Dominus tecum; per virtutum abundantiam, per suam praesentiam, propter peccatorum indigentiam, cum de Deo pro nobis facias, quidquid tua placuerit Charitati.* Haec Cisterna virginalis omnibus large aquas gratiarum effundit, nemini refrigerium denegans, porrigens universis. *Bibe aquam de Cisterna tua.* Prov. c. 5. Inquit Salomon: *De tuis vasis,* legunt Sept. Nam Maria non offert solum purissimam cultu, & veneratione extrahendam, sed vasa porrigit, ut facilius satiemur, & delectemur in Charismatum aquis, suum intra sinum contentis; *Ipsa enim est vas refectionis*; assert Biblioth. Virgin. Sed quam ex hac purissima Cisterna aquam bibere nos sapiens admonet? (M) *Bibe aquam sapientiae salutaris;* exponit Lyranus. Non aquam utcumque Maria praebet, sed e Cisterna sui amoris nobis elargitur potum sapientiae salutaris: quidquid enim in Maria est, salutare est, animi propulsans aegritudinis depravatas. Imo (dante Parisiensi Cancellario Gersonio) *Deus Mariam elegit formam secundum sapientiam suam infinitam, talem, qualis pertinebat ad eum.* Sed quare Maria Verbi sapientiam intra suum

sinum continere dicitur ut aquam salutarem? Audi, quid de Sapientia sapiens afferat Sap. c. 7. *Est in illa spiritus intelligentiae, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, incoquinatus: vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quadam claritatis omnipotentis Dei, sincera, & ideo nil incoquinatum intrabit in ea.* Aquam vide, quam continet Mariana Cisterna. Continet aquam aeternae sapientiae, unde quid divinum ab ore Patris eructatum modo continet ineffabili, in qua est spiritus intelligentiae, Mariam praetelligens ab aeterno illibatam, alia autem sanctificans; ut docet Lyranus. Continet spiritum multiplicem, quia omnia Divini dona continet amoris; de quibus ante tractavimus. Continet eundem spiritum intelligentiae sanctum, quod idem est ac *Agios*, idest sine terra: quia in Cisterna virginali nulla Adamitici limi reperitur spurcicia. Continet etiam spiritum subtilem, omnia sua virtute penetrantem, etiam profundissima, & abditissima, quae omnia a sapientia eveniunt. Continet tandem spiritum incoquinatum formaliter, & effectivè, (Glossat Lyranus) *quia nulla coquinaatio possibilis est in eo, nec ab eo causari.* Unde illapsus in Mariae Virgineam Cisternam, divinitatem solum, gloriam, gratiam, & divinam infundit perfectionem; & seipsam Genita Verbi sapientia infundit, ut totum quod in Maria est, divinum, & gloriosum appareat. Nec mirum, si sapientia illa Verbi ad Mariae sinum delapsa, ut vapor ab intellectu Patris elevatus, aquam immittit ex Caeli altitudine gratiam omnium puriorem, qua haec Cisterna plena, & superplena continuo videatur. Inducit & claritatem, gloriae scilicet, habet Menochius; quia ut impletur Maria coelesti gratia, claritatem etiam sibi transfert a Gloria. *Ut emanatio omnipotentis Dei invenitur haec sapientia in Maria, ducta metaphora a flumine, quod emanat a fonte.* Quid inde? Nil incoquinatum intrabit in ea. Et hoc ideo (dant Biblia Syriaca) quia *manet in Gloria Dei.* Bibe ergo (sis quisque) Aquam e caelis delapsam, de Cisterna tua; puritatem videlicet, & gloriam primam Mariae, ad cor per venerationem transmittit, ut tibi proficiat, sitque poculum salutare. Haec enim Aqua est, quae olim dicebatur Virgo, de qua ait Cassiodorus: *Currit aqua Virgo sub delectatione purissima.* Ut purissimam enim continens gratiae dulcedinem, ad nos haec Virginalis aqua currit, ut delectet: Maria, prius quasi aqua purissima fuit in Spiritus Sancti superpositione; imò inundatio

telm. Menoch. Tirin. & plures Lyr. Menoch. inter alios ad c. 7. Sap. v. 22. & 25. Hays in Cœc. lit. Sept. Bibl. Roman. Syr. & alij in Bibl. Max.

In Maria, ut in Cisterna purissima coelestis sapientiae aquae reperitur, & Deus reficiens, & refectionis.

Richard. loc. cit. supra. Cassiodorus. l. 7. var. c. 6. Richard. l. 5. Rupert. in Cœc. l. 1. S. Epbrae. Syr. or. de Laud. Deip. Hermannus contr. in Cant. Salve Regina. Bibliot. Virgin. & Rich. loc. cit. D. Ioan. Dam. orat. 1. de Nat. Deip.

Maria, omnibus ut refrigerans Cisterna se offert, ut omnes suis gratis vel satiet, vel delectet.

(M) Prov. c. 5. v. 15. Bibliot. Virg. pag. mibi 470. col. 1. lit. D. Gers. ser. de Cœcept. B. Virg. Lyr. Passim in Gloss. ad l. Sap. & praecipue c. 7. v. 22. & 25. Lyr. in Gloss. ibi. Hays Albi. Holcbotus. Dionis. Caribus. Ti-

gaudij, & fons totius consolationis; à Ruperto, & alijs vocatur. Redundans plenè, & exuberanter aquis Cisterna, signat Gnomam: DULCEDINE PLENA. Maria, vita, & dulcedo est, dulcedinem continens, & omnium cœli, & terræ delectamentum, vt sitibundis præbeat viatoribus, quorum cuique dicitur, *bibe aquam de Cisterna tua*; idest de Maria, quæ cisterna est, & dulcedo est à montibus spiritualibus stillata; vt fert Damascenus, in omnium dulcissimum vtique oblectamentum.

261 Cisterna in sua humilitate defossa, Maria est, à Deo extracta vt Verbum æterni Patris velatum carne ab hominibus impetum, suo in Virgineo absconderet sinu, & inde cœlestes homines sibi refrigerium adaptarent. Dum Philistinim insequeretur Israel, eum conatus perdere singulari certamine, depravatam intuens populus Dei inimicorum cor, *afflictus valde abscondit se in Cisternis* lib. 1. Reg. c. 13. (N) In munitionibus, seu foraminibus Petre. Petra *Beatissima Virgo dicenda est*, ad quam Filius Dei inter homines degens, cōmoraturus aufugit, quia tunc sui eum non receperunt, imo conuerterunt in unum, adversus Dominum, & adversus Christum eius; Ioan. c. 1. & Psal. 2. eius in vtero abscondi desiderans, quatenus ipsa est munimentum Ecclesie, & fidelium; vt tradit Daniel Agricola. Ipse etiam Christus, verè Israel fuit, *vir videns Deum*, quia simul viator, & compræhenfor, divina essentia fruens, etiam inter puros habitans viatores; vt meus Subtilis Doctor propugnat. Philistinim autem dicitur Ruinae potus, vel Ruina duplex; & signat homines Deo ingratos, qui possuerunt eum in ruinam, Isai. c. 23. Cur igitur hominum lacepsitus iniurijs, hic cœlestis Israel Christus abscondi dicitur in vtero Cisternæ Virginalis? Quia olim Cisterna hominibus abscondendis aptissima, vt notat Menochius. Insuper, apud Hebræos vinex, Plantaria, & Agri, nomine Cisternæ nuncupantur: quia in Agris Ierosolymitanis, in quibus aquarum copia non est, Cisternæ effodiuntur, quæ pluviales aquas colligunt ad potum, refrigerium, & ad alios vsus, vt exigit res hortensis; vt Parisiensis Haye advertit. Hinc deducam, eo quod Maria vtique pluvialis Cisterna est, non solum novem mensibus Verbum æternum in suo abscondens alvo, sed dum divina iustitia aspiciat peccatores dissimiles Christo, eos querit perdere: at peccatorum Mater, & eorum advocata Virgo benedicta, eos sub alis sue misericordie protegit, & abscondit; habet Antonius Genuensis. Id non tantum huius cœlestis Cisternæ munus est; Sed aqua sua refrigerat interior in tentationibus, umbram faciens exterior. Hinc Virgini sic exclamat Ambrosius Coranus: *Tu Maria sola Patrona humani generis, tu afflictorum Medica singularis, tu desolatorum Mater, & refrigerium*. Adeant igitur Philistinorum dæmonum duplici ruina afflictæ corporea, & spirituali ad Mariam, & sub huius Cisternæ umbra detecti, & tutamen capient, & refrigerium. Cisternam multitudine gentium circumvallatam hoc lemmate insignies: OPERIT, ET RECREAT. Totum id in Maria reperitur, cui salutando accinit D. Parens Bonaventura: *In umbra alarum tuarum Domina requiescam, quia delectabile est mihi refrigerium tuum*. Ex hac vtique gratissima Deo Cisterna, omnia nobis à Deo derivantur bona, commoda spiritualia, quibus, & abundantissimè repleta Maria, etiam in eam ingrediente Dei fortitudine, verbo humanato, scilicet, omnis inimici potestas devicta, & suffocata est. Id persuadet quod scribitur de filio Ioiadæ Banaia, viro vtique strenuo, de quo hæc habentur lib. 2. Reg. c. 23. *Banaia filius Ioiadæ, magnorum operum, percussit Leonem in media Cisterna tempore nivis*. Hæc iuxta Bethleem accidisse refert Scriptura. (O) Vnde ad Verbum ex Maria Virgine factum hominem, in sensu mystico valent applicari. Speciali probitate hic Banaia erat præditus, vt assert Lyranus; & Dei filium non incongrue præfiguratur: Nam Banaia etiam interpretatur Filius Domini, five intelligentia Domini, quæ Incarnato propiissimè adaptantur verbo: Qui Filius in divinis est Domini Patris, in quo sigillum, & imago Patris evidentissime ostenditur, vt docent D. Athanasius, Bernardinus, & Subtilis Doctor. Est etiam Domini intelligentia, quatenus vt Verbum æternaliter procedit à potentia intellectiva. Hic ergo, Banaia qui & Brachium fortitudinis Domini est, leonem interfecit tempore nivis iuxta Bethleem, vbi natus, & nostra humanitatis veste indutus, etiam accerbitate hyemis frigida petitus, Leonem vicit, dæmonem videlicet, qui tamquam Leo rugiens circuit quarens quem devoret. Sed quare de tam sævo omnium hoste, triumphare in media decrevit Cisterna, nivis tempore, & non in lata camporum planitie? Nix Cisternam tunc cooperiebat, quæ in modum foveæ, vel lacus struebatur à venatoribus, vt sic seræ ex-

Maria, suos devotos abscondit ab ira Dei, & pariter divinis refrigerat consolationibus.

(N) Lib. 1. Reg. c. 13. v. 6. Ambr. Eremita ser. de Annunt. Deip. Ioan. c. 1. v. 11. Psal. 2. v. 2. Lyr. Titelm. Lorin. Alens. & alij Subt. Doct. in 3. d. 18. q. vnic. art. 1. n. 4. & art. 2. n. 7. ad 1. & alio; Daniel Agricola. Coro. 10. stella 11. Isai. c. 23. v. 13. Menoch. in Biblia max. ad l. 1. Reg. cap. 13. v. 6. Ioan. Haye in Conc. Lit. ad l. 4. Reg. c. 25. v. 12. Daniel Agricola. Coro. 5. stella 8. Ambr. Coranus. ser. de Assumpt. Mariæ. D. Bon. in Psal. Virg.

(O) Lib. 2. Reg. c. 23. n. 20. Lyranus in Gloss. ibi. Marius de Calaf. t. 4. Con. Hebr. Haye t. 18. Bibl. max. D. Hier. Bed. & alij. D. Athanas. orat. 1. contra Arrian. D. Bernard. t. 1. 1. serm. 52. art. 3. c. 2. Subt. Doct. l. 1. d. 9. q. vnic. art. 1. n. 2. B. Amadeus Hom. 3. de Laud. Virg. D. Hier. apud Tirin. ad c. 5. Ier. v. 6. Lyra in Gloss. ad Epist. 1. Petri c. 5. v. 8. Lyra in Gloss. Menoc. & plures Richard. lib. 9. B. Andr. Fremita de excell. dign. Virg. Gilbertus Ab-

bas ser. 2.1. in Cant. Ric. l. 5. tit. 7. Guilielm. Parisiens. in Pos. til. ad c. 24. Eccl. Cant. c. 4. v. 12. Lyr. in Glos. ibi. Joan. Haye in Conc. lit. Rab. hi Salom. in Bib. Max. Tirin. ibi. D. Iustus Orgel. in c. 4. Cant. v. 12. D. Damasc. orat. 2. de Assumpt. Div. Hier. l. 1. contr. Iovinian. Div. Ambr. de Instit. Virg. cap. 8. D. Hier. vel Sopbron. ser. de Assumpt. Richar. lib. 9. de laud. Virg. & l. 4. D. Ber. apud Vioien. num. Hæc assertio affertur à Venerab. Matre Maria ab Agreda. loc. cit. Alanus Varenf. de laud. Mariæ, serm. 1.

impensato cadentes interficerentur. *Maria, Cisterna est in qua occultatus est novem mensibus Christus*; ait Richardus: Eamque nive, sive candore cœlesti plenam adinvenit, ex cuius alui medio filius Dei, & Virginis, Virgine etiam media diabolum occidit, eius foras emissio principatu. Ita id subsignat B. Andræas Eremita: *Tu Virgo; cum lapide Angulari Christo Diabolum occidisti*. Quomodo sustineret Angelus tenebrarum cœlestem illius Cisterne candorem, quo à sua primeva condita fuerat extructione, nisi maneret (Domini filio descendente) omnino obsecutus, & devictus? Sic Cisterna hæc Virginea puritatis candore velata, suo in sinu circumdedit virum, quomodo circumdat corona caput; dat Gilibertus Abbas; vt sic secum ostenderet donatum laurea ob triumphum. Lacus nive plenus, Leone in imis iugulato, scriptionem signat: **INTERMIT CANDOR**; Filius nempe Dei qui *candor est lucis æternæ*, quem transfundit in Virginem, ideoque *pulchritudinem candoris eius admiratur oculis*, Eccl. 43. quod Mariæ adaptat Richardus. Gemino hoc candore (eiusdem tamen gloriæ, ex Arnaldo) teterrimus Gehennæ Leo dum iuxta Bethleem obviaret, devictus ruit, perijt, quia Maria cum Christo caput eius contrivit; quod Parisiensis adnotavit sic Guilielmus: *Creator Virginis Deus, requievit in utero eius novem mensibus, & sex diebus: In quo sicut miles in tabernaculo armaturam nostræ humanitatis accepit, contra diabolum pugnaturus*. Nil ergo in hac Virginali Cisterna impuritatis locum habet, Deus est qui habitat in ea, qui elegit, & prælegit eam, vt nil non divinum, & gloriosum occultaretur in ea. *Fons signatus* Maria à Sponso cœlesti plauditur Cant. c. 4. Plurimum nomine fontium terræ Promissionis, hic cum Lyrano dedimus, & diximus Sponsam appellari, *qui ita erant limpidi, ac si essent sigillati*. Et hoc non quolibet sigillo, sed annulo. Rabbi Salomon legit, *Scaturigo clausa*, quod ad fossam transfertur putealem, in qua scaturigines, aut aquarum venulæ sæpius reperiuntur, vnde limpidior, ac purior hauritur aqua, in fessorum maximè refrigerium. Viridaria sæpe his scaturiginibus, quibus areolæ irrigentur, abundant. Sigillatur hic fons, ne ab aliquo seu turbetur, seu inficiatur; dum Herus damnum prævidens fontem munit; ne patens omnibus ab inimico deturpetur. Mariam hic fons obumbrat, *quæ signati fontis intemeratum in se deus exhibuit*; Vnde ad eius Paradisum ser-

pens aditum non habuit; Iustus Orgelitanus cum Damasceno scribit. Quo igitur Maria sigillabitur sigillo? *Totius Trinitatis*; clamat Hieronimus. *Illo signaculo impressus est Mariæ decor divinæ similitudinis, expressius quam alicui puræ creature*; superaddit Richardus. Ex quo aqua ista purissima ab altissimo Trinitatis fonte nova charismatum scaturigine, & præordinata à Deo cepit derivari, à quo Christus gratiarum fluvius, erat etiam processurus in tempore, à Patre sigillabatur potentia, à verbo sapientia, & à Divino Spiritu Charitate. Si ergo totum divinum, gloriosumque, quod in Maria signatum est, parum erit asserere, & tueri eius primordiale originem inchoasse à præveniente gratia, sed etiam à sigillante eam divinitate, & gloria. Adsit ad hæc novissime datus auctor: *Potentia Patris, sapientia Filij, benignitas Spiritus Sancti conceptum Virginis operabantur*. Vnde recte his annectitur, quod asserit D. Bernardus dicens: *Pater in creatione Mariæ exhibuit potentiam, & auctoritatem contra peccatum*. Aqua Cælum vsque protensa, in scaturiginis principio sigillum solis figura fert, cum lemmate: **COELI SIGNATA FIGURA**. Aqua purissima velut Maria, Deum ad vsque ascendit, nulli signata alteri connecti vinculo potiore charitatis: atque ita divinum redolet saporem, quin cœni adamatici contraxerit pro debito fecem. Alanus Varenf. pulchre omnia subministrat scribens: *Totius Trinitatis veluti fons gratiæ, diviniore Virgo consecrata est sigillis, maioris, & sublimioris potentiæ Sacramentis*. Non ergo humanam hanc virginalem contemlemur aquam, sed prorsus puram, cœlestem, & divinam.

CAP. X.

AQUARUM DIVERSA MIRABILIA, diversa exaltant Mariæ Attributa.

262 **P**RO totius operis complemento, opere pretium duxi de aquarum proprietatibus inceptum opus, aquis concludere, (O) in quibus velut in speculo Mariæ varia, & miranda describantur attributa. Aqua in Falisco reperitur, quæ ab ovibus potata, eas candidas efficit, earumque nigros propulsat colores. In hac Aqua figuratam contemplor Deiparam, cuius quis puritatem cordi ingerens, & ad interiora per affectum, & devotionem transferens, cito in

Mariæ aquæ purissimæ, divinitatis annulo sigillata,

(P) D. Hieron. lib. 2. adv. Iovinian. D. Epiph. orat. de Deipara. Anglic. lib. 13. c. 1. Berchor in Reduct. & direct. Plin. lib. 2. c. 101. Apud Berch.

Berch. Reduff.
l. 12. c. 65. n. 9.
Pfal. 67. v. 15.
Lyra. D. Hier.
Haye in Bibl.
max. Novarin.
ex Patr. umbr.
Virg. lib. 4. exc.
121. n. 1145.
Richard. lib. 9.
Marius de Ca-
lass. tom. 4. Cōc.
Hebr. Hay. tom.
18. D. Hieron.
Beda, & alij.
Ecl. in Hym-
no Spir. Sancti.
Idiota, de Virg.
Maria, cap. 2.
Tertul. lib. de
Bapt. Gen. c. 1.
v. 2. Amadeus
Lausan. Hom.
3. de laud. Ma-
rie. Hugo Vic-
torin. de epithe-
rer. Beda in c.
1. Mat. D. Da-
mian. ser. 22. de
Nat. D. Ioan.
Bapt. Columel-
la l. 2. c. 8. D.
Aug. medit. cap.
35. D. Andr.
Cretenf. orat. de
dormit. Marie.
Arnold. Carno-
tens. tract. de
laud. Virg.

Maria, divini
 Spiritus Ima-
 gine ornata,
 pura non so-
 lum est, sed
 purificat, &
 dealbat acce-
 dentes.

candorem mutatur innocentia, non ultra
 sustinens maculas peccatorum induere.
 Hæc completè David cecinit, eos prævi-
 dens, qui fuerunt in obscuritate errorum,
 & ab Apostolis mentaliter instructione
 doctrinæ Christi dealbati sunt: unde Psal-
 mus, *carmen est triumphale*, in quo hæc
 habentur: *Dum discernit cælestes reges*
super eam, nive dealbabitur in Selmon,
mons Dei, mons pinguis. Psal. 67. Hunc
 montem *Selmon* significare Virginem,
 verba probant quæ sequuntur: *Mons, in*
quo beneplacitum est Deo habitare in eo:
 idque confirmat Richardus. Sed unde hæc
 dealbatio, cum *Selmon* interpretetur
 umbra muneris, in qua potius obscuri-
 tas, non dealbatio reperitur? Sed sane po-
 tius peccatores dealbantur in umbra Ma-
 riæ. Nam umbra hæc luminosa est, perspi-
 cua, nihilque inquinatum intrat in ea,
 quia sola virtus altissimi, qui lux est, &
 lucem habitat: inaccessibilem, Virginem
 obumbrat: imò ut *Selmon*, umbra est mu-
 neris; imago perfectæ immensæ Charita-
 tatis; solus enim divinus Spiritus dicitur
dator munerum: omniaque divina, quo-
 rum capax fuit, ei indidit, quorum nu-
 merantur aliqua sic à sapiente Idiota: *Ne-*
mo, ò Maria, aqualis est tibi, nemo maior
te, nisi Deus: Quia Spiritus Sanctus su-
pervenienti in te, & virtus altissimi obum-
brans tibi, quæ eras omnium virtutum or-
namiento predecorata, pulchritudinem, pu-
ritatem, sapientiam, & omnium virtutum
gratiam adduxit, & splendorem. Divini
 muneris, seu Spiritus Sancti, Maria *Sel-*
mon est, est umbra, & imago: Nam um-
 bra sibi adhærentis retinet imaginem; &
 ex quo ab exordio *Spiritus Dei fereba-*
tur super aquas Mariæ, ab eo qui super
ferebatur, id quod ferebat sanctitatem
mutuabat, puritatis candorem, non obscu-
ritatem; dedit Tertulianus, & noster Ama-
deus. Gratam ergo nobis fessis viatori-
bus hanc purissimam Mariæ umbram,
cordis fervore adiscamus, ex ea candi-
dissima, ut à Deo immissa spirituale ca-
pientes refrigerium, cuius cælesti ut per-
fundemur umbraculo, dealbari nos expe-
riemur, eius divinæ claritatis umbram
venerantes; quæ à Spiritu Sancti maies-
tate Virginem inundante procedit, eius
gurgite plenam relinquens, ut totam ca-
peret, qui fecit totum; afferunt Beda ve-
nerabilis, & Damianus. Columba nivea
sua in aquis imprimens imaginem,
hanc sustinet epigraphen; VMBRA EST,
SED LUCIDA SEMPER. Quanto
enim locus est cultior, tanto in eo columba
letior conspicitur. Maria ex dictis, & di-

cendis. Aqua est pura, materia semper
 perfecta, quam obumbravit Spiritus di-
 vinus ut columba, innuens eam ut sui
 umbram, & imaginem, alios dealbare
 mundissimo suo candore, in quo *decut*
tantum Dominum habitare. Vocatur au-
 tem Maria, à Deo rectè depicta imago, in
 qua nil nisi divinum apparuit, & Spiritus
 divini munus, alios nempe dealbare,
 & purificare à fordibus. Sic Faliscæ pro-
 pietatem altius Maria habet aquæ, quod
 est maculas puritate sua tergere, & corda
 fidelium dealbare. Insuper, & dealbat
 Maria obumbrans alias oves, quæ non
 sunt ex hoc ovili, sed de cælesti Beatos,
 ac Angelos videlicet, *quorum dignitati*
nulla facta est iniuria, si illius excellentiæ
cacumen obumbrat Virgo; ait Arnoldus
 Carnotensis. Christus Virginis filius ita
 huius candidandis Virgineæ aquæ pul-
 chritudine allicitur, ut etiam ea quasi in-
 dumento cælesti induatur. Ad Thaboris
 verticem tres secum Salvator transfigu-
 randus discipulos arripuit, ubi *vestimen-*
ta eius facta sunt alba sicut nix. Math. c.
 17. Quænam vestimenta? (Q) Tunica illa
 præcipuè, quæ inconfutis erat, Cilicini
 coloris, quam perpinianensis Angelus
 Illerdæ in Gotholonia Aragoniæ Regni
 attestatur ferveri; sed forte olim: Num
 modo? Anceps hæreo. Hoc erat commu-
 ne tegumentum pauperibus in Galilea.
 Hæc tunica acu à Virgine Maria elabo-
 rata est, eamque natum suum tenellum
 induit, quo crescente, & tunica crescebat
 quoque. Hæc igitur Christi vestimenta
 in Thabor albescunt, dum facies eius
 resplenduit ut Sol. Sed cur non lucem
 etiam solis instar, aut Syderibus oculata?
 Candor ille ab anima gloriosa, & divini-
 tati unita resultabat, dispensativè à Deo
 in corpus, quantum ad dotem claritatis,
 non impassibilitatis. Ipse etiam mons
 Thabor hoc denuntiat, nam à radice
 Barar, idem est ac *clarificare, & eluci-*
dare. Mysterium attende. Thabor inter-
 pretatur *Puritas, vel electio;* unde talis
 procedit claritas, & illuminatio. Clarifi-
 catur ergo Christus, & albescunt vesti-
 menta eius media puritate electa: etenim
 cum exterius in vestimentis albescat fac-
 tis à Maria, totus hic candor processisse
 dicitur ab eius puritate gloriose electa,
 in qua admiscebatur divinitatis gloria. Id
 totum clausit D. Antonius Paduanus,
 quem sic prævit D. Ephream Syrus: *Vesti-*
menta ostendit alba instar lucis, & ex
toto corpore eius gloria divinitatis scatu-
riebat. Inquirere tamen est, cur hic, non
 in Iordane, intonuit vox Patris hæc pro-
 tunc

(Q) Math. c.
 17. v. 2. Guiliel-
 mus. Eftius. B.
 Angel. del Pas,
 l. 9. cap. 1. in
 Marc. c. 9. D.
 Hieron. Ioseph
 apud illum, &
 alij. D. Isid. Pe-
 lusota ad Cra-
 ton. l. 1. epist. 74.
 B. Angelus del
 Pas loc. cit. late.
 D. Greg. Mor. l.
 13. c. 5. D. Ant.
 Pad. ser. Dom.
 2. Quadrag.
 Bernardin. de
 Bustis. Ser. 3. de
 Temp. Christia-
 nus Grammati-
 cus c. 6. in Matb
 D. Ant. Pad.
 cit. D. Ephream
 Syrus, orat. de
 Transfig. Lyra
 late in sua au-
 rea Glof. D. Hi-
 larius Ca. 17. in
 Matb. Alanus
 Varenf. de lau-
 dib. Purissimæ
 Genitr. dei Ma-
 rie. ser. 5. B. A.
 ma-

madeus Lauf.
de Fructib. &
Flor. Maria,
hom. 1. Sap. c. 7.
v. 26. D. Greg.
Thaum. ser. 2.
de Annunt.

ferens, ipsum audite. Potius videbatur audiendus ex Joannis Baptismo, etenim tunc subibat munus prædicandæ veritatis. Hilarius responder: *Ipsam audite, ut idoneus ipse præceptorum talium esset.* Orbe obtenebrato hæc apparitio facta est, in qua electa puritas splendorem gratiæ, & gloriæ divinitatis in Mariæ vestimentis iniegit; quod cum Christus edocetur discipulos, Pater cum audiri iubet, ut puritatem electam Mariæ in gratia, & gloria, innotescat in omni terra. Claudat Varenius Mariam in monte figurans, atque ita laudans: *In hunc montem tanta perfectionis, puritatis, & candoris conscendam; qui mons, est immaculata mea. In hoc vertice* (Christus de Matre loquitur) *Vnus ego confedi, velut in sede virtutis, divinitatis admixtione perfusa.* Albescent vestimenta Christi, quæ Mariæ sunt: à puritate electa, candor exoritur, & sic uterque à purissimo, & indiviso candore laudatur; quia nimirum laus nati, genitrici exuberat; ut noster censet Amadeus Lausanensis. In montis supercilio locata nix, refert dictum: **MEUS EST AB ORIGINE CANDOR.** Christo competit, qui est candor lucis eterne, Sap. c. 7. Mariæ pariter, in cuius mentem à primo animationis puncto infusa est albedo gratiæ, & claritas gloriæ: unde D. Gregor. Thaumaturgus habet: *Tu, o Maria, Sancta, & omni humana natura gloriosior, ac purior, sanctiorque effecta es, ac nive quidem candidiorem habens mentem.*

Mariæ puritatem, & cado-rem allicit Christus, sibi ut summe gratum, & iucundum.

(Q) Gervasius apud Pictav. in Rect. l. 14. c. 44. n. 16. Psal. 71. v. 6. Lyr. in Prohib. Haye in Conc. liter. Alens. Titelm. Lorinus, & alij Richard. à S. Laur. de Laud. Mariae, l. 12. p. 5. c. 6. Aliqui in Bibl. max. Lyr. & Ioan. la Haye loc. cit. D. Ambr. ser. 13. Richard. lib. 4. Job. c. 38. v. 28. D. Bern. l. 1. c. 3. D. Bern. apud Pictav. in Direct. verb. Maria, ser. 1.

263 Fons est perlucidus in Provincia Provençæ, iuxta Gervasium, (Q) in quem si lapidem, vel similem quis iniecerit materiam, statim evaporatur fons, sitque pluvia, qua etiam campus cum proijciente aspergitur. Talis fons est Beata Virgo, (inquit Pictaviensis) in quam si aliquam orationem, vel devotionem iniecerit Homo, statim pluvia suæ gratiæ super eum veniet, & ad omnes gratia pluviam. O quoties ingemiscunt homines arva cernentes arida, & sterilia, terram sicam utique ob pluviarum cœli carentiam, & inedia vrgere famis: atque ingemiscunt ad hunc Mariæ fontem misericordiæ accurrunt, eius fores pietatis pulsantes, & cœleste per Mariam nacti remedium, suæ in ea amaritudinis invenere subsidium. Nul- lum nobis à cœlo denegatur suffragium, dum Virgo suum intromiserit interven- tum. *Descendet sicut Pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* Psal. 71. Psalmus hic de Christo Rege est

prophetia, ut docet Lyranus, & cum eo alij. Descendit Verbum ut benedictam suo adventu redderet terram, quam Deus ob Adæ peccatum maledixerat, & fecerat sterilem, abundantiori fructu, & segete orbatam; unde alij ponunt, *descendet super desertam terram.* Descendit igitur magna omnium lætitia, & voluptate, ac suaviter sicut pluvia in vellus, id est in Virginem, per Incarnationem. Dant Lyranus, & Parisiensis Haye. Sed cur non in terram labi hæc cœlestis pluvia dicitur, sed in vellus? Quia *vellus Maria est, & velleri comparatur, quia mollis ad ebsequium;* inquit Ambrosius. Vellus primo humorem recipit, & receptum continet, quo pinguescit; & cum mollis sit natura, statim ac manu comprimitur, eius humor non in vellere tantummodo continetur; sed ad alios fuisse communicatur. *Largitas enim Mariae imitatur largitatem filij sui, qui dat amplius, quam petatur,* subdit Richardus. Cum enim Deus nullum nobis voluerit beneficium conferre, nisi transeat per manus Mariæ. Et si ipse Pater pluvie dicatur, Job. c. 38. Tamen divinum Verbum, ut pluviam prius in Mariam statuit diffundi, ex cuius effluxu postea nostras irrigaret ariditates: *Et sicut nec maris profunditas, sic nec Mariae liberalitas potest exhauriri.* Dat ille. Manus stringens vellus, ex quo fecundans stillatur imber, signat epigraphen: **PRESSUM DAT COMMODA VELLUS.** De plenitudine enim Mariæ accipiunt universi: ipsa enim est vellus, in roscidam mutata nubem, quam sequamur, quæ fontem intra se genuit, quo rigavit orbem terrarum; accinit Ambrosius Eremita. Pulsetur itaque Pietas Mariæ iterata humilitate, ut sic presso hoc Virginali vellere, potiamur consolationis imbre. In idem incidit argumētum, quod D. Lucas testatur de Christo agonem passo in Horto Gethsemani ubi cum factus in agonia prolixius oraret, *factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram.* Luc. c. 22. (R) Biblia Arabica sic legentia reperio: *Sicut sanguis vividus fluens. Aut sicut demissiones sanguinis.* Vel ad modum guttarum. Fluētes è Christi corpore apparebant illæ guttæ, unde pluvius ille sanguis erat, terram irrigans: Nam Pluvia dicitur quasi fluvia, à fluendo, ut Richardus habet ex D. Hieronimo. Guttæ ergo illæ fluentes, pluviam misericordiæ mandabant sterili terræ, de qua Isaias dixerat, c. 24. *Terra infecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges; propter hoc maledictio vorabit terram,*

Maria Vellus est ex quo nostra devota pulsatio pluviam extrahit.

(R) D. Luc. c. 22. v. 44. Bibl. Arab. & Syr. D. Epiphani. in Conc. lit. Ioan. la Haye Rich. l. 12. p. 5. c. 9. Isai. c. 24. v. 25. 6 & 7 Lyr. Adamus Delphius, Alens, Corn. à Lap. in Isai. D. Bern.

Sen. t. 1. ser. art. 1. c. 2. ser. 6. post Dom. Olicar. de Passione Dom. in fine. B. Amadeus Rapt. 5. Marie vers. D. Damascen. orat. 2. de Nat. Virg. D. Pasch. Ransbertus l. 2. in Matb. D. Epiphan. l. 3. Hæres. 78. Sim. Casian. l. 13. D. Prosper. de Christi afflic. in Horto. drogo Osiens. 4. Gen. n. 10. B. Angelus del Pas in Luc. c. 22. l. 23. c. 44. D. Bon. ibi D. Thom. Villanovan conc. 1. de Assumpt. D. Bern. loc. cit.

ram, luget vindemia, infirmata est vitis, ingemuerant omnes, qui letabantur corde. En comminatione in fructibus, & habitatoribus, ob malitiam ipsorum, & deviationem ab observantia divinæ legis; unde processit in campis ariditas, ob quam nec segetes proferebant arva, nec vineæ botros, nec arbores fructus, ex qua per homines doloris nimij gemitus grassabantur. Vidit ergo pijsimus Jesus, & terræ malitiam, & sui cordis indelebilem misericordiam, & maluit intimis agonijs torqueri, pluviaeque terram fecundare sanguinea, quam eam ed cor protrahere, ut spiritum vegetaret; & animam ex sensibilibus disconvenientium apprehensione, vitali suo influxu foveret. Sanguis ex corpore emanabat (docet D. Bernardinus Senensis) rigans sub oculis terram nostram arentem, & infœcundam ut fecunda pastum gratum redderet plasmatori. Decurrit etiam in terram sanguineus Christi sudor ac rigatur terra divino cruore, ut terra nostri cordis pinguedine fecundetur. Immensus, & ferocissimus amor in hoc etiam manifestatur. Sed Pluvius ille humor, cuius est? Christi utique; sed utique & Matris: Nam ex eius corde tres guttula sanguinis purissimi operatione totius Trinitatis in Incarnatione excerptæ fuerunt, quæ illico condensatæ sunt; illico ex eis totum corpus plasmatum, anima creata, & etiam infusa, & divinitas humanitati unita; Affert B. Amadeus, Damascenus, & omnes. Infœcunda terra, Ecclesiæque tunc item aderat infœcunda: Ideo amor Christi sanguinem à Maria traductum in terram spargit, ut non amplius fructuum orbitate, sed gratarum abundantia segetum Christi novali ferirentur. Nam cum sacra seges terrarum impleverit orbem.

Omnis ab hoc uno semine messis erit.

Canit pie, & perbelle D. Prosper. Hinc à Maria etiam Christi pluvia petenda est, quia pluvius ille sudor à Maria processit, quem sapientissimus ille artifex Spiritus ex Virgineis sanguinibus, sine virili opere disposuit: ait D. Thomas Villanovanus. Sol sanguineas emittens orbi guttas, hoc lemate infigitur: FOECUNDAT STERILEM CÆLICUS ISTE CRUOR. Ex Charitatis siquidem ardore Sol noster Jesus in occasum vergens, sanguineus totus efficitur, cuius sacratissimo cruore terra inculta irrigatur, ut mirificos postea gratiæ fructus proferrat; quod insinuat D. Parens Bernardinus, hæc superaddens: Quantum animæ Christi Charitatis igne in intimis bul-

liendo ferueret, scaturitio sanguinis clarior manifestat. Pulsatur ergo Maria ictibus humillimæ devotionis, ut per eam Christus beneficentiæ pluviam elargiatur nobis.

264. Ad Chelidonias insulas, & Arabum in Gaditano freto, haustus etiam dulces inveniuntur; ut tenet Plinius (S) alijque cum eo. Maria Mare amarum interpretatur, quia amara dæmoni, cuius caput contrivit: Amara Hæreticis, quia cunctas hæreses sola interemit: Amara in Passione filij, quia amaritudine replevit tunc eam dominus. Sed Iustis dulcis est, dulcedo est, eiusque haustus gratiæ suavisissimus. Huius Maris Mariæ Virginei, qui amaritudinem dolorum præcipue, quos iuxta crucem complexa est, degustaverit, dulcedinem consolationis experietur. His arrident verba Prov. v. 7. dicentia c. 27. Anima esuriens, etiam amarum pro dulci sumet. Divina humanis in exitu maxime opponuntur: hæc enim myrobolanis fructibus similia esse videntur; qui dum maturescunt, dulces apparent gustui, post maturationem, sunt absynthio amariore. E contra iustorum exercitia, hic pressurarum amarum admiscuntur fluctibus, in exitu tamen suavitatem interminabilis admixtam habent dulcedinis. Huius amaritudines vitæ, in voluptates transeunt iustorum; quatenus peracto laborum studio, Deo fruuntur, qui est summum bonum, & totius dulcedinis complementum. Sic censet Abbas Absalon dicens. Vide quid sequitur ad delectationem huius vitæ; quia luctus sæpiterminus. Ad amaritudinem vero huius vitæ gaudiū eternum: quare amaritudo huius vitæ, potius quam delectatio eligenda est. Hinc anima esuriens amarum pro dulci sumet; sive omne amarum dulce. Sed res ad Mariam flectatur. Omnis enim excogitabilis amaritudo in Maria fuit; præcipue triplex (habet columna Theologiæ Egidius Columna) nam fuit amara afflictione propria amariore compassione aliena; amarissima propter mortem filij sui: & propter istam amaritudinem interpretata est mare amarum. Ut enim docet D. Parens Bonaventura: Maria Mare est, & amara filio compatiendo. Anima igitur esuriens doloribus, & amaritudinibus Mariæ compatiendo satiari, amarum pro dulci hic sumet, satianda post, dulcedine pro degustata amaritudine. Transacta enim huiusmodi amarissimi maris amplitudine, cum ad terram promissionis devenerimus, nil in Maria inveniemus austeram, (ait Bernardinus) nil terribile, tota suavis erit.

(S) Plin. l. 2. c. 106. Plin. v. loco allegat. B. Angelus del Pas l. 2. c. 24. in c. 1. D. Luc. Beda, D. Ber. D. Bon. & alij apud illum Plin. in diction. verb. dulcedo. 1 Prov. c. 27. v. 7. Abbas Absol. Jer. 3. de Assumpt. Virg. Mariæ, qui in ord. est 45. Arias Montan. in Bibl. max. Egidius Roman. exposcit. in salut. Angel. D. Bon. in spec. Virg. c. 1. D. Bern. apud Egid. Rom. loc. cit. idem. D. Hier. ser. de Assumpt. Epist. 10 ad Paulam, & Eustoch. Origen. in Luc. Hom. 17. D. Anton. Pad. ser. Dom. infra ost. Epiph. Berch. in dictione, Richard. de Laud. Virg. l. 4. tit. 29.

Maria, suos dolores compatiens, transmutat in coelestes suavitates.

Maria, sanguineam, quam Christus terram in Horto rigavit, pluviam ex sui cordis fonte ministravit.

erit. Nomen ergo Maria titulum præfert amaritudinis, sed est dulce, & affectuosum, & cum dulcedine auditur à nobis. Subdit Ægidius. Hauriat ergo Fidelis anima ex hoc mari Mariæ amaritudines, aternaliter commutandas in inamissibiles suavitates. Cerea situla in maris medio aquis redundans, portat literam: MIHI SIC DVLCESCIT AMARVM. Compertum enim est aquam maris per ceræ poros in vasa intrantem dulcescere. Sic ex Mari amaro Mariæ aquæ tribulationum à nobis per compassionem extractæ, non dulcescunt solum, sed nos diuinarum replent dulcedine suauitatum. Maria enim se habet (Promit Richardus) sicut Rex Apum, qui mittit Apes (devotos suos) ad mare, ut inde afferant aquas Maris salvas, & ponat cum dulcedine florum, & sic constiant mel ex dulci, & amaro. Neque id solum: sed quidquid in Maria est, dulcedo est, redolet dulcedinem, eximiam sapit suavitatem. Id insinuat Joelis vaticinium sic cap. 3. habitum: In die illa stillabunt montes dulcedinem. Idest suauitatum omne genus; explicat Tiranus. De tempore legis gratiæ loqui Prophetam, omnes interpretantur. (T) Alij autem ex Hebr. habent *Anghasis*, à radice *Anghasas*, quod est premere, vel contundere; nam ut Mustum compressione exprimitur, sic dulcedo illa humilitatis tunctionibus communicatur. A montibus ergo, ab asperitatibus dulcedo illa, imitatur Mustum stillatur: Maria enim dulcedo est, & tota dulcis, omnemque trahit à filio dulcedinem; sed à montibus fluens, Joachimo nempe, & Anna, quasi ex asperrimis processit scopulis, inter adversas his sacris coniugibus amaritudines commorantibus, altero ab Isacharo Sacerdote, neglecto; Altero ut sterili apud gentes opprobriato: Nam *Joachim, & Anna tamquam spirituales montes dulcedinem stillarunt*. Idest Mariam, inquit Damascenus. Sed quid dulcedini læne ex montibus stillanti, cum Musto pedibus presso, & in torculari calcato? Multum per omnem modum. Si enim Maria ut dulcedo expetenda est, etiam ut amaritudinibus pressa consideranda est. Contempletur Maria in crucis torculari doloribus contusa: spectetur in Golgotha monte afflictionibus, & tribulationum fluctibus velut mare pressa; & inde nostris exprimetur animabus, ut dulcedo, & ut suavitas à montibus amaritudinum etiam fluens. *Salsum Mare est Maria; (Profert iterum Richardus) nec mirum si salsa est tamquam mare; nam semel ex-*

perti eius dulcedinem, quanto amplius bibunt, tanto amplius concupiscunt. Favus est summitate montis mella stillans calcatus, hoc lemmate gaudet: EX PRESSO MELLA LIQVESCUNT. Quid enim dulcius fidei animæ, quam pressuras, & dolores contemplari Mariæ? Rectè dixit Epiphanius, dum Mariæ dixit: *Appellabor te Thronum, cælum simul, & crucem*. Etenim Dominus in Cælo paravit sedem suam; ubi David pervenire conabatur, dum dicebat: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine!* Psalm. 30. At, cum huius Cæli Virginei dulcedinis abundantia, etiam pressura crucis contemplatur admixta; ut ex Mariæ martyrio, doloribus, & amaritudine, haurire studeamus aquam dulcedinis gratiæ. *Brevius in volatilibus est Apis, & initium dulcoris habet fructus eius*. Eccl. c. 11. Humilis hæc apicula Mariam denotat humilitate brevem, sed excelsam dignitate; cuius benedictus fructus, Christus est Jesus, qui cordium dulcedo est, & super mel dulcis, ut pie meditatur Richardus. (V) Fructus Apiculæ dulcissimus ab oris spiculo deriuatur, quo thymos, aliosque flores fugere novit, eorumque libans succos, scit ex his suavissimos componere favos. Alios textum sic legere adinvenio: *Fructus eius origo dulcium: seu præcipua inter omnes proventus iucunditas, & fructus eius*. Non enim singularis, & individua à Maria procedit, quæ Apis divina est, sed multiplex, multiplicisque degustantibus offert proventus. Est namque Maria, dulcis fructu; de quo habet fidelis anima, *fructus eius dulcis gutturi meo*. Cant. cap. 2. Scilicet *fides, & devotio*. Est dulcis spiritu, dicens Eccl. cap. 24. *Spiritus meus super mel dulcis*. Quam dulcedinem communicat his, qui Spiritu Dei aguntur, ut ad vltiora procedant Spiritus incrementa. Est dulcis intellectiva meditatione, qua nos ad cœlestia allicit meditanda, cum de quolibet fidei dicatur, *A mari abundat cogitatio eius*. Eccl. 24. Idest, ab amaritudinibus Mariæ extrahitur dulcissima meditatio animæ. Est dulcis aspectu, unde oramus, *illos tuos misericordes oculos ad nos convertes*; Quia facies Mariæ plena est gratiarum, Dulcis est interventu, quo pro miseris continuo peccatoribus orat; sicque ei anima dicebat, *sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis*. Cant. cap. 2. Et tandem omnem Maria continet dulcedinem, quia cœlestis apicula est fructum continens dulcoris multiplicem. Sed quinam hi sunt proventus, quos fert Vir-

Ex Mariæ pressuris, exprimitur animæ dulcedo gratiæ, & Beatitudinis.

(T) Ioel. c. 3. v. 18. Arias Montan. in Bibl. Max. Haye in Conc. Tiran. in Ioel. c. 3. & Amos. cap. 9. Richard. loc. cit. D. Ioann. Damasc. erat. 1. de Nativ. Deiparæ. Richard. lib. 1. c. 3. fuisse. D. Epiphanius de laud. Virg. Psal. 102 v. 19. vide Alensem, & Lorin præcipue. Psal. 30. v. 20. Lyra in Gloss. ibid.

(V) Eccl. c. 11. v. 3. Richard. l. 4. Tit. 26. D. Aug. lib. de Fid. & Symb. Alanus Varenf. de laud. Mariæ ser. 1. in fine. Cant. c. 2. v. 3. Lyra in Gloss. ibi. Eccl. c. 24. Alex. Alens. in Gloss. ibi. Titelman. Hermanus contractus in Cant. Salve Regina. Rabanus Maur. apud Richard. l. 12. c. 5. Berchor. in Direct. & in Reduct. Mor. l. 9. Gloss. in Biblioth. Virgin. tom. 1. pag. mibi 470. lit. D. Macharius, Homil. 16. Alij.

gineæ Apis fructus? Congregationem in Alvearibus componunt, & inhabitant iucundius: inter mella ex spiculis amaritudinem quandam emittunt, favos disponunt, ex quibus mel ad refectionem, & Cera ad illuminationem procedit. En Præcipuos Apis, dulcissimosque proventus; quos spectare in Maria iucundius, vtiliusque est: Ipsa enim Congregationem diligit, eam maximè, in qua ex spiculis dolorum, & amaritudinum Mariæ, mel conficitur æternæ refectionis, & gratiæ: *Nam ipsa est dulcificatrix omnis amaritudinis, signata per lignum, quod aquas tangens amaras, in dulces convertit; ut quædam Glossa habet.* Hinc Apis amaræ insidens Herbæ (velut Absyntio) loco symboli hæc describit: AMARA IN DVLCIA VERTAM. Sic Gra-


Maria velut
Apis ex ama-

tia, (qua Maria plena fuit) *quod amarum est, mutat in dulce*; dat D. Macharius. O ergo felices Qui hanc sua in Congregatione per amaritudines, per spicula quibus eius transfigitur anima, aviculam comitantur; hinc enim dulcissimos ex-haurient & gratiæ, & gloriæ proventus, quibus æternaliter iucundentur. Ad hunc itaque fretum fretus accede, quod etsi amarum, potum tibi dulcem propinat, quo nec deficias in via, nec absque consolationis refrigerio recipiaris in Patria, in qua sistamur omnes, Mariæ Dominæ nostræ immaculatæ interventu: Cuius ope fultus hic sisto; nec tamen ab eius laudibus sistam, cui me, meaque post Deum commito; quibus
Gloria sit per sæcula,
Amen.

ritudine dolo-
rum mel gra-
ciæ suis servu-
lis componit.



Sacratissimæ Triadi, vni Deo, vivo, & vero, ac Immaculatæ Deiparæ sine debito origineæ culpæ conceptæ, D. Parenti Francisco, Augustino, Antonio Paduano, Viterbiensi Rosæ, omnibusque coelorum Incolis, laus sit æterna ab omni Creatura,
Amen.



INDEX LOCORUM, EX SACRIS BIBLIJS, QUI AD HUNC ORNANDUM DESSUMPTI SUNT LIBRUM.

GENESIS.

- CAP. I. V. 2. **S**piritus Dei ferebatur super aquas. Lib. 1. c. 2. n. 139. fol. 139. & n. 198. fol. 255. & lib. 2. n. 209. fol. 274.
- V. 3. Fiat lux. Lib. 1. c. 12. n. 60. fol. 41. & n. 127. fol. 121 & n. 132. fol. 127. & lib. 2. c. 1. n. 204. fol. 237.
- Cap. 2. V. 2. Complevit Deus die septimo, &c. Lib. 1. c. 34. n. 198. fol. 255.
- V. 6. Fons ascendebat de terra. Lib. 1. c. 32. n. 187. fol. 229. & lib. 2. n. 207. fol. 272. & n. 222. fol. 301.
- V. 10. Fluvius egrediebatur &c. Lib. 2. c. 4. n. 214. fol. 244.
- V. 11. Nomen uni Phison. Lib. 2. c. 2. n. 206. fol. 269.
- V. 14. Nomen fluminis tertij, Tigris. Lib. 2. c. 6. n. 247. fol. 356.
- V. 14. Fluvius autem Quartus, ipse est Euphrates, Lib. 2. c. 6. n. 243. fol. 343.
- Cap. 3. V. 8. Plantaverat Dominus Deus Paradisum. Lib. 1. c. 10. n. 46. fol. 34.
- V. 15. Ipsa conteret caput tuum. Lib. 1. c. 29. n. 173. fol. 198.
- V. 17. Maledicta terra in opere tuo. Lib. 2. c. 3. n. 211. fol. 277.
- Cap. 6. V. 14. Fac tibi arcam &c. Lib. 2. c. 5. num. 214. fol. 304.
- V. 16. Fenestram in Arca facies. Lib. 2. cap. 6. n. 252. fol. 365.
- Cap. 8. V. 4. Requievit Arca super montes Armenia. Lib. 1. c. 20. n. 117. fol. 108.
- V. 9. Venit portans ramum olive. Lib. 1. c. 15. n. 79. fol. 62. & 63. & n. 186. fol. 226. & n. 108. fol. 97.
- Cap. 21. V. 27. Percusserunt ambo foedus. Lib. 2. c. 9. n. 258. fol. 380.
- Cap. 28. V. 11. Vidit in somnis scalam. Lib. 1. c. 22. n. 140. fol. 140. & lib. 2. n. 236. fol. 371. & n. 257. fol. 379.
- V. 1. Quam terribilis est locus iste. Lib. 1. cap. 21. num. 135. fol. 131. & num. 166. fol. 168.
- Cap. 32. V. 26. Dimitte me, iam enim ascendit Aurora. Lib. 1. c. 23. n. 141. fol. 144.
- Cap. 49. V. 24. Sedit in forti arcus eius. Lib. 1. c. 13. num. 65. fol. 45. & n. 143. fol. 147.
- V. 26. Benedictus Patris tui &c. Lib. 1. cap. 10. n. 45. fol. 34.

EXODUS.

- Cap. 3. V. 2. **A**pparuit Dominus in flamma ignis &c. Lib. 1. c. 11. n. 51. fol. 37.
- V. 5. Locus in quo stas &c. Lib. 1. cap. 11. num. 52. fol. 37. & num. 146. fol. 152. & num. 151. fol. 161. & num. 190. fol. 236. & 237. & num. 144. fol. 148. & lib. 2. n. 235. fol. 328.
- Cap. 4. V. 20. Moyses reversus est portans virgam &c. Lib. 1. c. 19. n. 115. fol. 106.
- Cap. 7. V. 12. Proiecerunt singuli virgas suas &c. Lib. 1. c. 31. n. 180. fol. 214.
- Cap. 12. V. 5. Erit agnus absque macula &c. Lib. 1. c. 33. n. 191. fol. 238.
- Cap. 24. V. 15. Sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini &c. Lib. 1. c. 14. num. 72. fol. 50. & fol. 163. n. 153.
- V. 16. & 17. Apparuit Gloria Domini &c. Lib. 1. cap. 2. num. 6. fol. 5. & lib. 2. cap. 4. n. 214. fol. 284.
- Cap. 25. V. 17. Facies Propitiatorium de auro &c. Lib. 1. c. 24. n. 149. fol. 158.
- Cap. 28. V. 9. Sumes duos lapides Onychinos. Lib. 1. cap. 31. n. 182. fol. 219.
- V. 36. Ligabis eam vita Hyacinthina. Lib. 1. c. 30. n. 177. fol. 207.
- Cap. 33. V. 22. Protegam te dextera mea. Lib. 1. cap. 31. n. 180. fol. 213.
- Cap. 34. V. 28. Scripsit Moyses in tabulis &c. Lib. 1. c. 34. n. 196. fol. 25. & 251.
- Cap. 35. V. 2. Septimus dies erit vobis sanctus. Lib. 1. c. 13. n. 63. fol. 43.
- Cap. 37. V. 1. Fecit Beseleel arcam. Lib. 1. cap. 5. & 2. & c. 36. num. 21. fol. 14. & lib. 2. num. 239. fol. 335.

LEVITICUS.

- Cap. 23. V. **S**ummetis vobis die primo &c. Lib. 1. c. 28. n. 170. fol. 190. & num. 192. fol. 240.
- Cap. 28. V. 7. Dies primus erit vobis celeberrimus. Lib. 1. c. 12. n. 50. fol. 36.

NUMERI.

- Cap. 24. V. 17. **O**rietur stella ex Jacob. Lib. 1. c. 20. n. 131. fol. 126.

DEUTERONOMIUM.

- Cap. 8. V. 15. **D**uctor tuus fuit in solitudine. Lib. 2. c. 4. n. 213. fol. 283.

Cap. 28.

INDEX LOCORUM;

Cap. 28.v.12. *Aperiet Dominus Theſaurum ſuum optimum &c. Lib. 1. cap. 32. num. 188. fol. 231.*

Cap. 33.v.19. *Inundationem maris quaſi lac ſurgent. Lib. 2. c. 3. n. 108. fol. 273.*

IOSSUE.

Cap. 6.v.4. **S**eptimo die Sacerdotes tollent ſeptem buccinas &c. Lib. 1. c. 7. n. 33. fol. 25.

L'IB. I. REG.

Cap. 13.v.6. **A**ſcondit ſe in Ciſternis. Lib. 2. c. 10. n. 261. fol. 386.

Cap. 18.v.20. *Dilexit autem David Michol. Lib. 2. c. 4. n. 213. fol. 283.*

LIB. II. REG.

Cap. 23.v. 15. **O**ſi quis daret mihi potum aque de Ciſterna &c. Lib. 2. cap. 10. num. 260. fol. 384.

v. 20. *Banaiaſ percuffit Leonem in medio Ciſternæ. Lib. 2. c. 10. n. 261. fol. 386.*

LIB. III. REG.

Cap. 2.v.19. **S**urrexit Rex in occurſum eius &c. Lib. 1. c. 18. n. 103. fol. 92.

Cap. 6.v.7. *Et domus cum edificaretur &c. Lib. 1. c. 16. n. 82. fol. 68.*

Cap. 7.v.23. *Fecit mare fuſſile &c. Lib. 2. cap. 3. num. 208. fol. 272.*

Cap. 10.v.19. *Fecit Salomon Thronum de ebore grandem &c. Lib. 1. c. 31. n. 183. fol. 220.*

LIB. IV. REG.

Cap. 2.v.11. **C**urrus Iſrael &c. Lib. 1. cap. 27. n. 168. fol. 184.

Cap. 5.v.10. *Vade, & lavare ſepties in Iordane. Lib. 2. c. 4. n. 215. fol. 287.*

PARALIP. LIB. I.

Cap. 3.v.1. **D**avid hos habuit filios &c. Lib. 1. c. 27. n. 167. fol. 182.

PARALIP. LIB. II.

Cap. 7.v.12. **E**legi locum iſtum mihi. Lib. 1. c. 23. n. 142. fol. 144.

Cap. 23.v.15. *Tertia pars veſtrum erit &c. in Prolog. fol. 1. lit. A.*

ESDRÆ LIB. II.

Cap. 2.v.14. **T**ranſvi ad Portam fontis. Lib. 2. cap. 8. n. 256. fol. 375.

Cap. 3.v.15. *Portam fontis adificavit ſellum. Lib. 1. c. 26. n. 158. fol. 170.*

LIB. IOB.

Cap. 29.v. 18. **I**n nidulo meo moriar &c. Lib. 1. c. 19. n. 113. fol. 103. & fol. 104.

v. 19. *Radix mea aperta eſt ſecus aquas &c. Lib. 2. c. 9. n. 258. fol. 381.*

LIBER PSALMORUM.

Pſal. 1.v.3. **N**on ſic impij, non ſic. Lib. 1. cap. 17. n. 95. fol. 84.

Pſal. 8.v.2. *Elevata eſt magnificentia tua &c. Lib. 1. c. 18. n. 104. fol. 92.*

Pſal. 9.v.7. *Perijt memoria eorum, cum ſonitu. Lib. 1. c. 17. n. 94. fol. 84.*

Pſal. 12.v.4. *Illumina oculos meos &c. Lib. 2. c. 6. n. 252. fol. 366.*

Pſal. 14.v.1. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo &c. Lib. 1. c. 21. n. 134. fol. 130.*

Pſal. 15.v.10. *Notas mihi feciſti vias vite. Fol. 5. lit. N.*

Pſal. 16.v.8. *Sub umbra alarum tuarum &c. Lib. 1. cap. 20. num. 118. fol. 110. & lib. 2. nu. 247. fol. 357.*

Pſal. 7.v.8. *Fundamenta montium conturbata ſunt. Lib. 1. c. 2. n. 14. fol. 10.*

v. 9. *Inclinavit cœlos &c. n. 98. fol. 87.*

v. 17. *Miſit de ſummo, & accepit me. n. 109. fol. 92.*

v. 34. *Perfecit pedes meos &c. Lib. 2. c. 1. n. 201. fol. 260.*

Pſal. 19.v.2. *Protegat te nomen Dei Iacob. Lib. 1. c. 33. n. 195. fol. 246.*

v. 3. *Mittet tibi auxilium de ſancto. Nu. 155. fol. 166. & lib. 2. n. 244. fol. 346.*

Pſal. 22.v.3. *Super aquas reſeccionis educavit me. Lib. 2. c. 7. n. 226. fol. 361.*

v. 4. *Virga tua, & baculus tuus &c. Lib. 1. c. 24. n. 145. fol. 150.*

Pſal. 23.v.3. *Quis aſcendet in montem Domini. Lib. 1. c. 17. n. 85. fol. 73.*

v. 7. *Tollite portas Principes &c. Lib. 1. cap. 19. n. 11. fol. 102.*

Pſal. 24.v.4. *Vias tuas Domine demonſtra mihi in Prolog. fol. 5. lit. N.*

Pſal. 28.v.8. *Vox Domini concutientis deſertum. Lib. 1. c. 25. n. 154. fol. 163.*

Pſal. 30.v.3. *Eſto mihi in Deum proteſtorem. Lib. 1. c. 23. n. 143. fol. 146.*

Pſal. 31.v.11. *In via hac qua gradieris. Lib. 2. cap. 5. n. 228. fol. 312.*

Pſal. 32.v.7. *Ponens in theſauris abiſſos. Lib. 2. c. 5. nu. 224. fol. 306.*

Pſal. 35.v.5. *Domine in Cœlo miſericordia tua. Lib. 1. c. 8. n. 35. fol. 27.*

v. 10. *Aput te eſt fons vite. Lib. 1. cap. 16. num. 81. fol. 66.*

Pſal. 44.v.3. *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Lib. 1. c. 22. num. 139. fol. 140. & lib. 2. n. 207. fol. 271.*

v. 5. *Specie tua, & pulchritudine tua. Lib. 2. c. 6. n. 244. fol. 349.*

v. 14. & 15. *Omnis gloria eius &c. Lib. 1. cap. 14. nu. 78. fol. 59.*

Pſal. 45.v.3. *Transferentur montes in cor maris. Lib. 1.*

EX SACRIS BIBLIJS.

- Lib. 1. c. 30. n. 178. fol. 209.
 v. 5. & 6. *Fluminis impetus latificat, &c.* Lib. 1. c. 12. n. 62. fol. 41. & lib. 2. c. 4. n. 216. fol. 288. & n. 244. fol. 349.
 Psal. 47. v. 3. *Fundatur exultatione uniuersa terra.* Lib. 1. c. 4. n. 13. fol. 9. & lib. 2. n. 238. fol. 334.
 Psal. 48. v. 13. *Homo cum in honore esset.* Lib. 2. c. 1. n. 201. fol. 260.
 Psal. 49. v. 23. *Illic iter, &c.* Fol. 5. lit. N.
 Psal. 55. v. 11. *In Deo laudabo verbum.* Lib. 1. c. 17. n. 83. fol. 71.
 Psal. 56. v. 11. *Magnificata est usque ad Caelos.* Lib. 1. c. 17. n. 89. fol. 75.
 Psal. 59. v. 9. *Meus est Galaad, &c.* Lib. 1. cap. 11. n. 48. fol. 35.
 v. 11. *Quis deducet me in Civitatem munitam.* Lib. 1. c. 28. n. 172. fol. 193.
 Psal. 61. v. 12. *Semel locutus est Deus.* Lib. 2. c. 6. num. 203. fol. 329.
 Psal. 62. v. 8. *In velamento alarum tuarum.* Lib. 1. c. 15. n. 78. fol. 62.
 Psal. 64. v. 12. *Benedices coronæ anni.* Lib. 1. c. 17. n. 32. fol. 24.
 Psal. 67. v. 9. & Psal. 144. v. 2. *Cæli distilaverunt.* Lib. 1. c. 20. n. 117. fol. 108.
 v. 10. *Pluviam voluntariam segregabis Deus.* Lib. 2. c. 4. n. 221. fol. 298.
 v. 15. *Nive dealbabuntur in Selmon.* Lib. 1. c. 14. num. 71. fol. 49. & 50. & lib. 2. n. 267. fol. 388.
 Psal. 71. v. 6. *Sicut stillicidia stillantia super terram.* Lib. 2. c. 10. n. 263. fol. 389. & fol. 202. n. 175. & n. 187. fol. 226. & n. 221. fol. 299.
 v. 16. *Erit firmamentum in terra, &c.* Lib. 1. c. 33. n. 191. fol. 239. & 240.
 Psal. 72. v. 24. *Tenuisti manum dexteram meam.* Lib. 1. c. 18. num. 105. fol. 94. & n. 110. fol. 99.
 Psal. 73. v. 2. *Redemisti virgam hereditatis tue.* Lib. 1. c. 14. n. 78. fol. 58. & 59.
 v. 23. *Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.* Lib. 1. c. 17. n. 94. fol. 84.
 Psal. 75. v. 5. *Illuminans tu mirabiliter, &c.* Lib. 1. c. 2. fol. 4. n. 5. & n. 155. fol. 165. & n. 176. fol. 204.
 Psal. 77. v. 23. *Mandavit nubibus desuper.* Lib. 1. c. 32. n. 187. fol. 230.
 24. & 25. v. 69. *Edificavit sicut Unicornium.* Lib. 1. c. 13. n. 62. fol. 43. & n. 87. fol. 75. & n. 147. fol. 154.
 v. 54. *Induxit eos in montem sanctificationis sue.* Lib. 1. c. 17. n. 93. fol. 83.
 Psal. 84. v. 1. *Benedixisti Domine terram tuam.* Lib. 1. c. 13. n. 66. fol. 46.
 v. 8. *Offende nobis Domine misericordiam tuam.* Lib. 1. c. 17. n. 84. fol. 78.
 Psal. 86. v. 3. *Gloriosa dicta sunt de te, &c.* Lib. 2. c. 5. n. 227. fol. 312.
 v. 1. *Fundamenta eius in montibus sanctis;* Lib. 1. c. 3. n. 12. fol. 9. & fol. 3. & n. 194. fol. 243.
 Psal. 67. v. 15. *Selmon mons Dei mons pinguis.* Lib. 1. c. 3. n. 10. fol. 8.
 Psal. 87. v. 16. *Pauper sum ego.* Lib. 1. c. 17. num. 93. fol. 82.
 Psal. 88. v. 10. *Tu dominaris potestati maris.* Lib. 2. c. 3. n. 212. fol. 279. & v. 26. fol. 208.
 v. 13. *Aquilonem, & mare tu creasti.* Lib. 2. c. 3. n. 212. fol. 280.
 Psal. 90. v. 9. *Altissimum posuisti refugium tuum.* Lib. 1. c. 1. fol. 2. n. 3.
 Psal. 91. v. 13. *Iustus ut palma florebit.* Lib. 1. c. 31. n. 183. fol. 221.
 Psal. 92. v. 3. *Elevaverunt flumina fluctus suos.* Lib. 2. c. 1. n. 203. fol. 264.
 v. 5. *Domum tuam Domine decet sanctitudo.* Lib. 1. c. 22. n. 137. fol. 136.
 Psal. 94. v. 4. *In manu Dei sunt omnes fines terræ.* Lib. 2. c. 3. n. 212. fol. 280.
 Psal. 98. v. 2. *Dominus in Sion magnus.* Lib. 1. c. 17. n. 83. fol. 70.
 Psal. 101. v. 18. *Respexit in orationem humilium.* Lib. 2. c. 3. n. 210. fol. 276.
 Psal. 103. v. 2. *Extendens Cælum sicut pellem.* Lib. 1. cap. 17. num. 90. fol. 80. & n. 86. fol. 74. & lib. 2. num. 260. fol. 384. & n. 199. fol. 288.
 v. 16. *Saturabuntur ligna campi, & Cedri libani.* Lib. 2. c. 6. n. 251. fol. 365.
 v. 18. *Petra refugium herinacis.* Lib. 1. c. 8. n. 35. fol. 27.
 v. 25. *Reptilia quorum non est numerus.* Lib. 2. c. 3. num. 108. fol. 292. & n. 209. fol. 284.
 v. 27. *Omnia a te expectant.* Lib. 1. cap. 32. n. 186. fol. 227.
 Psal. 106. v. 4. *Viam Civitatis habitaculi non invenerunt.* Lib. 2. c. 20. n. 119. fol. 112.
 v. 29. *Statuit procellam eius in auram.* Lib. 1. c. 30. n. 179. fol. 212.
 Psal. 109. v. 3. *Tecum principium.* Lib. 1. cap. 34. num. 198. fol. 256.
 Psal. 113. v. 16. *Cælum Cæli Domino.* Lib. 2. c. 2. num. 205. fol. 278.
 Psal. 117. v. 15. *Vox exultationis, & salutis.* Lib. 1. c. 17. n. 48. fol. 71.
 Psal. 118. v. Septies in die *Laudem dixi tibi.* Lib. 1. c. 7. n. 33. fol. 25.
 v. 135. *Faciem tuam illumina.* Num. 128. fol. 122.
 Psal. 119. v. 5. *Heu mihi, quia incolatus meus.* Lib. 1. c. 24. n. 149. fol. 159.
 Psal. 120. v. 8. *Dominus custodia introitus tuum.* In Prolog. n. 3.
 Psal. 126. v. 3. *Ecce hereditas Domini, filij merces.* Lib. 1. c. 28. n. 170. fol. 179.
 Psal. 131. v. 8. *Sarge Domine in requiem tuam.* Lib. 1. cap. 18. num. 102. fol. 91. & fol. 93. n. 105.

INDEX LOCORUM,

- v. 12. *Elegit Dominus Sion.* Lib. 1. c. 15. num. 77. fol. 61.
 Psal. 132. v. 3. *Ros hermon descendit in montem Sion.* Lib. 1. c. 18. n. 101. fol. 89.
 Psal. 134. v. 7. *Fulgura in pluviam fecit.* Lib. 2. c. 1. n. 203. fol. 264.
 Psal. 135. v. 8. *Solem in potestatem diei.* Lib. 1. c. 16. n. 88. fol. 66.
 Psal. 147. v. 7. *Flabit spiritus eius, & fluent aquae.* Lib. 2. c. 1. n. 200. fol. 259.
 v. 18. *Emittet verbum suum,* &c. Lib. 2. c. 4. n. 213. fol. 282.

LIBER PROVERBIORVM.

- Cap. 1. v. 17. **F**rustra iacitur rete ante, &c. Lib. 1. c. 23. n. 144. fol. 148.
 Cap. 3. v. 17. *Purissimi fient fructus eis.* Lib. 1. c. 9. n. 36. fol. 28.
 v. 18. *Lignum vite est eis, qui,* &c. Lib. 1. c. 32. n. 188. fol. 232.
 Cap. 5. v. 15. *Bibe aquam de Cisterna tua.* Lib. 2. c. 10. n. 260. fol. 385.
 v. 19. *Cerva charissima vbera eius.* Lib. 2. c. 6. n. 250. fol. 362.
 Cap. 8. v. 30. *Cum eo eram cuncta componens.* In Prolog. Fol. 4. lit. Y. idem v. 22. & 24. Lib. 1. c. 1. n. 1. lib. A. & c. 6. num. 24. fol. 17. & lib. 2. n. 199. fol. 157. & n. 256. fol. 377.
 v. 20. *Dominus possedit me,* &c. Lib. 1. c. 14. n. 78. fol. 59.
 v. 21. *Ab aeterno ordinata sum.* Lib. 1. c. 15. n. 77. fol. 61.
 v. 28. *Librabat fontes aquarum.* Lib. 1. c. 22. n. 139. fol. 139.
 v. 34. *Beatus homo qui vigilat ad fores meas.* &c. Lib. 1. c. 26. n. 160. fol. 173.
 v. 35. *Qui me invenerit inveni, et vitam.* lib. 1. c. 27. n. 169. fol. 187. & n. 185. fol. 224. & 225.
 Cap. 12. v. 2. *Qui bonus est, hauriet sibi gratiam a Domino,* lib. 1. c. 22. n. 136. fol. 133.
 Cap. 15. v. 30. *Lux oculorum latificat animam.* Lib. 1. c. 20. n. 127. fol. 122.
 Cap. 27. v. 7. *Anima esuriens etiam,* &c. Lib. 2. c. 10. n. 264. fol. 390.
 Cap. 31. v. 10. *Procul,* &c. de ultimis finibus, &c. Lib. 1. c. 20. n. 122. fol. 117. & lib. 2. n. 233. fol. 326. & n. 337. fol. 234.
 v. 18. *Non extinguetur in nocte lucerna eius.* lib. 1. c. 8. n. 34. fol. 26. & lib. 2. n. 208. fol. 273.
 v. 14. *Facta est quasi navis,* &c. Lib. 2. c. 6. n. 232. fol. 324.
 v. 20. *Manum suam aperuit inopi.* lib. 1. c. 29. n. 174. fol. 202.
 v. 25. *Fortitudo, & decor indumentum eius.* Lib. 1. c. 4. n. 18. fol. 12.
 v. 26. *Lex clementia in lingua eius,* lib. 2. n. 235. fol. 329.

- v. 28. *Os suum aperuit sapientia,* lib. 1. c. 17. n. 86. fol. 74.

LIBER ECCLESIASTES.

- Cap. 1. v. 7. **O**mnia flumina intrant in mare, &c. Lib. 2. c. 4. n. 213. fol. 281.

LIBER CANTICORVM.

- Cap. 1. v. 2. **O**leum effusum nomen tuum, lib. 2. c. 6. n. 248. fol. 359.
 v. 4. *Exultavimus, & letabimur in te,* lib. 1. c. 20. n. 121. fol. 114.
 Cap. 2. v. 1. *Ego flos campi,* lib. 1. c. 12. n. 85. fol. 73. & n. 150. fol. 159. & lib. 2. num. 244. fol. 347.
 v. 2. *Sicut lilium inter spinas,* lib. 1. c. 32. n. 189. fol. 235. & n. 190. fol. 236. & lib. 2. n. 237. fol. 343. & n. 253. fol. 367.
 v. 3. *Fructus eius dulcis gutturi meo,* lib. 2. c. 3. n. 211. fol. 279.
 v. 2. *Ordinavit in me charitatem,* lib. 1. c. 16. n. 82. fol. 69. & n. 89. fol. 78.
 v. 5. *Fulcite me floribus,* &c. Lib. 1. c. 19. n. 106. fol. 95. & n. 107. fol. 96.
 v. 6. *Dilectus meus mihi, & ego illi,* lib. 1. c. 20. n. 120. fol. 112. & num. 194. fol. 245.
 v. 14. *Columba mea in foraminibus petra,* lib. 1. c. 33. n. 194. fol. 245.
 Cap. 3. v. 6. *Quae est ista, quae ascendit per desertum,* lib. 1. c. 10. n. 40. fol. 31. & 32. & n. 42. fol. 32. n. 116. fol. 107.
 v. 7. *En lectulum Salomonis,* lib. 1. c. 23. n. 240. fol. 142.
 v. 9. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon,* lib. 1. c. 30. n. 179. fol. 211. & lib. 2. n. 235. fol. 328. & n. 249. fol. 360.
 Cap. 4. v. 1. *Capilli tui sicut grex Caprarum,* lib. 1. c. 9. n. 39. fol. 30. & n. 160. fol. 172.
 v. 4. *Sicut turris David collum tuum,* lib. 1. c. 31. n. 180. fol. 214.
 v. 6. *Vadam ad montem myrrhae,* &c. Lib. 1. c. 10. n. 44. fol. 33.
 v. 12. *Hortus conclusus, Fons signatus,* lib. 1. c. 23. n. 141. fol. 142. & lib. 2. n. 253. fol. 367. & n. 222. fol. 301.
 v. 13. *Emissiones tuae paradysus,* lib. 1. c. 3. n. 8. fol. 7.
 v. 15. *Puteus aquarum viventium, &c. Fons hortorum,* lib. 1. c. 7. n. 31. fol. 23. & n. 32. fol. 24. & n. 59. fol. 40. & n. 138. fol. 137. & lib. 2. n. 258. fol. 380.
 v. 16. *Veni auster,* &c. Lib. 2. c. 2. num. 206. fol. 270.
 Cap. 5. v. 1. *Bibi vinum cum lacte meo,* &c. Lib. 1. c. 20. num. 121. fol. 115. & n. 179. fol. 212.
 v. 6. *Anima mea liqua facta est,* lib. 1. c. 3. n. 179. fol. 211.

EX SACRIS BIBLIIS.

- v.13. *Oculi tui sicut Columbae &c. Lib. 2. c. 4. n. 221. fol. 300.*
 Cap. 6. v. 3. *Pulchra es amica mea, suavis &c. Lib. 1. cap. 5. n. 20. fol. 13. & num. 174. fol. 200. & n. 180. fol. 215. & lib. 2. n. 204. fol. 265. & num. 213. fol. 282. & n. 247. fol. 358. & num. 231. fol. 321.*
 v. 8. *Vna est Columba mea &c. Lib. 1. cap. 13. n. 67. fol. 47. & lib. 2. c. 1. n. 203. fol. 263.*
 v. 9. *Que est ista, que progredietur quasi aurora &c. Lib. 1. c. 10. n. 47. fol. 35. & n. 130. fol. 124. & num. 179. fol. 212. & n. 197. fol. 252. & 253. & n. 76. fol. 60. & lib. 2. n. 246. fol. 355. & n. 253. fol. 367. & lib. 1. cap. 13. n. 64. fol. 44. & 45. & num. 126. fol. 120.*
 Cap. 7. v. 1. *Quid videtis in sinamite &c. Lib. 2. c. 1. n. 204. fol. 276.*
 v. 2. *Venter tuus acervus tritici. Lib. 1. c. 27. n. 163. fol. 176. & lib. 2. n. 204. fol. 276.*
 v. 4. *Oculi tui piscina in Hessebon. Lib. 1. c. 26. n. 159. fol. 171. & n. 185. fol. 225. & lib. 2. n. 242. fol. 342. & n. 255. fol. 371.*
Nasus tuus sicut turris libani. Lib. 1. c. 30. n. 176. fol. 204. & num. 194. fol. 244.
 v. 5. *Caput tuum ut Carmelus. Lib. 1. c. 30. n. 178. fol. 211.*
 v. 7. *Statura tua assimilata est palma. Lib. 1. c. 30. n. 177. fol. 209.*
 v. 8. *Quam pulchra es, & quam decora. Lib. 1. c. 13. n. 68. fol. 47.*
 v. 13. *Omnia poma nova, & vetera. Lib. 1. c. 22. n. 138. fol. 137.*
 Cap. 8. v. 6. *Pone me ut signaculum super cor tuum. Lib. 1. c. 19. n. 111. fol. 101. & n. 178. fol. 210. & n. 182. fol. 219. & lib. 2. n. 202. fol. 262.*
 v. 14. *Fuge dilecte mi. Lib. 2. c. 6. num. 248. fol. 359.*

LIBER SAPIENTIÆ

- Cap. 4. v. 1. **Q**uam pulchra est casta generatio. Lib. 2. c. 6. n. 237. fol. 332.
 Cap. 7. v. 3. *Primam vocem similem omnibus emisit plorans. Lib. 1. c. 6. n. 24. fol. 17.*
 v. 24. *Omnibus mobilibus nobilior est. Lib. 2. c. 1. n. 201. fol. 260.*
 v. 26. *Speculum sine macula. Lib. 1. c. 12. n. 58. fol. 39. & lib. 2. n. 230. fol. 320. & n. 210. fol. 275.*
 v. 27. *Cum sit vna, omnia potest. Lib. 1. cap. 20. n. 133. fol. 128.*
 v. 29. *Est posterior sole. Lib. 2. c. 6. n. 240.*

fol. 337.

- Cap. 11. v. 4. *Et invocaverunt te &c. Lib. 1. c. 25. n. 155. fol. 166. & L. 2. n. 229. fol. 317.*
 Cap. 19. v. 7. *In mari rubro apparuit campus. Lib. 2. c. 3. n. 211. fol. 278.*
 Cap. 43. v. 2. *Sol in aspectu anuntians. Lib. 1. c. 20. n. 153. fol. 128.*

LIBER ECCLESIASTICI.

- Cap. 1. v. 2. **A**ltitudinem Cœli, latitudinem terræ. Lib. 1. c. 22. n. 137. fol. 136.
 v. 9. *Ipse creavit illam in Spiritu Sancto. Lib. 1. c. 34. n. 198. fol. 254. & lib. 2. n. 223. fol. 303.*
 v. 10. *Effudit illam super omnia opera sua. Lib. 1. c. 32. n. 284. fol. 222.*
 Cap. 10. v. 7. *Delectabile est oculis videre solem. Lib. 1. c. 17. n. 91. fol. 81.*
 Cap. 11. v. 3. *Brevi in volatilibus apis. Lib. 1. c. 23. n. 141. fol. 143. & n. 145. fol. 151. & lib. 2. n. 264. fol. 391. & num. 211. fol. 278.*
 Cap. 12. v. 4. *Consurgent ad vocem velucris. Lib. 1. c. 24. n. 149. fol. 156.*
 Cap. 15. v. 9. *Non est speciosa laus &c. in Prolog. fol. 5. lit. K.*
 Cap. 24. v. 5. *Ego ex ore altissimi prodiui &c. Lib. 1. c. 11. n. 57. fol. 39. & lib. 2. n. 229. fol. 318. & n. 230. fol. 229.*
 v. 6. *Ego feci in Cœlis ut oriretur &c. Lib. 2. c. 6. n. 231. fol. 322.*
 v. 8. *Profundum abyssi penetravi &c. Lib. 1. cap. 19. n. 115. fol. 106. & num. 189. fol. 235. & lib. 2. c. 3. num. 209. fol. 275.*
 v. 15. *In Hierusalem potestas mea &c. Lib. 1. c. 20. n. 118. fol. 110. & lib. 2. c. 6. n. 245. fol. 352.*
 v. 16. *In plenitudine Sanctorum detentio mea. Lib. 1. c. 3. n. 17. fol. 9. & n. 69. fol. 48. & n. 132. fol. 128. & v. 5. Ego ex ore &c. Lib. 1. cap. 6. n. 25. fol. 18. & n. 136. fol. 134. & n. 138. fol. 138.*
 v. 17. *Quasi palma exaltata sum. Lib. 1. c. 18. n. 101. fol. 90. & n. 109. fol. 98. & lib. 2. n. 243. fol. 354.*
 v. 18. *Quasi oliva speciosa &c. Lib. 1. c. 8. n. 35. fol. 28. & n. 126. fol. 121. & n. 144. fol. 150. & n. 147. fol. 145.*
 v. 19. *Quasi oliva speciosa in campis. Lib. 1. c. 2. fol. 4. n. 5.*
 v. 20. *Sicut Cinamomum &c. Lib. 1. c. 24. n. 147. fol. 155. & n. 189. fol. 235. & n. 43. fol. 32.*
 v. 21. *Quasi libanus non incisus. Lib. 1. c. 31. n. 181. fol. 216. & n. 193. fol. 243.*
 v. 23. *Flores mei fructus honoris. Pag. 6. lit. V. & lib. 1. c. 1. n. 1. lit. C.*

INDEX LOCORUM,

- Ego quasi vitis fructificavi. Lib. 1. c. 17. n. 97. fol. 86. & n. 182. fol. 218. & n. 192. fol. 240.*
- v. 24. *Ego mater pulchræ dilectionis. Lib. 1. c. 9. n. 37. fol. 29. & n. 167. fol. 183. & n. 197. fol. 252.*
- v. 25. *In me gratia omnis &c. Lib. 1. c. 22. n. 136. fol. 133.*
- v. 26. *Transite ad me omnes. Lib. 1. cap. 30. num. 186. fol. 227. & lib. 2. n. 220. fol. 306.*
- v. 31. *Beatus homo qui audit me. Lib. 2. c. 6. n. 254. fol. 370.*
- v. 35. *Implet quasi Phislon sapientiam. Lib. 2. c. 6. n. 245. fol. 354.*
- v. 40. *Ego sapientia effudi flumina. Lib. 2. c. 4. n. 213. fol. 281.*
- v. 41. *Sicut aqueductus exivi de paradiso. Lib. 2. cap. 8. num. 259. fol. 374. Quasi fluvius Dorix. Lib. 1. cap. 20. num. 129. fol. 124. & cap. 29. num. 172. fol. 197.*
- v. 42. *Rigabo hortum meum. Lib. 2. c. 2. num. 206. fol. 270.*
- Cap. 26. v. 1. *Mulieris bonæ beatus vir. Lib. 1. c. 16. n. 80. fol. 65.*
- Cap. 35. v. 26. *Speciosa misericordia Dei. Lib. 1. cap. 32. n. 188. fol. 232.*
- Cap. 39. v. 17. *Obaudite me divini fructus, & quasi Rosa. Lib. 2. c. 1. n. 203. fol. 264.*
- Cap. 40. v. 17. *Gratia sicut paradysus in benedictionibus. Lib. 1. c. 22. n. 137. fol. 136.*
- Cap. 43. v. 1. *Altitudinis firmamentum &c. Lib. 1. c. 7. n. 29. fol. 21.*
- v. 11. *Species Cæli gloria stellarum. Lib. 2. c. 5. n. 226. fol. 309.*
- v. 12. & 13. *Vide arcum &c. Lib. 2. cap. 2. n. 205. fol. 269.*
- v. 14. *Species Cæli in visione gloriæ. Lib. 1. c. 7. n. 29. fol. 21. & n. 184. fol. 223. & 224.*
- Cap. 50. v. 10. *Quasi vas auri solidum. Lib. 1. c. 7. n. 28. fol. 20.*

ISAIAS

- Cap. 1. v. 6. **A**planta pedis usque ad verticem capitis. Lib. 1. cap. 30. n. 178. fol. 210.
- Cap. 2. v. 2. *Erit in novissimis diebus &c. In Prolog. pag. 1. lit. C. & Lib. 1. c. 1. n. 1. lit. A.*
- Cap. 6. v. 1. *Vidi Dominum sedentem &c. Lib. 1. cap. 17. n. 83. fol. 70. & num. 102. fol. 90.*
- v. 6. *Volavit ad me unus &c. Lib. 1. c. 30. n. 178. fol. 210. & n. 215. fol. 286.*
- Cap. 7. v. 14. *Ecce Virgo concipiet &c. Lib. 1. c. 17. n. 88. fol. 77.*
- Cap. 9. v. 2. *Populus qui ambulabat in tenebris.*

- Lib. 1. c. 18. n. 104. fol. 92.*
- Cap. 11. v. 1. *Egredietur virga &c. Lib. 1. cap. 19. n. 110. fol. 100. & n. 125. fol. 119. & n. 172. fol. 195. & n. 182. fol. 218. & lib. 2. n. 227. fol. 322. & num. 251. fol. 364.*
- Cap. 19. v. 1. *Dominus ascendet super nubem levem. Lib. 1. c. 25. n. 154. fol. 164.*
- Cap. 23. v. 3. *In aquis multis semen &c. Lib. 1. c. 32. n. 188. fol. 231.*
- Cap. 25. v. 10. *Requiescet manus Domini in monte isto. Lib. 1. c. 21. n. 134. fol. 131.*
- Cap. 28. v. 16. *Mittam in fundamentis Sion lapidem. Lib. 1. c. 4. n. 17. fol. 10. & 11.*
- Cap. 29. v. 1. *Convertetur libanus in Carmel. Lib. 1. c. 26. n. 161. fol. 174.*
- Cap. 30. v. 25. *Erunt super montem excelsi rivi. Lib. 1. c. 25. n. 153. fol. 162.*
- Cap. 40. v. 12. *Mensus est pugilo aquas. Lib. 1. c. 3. n. 7. fol. 6.*
- Cap. 41. v. 19. *Dabo in solitudinem cedrum, & spinam. Lib. 1. c. 32. n. 189. fol. 234.*
- Cap. 45. v. 8. *Rorate Cæli de super. Lib. 1. c. 33. num. 193. fol. 142.*
- Cap. 51. v. 20. *Filij tui dormierunt sicut orix. Lib. 1. c. 16. n. 81. fol. 67.*
- Cap. 51. v. 16. *In manibus meis descripsi te. Lib. 1. c. 16. n. 80. fol. 64.*
- Cap. 49. v. 11. *Fundabo te in saphiris. Lib. 1. c. 4. n. 14. & 16. fol. 10. & 11.*
- Cap. 55. v. 10. *Quomodo descendet imber, & nix & 11. de Cælo. Lib. 1. cap. 17. num. 100. fol. 88.*
- Cap. 58. v. 13. *Sabbatum delicatum. Lib. 1. c. 25. num. 152. fol. 161.*
- Cap. 62. v. 3. *Eris corona gloriæ. Lib. 1. c. 7. n. 31. & 32. fol. 23. & n. 161. fol. 174.*
- v. 5. *Habitavit juvenis cum Virgine. Lib. 1. c. 31. n. 183. fol. 220.*

IEREMIAS.

- Cap. 14. v. 6. **O** Nagistri steterunt in rupibus. Lib. 1. c. 17. n. 96. fol. 85.
- Cap. 50. v. 41. *Ab aquilone panditur omne malum. Lib. 2. c. 3. n. 212. fol. 280.*

TRENORUM

- Cap. 1. v. 2. **P**lorans ploravit in nocte. Lib. 1. c. 30. n. 176. fol. 206.
- v. 12. *O vos omnes, qui transitis per viam. Lib. 1. c. 30. n. 177. fol. 208.*
- Cap. 3. v. 44. *Opposui tibi nubem. Lib. 1. c. 24. n. 148. fol. 256.*

EZECHIEL.

- Cap. 1. v. 26. **S**uper fundamentum similitudo tro- ni. Lib. 2. c. 1. n. 202. & 272. Cap. 10.

INDEX LOCORUM,

- Cap. 10. v. 1. *Elevavit me spiritus. Lib. 1. cap. 24. n. 149. fol. 156.*
 Cap. 43. v. 1. *Duxit me ad portam, &c. Lib. 1. c. 26. n. 157. fol. 169.*

J O E L

- Cap. 2. v. 31. **S**ol convertetur in tenebras, & Luna in sanguinem. Lib. 1. c. 30. num. 178. fol. 209.
 Cap. 3. v. 18. *In die illa stilabunt montes dulcedinem. Lib. 2. cap. 10. num. 264. fol. 401. Fons de Domo Domini egredietur. Lib. 1. cap. 132. n. 187. fol. 229.*

N A H U M.

- Cap. 3. v. 8. **A**qua muri eius Lib. 2. cap. 4. n. 218. fol. 292.

A B A C U C H.

- Cap. 3. v. 3. **D**eus ab austro veniet, &c. Lib. 1. c. 31. n. 181. fol. 216.

Z A C H A R I A S.

- Cap. 10. v. 1. **R**educam eos de terra Egypti. Lib. 1. cap. 11. n. 49. fol. 36.
 Cap. 13. v. 1. *In die illa erit fons patens. Lib. 1. c. 23. n. 143. fol. 147. & 185. fol. 226.*

O S E A S.

- Cap. 6. v. 3. **Q**uasi diluculum preparatus est. Lib. 1. c. 29. n. 175. fol. 203.
 Cap. 9. v. 1. *Vitis frondosa Israël. Lib. 1. c. 17. n. 97. fol. 86.*
 Cap. 14. v. 8. *Vivent tritico, & germinabunt. Lib. 1. c. 20. n. 121. fol. 115.*

EX NOVO TESTAMENTO.

D. MATHEVS.

- Cap. 1. v. 1. **L**iber generationis Iesu Christi, &c. Lib. 1. c. 20. n. 122. fol. 116. & n. 123. fol. 117. & n. 124. fol. 118. & n. 125. fol. 119. & lib. 2. n. 241. fol. 340.
 Cap. 2. v. 2. *Vidimus stellam eius, &c. Lib. 1. cap. 27. num. 168. fol. 184. & lib. 2. n. 212. fol. 281.*
 v. 9. *Stella antecedebat eos. Lib. 1. cap. 23. num. 141. fol. 143. & lib. 2. n. 238. fol. 334.*
 v. 12. *Per aliam viam reversi sunt. Lib. 2. c. 3. n. 212. fol. 281.*
 Cap. 8. v. 26. *Imperavit ventis, & mari, &c. Lib. 2. c. 3. n. 212. fol. 280.*
 Cap. 9. v. 1. *Ascendit Iesus in naviculam, &c. Lib.*

2. cap. 3. num. 212. fol. 289.
 Cap. 13. v. 45. *Simile est regnum Cælorum querenti Lib. 1. c. 17. n. 56. fol. 39.*
 Cap. 17. v. 2. *Vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Lib. 2. c. 11. n. 262. fol. 388.*
 v. 5. *Hic est filius meus dilectus. Lib. 1. c. 12. n. 57. fol. 39.*

D. M A R C U S.

- Cap. 14. v. 34. **T**ristis est anima mea, &c. Lib. 1. c. 30. n. 177. fol. 208.

D. L U C A S.

- Cap. 1. v. 28. **A**ve gratia plena, &c. Lib. 1. c. 24. n. 146. fol. 153. & fol. 154.
 v. 30. *Ne timeas Maria, &c. Lib. 2. c. 3. num. 211. fol. 277.*
 v. 35. *Spiritus Sanctus superveniet in te. Lib. 1. c. 17. n. 99. fol. 87. & lib. 2. n. 200. fol. 258. & n. 207. fol. 281. & n. 180. fol. 215. & n. 209. fol. 274.*
 v. 39. *Abijt in montana, &c. Lib. 1. cap. 20. num. 117. fol. 109. & lib. 2. num. 201. fol. 259.*
 v. 29. *Quæ cum audisset, turbata est, &c. Lib. 2. c. 3. n. 210. fol. 277.*
 v. 42. *Benedicta tu in mulieribus. Lib. 2. c. 4. n. 217. fol. 289.*
 v. 48. *Respexit humilitatem ancille sue. Lib. 1. c. 17. n. 85. fol. 73.*
 v. 45. *Magnificat anima mea Dominam. Lib. 2. c. 3. n. 210. fol. 276.*
 v. 50. *Fecit potentiam in brachio suo. Lib. 1. c. 3. n. 7. fol. 6.*
 Cap. 2. v. 13. *Gloria in excelsis Deo. Lib. 1. c. 23. n. 140. fol. 141.*
 v. 15. *Pastores loquebantur ad invicem. Lib. 1. c. 20. n. 118. fol. 109.*
 v. 16. *Invenietis infantem pannis involutum. Lib. 1. c. 20. n. 125. fol. 219.*
 v. 35. *Tuam ipsius animam, &c. Lib. 1. c. 30. n. 177. fol. 208.*
 Cap. 3. v. 23. *Vt putabatur filius Joseph. Lib. 1. c. 31. n. 182. fol. 217.*
 Cap. 10. v. 38. *Intravit Iesus in quoddam castellum. Lib. 1. c. 19. num. 112. fol. 103. & n. 116. fol. 107.*
 Cap. 11. v. 27. *Beatus venter, &c. Lib. 1. c. 27. n. 166. fol. 180.*
 Cap. 22. v. 44. *Factus est sudor eius sicut gutta sanguinis. Lib. 2. c. 10. n. 263. fol. 389.*
 Cap. 23. v. 42. *Domine memento mei. Lib. 1. c. 20. n. 119. fol. 111.*

D. I O A N N E S.

- Cap. 1. v. 14. **V**erbum caro factum est. Lib. 1. cap. 17. n. 92. fol. 82.

INDEX LOCORUM EX SACRIS BIBLIJS:

- Cap. 5. v. 2. *Est autem hierosolimis probatica pisci-
na, lib. 2. c. 7. n. 255. fol. 372.*
Cap. 9. v. 7. *Vade, lava te in natatoria Siloe, lib. 2.
c. 4. n. 214. fol. 286.*
Cap. 19. v. 19. *Iesus Nazarenus Rex Iudeorum, lib. 1.
c. 31. n. 181. fol. 217. v. 3. Inclinato
capite, lib. 1. c. 33. n. 192. fol. 241. &
v. 33. Vnus militum lancea, n. 193.
fol. 242. & n. 88. fol. 77.*
v. 22. & 24. *Erat autem tunica inconsutilis. Dixerunt
ergo, &c. Lib. 2. c. 1. n. 204. fol. 266.*
v. 26. *Mulier ecce filius tuus, lib. 1. c. 12. n. 55.
fol. 38. idem v. 20. Stabat iuxta Cru-
cem, n. 57. fol. 39.*

AD CORINTHIOS I.

- Cap. 3. v. 11. *Fundamentum aliud nemo potest ponere
&c. Lib. 1. c. 1. n. 4. fol. 3. & n. 17. fol. 12.*


AD HEBREOS.

- Cap. 4. v. 5. *Adeamus cum fiducia ad tronium gra-
tie, lib. 1. c. 13. n. 70. fol. 49. & num.
137. fol. 134.*

APOCALIPSIS.

- Cap. 4. v. 2. *Ego sedes posita erat in Cælo. Lib. 2. c.
1. n. 202. fol. 171.*
v. 6. *Inconspetu sedis tanquam mare, lib. 2.
c. 2. n. 205. fol. 268.*
Cap. 7. v. 9. *Sequuntur agnum quocumque ierit, lib.
1. c. 9. n. 38. fol. 30.*
Cap. 11. v. 19. *Apertum est Templum Dei in Cælo, lib.
1. c. 12. n. 53. & 54. fol. 37. & 38.*
Cap. 12. v. 1. *Signum magnum aparuit in Cælo, lib.
1. c. 5. n. 22. fol. 15. & n. 23. fol. 16.*
Cap. 21. v. 19. *Fundamentum primum jaspis, lib. 1. c.
4. n. 16. fol. 11.*
v. 2. *Vidi Civitatem Sanctam, &c. Lib. 1. c.
19. n. 116. fol. 107.*
v. 10. *Sustulit me in spiritu in montem, lib. c.
30. n. 176. fol. 205.*
v. 11. *Ostendis mihi Civitatem Sanctam Hie-
rusalem, lib. 1. cap. 16. num. 80.
fol. 65.*
v. 19. & 20. *Fundamentum Civitatis, &c. Lib. 2. c.
1. n. 202. fol. 263. & lib. 1. c. 16. n. 82.
fol. 68.*

FINIS.



ELENCHUS RERUM AD MARIAM PRÆCIPUE, ALIASQUE RES MORALITER APPLICABILIMUM, AC PRO QUALIBET orationis materia convenientium; in quo per literam N. quæ numerus designat, signata facile reperiuntur.

- A**
Abarim, mons Moabitarum, situs iuxta Jericho, contra Jordanem, n. 118. dicitur aureus frumenti, n. 120.
Abraham Bzovius toto aberravit Cælo, annum mortis referens Doctoris subtilis, num. 173.
Adamus, à Phylologis vocatur, vis indomita, num. 108.
Adamus symbolum est Mariæ, num. 18.
Adamus in monte Calvariæ sepultus fuit, num. 57.
Adoptio non minuit dignitatem, num. 166.
Egyptus, Tenebræ, Tribulans, vel ad angustiam redigens interpretatur, num. 115. est imago Purgatorij, ibi. 115.
Egyptij à Jeremia instructi, imaginem Virginis cum puero sculpservnt, quibus sacros exhibebant honores, num. 150.
Alauda à laudando dicitur, num. 67.
Amor, eius sola ægritudine plures mortui sunt, num. 106.
Amana mons Siriam à Cilicia separat, & dicitur *Deus vigiliarum, vel nutrix*, n. 76. & 78.
Anagrammata plura ex salutatione Angelica desumpta, ad probandam Virginis Conceptionem in gratia, num. 75.
D. Andreas Apostolus, Mariam immaculatam prædicat, num. 66.
Animalia rapacia inveniuntur in monte Thauro, num. 150.
In eo Bruta exoriente Canicula, ad antra se retrahunt, ibi.
Annulus quo D. Joseph Virginem subarravit, onychem habebat, num. 128.
Annulus ille servatur Perusiæ, ibi.
Annulus à Promethæi vinculis duxit originem, num. 80.
Apis foetore offenditur, num. 141.
Est symbolum Mariæ, ibi.
Apis Indica, manucodiota, sive Avis paradisea, omnium pulcherrima, nullo coloris decore orbat, & semper in sublimi vivit, num. 68.
Aqua quædam *Virgo* vocabatur ob puritatem, num. 157.
Aqua dicitur, quasi à qua omnia esse aliquod habent. Mariam signat, num. 199.
Aqua quædam à nigris potata ovibus, candidas reddit, num. 262.
- Aquæductus* à fonte excipit aquam, & ad campos transfundit, num. 256.
Arbor mirabilis, in fructu vitalis, & mortifera, num. 87.
Arbor, farinam candidam è medulla emittens, num. 192.
Arabia Interpretatur occasus, & est Myrrhæ ferax, num. 43. Res ad Mariam flectitur, num. 110. & 179.
Armon Mons præparationis, muneris, vel doni.
Arnon, fluvius Arabiæ, Mariam designat, num. 238. 239. & 240.
Aranzazu, Mons spinæ in Cantabria, celebris imagine Virginis, num. 190.
Ararath Mons altissimus Armeniæ, num. 117.
In eo requievit Arca post diluvium, num. 118.
Interpretatur *Accervus frumenti*, num. 120.
Arimaspi, vnum oculum in fronte habent in Scythiæ montibus habitantes, num. 150.
Asbestus Lapis Arcadiæ, ex quo fit lux inextinguibilis, num. 34.
Asinus silvestris sive onager, ambitiosorum Imago, num. 96.
Aspalathus, arbor instar Cinnamomi olens dum arcus cœlestis fulgore tangitur. Mariam designat, num. 147.
Athleta, olim certaturi oleo inungebantur, n. 248.
Augustus Imperator numquam se Dominum permisit appellari, num. 95.
Avicula quædam à primordiis didicerat proferre *Ave Maria*; & à Miluo rapta cum voce illam proferret intacta relinquitur, num. 32.
Aurora, vocatur quasi avium hora, Mariæ est imago, num. 47.
Aurora, Maria dicitur ob plures causas, num. 61.

- B**
Bersabæa, filia septima, vel filia saturitatis dicitur, num. 103.
Beselebel, id est umbra Dei, in qua creata fuit Maria, num. 21.
Bethania dicitur domus afflictionis, vel cantici, num. 112.
Bethel, vrbs, & mons in quo vidit scalam Jacob, num. 134.
Interpretatur domus Dei, ibi.
An sit idem cum Sion, & Moria vide, ibi.

ELENCHUS RERUM

Bethel, Mariam significat, num. 135.

Bethsaida, idest domus effusionis, vel misericordie, num. 255.

D. Bonaventura, Doctor Ecclesie instituit ad sonitum Campanae ter, emergente die, Virginem cum Ave Maria salutare. Cornejo in Chron. Idem Sanctus Doctor instituit in fine officij Romani recitandam esse orationem, *Sacro sanctae, & individuae Trinitati &c.* Breu. Francisc. Rom. §. observanda.

Instituit, à Nativitate Domini usque ad Epiphaniam debere dici in tota Ecclesia, *Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine*, ex Chron.

C

Caietanus, ab Illustriss. Ambrosio Catherino Dominicano, graviter reprehenditur ob plura contra Virginem, Ecclesiam, & Concilia ab illo temerarie dicta, num. 26.

Caietanus mendacij, & falsitatis arguitur, à n. 72. usque ad 75. inclusivè.

Calep, interpretatur Cor. Quo pacto? num. 13.

Calvarius mons extra Hierusalem olim, modo intra, sic dicitur, quia caput nostrum Christus, ibi crucifixus, mortuus, & sepultus est, n. 176.

Pars huius montis est Mons *Moria*, qui amaritudo Domini dicitur, ibi.

Vocatur hic mons *Golgotha*, idest transmigrationis, ibidem.

Prope hunc montem erecta erat quaedam Turris, cui nomen *Mulier*, ibid.

Carmelus, Tyrionum mons imminens ad mare Ptholomaidis, n. 161.

Versus Orientem, campum Esdrelon claudit, olim tribui Issachar adscriptus, ibi.

In eo Elias frequenter degebat, & fuit Prophetarum domicilium, & sanctitatis habitaculum, ibidem.

Tenuissimum domicilium quatuor excalceati Carmelitae modo ibi habent, ibid.

Carmelum dicitur *spica plena*, ibid.

Carmelitanum ordinem Virgo genuit, lactavit, & produxit, num. 163.

Carbunculus, lapis pretiosissimus Mariae symbolum, num. 5.

Carbunculus olim soli Phoebo sacratus. Ad Virginis Conceptionem res flectitur, num. 72.

Cassia, arbuscula Arabiae, radicem odoratissimam habet, & nascitur in locis aquosis, num. 228.

D. Cecilius Martyr, Episcopus Elibretanus, ab Apostolorum Synodo fuisse sanctum Virginem esse conceptam sine labe originali docet, num. 133.

Cedrus, Arbor summe proficua, omni ferè tempore poma ferens, cuius quaedam species *Meditica* dicitur, num. 117.

Caelum Empyreum, dicitur à Pyr, quod est ignis, num. 202.

Cerei, cur ex quindecim tribus diebus Hebdoma-

dae sanctae accensis; vnicus (Qui Maria vocatur) non extinguitur, num. 234.

Chaldaei, solem inter sua lumina collocabant, n. 79.

Charadrius, Avis est quae fixis respiciens oculis infirmum sanat, num. 85.

Charadrios ex Perfide attulit Alexander Magnus. Christum propiissime repraesentat, ibid.

Cicada, avis ore, & lingua carens, num. 210.

Ex solo pectoris ictu sonum emittit. Humiles denotat, ibidem.

Cisterna, quid sit vide num. 260.

Cisterne nomine apud Hebraeos vineae, Plantaria, & agri nuncupantur, num. 261.

Civitas, Aetymologizatur *Civium unitas*, n. 174.

Civitas supra montem Dei fundata, Maria est. Quare? num. 16. & 17.

Collis, à colendo dicitur, eiusque est situs purissimus, num. 40.

Columba, olim *Teta* vocabatur, num. 79.

Corona Virginis, à Franciscanis ex septem decedibus in eius laudem disponitur, ad Mariam salutandum, num. 31.

Corona Virginis laudibus effertur, num. 31.

Corona Virginis à Pluribus Summis Pontificibus gratijs, & indulgentijs decoratur, num. 32.

A Dominicano Priore Barchinonensi Rosaria benedicente, benedictionis habuit repulsam. Quod contra Ecclesiae decreta nefas impium est putandum, num. 32.

Core, dicitur *vocans*, vel *legens*.

Corallius, invenitur vbertim in Cathalonia, ad mare prope Bugurium, num. 211.

Corallius, praecipue à finibus maris Rubri praecipuus extrahitur, ibid.

Corallius, intra vndas mollis, extractus durescit in lapidem, ibid.

D

Damnati, die Assumptionis Virginis non torquentur in inferno, ut Pie creditur, n. 104. & num. 114. in fine.

Die, quo Maria Nata est, fons Olei Romae erupit, num. 129.

Dies, à *dyan*, quod est claritas nuncupatur, n. 32.

Dijs olim alae tribuebantur, & cur, num. 78.

Dijs olim immolaturi, manum lampades arripiebant, num. 234.

Dyorix fluvius, qui & *Araspis*, aut *Araxis*, in Armenia nascitur, ad montem Pariedrum, gemmis, & herbis salutiferis vber, num. 242.

Dominicani secum minime constant circa immunitatem Virginis à peccato Adae, iuxta Ambrosium Catherinum Dominicanum, num. 74.

E

Berardus, dum Franconiae affectans avide imperium, misere perijt, num. 75.

Ecclesia, prima totius orbis terrarum fuit dicata Ma-

AD MARIAM PRÆCIPUE, &c.

Maria, à Carmelitis in monte Carmelo, n. 163.
Ephraim Mons, interpretatur *frugifer*, vel *umbra*,
 & Mariam indicat, num. 10.
Ephraim Mons, contra Septemtrionem inter Jeri-
 co, & Hierusalem situs est, à secundo Joseph,
 filio nomen sortitus, num. 170.
 Ibi Josue habitavit, & urbem condidit, ibi.
 Erat contiguus urbi Sichem herbis, & arboribus
 fecundissimus, ac salubris, ibi.
Elephans, Lunæ supino capite se inclinat, eamque
 salutat, num. 31.
Elephans, filios edocet Lunam venerari, num. 64.
Elohim, nomen Dei significat *Deus nobiscum*, *Prin-*
ceps, aut *Iudex*, num. 88.
Elias, cur dictus est *currus Israel*, num. 168.
 Eius ordo usque ad finem mundi est duraturus,
 ibi.
Engaddi, interpretatur *oculus agni*, vel *felicitatis*,
 num. 109.
 Est prope mare mortuum, ibi.
Epyrus, in eo fons emanat, cuius aquis immersæ
 faces extinctæ, accenduntur, num. 63.
Euphrates, Paradisi fluvius, *frugifer* dicitur. De
 eo cur non memoratur quo vadat, aut quas iri-
 get regiones, num. 243.

F

Faenius, Piscis quidam cuius in os quidquid
 aquæ maris ingreditur, dulcescit, num. 245.
Filius, & *Filia* à fovendo dicuntur, num. 25.
Firmamentum, idest firme stans, num. 29.
Fluvius, à fluendo nuncupatur. Varij variarum
 qualitarum, num. 213.
Fons, à fundendo, vel fovendo aquas nomen
 sumpsit, num. 222.
Fons Hortorum prope Hierusalem ad tres mag-
 nos se diffundebat fluvios, eos suis aquis adau-
 gens, ibid.
 Est Typus Mariæ, ibi.
Fons Dodoneus faciem extinctam suis immerfam
 aquis accendit, num. 247.
Fons quidam lacte vbera mulierum replet, nu. 250.
Fons quidam caligantibus medetur oculis, n. 252.
Fons quidam canoras reddit voces, si ex eius aquis
 quis potaverit, num. 254.
Frater dicitur, quasi ferè alter, num. 121.
Fructus quidam mirabilis ex animalculo, ex qua-
 dam insula novi orbis nascitur, num. 193.

G

GAlaxia, dicitur via haroum, & semita lau-
 dis, num. 37.
Galaat, acervus testimoni dicitur, estque collis li-
 bano copulatus. Franciscanorum designans San-
 ctissimum, & literalissimum statum, num. 49.
Garizim mons iuxta Jerico, num. 173.
Gelboe mons, dicitur *revolutio deprecationis*, num.
 175.

Gebon Fluvius Paradisi, ex Caucaſo Indiæ montē
 descendit, qui & Chryſſorohas dicitur, & in-
 terpretatur *Pectus* aut *vallis gratiæ*, num. 244.
Golgotha, vide Calvarius.
Grus, ad nativum advolans solum continuo quæ-
 ruloſe clamat, mystice id ad Mariam refertur,
 num. 149.

H

HAbana, fluvius Perſidis in se conciliat ignis,
 & aquæ virtutem, num. 237.
Heoron, idest visio sempiterna, num. 13.
Hedera, eius Virgæ coliffæ ignem excutunt, n. 117.
Heliotropium, symbolum Mariæ quia à prima ori-
 gine semper Deo intenta fuit, num. 19.
Heliopolis, vrbs Solis in Ægipto, vbi Virgo cum
 puero Jesu, & Divo Josepho per plures annos
 habitavit, num. 150.
 In ea trecenta sexaginta quinque Idola superficio-
 ſe adorabantur, num. 150.
Heliotropia gemma Solem reddit sanguineum,
 num. 178.
Hermion mons, ad Orientem terræ sanctæ non pro-
 cul à Gelboa Situs; modicus, sed pascuis vber-
 rimus, num. 101.
 In eo impinguabantur pecora, Deo in templo Sa-
 lomonis mactanda.
 Interpretatur *Deſtructio*, *Conſecratum Deo*, vel
 lumen *exaltatum*, num. 180.
 Terra huius montis Sancta dicitur, cum omnis
 alia maledicta sit. Quare? num. 52.
Hortus ab ortu dicitur, quia ibi semper aliquid
 oritur, num. 137.

I

Iesus Iacobus Maior Hispaniarum Apostolus
 Mariam sine labe originali conceptam tue-
 tur, num. 67.
Divus Iacobus Minor, etiam Virginem immacu-
 latam declarat, num. 69.
Iacob pergens Aran, noctu non hospitabatur in
 urbibus, quare? num. 134.
Divo Ioanni (qui interpretatur gratia) commen-
 datur Maria, & quare? num. 55.
Iordanis Fluvius miræ dulcedinis à duobus fonti-
 bus *Ior*, & *Dan* oritur, num. 31.
 Fons à quo oritur dicitur *Phiala*, num. 245.
Iordanis vir Sanctus Ordinis Sancti Patris Domi-
 minici subita morte suffocatus periit in flumine,
 num. 173.
Iris temperat ardorem Solis, num. 169.
Infans, dicitur quasi non fans, sive non loquens,
 num. 246.
Ierusalem dicitur Civitas Sancta, num. 20.
 In siclis nomen Ierusalem cudebant Hebrei, ibi-
 dem.
 Nullus serpens intra Ierusalem visus est vnquam
 tabe inficiens homines, ibid.

Hieru-

ELENCHUS RERUM.

Hierusalem ; ne in oblivionem veniret , nomen eius in annulis signatorijs gestabant Hebræi, num.61.

Ierico vocatur Civitas Palmarum, num.33.

Iesse interpretatur , *ens*, *existentia*, vel *incendium*, num.110.

Indulgentia Portiunculæ late proponitur, declaratur, magnificatur. Cap.23. per totum.

Quo mense, die, anno, concessa, & publicata fuit, habetur, num.142.

Insula quædam Helesponti maximè frequentatur Menonidibus avibus super sepulcrum Menonis eiulantes, num.114.

L

*L*ac, cum eo vigor, valetudo puerorum, & mores nutricis infunduntur, num.218.

Est sanguis bis coctus, ibi.

Lamina aurea nomen Dei tetragramaton habebat sculptum. Quid misterij? num.196.

Latro Sanctus, *Lotus* aqua, qua Virgo Jesum laverat à lepræ feditate curatur, num.118.

Vocabatur Dimas, ibi.

Ne Virgo, Joseph, & infans Jesus à Latronibus convitijs aficerentur enixe Latronibus alijs postulavit, n.119.

Laurus eius virgæ attritu ignem emittunt, n.110.

Legati, Romanorum præcipue sine ramis oleæ ad pacem obtinendam non mittebantur, n.79.

Libanus, interpretatur cordis filiatio, fol.17.& num.24.

Etiā interpretatur, candidatio, vel candor, num.26.

Libanus, mons Phœniciæ redolens aromatibus, herbis fecundus, pulchritudine conspicuus Mariam præfiguratur, num.28.

Libanus, perpetuis nivibus candidatur, n.30.

Ex earum resolutione rivulus crescebat irrigans agros petrosos, num.30.

Eius vertex à longe distantibus in mari quasi Pharus percipitur ob perpetuum candorem, num.34.

Libanus, dicitur *cor*, *robur*, *decor*, *habitu*, & *pulchritudo*, n.258.

Libri, olim ex purissimis conficiebantur membranis, num.196.

Lilij, depicta mappa in qua Christus corpus suum consecravat, & à Virginis fabricatis, num.120.

Lilium, ex candidis eius nucleis candidæ fiebant placentulæ ad vescendum, n.120.& 191.

Lux, sibi Soli similis. Simbolum Mariæ, n.128.

Luscinia, seu *Philomena* sine coniugis modulo resonante non pullificat, n.87.

M

*M*agdalena, id est *Turris*, vel *magnificata*, num.116.

Malus, arbor pomifera, sub ea habitantibus iucunda, amoris symbolum, fructus producit in figuram cordis, n.107.

Margarita, dicitur, *unio* : & inter gemmas candidas principalior est, num.26.

Maria verè Cælum, solis æterni purissimum habitaculum, n.23.

Maria, dicitur mare omnes amplectens, omnibus dominans, num.30.

Maria, Angelorum choris commitata matutinas celebrat laudes Barcinone cum Religiosis ordinis sui de Mercede, num.37.

Maria, mortua est hora tertia vespertina, qua Christus spiravit, num.114.

Mortua Maria, Sol obscuratus est, & gregatim aves, & animalia ad montem Sion lugubri ploratu convenerunt, ibi.

Maria sepulta, per tres dies quadrupedia ad eius excubaverunt sepulcrum, ibi.

Maria migrante ad Cælum, tota Jerusalem commota est, & homines plangere cogebantur, ibi.

Maria, dicitur *Domina*, ob plures causas, ibi.

Maria, nata mense Septembri, quia salutem hominibus afferebat, num.124.

Maria in Conceptione mons sublimis gratiæ. Ex tunc fuit & beata, & fruebatur Deo, num.1.& 4.

Maria Saphiro comparata. Cur? num.131.

Maria, stella ob plures causas, num.150.

Maria, interpretatur ; *Deus ex genere meo*, num.180.

Maria cum quintum decimum attingeret annum, Divo Joseph Desponsata fuit, num.183.

Maria cur eius nominis secunda syllaba longa est? num.211.

Maria omnes erudit in Prol.

Maria, mons puritatis. in Prol.

Maria, eius attributa gratias, prærogativas, Icones, similitudines, ac moralitates, quodlibet, cuiuslibet Libri Caput, & numerus abunde prædicat à numero primo ad ult. l.p. & 2.

D. Marcus Evangelista Mariam immunem à peccato Originali testatur, num.70.

Mare in suis profunditatibus Sylvas, arbores, & plantas procreat, n.211.

Mercurius eloquentiæ Deus, alatus pingebatur, num.78.

Myrica, humile virgultum, humi repens, herba est suave olens cuius flore delectantur apiculæ, num.210.

Humiles denotat. ibi.

Misericors, id est *miserum cor habens*, num.35.

Misericordia, miserorum *chorda*, ibi.

Myrrha fundit lacrymas vulnerata, n.43.

Mons, ab eminentia dicitur, n.1.

Mons dictus *Virgineus*, qua ratione à pluribus veneratus, *Mariæ* potius adptatur, num.

AD MARIAM PRÆCIPUE, &c.

Mons-Serrate in Gotholonia die quo moriente Christo petra scissa sunt in varios scopulos, & scissuras etiam abiit. n. 150.

Distat à Barcinone per triginta mille passus. ibi.

In eo primo Moniales Benedictinæ habitaverunt, primaque Abbatissa Richildis Gofredi Pilosi Filia. ibi.

Mons Serratus, non longè ab ipso in oppidulo Colbato est Vallis quædam vocata *Sancta Maria*, olim Vallis mala. n. 155.

In ea fons pro Religiosis, & Peregrinis quondam abunde emanans, ob avaritiam Equitis obcluditur. ibi.

Monasterium propè de *Monte Serrato* fons erupit Virginis intercessione, qui vocatur *fons miraculi*. ibi.

Moniales Sancti Petri puellarum per plures annos ibi accolæ fuerunt. ibi.

De hoc *Monte*, *Monasterio*, & alijs ad ipsum pertinentibus vide toto Cap. 25.

N

Nilus, septem oris in mari absorbetur, numer. 138.

Nomen, *Iesus*, & *Maria* ad quem numerum Hebraice ascendat. n. 242.

Nomen Maria, mirabilia plura operatum est, dum devote pronunciatur in corde, n. 246.

Nomen Maria, Hebraice idem est; ac de partu meo Deus, vel de Conceptu meo Deus. numer. 259.

Numerus septimus dicitur Sabbaticus. n. 32.

Numerus est etiam perfectionis, militis, & venerandus. num. 33.

Numerus septimus sacratu est, & ad Virginem refertur. num. 50.

O

Oculus inter omnes sensus amatorius vocatur, & iure, num. 27.

Olea ramusculus gestabatur à principibus gratiam consecuturis, ibid.

Olivetum mons, prope Jerusalem, num. 184.

Noctu à templi luminaribus illuminabatur, ibid.

Ab olivarum copia sic dictus est, ibid.

Est mons victionis, & refectionis, ibid.

Ab eo Dominus ad Caelos ascendit, ibid.

In eo Salomon sex Idola posuit, quæ à Josia Rege destructa sunt, ibid.

Opinio, de immunitate Virginis à Culpa originali dicebatur *opinio minorum*. n. 49.

Eam tenet tota Franciscana Religio, renuit, ac tenebit pro aris, & focis, ibid.

P

Palma, victoriæ signum in Columnis etiam appendebatur, num. 42.

Palma, sui ipsius in vertice Corona est, num. 101.

Palma, Arbor gloriosa dicitur, num. 243.

Panthera, quasi omnium animalium amica, oris suavitate omnia ad se animalia trahit. Cuius symbolum? num. 245.

Physon, Fluvius Paradisi, idem ac Ganges, Evlath terram circuit, & dicitur; oris mutatio, multitudo, seu extensio. Figurans Mariam, n. 246.

Paradisus, idem est ac parans Dei visum, n. 8.

Paradisus deliciarum hortus in Oriente situs, n. 137.

D. Petrus Nolascus, ope Virginis tercentos à Valentina vrbe Captivos reduxit, num. 39.

Phoenix, imago Mariæ morientis, num. 105.

Phoenix, solis avis dicitur, num. 109.

Ponponius Atticus, numquam cum Matre in gratiam rediit. Quo pacto inde melius dicitur de Christo, & Maria, num. 25.

Pontifices, & *Patres* plurimi immunitatem Virginis à culpa originali decernunt, imò & concilia multa, num. 73. & seq.

Porta Cæli Carthusianorum Conventus in Valentino Regno, Cap. 26. per totum.

Et de Imagine Virginis in eo miraculosa, ibid.

R

Reliquiarum Christi variæ, varijs in locis reperiuntur, num. 182.

Rosa, Calicis figuram habet, num. 244.

Rosas loqui priscorum apophtegma, pro his, qui eloquenter loquebantur, num. 254.

Rubus à Moyse visus, quænam plantæ species, num. 144.

S

Sabbathum, est ianua diei dominicæ, Mariam exaltans, num. 63.

Sabbathum, iteratis eius diebus, lumina noctu apparebant in specu, in qua inventa est imago Virginis de Monte-Serrato, num. 152.

Sabbathum, dies Mariæ est, summæque eius solemnitatis, ibid.

Sabbathi dies accensis luminaribus salutabatur ab Hebræis, ibid.

Dies delicatus vocabatur, & Corona Domini ibidem.

Sabach Eliæ Pater nondum nati præfectum infantem vidit vtero latentem, innumeris viris candido amictu velatis, num. 163.

Sabbaticus Fluvius à puteo aquarum viventium derivabatur, num. 31.

Præcipue irrigabat Tyrum, qui interpretatur angustia, ibidem.

Sunt quatuor simul iuncti Fontes, num. 31.

Sancti, qui Salvatoris tempore floruerunt ex Carmelo

ELENCHUS RERUM

inelo præcipue, plures cum Divo Joanne Baptista, num. 164.
Saddai, Deum significat, *liberalem*, & *munificum*, num. 88.
Sanir, Sarion etiam dicitur, monticulus Libano circumiacens; & interpretatur *secundatio lucernæ*, vel *canticum Columbe*, num. 80.
Saphirus, Virginem designat, quia Deo est similior, num. 153.
Saphirus Gemmarum Gemma dicitur; Mariam, & Christum representans, num. 15.
Saturnus, à saturando dicitur, num. 152.
Scala Jacob, Mariam signabat, num. 140.
Scapulare Carmelitarum, qui induit, pie creditur primo post mortem *Sabbatho* à purgatricibus liberari pœnis, num. 164. 168.
Scilex, naturam igneam intus continet, n. 213.
Scilex, in Oreb fundens miraculose aquas, vocatus est *Puteus Mariæ*, ibid.
Scopulus, in quadam maris insula invenitur quidam magneticæ naturæ naves ad se trahens, Mariæ, & Christi Imago, num. 219.
Scotus Doctor Subtilis, à Clemente Quinto enuntiatur, num. 65.
A Deo fuisse electum, & missum, ut fideles doceret Virginem sine peccato originali, docetur à *Sixto Quatro*, num. 65.
Selmon, umbraculum significat, Mariam designans ab altissimo obumbratam, num. 10. & 11.
Selmon, vocatur etiam *imago eius*, num. 71.
Selmon, mons vicinus urbis Sichen, dicitur *umbræ muneris*; & Mariam designat, num. 125.
Sententia, Immaculatę Conceptione, pro convictio vocabatur *opinio minorum*, num. 173.
Septem lumina pastoribus, Imaginem Virginis de Monte-Serrato colentibus, apparuerunt, num. 153.
Septenarius numerus, eo natura gaudet, numer. ibidem.
Septenarius numerus appellatur Virgo, & Sanctus, ibidem.
Septimus dies, Saturno dicatus, num. 152.
Seth; ex eo Deus purissimam Portiunculam in adamo reservatam continuit, ex qua (vsque ad parentes Virginis derivata) Virgo conciperetur, num. 24.
Sigillum, olim trophæis inscribatur, num. 111.
Sigillum, olim mulieribus dabatur, ut res domesticas obsignarent, num. 222.
Signum, Virginis quomodo pingitur ab Astrologis, & quid mysticę designat, num. 237.
Siloe, fons prope Hierusalem, num. 215.
Siloe, locus est dictus ab aqua, divinitus immissa in os Isaïæ morientis, ibidem.
Siloe, ad radices montis Sion sistitur, in modum turris ad fluviolum ædificata, num. 215.
Synai, Deo ad hunc montem descendente, mons concussus est terremotu, num. 153.
Synai, vel *sin* mons Arabia, in quo Deus specialiter putabatur habitasse, num. 189.

Interpretatur *Rubus*, aut *Spina*, ibidem.
Synai, interpretatur *amphora mea*, vel *mensura mea*, num. 214.

Sion, mons in Hierusalem, interpretatur *specula*, *acervus*, vel *tumulus*, num. 191.

Smagradus Mariam figurat, num. 150.

Spica, falce demessæ, visæ sunt sanguine cruentatæ, num. 120.

Stella maris, stella polaris dicitur, à qua tota pars Cœli superior pollus vocatur, num. 149.

Stella, quæ Magos duxit ad præsepium, eis primo apparuit super montem Victorialem, num. 168.

Subtilis Doctor Beatus Joannes Scotus, nativitatæ nocte infantulum Jesum, brachijs sape amplexus est, & suavis cœlestibus refectus, in prol. fol. 2.

Subtilis Doctor, dum oraret sub procera arbore, ei mater sapientiæ Mariæ, cum nato apparens cœlestem sapientiam infudit, num. 30.

T

T Aprobana insula Indiarum Occidentalium, quasdam gignit aviculas, subducto magnetæ nautas ad portum vsque dirigentes, num. 149.

Tessella, nota erat, qua hostes ab hostibus in Acie discriminabantur, num. 77.

Testamentum, est testatio mentis, num. 80.

Thabor, Mons in medio Galileæ, ubi Christus transfiguratus est, & dicitur *puritas electio*, & *lumen veniens*, num. 196.

Thabor, interpretatur *claritas elucidatio*, *puritas*, vel *electio*, num. 262.

Thesaurus, est vetus quadam depositio pecuniæ, &c. num. 173.

Sanctus Thesifon Apostolorum Discipulus Virginem ab Originali peccato præservatam prædicat, num. 262.

Divus Thomas etiam Mariam prædicat sine Culpa Originali Conceptam, num. 74.

Thus, Lautus est similis, & à *Theos* dicitur, quod est Deus, quia ei soli libabatur. Mariam explicat, num. 44.

Thus, virtutem habet demones arcendi à Cubilibus ubi Crematur, num. 218.

Tigris, Fluvius à Paradiso exit, in vere nimis aquis abundans, num. 247.

Tirsa, Pulchritudo Hierusalem ei comparatur, num. 12.

Tirsa fuit sedes Regum Samariæ, & interpretatur *complacens*, ibid.

Topazius, in thesauris Regum, nihil pretiosius. Summe oculos delectat. Naturæ specularis est, & imaginem representat inversam, num. 65.

Trinitas, gloriam suam in Mariæ animam, cum crearetur, infudit, num. 22.

Trinitas, tota descendit ad Montis Sion Cenaculum,

AD MARIAM PRÆCIPUE, &c.

lum, Mariam è vivis discedentem visitatura, num. 116.

Turris, Eder est prope Bethleem, vbi nato Domino, apparuit Angelus Pastoribus, & postea ædificatum est templum, num. 140.

Turris, à terrendo, vel à tuendo dicitur. Mariam commendat, n. 215. & 218.

preolis amplectuntur, num. 98.

Vitrum, primo elaboratum fuit in vrbe Sydonis prope Carmelum, num. 202.

Unicornis, fœditatem omnem abhorret, mundiciam diligit, num. 62.

Hoc animal India mittit: quod nulla arte capitur, nisi a Virgine alliciatur, num. 87.

V

V *Afa* aurea, vel argentea olim in modum naviculæ formabantur, num. 136.

D. Vincentius Ferrerius Dominicanus, immunitatem Virginis à Culpa Originali defendit, num. 53.

Virginæ vestis tactu Beatus Enricus à morbo convaleuit subito, num. 165.


Vitis à vinciendo dicitur, quia mutuo vites Ca-

Z

Z *Amir*, aut *Thamir* vermiculus, cuius sanguine dolabantur lapides, & ligna templi Salomonis, num. 82.

Zeuxis ex pulchrioribus Græciæ Virginibus pulchriorem sibi obiecit pulchritudinis Portiunculam pulchriorem omnium depicturus. Res ad Mariæ Creationem excellentius flectitur, num. 2.

F I N I S.



INDEX

INDEX LEMMATUM, ET ICONUM, QUÆ IN PRIMO, ET SECUNDO

LIBRO LIBANI MARIANI CON-
TINENTUR.

A.

ADAMAS. num. 18.

Fortitudo, & decor.

Iungimur attritu.

AGNUS.

Parenti simillima Proles. num. 38.

Prodit extra, quod intus. ibi.

Ex una fit esca duobus. num. 120.

Et mutuo similes, similesque Parenti. num. 166.

Pascitur, & Pascit. num. 194.

ACERVUS.

Vnita coronant. 204.

Stat fructu, & floribus uber. 163.

Vnita coronant. num. 204.

AMARANTHUS.

Sola solo concissu viret. 125.

A L A.

Protegit, & abigit. num. 147.

Vmbram, & solatia præstat. num. 78.

ALAUDA.

Per summa suavior Ales. num. 89.

Altior unde situs, dulcior ecce sonus. num. 147.

Te veniente canent. num. 67.

APIS.

Stipatur amanter. num. 141.

Solumur pluvio rore. num. 146.

Hæc miscuit utile dulci. num. 147.

APUS INDICA, VEL MANUCODIATA.

Vitam compensat in astris. num. 68.

AQUA

Abluit, aut rigat. num. 201.

In his respondet Imago. num. 202.

Ad commune bonum. num. 203.

Plures dabit una Proventus. ibi.

Scissuram refugit. num. 204.

Cælo confinis inhaeret. num. 205.

Qua ducitur, sequitur. n. 206.

Formæ se accommodat omni. ibi.

Plena sibi, & alijs. num. 207.

Vt fundat in omnes. ibi.

Cæli in me lucet imago. num. 208.

Omnibus una patet. num. 119.

Dulcior inde reddit. num. 185.

AQUÆDUCTUS.

Vndas exaltat imago. num. 256.

Regem, atque gregem. ibi.

Vndas sua gratia complet. ibi.

Haurit inexhaustum. ibi.

AQUILA.

Fert cum pietate salutem. num. 89.

ARBOR.

Lætæ tutantur in umbra. num. 146.

Præbet solamine vitam. num. 185.

Fructum dispensat, & imbres. n. 188.

Ex utraque salubris. num. 186.

Si cor dat fructus amoris. num. 192.

ARBOR MALA.

Et fovet, & recreat. num. 195.

ARCA.

Ambit venerata decorem. num. 53.

Hæc solo sola salus. num. 117.

Hæc servat munera Cæli. num. 239.

Lucescit ad umbram. ibi.

A R X.

Præsidium, & decus. num. 143.

Dirigit, & lucet. num. 34.

Tutela receptis. num. 149.

Auxilium de sancto. num. 244.

ASPALATHUS.

Virtus hinc maior odoris. num. 147.

ASBESTUS.

Auget in igne decorem. num. 168.

AVIS.

Sit tibi cura mei. num. 79.

Compede soluto manus hæc me in athera levat.
num. 143.

AURORA.

Te veniente canent. num. 47.

Phosphore redde diem. num. 76.

A laude gaudia surgunt. num. 86.

E cælo lux bina fluit. num. 126.

Compensat gaudia nascens. ibi.

Nascitur, ut solem pariat. num. 127.

Horrorem pellit, & umbram. num. 141. & 211. &
234.

Ex utero Auroræ. num. 175.

In puro firmata manet. num. 245.

Hæc solvit vincula linguae. num. 246.

Horror, & umbra ruunt. num. 242.

Spargit sic luce ruborem. num. 240.

Ornatur lumine nati. num. 231.

Dispensat gaudia mundo. num. 238.

Est mater prævia solis. num. 197.

C.

CANIS.

Ni lingat, languet. num. 143.

CANDELA.

Extinctis lumina reddit. num. 168.

CAPUT.

Internum concidit ictus. num. 178.

QUÆ IN PRIMO, ET SECUNDO LIBRO:

CAPREA.

Vulnus dat sepe medelam. num. 189.

CAMPANA.

Noscitur ex sonitu. num. 235.

CARBUNCULUS.

Diligit obscurum. num. 92.

CEDRUS.

In summo summa manet. num. 101.

Pascit, & oblectat. num. 170.

CERVUS.

Vincor dulcedine cantus. num. 254.

Vitam compensat in vndis. num. 201.

CHARADRIUS.

Respiciens offert vitam. num. 85.

Non opus est medicina modo. n. 124.

CHRISTUS.

Sic sociata manet. num. 55.

Imprimit id, quod habet. num. 111.

CIVITAS.

His tribus munita manet. num. 61.

Haurit de lumine lumen. num. 103.

Hæc munit, & unit. n. 103. & n. 204.

His mœnia surgent. num. 194.

Civem esse turvabit. ibi.

Sic pervia cunctis. num. 174.

Mœsta tamen, sed firma crux. n. 176.

Planctus non deserit unquam. ibi.

Spiritus intus agit. num. 216.

CIRCULUS.

Initio, sineque caret. 105.

Complentur in vno. num. 217.

Trini nectuntur in vno. ibi.

CISTERNA.

Sufficit vna. num. 260.

Dulcedine plena. ibi.

Operit, & recreat. ibi.

Interimit candor. ibi.

Cœli signata figura. ibi.

Temperat vnda sitim. num. 160.

CITHARA.

Versa, est in lachrymas. num. 112.

Vox sonitus prodire facit. num. 254.

COELUM.

Binus bis emicat orbis. num. 36.

Nil extra. num. 112. & num. 137.

Arya telluris opimat. num. 100.

Vnus completitur omnes. num. 140.

Nil luminis extra. num. 184.

Indicat Authorem. num. 241.

Exprimit Authorem. num. 202.

Vnus omnes. num. 205.

Afsiduus fecundat humor. num. 221.

A sole beatur. num. 227.

COLUMBA.

Spiritus intus alit. num. 108.

Mansuescere cogit odore. num. 133.

Teque ferente ferar. num. 148.

Vtiliora, & candida querit. n. 162.

Trabuntur odore. num. 172.

Descerpsi ut satiem. num. 186.

Umbra est, sed lucida semper. n. 262.

Spiritus intus agit. num. 198.

Vivit spirantibus austris. num. 200.

Hæc nescia fellis. num. 228.

CONCHA MARGARITIFERA.

A Cœli lumine dives. num. 136.

Imis pretiosa recondo. num. 194.

Ditat, & exornat. num. 173.

COR.

Fons est, cuius extat imago. num. 193.

In vna sede morantur. num. 194.

Vno nectuntur amore. num. 182.

Nascitur hinc, inde partumque illustrat utrumque. num. 231.

CORALLIUS.

Tantumque mitescit in vndis. n. 211.

CORNUCOPIA.

Hinc venit omne bonum. num. 167.

D.

DOMUS.

Intratur ubique. num. 144.

Vtiliora latent. num. 155.

Nectuntur robore laudes. num. 233.

Puritate incundat. num. 238.

DRACO.

Vt lapsu graviore ruat. num. 96.

E.

ECHINUS.

Securus pondere sistor. num. 35.

EVA.

Porrigit ista necem. num. 185.

F.

FENESTRA.

Phosphorus Adis. num. 252.

FIRMAMENTUM.

Decor omnis in isto. num. 29.

Dant sydera Panem. num. 291.

FLAMMA.

Allicit, & terret. num. 237.

FLOS.

Flore venustas. num. 227.

FLUVIUS.

Affert dec vnda medelam. n. 215.

Recreat, & munit. num. 216.

Recipit, sed fundit in omnes. num. 217.

Sternens obstantia munit. num. 218.

Ad littora portat. num. 219.

Prohibetque coire procellas. ibi.

Ab imbre serenum. ibi.

Nec mora, nec requies. num. 220.

Affluit, ac effluit. ibi.

Ditans, ditefcit eundo. num. 229.

Et falsis dulcia præbet. num. 114.

Nascens iam ditat eundo. num. 130.

Septem diffunditur oris. num. 186.

Irrigat, ut vivant. num. 172.

Irrigat, & renovat. num. 247.

Tusi contemnimus ictus. ibi.

Præstans omnibus vnus. num. 213.

Vber ab alto fluit. ibi.

INDEX LEMMATUM, ET ICONUM;

Angeſcit eundo. ibi.

Lnus, ſed continet omnes. ibi.

Varglus inde fluit. num. 214.

Cœleſtis prorſus origo. ibi.

Superno robore maior. ibi.

Non patitur ſordes. num. 115.

Ambæ ſic ſordibus obſtant. ibi.

Et viret, atque ardet. num. 237.

FONS.

Fundit is omnes. num. 222.

Opportune fluit. ibi.

Patet omnibus vnus. ibi.

Spiritus intus agit. num. 223.

Purgatur fonte venenum. ibi.

Ex Hauſtu plenior vnda fluit. n. 224.

Vnumquemque ditat. ibi.

Currit dare commoda cunctis. n. 225.

Omnis ab vno. ibi.

Vt trabat ex ſpinis flores. ibi.

Hinc fluit omne bonum. ibi.

Elevor, ut elevem. num. 226.

Purgamur ab iſto. num. 227.

Summa, atque ima rigat. num. 229.

Hæc pepulit vnda venenum. num. 59.

Vitam lucemque miniſtrat. num. 81.

Se fundit in omnes. num. 143. & 185.

Dum fluit, creſcit. num. 170.

Purus ab impuro. num. 181.

Elevor in pluviam. num. 187.

Large fovet cunctos. num. 248.

Fundit ad omnes. ibi.

Pingueſcet tandem. num. 250.

FRAXINUS.

Stant damna procul, dans umbra ſalutem.
num. 164.

FRUCTUS.

Non alibi melius fruitur ſine ſemine fructus.
num. 193.

FULGUR.

Vertetur in vndas.

G.

GALLINA.

Immunes ſervando fovet. num. 165.

GLOBUS GEOGRAPHICUS.

Omnia complet. num. 199.

GRUS.

Te præeunte ſalus. num. 149.

H.

HELIOTROPIUM.

Vni, ſoli, & ſemper. num. 19.

Emula nomen habet. num. 167.

Vivo, dum lumina cerno. num. 252.

HYACINTHUS.

Signant mea verba dolorem. num. 177.

HORTUS.

Ecce colo nitidis gemmantem floribus Hortum.
num. 58.

Vitat, & exornat. num. 60.

Ex varijs eſt orta venuſtas. num. 137.

Ornant, atque tuentur. num. 241.

Tolerata præmia noctis. num. 173.

Pingueſcit fonte rigatus. num. 254.

Dat cibos, potumque ſalutis. num. 220.

I.

JASPIS.

Cunctæ virtutes in vno. num. 16.

IGNIS.

Cum flamma, flamma quieſcit. n. 99.

Carceris impatiens. lib. 1.

IRIS.

Omnes complentur in vno. num. 198.

Semine ab Æthereo fert Iris roſcida lumen.
ibidem.

Commendat gratia triplex. num. 205.

Fœderat ſic orta procellas. num. 131.

Medijs Pax fulget in armis. num. 140.

Mali nihil iſta minatur. num. 169.

ITER.

Sic tibi monſtrat iter. num. 172.

L.

LABARUM.

Ad Prælia cogit. num. 249.

LAMPAS.

Lucis habet alimenta perennis. n. 234.

Inſtammando niteſcunt. num. 249.

LAMINA SANCTA.

Suo ſe lumine condit. num. 196.

LAURUS.

Accreſcit ignibus ignis. num. 110.

LEO.

Spiritus intus agit. num. 183.

Quique ferox alijs, iam modo blandus erit. n. 90.

In Pectore vires. num. 233.

LIBANUS.

Hinc mea fœlicitas. num. 24.

LIBER SIGILLATUS.

Hic minima latent. lib. 1.

Purius ecce latet. num. 196.

LILIUM.

Petunt inania ſurſum. num. 85.

Cœleſti ſemine natum. n. 120. & 166.

Fugantur odore venena. num. 150.

Creſcit odor. num. 181.

Delectant, ſatiantque ſimul. num. 186.

Creſcit odor tactu. num. 189.

Dulcem referunt hæc folia linguam. num. 245.

Sol linguas ardore miniſtrat. n. 246.

Vis mea in lilia vertit. num. 253.

Candore vireſcit. num. 237.

LIPAREA GEMMA.

Attrahit obiecta. num. 119.

LUCERNA.

Amor hos accendit amores. num. 80.

Illuminat, atque medetur. num. 84.

Omnes ab vna. num. 136.

LUNA.

Exiguam macula fugiunt. num. 63.

Acceptum communicat orbi. lib. 1.

Plena ſibi, ac alijs. num. 153.

Solique deſicio, deſiciente meo. n. 176.

QUÆ IN PRIMO, ET SECUNDO LIBRO.

Est Amula Solis. num. 178.

Omnia, mota movet. num. 179.

Lumina iungit amor. num. 183.

Ex humili maior. num. 210.

LYSCINIA, SE V PHILOMENA:

Pullificat modulo. num. 87.

L V X.

Cælo dat ista nitorem. num. 6.

Splendet in omnes. num. 81.

Invitis lumina præstat. num. 104.

Sic nox bis pellitur armis. num. 180.

Nemini sua munera claudit. n. 184.

Vna solum. Cælumque decorat. n. 204.

M.

MAGNES.

Hæret, ne longius erret. num. 119.

Vis occulta trahit. num. 219.

MANVS.

In signum fertur amoris. num. 80.

Exurit flamma tenentem. num. 82.

Nectuntur fœdere sacro. num. 105.

Quæ coluit transferre iuvat. n. 109.

Extrahit, & stringit. num. 110.

Elevat, ut intret. num. 111.

Sic sola metitur. num. 139. & 198.

Ditat, & exornat. num. 161.

Muneris ista mei. num. 174.

Additur umbranti robur. num. 180.

Clauditur umquam. num. 186.

Corpus pinguescet ab illo. num. 187.

Ictu dat ista salutem. num. 189.

Salvat dans munera munus. n. 195.

Sed sufficit vna. num. 199.

Domat ista procellas. num. 212.

Voluitur ad nutum. num. 226.

Prævidet, & providet. num. 232.

Misit de summo, & accepit me. n. 56.

M A R E.

Cælo, & terre gratum. num. 30.

Miseros hæc tollit ab undis. num. 35.

Vnda refert Cælum. lib. 1.

Dat, atque redundat. num. 155.

Vndis extendit amarum. num. 177.

Sine pondere pondus. num. 179.

Te flante revivam. num. 200.

Omnibus, atque sibi. num. 209.

Hic vita, & requies. ibidem.

Sedantur Virgine fluctus. ibidem.

Commotum, grandius extat. num. 210.

Hic requies, & Portus adest. n. 212.

Nulli mea munera claudio. num. 224.

MARGARITA.

Ex candido candida Proles. num. 69.

Nata salo, suscepta solo, Patre edita Cælo. n. 222.

Matre pulchra, filia pulchrrior. num. 132.

Meus est ab origine candor. num. 26.

Valor omnis ab alto. ibidem.

MYRRHA.

Lachrymor meo sole sepulto. num. 43.

Sic percussa fluit. num. 110.

Dat medicamina vulnus. num. 142.

Hæc Sol mihi vulnera parat. num. 176.

Mærorem lachrymis exprimit ista suis. n. 179.

L I T E R A M.

Magni est hæc nominis umbra. n. 195.

M O N S.

Irrigor, ut prosum. Prol. fol. 2.

Dispensans dator ab alto. Prol. fol. 2.

Alitius ire nequit. num. 2.

Ex imis ad summa subit. num. 1.

Non accedet ad te malum. num. 3.

Sic supereminet omnes. num. 4.

Ad me conversio eius. num. 5.

Tenebræ eum non comprehenderunt. num. 6.

Fecit manus ista feracem. num. 7.

Quot grana, tot gratiæ. num. 8.

Nobiliora latent. num. 9.

Extrahit, & recreat. num. 13.

Nullus mihi terror adhaesit. num. 34.

Ad summa per ima. num. 83.

Sua culmina cælat. num. 85.

Sinu pretiosa recondit. num. 93.

Umbra refert magnum. num. 118.

Indicat Authorem. num. 136.

Augentur fœdere fructus. num. 161.

Pro paucis plurima donat. num. 162.

Eminet, & ornat. ibidem.

Serta parasse placet. num. 163.

Pulchritudo Agri mecum est. n. 164.

Species simillima Cælo. num. 168.

Cum fœnore redit. n. 170.

Firma manet semper. num. 171.

Attrahit, & protegit. num. 172.

Theauri dat signa latentis. num. 153.

Cum luce salutem. num. 155.

Dura hæc miscentur amaris. n. 178.

Hinc arcana fluunt. num. 246.

Niveo sub tegmine flammam. n. 249.

Non nostra, est montis ubertas. n. 251.

A monte auxilium. num. 195.

Fundamenta decorant. num. 227.

Summa timore quiescunt. num. 236.

Dat gaudia visus. num. 238.

Missus est ab Arce Patris. num. 45.

N.

N A V I S.

Concilio portans clavum transibo securo. n. 232.

Divina nuntia pacis. num. 79.

Sic spe securo quiescam. num. 44.

Hinc mea tota quies. num. 212.

N I L V S.

Septem discurret in ora. num. 138.

Auctior in syrio. num. 187.

N I X.

Sicque locata perennat. num. 100.

Meus est ab origine candor. num. 230.

N V B E S.

Affert hæc lumen, & umbram. n. 81.

Celsiore in sede quiesco. num. 102.

Lætificat ditans orbem. num. 146.

Mm 2

Calli-

INDEX LEMMATUM, ET ICONUM.

Collissa velat, & icit. num. 149.
Collisse lumina præbent. num. 154.
Terrorem spargit, & imbres. ibidem.
Additur umbranti decus. num. 171.
Vndas dat larga salubres. num. 172.
Se exhaurit egenti. num. 175.
Spargit in omnes. num. 243.
Proficit utrique. num. 229.
Sparsa iam imbre nitebit. num. 18.
Elevor, & stringor. num. 254.

O.

OCVLVS.

Eventus speculamur aquarum. n. 221.
Præcavet, ut caveant. num. 228.
Hoc præunte salus. num. 232. & n. 127.
Fundit in omnes. num. 158.
Miserans distantia cernit. num. 160.

OLEA.

Dat Virgo vigorem. num. 145.
Fætus dat sola nitoris. num. 5.
Sedat sic iurgia Ponti. num. 35.
Pondere cessa iacet. num. 109.

ONAGER.

Offert mihi aura Periculum. num. 96.
ORYX, SEV CAPREA ÆGYPTI.
Vt moveam, moveor. num. 81.

Dat sic absentia planctum. num. 114.

OVIS.

Omnes pendemus ab una. num. 121.

P.

PALMA.

Robore per alta triumphat. num. 42.
Seipsa coronat. lib. 1.
Hæc salsis alitur undis. num. 177.
Lactis exundat humore. num. 250.
Vt sim fecunda maritor. num. 251.
Omnibus omnia præbet. num. 243.

PAPILIO.

Donec amore peribo. num. 113.

PALATIVM.

Ab ordine decus. num. 137.

PARADISVS.

Servatur ab ira. num. 211.

PHOENIX.

Vnica, dat gaudia cunctis. num. 84.
Deducor amore. num. 105.
Moritur, quo vixerat igne. num. 109.
Suo funere gaudet. num. 113.

PHIALA.

Plenior vnda fluit. num. 175.

PYRAMIS, VEL OBELISCVS.

Suo Pondere firmus. num. 233.

PYROBOLVS CHARTACEVS.

Vt ruat, in altum fertur. num. 94.

PISCINA.

Ægris mea vnda medetur. num. 185.
Tutos coniunctio præstat. num. 255.
Mœrores pellens, offert hæc vnda salutem. ibidem.
Nullis hæc vnda negatur. ibidem.
Numen, & vnda medetur. ibidem.

PLATANVS.

Æstate, & frigore proffum. n. 8.
Et tegit, & recreat. num. 145.
Non fert hic tristia Ramus. ibidem.

PLUVIA.

Eadem mensura cuivis. num. 243.

PORTA.

Pervia Porta Poli. num. 149.
Continet omne bonum, superis, imisque refundit
 num. 156.

Cunctis solatia fundit. ibidem.

Tutela, decusque. num. 158.

Cunctis adaperita patefcit. num. 159.

Hinc merces & requies. num. 60.

PVTEVS.

Copiosior haustu. num. 136.

Haustu sic crescit uterque. num. 138.

Fitque salubrior haustu. num. 169.

Vitam sitientibus affert. num. 260.

R.

RADIX.

Dant pondera honorem. num. 172.

Dat benedicta radix. num. 257.

Hinc, atque inde decus. num. 259.

Irriguo fructus Proferet. num. 221.

RHAMNVS.

Latificans pellit tenebras. num. 146.

ROSA.

Armata medetur. num. 190.

Turpibus exitium. num. 244.

ROTA.

Haurit inexhaustum. num. 209.

RVBVS.

Nec spina, nec flamma nocent. num. 512.

Hinc fluit omne bonum. num. 190.

Magnus in exiguo. ibidem.

S.

SAPHIRVS.

Firmo meo sanguine cuncta. num. 14.

Orbi dat fœdera bino. num. 131.

Cœlesti fulgurat ore. num. 196.

SARDIVS.

Viles expello timores. num. 236.

SCALA.

Pendet ab ordine merces. num. 140.

Non cadit hæc recto innixa. n. 258.

Coniungit utrumque. num. 241.

SCVTVM.

Tutela, decusque. num. 195.

Hoc mihi præsidium. ibidem.

Tutatur, & armat. ibidem.

SITVLA.

Omnibus una sat est. num. 186.

SMARAGDVS.

Fulgurat, atque viret. num. 237.

Nil iucundius ipso. num. 150.

SOL.

Grandior ex humili. num. 90.

Non poscentibus offert. num. 97.

Invitis lumina præstat. num. 115.

Celerri-

QVÆ IN PRIMO, ET SECVNDO LIBRO.

Celerrime subvenit orbi. num. 117.
Lumina cuncta bibit. num. 122.
Nascens dat fœnora terræ. num. 129.
Sic omnia perficit ortu. num. 133.
Elevat, ut niteant. num. 226.
Sic numquam degener illi. num. 167.
Lumina iungit amor. num. 183.
Sufficit omnibus vnus. num. 184.
Species dat cuncta videri. ibi.
Per me mea sydera lucent. ibi.
Sic mea fama perennat. num. 245.
Redimitur gratia laudis. ibi.
Tenebras mea gratia pellit. num. 244.
Perficit aspiciens. num. 201.
SPECVLVM.
Ab utroque procedit. num. 58.
Lumenque a lumine reddit. num. 131.
Continet, ostendit, reddit. num. 202.
Acceptum geminat. num. 210.
Tres exprimit vnum. num. 217.
Omnibus omnia. num. 145.
Binus, & vnus. num. 182.
SPHÆRA.
Omnes aequè trahit. num. 226.
SPICA.
Cum fœnore reddit. num. 192.
SPINA.
In melius sic spina resurgit. num. 187.
SPINACEA HERBA.
Latissima surgit ubique. num. 189.
SPIRITVS SANCTVS.
Ductus, ad alta ducit. num. 105.
STELLA.
Feror, & extollor. num. 86.
Dat lumen eunti. num. 141.
Syderis imperium franat. num. 212.
Hac oriente mitescam. ibi.
Æquantur sic infima summis. n. 228.
A luce primordia seruat. num. 231.
Errantes ad tuta ducunt. num. 141.
Hoc oriente fugantur. num. 150.
Vis occulta trahit. num. 151.
Cum luce salutem. num. 152.
Imma summis. num. 168.
Sit pulire polum lux hæc, nec occidit vmquam. ibi.
Occidit, ut vixit. num. 191.
STVPPA.
Incendio surgit inanis. num. 95.
T.
TABVLA GEOGRAPHICA.
Immensum minimis arctat. n. 118. & 138.
TEMPLVM.
Divini cultus Assylum. num. 235.
TERRA.
Me suscepit dextera tua. num. 66.
Ibi licet esse securus. num. 218.
THRONS.
Purus, & in Puro. num. 70.
Pedibus sic cœthera subsunt. num. 72.
Maiestatî ferendæ. num. 83.

Elevor, atque levo. num. 101.
Nos mitis vnit amor. num. 103.
Authorem gratia signat. num. 137.
THVS.
Cœlo sua munera reddit. num. 44.
Ad sacros attinet vsus. num. 181.
Panem conservat odore. num. 193.
Pelluntur odore nociva. num. 218.
TINNVLVS AVIS.
Excubias defendit agendo. num. 140.
TOPAZIVS.
Semper seruo fidem. num. 65.
TVRRIS.
Firmior ietu. num. 176.
Hæc tegit, hæc arcet. num. 180.
Puris defenditur armis. num. 253.
Armat, & illustrat. num. 244.
Oculos mihi fascinat Agnus. n. 194.
Sola tuetur, & arcet. num. 218.
V.
VAS.
Nec plus, nec melius. num. 28.
Et se, & meliora refundit. num. 98.
Sic plenum spargit in omnes. n. 207.
VAPOR.
Alta pluens sapit. num. 230.
VELLVS.
Exuberat plenum. num. 175.
Compressum vellus opimat. num. 187.
Qua retinet, donat. num. 187.
Qua retinet, donat. num. 221.
VESTIS.
Virtus ab exuvijs. num. 169.
VEXILLVM, VIDE LABARVM.
Per me, sic advocat omnes. num. 89.
Belli discrimina pellit. num. 180.
VIRGA.
Arbor erat quondam. num. 132.
Vulnere iungit amor. num. 177.
Nobis fert umbra venenum. num. 180.
Candida sola placent. num. 182.
Quem peperit, sic Virga coronat. n. 197.
Flectitur, ut ditet. num. 228.
Te duce non flectar. num. 75.
VIRGVLA FVMI.
Attollor ab igne. num. 197.
VIRGO.
Mollius, ut requiem capiant. n. 235.
Solis splendore niteſco. num. 22.
Binos alit ubere fœtus. num. 36.
Aspectus sanat amoris. num. 106.
Cum lacte fundit amorem. num. 121.
Et premit, & perimit. num. 173.
Hoc flumine Petra cavatur. num. 176.
Comprimit, ut imprimat. num. 178.
Porrigit hæc vitam. num. 185.
Hoc solo agitato fugantur. num. 248.
Luceſco lumine nati. num. 197.
Amor hos accendit amores. num. 228.
VITIS.

INDEX LEMMATUM, ET ICONUM.

VITIS.

Frondes ingrata rependo. num. 97.

Pro fulcro porrigo fructus ibi.

Nequit cum Palmit e vitem. n. 121.

Sic sotiata quiescam. num. 182.

Eadem fit vita duobus. num. 192.

VLMVS.

Dat mihi pondus honorem. num. 183.

VNICORNIS.

Virgineo mollescit amore. num. 87.

Manet dulcedine captus. num. 147.

Z.

ZAMIR.

Mollescunt sanguine dura. num. 82.

ZODIACVS.

Cum luce salutem. num. 242.

FINIS.

SILLABUS ATTRIBUTORUM MARIAE, QUÆ IN HOC PRIMO, ET SECUNDO LIBRO LIBANI MARIANI reperiuntur.

LIB. I.

- C**AP. 1. *Mons* obumbrat Mariam, ob sublimis gratiæ excellentiam.
 Cap. 2. *Mons* Mariam exaltat gratijs illuminatam.
 Cap. 3. *Mons* plenitudinem gratiarum in creatione Mariæ declarat.
 Cap. 4. *Mons* undique vallatam gratijs Mariam in Conceptione commendat.
 Cap. 5. *Mons* ob munditiam, Mariæ mundissimum Conceptum extollit.
 Cap. 6. *Libanus*, varijs titulis Mariam designat.
 Cap. 7. *Libanus* alias ob gratias Mariam mysticè denunciat: vbi de Corona Virginis septem decadam agitur.
 Cap. 8. *Libanus* Mariam designat, quia mortales dirigit.
 Cap. 9. *Libanus*, ob candorem, Mariam fundatricem Regij Ordinis de Mercede obumbrat.
 Cap. 10. *Collis* Marianam prædicat puritatem, & ob plura exaltat.
 Cap. 11. & 12. *Galaad*, acervat testimonia Scripturæ circa primordiale puritatem Mariæ.
 Cap. 13. *Galaad*, testimonia Apostolorum acervat circa Originalem Innocentiam Mariæ.
 Cap. 14. *Galaad*, SS. PP. & DD. adducit Mariæ immunitatem à culpa propugnantes.
 Cap. 15. *Amana*, plura encomia de Mariæ Conceptione Immaculata offert.
 Cap. 16. *Sanir*, attributorum Mariæ plures exprimit laudes.
 Cap. 17. *Sanir*, canticum columbæ Mariæ (nempe *Magnificat*) explanatum offert.
 Cap. 18. *Hermon*, plurimis Mariam commendat eloquijs.
 Cap. 19. *Hermon*, transitum, exaltationem, sive Assumptionem, & coronationem Mariæ celebrat.
 Cap. 20. *Ararath*, & *Abarim* varias gratiarum Mariæ personant laudes.
 Cap. 20. *Armon*, & *Arnon* Natalitij Mariæ gloriam enunciant, hominibus valdè proficuum.
 Cap. 21. *Bethel*, Mariam domum Dei proclamat.
 Cap. 22. *Bethel*, Mariam domum gratiæ præfigurat.
 Cap. 23. *Bethel*, domum Angelorum, sive de Portiuncula denunciat, & laudat.
 Cap. 24. *Bethel*, Mariam domum consolationis declarat.
 Cap. 25. *Bethel*, domum Virginis de Monte-Serrato, eiusque laudes, & encomia indigitat.

- Cap. 26. *Bethel*, domum Deiparæ de *Porta cæli* præsignat.
 Cap. 27. *Carmelus* Mons, Virginem de Monte Carmelo, huiusque sacratissimum ordinem magnificat.
 Cap. 28. *Ephraim* Mons, Mariam omni Charismatum fruge oppignoratum montem declarat.
 Cap. 29. *Galaad*, *Garizim*, & *Gelbre*, varijs Mariam prædicant encomijs.
 Cap. 30. *Golgotha*, seu *Calvaria* Mons Mariæ dolores, martyrium, & solitudinem memorat.
 Cap. 31. & 32. *Hermon*, & *Hebron* Montes, Mariam nostram ostendunt opitulatricem, demones debellantem; & alia de Sponsalicio cum Divo Joseph.
 Cap. 33. *Olivet* Mons, Virginem cæli solem, mundi lumen denunciat. Vbi de *Sin*, & *Synai* agitur.
 Cap. 34. *Syon*, & *Selmon* Deiparam ut respicientem in Eucharistia Christum, & Nominis Mariæ laudem pronunciant.
 Cap. 35. *Thabor*, Mariam ab æterno in Purissimam Dei matrem electam declarat.

LIB. II.

- C**AP. 1. *Aqua*, Mariæ perfectiones longè diffundit.
 Cap. 2. *Aqua*, Mariæ gloriam prædicat.
 Cap. 3. *Mare*, Mariam præfiguratur, & exaltat.
 Cap. 4. *Flumen*, sive fluvius Virginis tangit vberes: rimos virtutum proventus.
 Cap. 5. Fons, Mariam commendat perennem cæli deliciarum fontem.
 Cap. 6. *Fluxus*, varijsque *fontes*, innumeras Mariæ dotes exaltant.
 Cap. 7. *Piscina*, Mariam esse salutis Piscinam proferat.
 Cap. 8. *Aquæductus*, à divino fonte nunciat Mariam purissimam, & immaculatam.
 Cap. 9. *Puteus*, profunditatem gratiarum Mariæ declarat.
 Cap. 10. *Cisterna*, iucundissimis Mariam aquis gratiarum, reficientem utrumque Polum, exaltat.
 Cap. 11. *Diversa Aquarum mirabilia*, diversa Mariæ mirabilia commendant.

FINIS.

MUSEUM HISTORICUM

IN OMNIBUS HOC PARS ET

ET OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET


IN OMNIBUS HOC PARS ET


IN OMNIBUS HOC PARS ET


IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET

IN OMNIBUS HOC PARS ET







SERA

Libanus

Marianus

13
58

5.872